PATROLOGIÆ
CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ;
DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ;
OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA ;
INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ;
CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ;
OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;
DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.
EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA ; LATINA, JAM INTEGRE EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM, CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XIV.

ORIGENES.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ

ORIGENIS

OPERA OMNIA,

EX VARIIS EDITIONIBUS ET CODICIBUS MANU EXARATIS, GALLICANIS, ITALICIS, GERMANICIS ET ANGLICIS COLLECTA ATQUE ADNOTATIONIBUS ILLUSTRATA, CUM COPIOSIS INDICIBUS, VITA AUCTORIS ET MULTIS DISSERTATIONIBUS.

OPERA ET STUDIO

DD. CAROLI ET CAROLI VINCENTII DELARUE,

Presbyterorum et monachorum Benedictinorum e congregatione S. Mauri;

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS QUARTUS.

VENEUNT OCTO VOLUMINA 100 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUÆ IN HOC TOMO XIV CONTINENTUR.

ORIGENES.

Commentaria in Evangelium Joannis.	*col.* 21
Ex homiliis in Acta apostolorum.	831
Commentaria in Epistolam B. Pauli ad Romanos.	839
Peroratio Rufini in Explanationem super Epistolam ad Romanos.	1291
Philocalia.	1309

Ex typis MIGNE, au Petit-Montrouge.

7528 A 14
A. 112267

ORDO RERUM

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

ORIGENES.

Præfatio. 9
Monitum ad Commentaria Origenis in Joannem. 13
COMMENTARIA IN EVANGELIUM JOANNIS.
Tomus primus Commentariorum. 21
Præfatio. 22
Incipit explanatio. 50
Tomus II. 103
Ex eodem tomo II. 183
E quarto tomo in Evangelium secundum Joannem. 183
E quinto tomo in Joannis Evangelium. 186
Ex eodem tomo quinto. 187
Ex eodem tomo quinto. 195
TOMUS VI. 197
Præfatio. 197
Incipit explanatio. 202
Tomus X. 305
Tomus XIII. 400
Tomus XIX. 523
Tomus XX. 571
Tomus XXVIII. 679
Tomus XXXII. 740
EX HOMILIIS IN ACTA APOSTOLORUM. 829
Præfatio Rufini in Explanationem super Epistolam Pauli ad Romanos. 831
Præfatio Commentariorum in Epistolam ad Romanos. 833
COMMENTARIA IN EPISTOLAM B. PAULI AD ROMANOS. 837
Liber primus. 837
Liber secundus. 871
Liber tertius. 921
Liber quartus 959
Liber quintus 1003
Liber sextus. 1055
Liber septimus. 1103
Liber octavus. 1157
Liber nonus. 1201
Liber decimus. 1249
Peroratio Rufini in Explanationem super Epistolam ad Romanos. 1291
Fragmenta in Epistolam ad Galatas. 1293
Fragmenta in Epistolam ad Ephesios. 1297
Fragmenta in Epistolam ad Colossenses. 1297
Fragmenta in Epistolam primam ad Thessalonicenses. 1297
Fragmenta in Epistolam ad Titum. 1303
Fragmenta in Epistolam ad Philemonem. 1305
Fragmenta in Epistolam ad Hebræos. 1307
Fragmenta ex homiliis in Epistolam ad Hebræos. 1307
Philocalia. 1309
Index analyticus.

PRÆFATIO.

Quamvis operæ pretium facturos nos esse arbitraremur si Origenis Opera omnia, tam illa quorum genuinum eum esse auctorem constat, quam ea quæ sub ejus nomine olim circumferebantur, in unum corpus colligeremus, quoniam tamen conquesti sunt viri aliquot eruditi, ægreque tulere quod in priorum hujusce editionis voluminum fine opera quædam Origeni perperam ascripta addita fuerint, quæ omnino superflua adeoque ementibus onerosa sibi videbantur, ideo in posterioribus tomis reliqua ejusmodi spuria omittenda censuimus, qualia sunt Commentarius alter in Job a Joachimo Perionio Latine conversus, Commentaria in Evangelium Marci quæ sibi aliquando edenda proposuerat doctissimus Huetius, Homiliæ in diversos, et alia quæ præferunt vulgatæ antea Latinæ editiones : unde fit ut non jam voluminibus quinque, sicut initio propositum fuerat, sed quatuor duntaxat tota Origenianorum Operum collectio conficiatur.

Mirum vero fortasse videbitur quartum hoc et ultimum volumen, quod in præfatione tertii anno 1740 quasi mox prelo committendum nuntiaveram, tam sero tamen post alia prodire. Verum præterquam quod propius inspicienti mihi vix quidquam in eo elaboratum preloque paratum occurrit, absenti paulo post, alienisque laboribus occupato promissis stare non licuit. Anno enim 1742 mortuo domino nostro Petro Sabatier, qui veteris Latinæ Bibliorum, quam Italicam vocant, Versionis priora duo volumina in-folio Remis vulgaverat, Remos anno 1743 a Superioribus missus ad persequendam hanc, quam potissimum flagitabat, cujusque sumptibus subvenerat serenissimus Aurelianorum dux ac princeps, editionem, sex annos integros ibidem insumpsi tertio et ultimo hujus volumini absolvendo. Quo finito totus ad Origenem redii, singula ad manuscriptos codices contuli et castigavi, notis illustravi, nulli denique vel curæ, vel studio, vel labori peperci ut integrum illud ac perfectum suisque omnibus numeris absolutum volumen evaderet. Si quid postea moræ intercesserit, id tribuendum vel aviditati et oscitantiæ typographorum, qui, ne typographica unquam sua officina vacet, nova semper imprimenda appetunt, inchoata negligunt, vel aliis quibuscunque casibus, quales fert rerum humanarum nunquam sibi constantium vicissitudo.

Porro tomus hic quartus et ultimus in duas partes dividitur, quarum prior continet residua Origenis opera in Joannem, fragmentum e quarta homilia in Acta apostolorum, Commentarios ejusdem in Epistolam Pauli ad Romanos, cum fragmentis in Epistolas ad Galatas, ad Ephesios, ad Colossenses, ad Thessalonicenses, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos, et duobus consuetis indicibus, altero locorum Scripturæ sacræ, altero rerum memorabilium : posterior pars complectitur Opera ad Origenem spectantia, nimirum S. Pamphili martyris *Apologiam pro Origene*, et pro eodem *Panegyricam Orationem* a sancto Gregorio Thaumaturgo e schola Origenis in patriam redire paranti compositam, ac Cæsareæ in Palæstina publice habitam, *Origeniana* a doctissimo Huetio scripta, notisque historicis ac criticis ubi cum eo nobis non convenit illustrata, cum summa ejusdem operis librorum, sectionum, capitum et numerorum ; et excerptum ex Georgio Bullo caput nonum *Defensionis fidei Nicænæ*, de Filio τῷ ὁμοουσίῳ, ubi catholica Origenis de Trinitate fides potissimum vindicatur.

Commentariis in Joannem, et *Apologiæ* Pamphili speciale Monitum præfixum est. Cum vero de fragmentis in Acta apostolorum et in Epistolas Pauli agatur *Origenianorum* libro III, sectione 2, num. 7 et 8, pag. 297, et sectione 3, num. 14 et 15, pag. 305 et 306, ubi quid novi a nobis repertum sit notis observavimus, inde fit ut de illis iterum præfari supervacaneum videatur, nisi forte aliquid insuper dicendum sit de Commentariis in Epistolam ad Romanos.

De Commentariis in Epistolam ad Romanos.

Cum libris V et VIII *Contra Celsum* suas in Epistolam ad Romanos lucubrationes memoret Origenes, certum est in hanc prius Epistolam, quam *Contra Celsum*, adeoque antequam finem imperandi faceret Philippus, eum scripsisse. Liquet etiam illud opus fuisse elaboratum post ejus in Leviticum Homilias, quarum secundæ meminit lib. IX, num. 1 Commentariorum in eamdem Epistolam. Porro cum, judice Rufino, istæ Homiliæ ex tempore pronuntiatæ sint, nonnisi post annum Christi 245 haberi potuerunt. Unde colligimus quo tempore Commentarios in Matthæum concinnabat Origenes, nempe circa annum 246, imperante Philippo, eodem etiam Commentaria in Epistolam ad Romanos eum adornasse. Eoque

verisimilius illud eruitur, quod tomo xvii in Matthæum suas in Epistolam ad Romanos explanationes recenseat, et lib. i in Epistolam ad Romanos, num. 5, de genealogia Salvatoris a Matthæo relata promittat se fusius suo loco in sequentibus scripturum.

Cassiodorus, *Institut. divin. lect.*, cap. 8, viginti libros in hanc Epistolam ab Origene conscriptos refert. *Sancti Pauli prima omnium*, inquit, *et admirabilior destinata cognoscitur ad Romanos, quam Origenes viginti libris Græco sermone declaravit.* Verum Rufinus, qui Heraclii impulsu eos Latinæ linguæ donandos suscepit, quindecim tantum enumerat in suæ translationis proœmio : imo variant lectiones, et pro *quindecim*, ut legunt omnes editi, duo, quibus usi sumus, antiquissimi codices, unus cathedralis ecclesiæ Ebroicensis, alter monasterii Vallis-Claræ, habent alius *decem*, alius *duodecim*. Sed hic fortasse libros qui sua ætate supererant tantummodo denotat Rufinus; jam enim aliquot intercidisse testatur in præfatione ad Heraclium. Ut ut sit, deperdita de suo addidisse, totumque opus ad mediam fere partem se contraxisse ibidem profitetur : et reipsa, teste Cassiodoro ibidem quo supra, ex viginti libris decem tantummodo confecit : *Quos tamen*, inquit, *supra dictus Rufinus in decem libros redigens, adhuc copiose transtulit in Latinum.* Adversus hanc audaciam excandescit Erasmus, nec immerito quidam Rufinum objurgarunt, quemadmodum ipse sibi objectum fuisse ait in peroratione suæ translationis, quod suum potius quam Origenis nomen hujus operis titulo non inscripsisset. Hinc enim fit ut vix Origenem in Origene reperias, injuriamque Origeni illatam facilius deprehendes, si fragmenta quædam lucubrationis hujus inserta *Philocaliæ* cum Rufiniana conversione confligas.

Theophilus Salodianus, ordinis Observantiæ Mendicantium Divi Hieronymi professor, ex codice manuscripto Phesulanæ sui conventus bibliothecæ, qui Hieronymum interpretem in fronte præferebat, hos decem libros primus sub Hieronymi nomine Venetiis edidit anno 1506. Hunc secuti Merlinus, Erasmus, Genebrardus, Hieronymique Operum Basileenses editores, anno 1571, atque Philippus Labbæus *De scriptor. eccles.*, tom. II, pag. 145, ejus operis interpretationem Hieronymo itidem ascripserunt. Sed hanc Rufino esse tribuendam evidentissime probant tum Cassiodorus, tum manuscripti nostri, tum ipsa Rufini peroratio, ubi ait se paulo post conversurum Clementis libros, quod a Rufino factum esse constat. Erasmus, mangonii librarios insimulans, ad emptores alliciendos prætextum ab iis Hieronymi nomen arbitratur. Ast Huetius, hanc Erasmi probabiliorem sententiam respuens, suam, cui minime assentimus, ita aperit *Origenian.* lib. iii, cap. 2, sect. 3, num. 15 : « Cur Hieronymo tributa sit (hæc interpretatio) Rufini astu et vafritie factum puto, qui ad declinandam facti invidiam (male quippe audiebat Origenis nomen), et in Hieronymum, a quo sæpe Origenismi causa exagitatus fuerat, refundendam, nomen suum non apposuit, modestia factum simulans, quod malis artibus actum erat. » Eadem ferme ait ejusdem sectionis num. 5, ubi de Homiliis in Josue. Sed de his suo loco disseremus.

Præter contractam illam et truncatam Rufini interpretationem, habemus tomi primi non mediocre fragmentum in capite *Philocaliæ* 24 [1], ac duas minores lacinias in *Apologia* Pamphili [2]. Socrates *Histor. eccles.*, lib. vii, cap. 32, observat Origenem in priori eodem tomo [3] latissime exposuisse qua ratione Maria Virgo Deipara diceretur. Origenes ipse [4], lib. v *Contra Celsum*, num. 47, de circumcisione egisse se ait Commentariis in hanc ad Romanos Epistolam. Sanctus Basilius libro *De Spiritu sancto*, cap. 29, locum ex eisdem Commentariis refert his verbis : Αἱ ἱεραὶ δυνάμεις χωρητικαὶ τοῦ Μονογενοῦς καὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος θεότητος· *Sacræ virtutes capaces sunt Unigeniti et sancti Spiritus deitatis :* librum vero unde illum eruerit non notavit; sed eadem verba reperiuntur in interpretatione Rufini, lib. iii, num. 8, pag. 515. Rursus Origenes tomo xvii in Matthæum, num. 32, plurima Commentariis suis in Epistolam ad Romanos a se dicta fuisse refert [5] in hunc Apostoli contextum : *An ignoratis, fratres (scientibus enim legem loquor), quia lex in homine dominatur quanto tempore vivit*, etc. usque ad id, *si fuerit cum alio viro* [6]. Aliud quoque e tomo ix fragmentum nobis offert caput *Philocaliæ* nonum [7]. Denique Origenes iterum lib. viii *Contra* eumdem *Celsum*, num. 65, dicit [8] pluribus in varium sensum se tractasse de his versiculis : *Omnis anima potestatibus præcellentibus subdita sit. Non est enim potestas nisi a Deo ; quæ autem sunt potestates, a Deo ordinatæ sunt : itaque qui potestati resistunt, Dei ordinationi resistunt* [9]. Atque hæc cum legitimum horumce Commentariorum auctorem Adamantium esse clarissime demonstrent, non dubitavit tamen novitius quidam scriptor heterodoxus hos ipsos in supposititiorum Origenis scriptorum seriem conjicere; a Guilielmo Perkinso delusus, qui eos male quidem a Rufino conversos scripsit, quod verissimum est, Origeni vero falso esse tributos neutiquam cogitavit.

[1] In interpret. Ruf., lib. i, num. 3, not. [2] ibid. num. 5, not. [3] ibid. not. [4] Ruf., lib. ii, num. 10 et 12. [5] Ruf., lib. vi, num. 7. [6] Rom. vii, 1-3. [7] Ruf., lib. vi, num. 8, not. [8] Ruf., lib. ix, num. 25-27. [9] Rom. xiii, 1.

MONITUM

AD COMMENTARIA ORIGENIS IN JOANNEM.

—

I. Origenes, non longe postquam Antiochia rediit, quo a Mammæa, Alexandri Severi matre, fuerat accersitus, nimirum anno Christi 219, ab hisce in Joannem Commentariis sua in Scripturam Exegetica Alexandriæ auspicatus est, ut ipse innuit prologo in Joannem, num. 4 : Πάσης τοίνυν ἡμῖν πράξεως ἀνακειμένης Θεῷ, καὶ παντὸς τοῦ βίου, ἐπεὶ σπεύδομεν ἐπὶ τὰ κρείττονα, καὶ βουλομένων ἡμῶν ἔχειν πᾶσαν αὐτὴν ἀπαρχὴν τῶν πολλῶν ἀπαρχῶν, εἴ γε μὴ σφαλλόμεθα τοῦτο νομίζοντες, ποίαν ἐχρῆν εἶναι, μετὰ τὸ κατὰ τὸ σῶμα κεχωρίσθαι ἡμᾶς ἀλλήλων, διαφέρουσαν ἢ τὴν περὶ Εὐαγγελίου ἐξέτασιν; Καὶ γὰρ τολμητέον εἰπεῖν πασῶν τῶν Γραφῶν εἶναι ἀπαρχὴν τὸ Εὐαγγέλιον. Ἀπαρχὴν οὖν πράξεων, ἐξ οὗ τῇ Ἀλεξανδρείᾳ ἐπιδεδημήκαμεν, τίνα ἄλλην ἢ τὴν εἰς τὴν ἀπαρχὴν τῶν Γραφῶν ἐχρῆν γεγονέναι; *Omni itaque actione et tota vita nostra Deo dicata, quoniam ad præstantiora magno studio contendimus, cupientibusque nobis primitias omnes multarum primitiarum habere, nisi hoc existimantes decipimur, quænam aliæ nobis primitiæ præstantiores esse debuerunt, posteaquam mutua corporis consuetudine sejuncti sumus, quam instituere de Evangelio disputationem? Etenim audendum est dicere omnium Scripturarum primitias Evangelium esse. Ex quo igitur tempore Alexandriam pervenimus, quasnam alias esse oportuit nostrarum actionum primitias quam in Scripturarum primitiis?* Et infra num. 6 : Ἐγὼ δ' οἶμαι ὅτι καὶ δ' ὄντων τῶν Εὐαγγελίων, οἱονεὶ στοιχείων τῆς πίστεως τῆς Ἐκκλησίας, ἐξ ὧν στοιχείων ὁ πᾶς συνέστηκε κόσμος, ἐν Χριστῷ καταλλαγεὶς τῷ Θεῷ, καθά φησιν ὁ Παῦλος· « Θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ, » οὗ κόσμου τὴν ἁμαρτίαν ἦρεν Ἰησοῦς· περὶ γὰρ τοῦ κόσμου τῆς Ἐκκλησίας ὁ λόγος ἐστὶν ὁ γεγραμμένος· « Ἰδοὺ ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, » ἀπαρχὴν τῶν Εὐαγγελίων εἶναι τὸ προστεταγμένον ἡμῖν ὑπὸ σοῦ κατὰ δύναμιν ἐρευνῆσαι τὸ κατὰ Ἰωάννην. *Arbitror vero ego, etiamsi quatuor sint Evangelia, veluti elementa fidei Ecclesiæ, ex quibus elementis totus constat hic mundus Deo per Christum reconciliatus, sicut inquit Paulus* [10] *: « Deus erat in Christo, mundum sibi reconcilians; » cujus mundi peccatum sustulit Jesus; de mundo enim Ecclesiæ sermo ille est scriptus* [11] *: « Ecce Agnus Dei, qui aufert peccatum mundi, » Evangeliorum primitias* A *Evangelium esse Joannis nobis propositum, cujus sensum pro virili nostra jussi sumus abs te investigare.* Ambrosium hic alloquitur cujus hortatu Commentarios hosce suscepit, eique nuncupavit.

II. Achaico itinere intermissum opus, redux et presbyter jam factus, Alexandriæ resumpsit, ut patet ex præfatione tomi sexti in Joannem, num. 1 : Καὶ μέχρι γε τοῦ πέμπτου τόμου, εἰ καὶ ὁ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν χειμὼν ἀντιπράττειν ἐδόκει, τὰ διδόμενα ὑπηγορεύσαμεν, ἐπιτιμῶντος τοῖς ἀνέμοις καὶ τοῖς κύμασι τῆς θαλάσσης τοῦ Ἰησοῦ. *Jam ad quintum usque tomum, quamvis adversari nobis videretur Alexandriæ procella, quæ concessa fuere locuti supra, Jesu increpante ventos et undas maris.* Unde liquet priores quinque tomos Alexandriæ ante B annum 231, quo Cæsaream migravit, fuisse lucubratos : quod etiam docet Eusebius *Hist.* lib. VI, cap. 24. Imo sextum Alexandriæ itidem inchoaverat, sed eum denuo exordiri necesse habuit, quod priorem scriptionem Alexandria discedens secum non asportasset, quemadmodum ipse ait in præfatione ejusdem tomi, paulo infra : Ἴσθι δὲ ὅτι ἀπὸ πολλῆς προθυμίας δευτέραν ταύτην ἀρχὴν ποιοῦμαι ἕκτου τόμου, διὰ τὸ τὰ προϋπαγορευθέντα ἡμῖν ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ οὐκ οἶδ' ὅπως μὴ ἐκκομισθαι. *Cæterum scias ex multa nos promptitudine initium sexti tomi denuo facere, eo quod quæ antea interpretati fueramus Alexandriæ, nescio quo pacto nobiscum allata non fuerunt.* Hinc vel non audiendus, vel sic C intelligendus est Nicephorus cum ait lib. V, cap. 15, sex tomos in Joannem Alexandriæ tum fuisse scriptos.

III. Anno, ut jam diximus, 231, Demetrium Alexandrinum episcopum multis de causis sibi infensum expertus Origenes, Alexandria discessit, et Cæsareæ sedem posuit, ubi non statim, sed tamen non multo post, et fortassis post mortem Demetrii, anno scilicet 232, aliquam nactus tranquillitatem, interruptum opus prosecutus est. Quod quidem eruere etiam licet ex præfatione ejusdem tomi sexti : Καὶ ἐκ τοῦ δὲ ἐπιπεσόντος προσεληλυθότες ἐξελκύσθημεν ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου, ῥυσαμένου ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ τοῦ ἐξαγαγόντος τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπ' αὐτῆς. Ἔπειτα τοῦ ἐχθροῦ πικρότατα ἡμῶν καταστρατευ- D σαμένου διὰ τῶν καινῶν αὐτοῦ γραμμάτων, τῶν ἀληθῶς ἐχθρῶν τῷ Εὐαγγελίῳ, καὶ πάντας τοὺς ἐν

[10] II Cor. V, 19. [11] Joan. I, 30.

Αἰγύπτῳ ἀνέμους τῆς πονηρίας καθ' ἡμῶν ἐγείραντος, στῆναι μᾶλλόν με πρὸς τὸν ἀγῶνα παρεκάλει ὁ λόγος, καὶ τηρῆσαι τὸ ἡγεμονικὸν, μήποτε μοχθηροὶ λογισμοὶ ἐξισχύσωσι τὸν χειμῶνα καὶ τῇ ψυχῇ μου ἐπεισαγαγεῖν, ἥπερ ἀκαίρως πρὶν γαλήνην τὴν διάνοιαν λαβεῖν συνάπτειν τὰ ἑξῆς τῆς Γραφῆς. Καὶ οἱ συνήθεις δὲ ταχύγραφοι μὴ παρόντες τοῦ ἔχεσθαι τῶν ὑπαγορεύσεων ἐκώλυον. Νῦν δ' ὅτε τὰ καθ' ἡμῶν πεπυρωμένα πολλὰ, σβεννύντος Θεοῦ, βέλη ἠμβλυνται, καὶ ἐνεθισθεῖσα ἡμῶν ἡ ψυχὴ τοῖς συμβεβηκόσι διὰ τὸν οὐράνιον λόγον, φέρειν ῥᾷον βιάζεται τὰς γεγενημένας ἐπιβουλὰς, ὡσπερεὶ ποσῆς εὐδίας λαβόμενοι, οὐκέτι ὑπερτιθέμενοι ὑπαγορεύειν τὰ ἀκόλουθα βουλόμεθα, Θεὸν διδάσκαλον ὑπηχοῦντα ἐν τῷ ἀδύτῳ τῆς ψυχῆς ἡμῶν παρεῖναι εὐχόμενοι, ἵνα τέλος λάβῃ ἡ τῆς κατὰ Ἰωάννου διηγήσεως τοῦ Εὐαγγελίου οἰκοδομή. Γένοιτο δ' ὁ Θεὸς ἐπήκοος ἡμῶν τῇ εὐχῇ, εἰς τὸ συνάψαι δυνηθῆναι τὸ σῶμα τοῦ ὅλου λόγου, μηκέτι μεσολαβούσης περιστάσεως, διακοπὴν τοῦ εἱρμοῦ τῆς Γραφῆς ὁποιανδήποτε ἐνεργήσασθαι δυναμένης! *Ex hoc casu progressi, extracti sumus ex Ægypto, Deo nos liberante, qui eduxit populum suum ex ea : deinde inimico* (Demetrio) *adversus nos acerbissime pugnante per suas novas litteras, revera Evangelio inimicas, omnesque Ægypti ventos adversus nos concitante, stare me magis adhortabatur ratio ad certamen, et servare præstantissimam mei partem, quam importune conjungere restantem Scripturam, antequam rationis discursus tranquillitatem reciperet, ne forte cogitationes pravæ invalescerent in animam etiam meam procellam inducere. Quin absentes quoque, qui mihi de more adsunt, veloces scriptores, me prohibebant quæ excogitassem mandare litteris. Nunc vero quando adversum nos ignitæ sagittæ multæ vanæ fuerunt factæ, Deo illas exstinguente, et assueta anima nostra his, quæ cœlestis sermonis causa contingunt, ferre cogitur facilius factas insidias, veluti aliquantum serenitatis nacti, non amplius differentes dictare volumus quæ restant, Deum magistrum in animæ nostræ adyto penetrali insonantem adesse precantes, ut finem accipiat structura enarrationis Evangelii secundum Joannem. Atque utinam audiat Deus preces nostras, ut corpus totius operis conjungere possimus, nec ulla posthac necessitas intercipiat atque interrumpat Scripturæ seriem!* Attamen nonnisi longe post Maximini persecutionem, quippe cujus tomo XXII meminerat, teste Eusebio *Hist.* lib. VI, cap. 28, et forsan in secundo itinere Atheniensi, uti conjicit Huetius, posteriores tomi expliciti sunt.

IV. Hieronymus prologo qui præfixus est Latinæ interpretationi Homiliarum Origenis in Lucam, novem et triginta tomos ab eodem Origene in Joannem scriptos commemorat. *Siquidem*, inquit, *quod olim Romæ sancta Blæsilla flagitaverat, ut* XXXVI (lege XXV) *tomos illius in Matthæum, et quinque alios in Lucam, et* XXXIX *in Joannem nostræ linguæ traderem.* Amanuensium errorem hic suspicatur doctissimus Huetius, et pro XXXIX legendum putat XXXII. Non A plures enim Rufinus enumerat *Invectiv.* 2, ubi hunc ipsum Hieronymi prologum refert : et qui paulo infra eadem repetit his verbis : *Interim*, inquit, *Origenis libros, ut supra diximus, in omnem admirationem extollit, et dicit quod si eos interpretetur Romana lingua, cognoscet quantum boni et ante nescierit et scire nunc cœperit, id est, in Matthæum*, inquit, XXVI *libros* (lege XXV) *et in Lucam quinque, et in Joannem* XXXII. Inde est quod in ms. codice Commentariorum in Joannem quo usus est Ambrosius Ferrarius, novem interruptæ seriei tomi, qui hodie supersunt, in triginta duos tomos fuerant distributi. Verum Rufini lectioni fides minime videtur esse adhibenda : nam cum tomus XXXII, qui hodieque superest, desinat ad caput Joannis XIII, B ỳ. 33, vel integrum opus neutiquam absolvit Origenes, vel si ad finem usque perduxit, non pauciores quam XXXIX tomos elaborasse verisimile est. Deinde plures quam XXXII tomos confectos fuisse inde eruitur, quod Origenes ipse tractatu XXXV in Matthæum, pag. 922, in hæc Matthæi verba : *Idipsum autem et latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei*, ait se in Commentariis suis in Joannem exposuisse de duobus latronibus qui crucifixi sunt cum Christo, et ibi agitasse an alii sint duo hi latrones quorum unus blasphemabat Christum juxta Lucam, et alii fuerint illi duo latrones qui ambo blasphemaverunt juxta Matthæum et Marcum. *Et apud Joannem*, inquit, *sicut potuimus, exposuimus de duobus latronibus, qui fuerunt crucifixi cum* C *Christo, qui secundum Matthæum quidem et Marcum improperaverunt ei ambo in cruce; secundum Lucam autem dicentem quoniam unus de pendentibus latronibus blasphemabat.... Conveniens ergo est ut in primis quidem ambo latrones intelligantur Dominum blasphemasse.... Aut ne forte, sicut et illic diximus* (Commentariis scilicet in Joannem), *alii sunt hi duo latrones ex quibus unus blasphemabat eum, et alii fuerunt illi duo latrones qui ambo blasphemaverunt* (sic enim legendum est juxta mss.). Hæc autem nullibi reperiuntur in novem tomis qui etiamnum exstant in Joannem, atque ex verbis modo citatis et loco ubi ea citata sunt, videtur Origenes non per transennam, sed ex professo, et suo D loco, tractasse de duobus latronibus. Porro cum tricesimus secundus tomus desinat ad caput XIII, ỳ. 33 Evangelii Joannis, ut jam diximus, agatur vero de latronibus in capite XIX, ỳ. 18 ejusdem Evangelii, plures quam XXXII tomos in Joannem elaboratos fuisse verisimile est, ac proinde genuina videtur Hieronymi lectio, quæ XXXIX tomos in Joannem commemorat.

V. Ex tot Origenis in Joannem lucubrationibus, XXII duntaxat tomos ad suam ætatem pervenisse scribit Eusebius *Hist.* lib. VI, cap. 24. Sed cum XXXIX Hieronymus postea, et Rufinus forsan duntaxat XXXII præ manibus habuerint, et supersint hodieque tomi XXVIII et XXXII, conjiciendum est non plures quam XXII vidisse Eusebium, plures tamen

sua ætate exstitisse. Hos temporum injuria postmodum absumpsit, exceptis tomis I, II, VI, X, XIII, XIX, XX, XXVIII et XXXII, quorum gemina prodiit interpretatio. Ex codice Veneto S. Marci, qui nullibi hodie comparet, priorem concinnavit Ambrosius Ferrarius, Mediolanensis, monachus Cassinas, et edidit anno 1551; posteriorem ex codice Regio Joachimus Perionius, Benedictinus itidem monachus, triennio post vel circiter. Quem puto non in se recepisset laborem, si non actum modo se agere, sed bene actum pessime se agere intellexisset. At nondum pervenerat ad eum Ferrariana interpretatio; proptereaque in explanationis suæ præfatione primum se laboris hujus incœptorem profitetur. Persuasit id Sixto Senensi, qui idipsum retulit; Sixtus etiam viro erudito qui falso idem iteravit. Hos autem codices, Venetum et Regium, ex uno eodemque venisse exemplari intelligitur ex conflictu Ferrarianæ interpretationis cum Perioniana et Græca Huetii editione ad exemplar Regium expressis, adeo accurate lacunæ lacunis respondent, licet in aliquibus auctiorem et perfectiorem fuisse Ferrarii codicem fatendum sit. Hoc præcipue discrepabat uterque liber, quod Regius veram ac genuinam novem tomorum servaret distinctionem, cum Venetus in triginta duos unius ac continuæ seriei tomos sectus esset, *a Græculo quodam incerti nominis*, ait Sixtus Senensis, *novo imposturæ genere, ut opus numerorum multitudine auctum, et arithmeticæ supputationis ordine continuatum optabilius redderet, ac majori pretio venderet*: unde delusus Ferrarius eamdem retinuit libri partitionem, et e triginta novem tomis quos in Joannem scripsisse Origenem putabat, septem solum postremos desiderari, et exiguis aliquot duntaxat lacunis abruptam esse operis seriem censuit. Quanquam fraudem subinde odoratus est vir ille eruditus, nam in priore interpretationis suæ editione, initio tomi XIX, ad oram, suspicari se scribit hosce tomos, ne numerus interpellaretur, ita fuisse dissectos.

VI. At illustrissimus Huetius, qui primus eos Græce edidit Rothomagi, anno 1668, suum cuique numerum in Græco restituit, servata Ferrarii interpretatione, ut erat prius, in XXXII tomos distributa, utpote quæ, licet et in oratione horrida, neque satis pura, Perioniana tamen nitidior et melior, Græcis proprius insistat, suamque fidem satis præstet. Suis tamen laborat quoque vitiis, et in eo Ferrarii vel candor, vel intelligentia rerum valde videntur requirenda, quod solemni obtestatione in fine operis sui denuntiaverit se *in hoc libro vertendo summa usum fide ac diligentia, ut nihil prorsus sit immutatum ab eo quod scribit auctor*. Deinde addit: *Scito præterea me nihil invenisse in hoc libro quod videatur decretis sanctæ matris Ecclesiæ adversari; nam si invenissem, aut librum non vertissem, aut locum signassem suspectum*. Aliqua tamen perversæ doctrinæ labe respersa consulto detraxisse videtur, nec pauciora superesse passus est, quæ ab Ecclesiæ decretis non exiguo recederent intervallo. Hæc vero omnia suis notata sunt locis.

VII. Ex gemina Ferrarii et Perionii interpretatione et unico codice Regio editionem suam conflavit Huetius, qui læto sane animo aliis usus esset codicibus jussu cleri Gallicani descriptis ante annos aliquot ex Italiæ Bibliothecis, si Joannes Tarinus, Parisiensis professor, cujus fidei commissi illi erant ut eadem Commentaria in Joannem, Commentarios in Matthæum et *Philocaliam* in lucem emitteret, cum ipso communicare voluisset: verum lumen de suo lumine accendere ille noluit, ne minus ipsi suum luceret cum alienum accendisset. Qua de re graviter admodum nec injuste conqueritur clarissimus Præsul. Nos vero, feliciores, duobus usi sumus codicibus, Bodleiano nimirum et Barberino, ad quorum fidem Græca restituimus, lacunas explevimus, Ferrariique interpretationem emendavimus, mutata primum ejus, quam Huetius in Latino servaverat, tomorum divisione.

VIII. Præter novem hosce tomos, *Philocaliæ* capita 4 et 5 duo exhibent fragmenta e tomo IV, triaque alia ex præfatione quinti, inter quæ medium tenet particula e lib. VI *Eusebianæ Historiæ*, cap. 25, traducta. Duo quoque Latina fragmenta suppeditat *Apologia* Pamphili martyris. Primum est e tomo V, sed alterum, quod e secundo depromptum fertur, in eo nullibi reperies. Nec tamen ideo tomum hunc esse detruncatum concludendum censemus, utpote qui ex omni parte integer, nec lacunis ullis dehiscere videatur. Unde verisimilius suspicamur fragmenta hæcce duo ex uno eodemque tomo quinto esse decerpta. Cujus conjecturæ rationem reddidimus ubi convenit.

IX. Jam ut aliquid de tomis deperditis dicamus, præterquam quod scribit Eusebius *Hist.* lib. VI, cap. 28, de Maximini persecutione, quæ anno Christi 235 furere cœpit, mentionem fieri tomo XXII, Origenes ipse tomo XVI in Matthæum, pag. 748, in hæc Matthæi [12] verba: *Hosanna Filio David*, etc., eadem a seipso Commentariis in Joannem expensa fuisse ait, quando videlicet illud exponendum sibi propositum fuit: *In crastinum autem turba multa quæ venerat ad diem festum* [13], etc. Quæ quidem tomo XXIX tractata fuisse verisimile est. Deinde in Matthæum itidem tract. XXXV, pag. 893, testatur se diligentius in Commentariis in Joannem examinasse an ab una sola vel pluribus mulieribus Christi pedes uncti fuissent in cœna. Quod sane eodem tomo XXIX præfixum erat. Denique in Epistolam ad Romanos cap. VI, lib. V: *Verum de ratione baptismatis*, inquit, *cum exponeremus Evangelium secundum Joannem, ubi ventum est ad eum locum in quo dicit de Jesu: « Ipse vos*

[12] Matth. XXI, 9. [13] Joan. XII, 12.

baptizabit in Spiritu sancto [14], » *et item ubi ipse Salvator dicit :* « *Nisi quis renatus fuerit denuo ex aqua et Spiritu, non potest introire in regnum Dei* [15] *:* » *pro viribus nostris quæ occurrere potuerunt, imo quæ donavit Deus, diximus, ubi et sermonis vim quo dicitur :* « *Nisi quis renatus fuerit denuo,* » *altius aperire tentavimus.* Porro tomo VI in Joannem exponit quidem hæc verba : *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto;* posteriora vero, *nisi quis,* etc., exposuisse debuit initio tomi XI. Eustathius Antiochenus Origenis locum profert ex iisdem tomis deperditis in Joannem, ubi de lapidatione Jesu a Judæis facta agebatur. Sic ille libro *De Engastrimytho :* Οὐκ ἔλαττον δὲ καὶ τὸ τῆς λιθοβολίας δρᾶμα θεωρῶν, ἐπειδὴ καὶ τοῦτο πειρᾶται τροπολογῆσαι, τοῦ εὐαγγελικοῦ καταψεύδεται γράμ- B ματος· οὐ πάνυ τι, λέγων, εὕραμεν ζητήσαντες ἐν τοῖς πρὸ τούτου, ὅτι ἐβάστασαν οἱ Ἰουδαῖοι λίθους ἵνα λιθώσωσιν αὐτόν. — Εἶτα μετ' ὀλίγα φησίν· Εἰ γὰρ πάλιν ἐβάστασαν, πρότερον ἐβάστασαν. Ἄνω δὲ καὶ κάτω βούλεται κατασκευάσαι, μὴ προηγεῖσθαι, καὶ ἄλλην ὁμοίως ἐκδοχὴν ἵνα συστάσειεν ὅτι λόγους, ἀλλ' οὐχὶ λίθους ἐβάστασαν ἀμελητὶ κατ' αὐτοῦ. Καί τι τοῦ εὐαγγελιστοῦ πρόσθεν εἰρηκότος, « Ἦραν οὖν λίθους ἵνα βάλωσιν ἐπ' αὐτόν· » ὡς δὲ ταῦτα προὔγραψεν ἐν τῷ μεταξὺ, πέντε που καὶ τριάκοντα πρὸς τοῖς ἑκατὸν στίχους ὑπερβὰς, ἐπιφέρει προσθείς· « Ἐβάστασαν οὖν οἱ Ἰουδαῖοι λίθους ἵνα λιθάσωσιν αὐτόν. » Ἀλλὰ ταῦτα μὲν διττοῖς ἀναγέγραπται χωρίοις, ἐν διαφόροις δὲ φαίνεται πεπραγμένα καιροῖς, C ἀπὸ τοῦ μὴ τὰς αὐτὰς ἔχειν τῶν ῥημάτων ἐπιπλοκὰς ἢ συζυγίας· ἀλλὰ Ὠριγένης, ὁ πάσας οἰόμενος εἰδέναι τὰς Γραφὰς, οὐκ ἀνέγνω τοῦτο καὶ ταῦτα γράφων ὡς ὅλον ὁμοῦ, τὸ Εὐαγγέλιον ἐπὶ λέξεως. Εἰ δέ τις ὑπολαμβάνει ταῦτα πλάττειν ἡμᾶς, αὐταῖς ταῖς εὐαγγελικαῖς ἐντυχὼν ἀποφάσεσι, καὶ τοῖς ἐμπονηθεῖσιν αὐτῷ περὶ τοῦτο σπουδάσμασιν, εὑρήσει μηδὲν ἡμᾶς εἰρηκέναι ψευδές. *Neque minus his dum lapidationis factum speculatur* (Origenes), *illud etiam ac si per tropos factum in aliam sententiam educere obnitens, in evangelicis verbis mire mentitur. Licet, inquit, multum perscrutati fuerimus, nondum invenimus in his quæ scripta sunt, Judæos arripuisse lapides ut in illum injicerent. — Et paucis additis : Nam si iterum assumpserunt, prius assumpserunt. Vult autem tum in superioribus, tum in inferioribus, nil tale præcessisse, ut probet verba, sed non lapides assumpsisse perperam in illum. Et tamen evangelista prius dixit :* « *Tulerunt igitur lapides ut jacerent in illum* [16]. » *Quæ ubi scripsisset, centum triginta quinque versiculis interjectis, subdit :* « *Sustulerunt itaque Judæi lapides, ut lapidarent ipsum* [17]. » *Hæc quidem duplici loco descripta sunt, diversisque temporibus gesta apparent, quod non habeant eosdem verborum nexus vel conjunctiones : sed Origenes ipse, qui se Scripturas omnes tenere existimat, hæc scribens non cognovit totum id Evangelii textum scriptum ad litteram. Porro si quis hæc nos effingere existimat, sententiis evangelicis perlectis, illiusque in eas commentariis, ab omni nos abstinuisse mendacio comperiet.* Ex his verbis non liquet ubi de lapidatione Jesu a Judæis facta egerit Origenes, an cum priorem Joannis contextum edisseruerit, *tulerunt igitur lapides ut jacerent in eum ;* an cum posteriorem, *sustulerunt itaque Judæi lapides, ut lapidarent ipsum.* Fortasse utrobique. Quod si ita est, de lapidatione hac tomo XXI et tomo XXV vel XXVI eum egisse veri perquam simile videtur.

X. Tillemontius *Hist. eccl.* tom. III, pag. 572, aliquid tomo VI deesse suspicatur, ubi tum de martyribus, tum de peste quadam quæ nullibi in historiis reperitur, quæque, inquit, circa annum 232 fortassis grassata est, Origenes multa verba fecerat. Verum id non satis assequor unde conjicere potuerit eruditissimus vir. Utrumque enim exsequitur Origenes et de martyribus et de iis qui perierunt ob pestilentiarum constitutiones verba faciens : nec ibi agitur de iis qui nova quadam peste consumpti periere, sed de iis qui antiquitus apud gentiles cum pestilentes morbi grassarentur, seipsos in victimas pro patria tradiderunt, quemadmodum suo loco observavimus.

[14] Joan. I, 33. [15] Joan. III, 3. [16] Joan. VIII, 59. [17] Joan. X, 31.

ORIGENIS COMMENTARIORUM

IN

EVANGELIUM JOANNIS

TOMUS PRIMUS

INTERPRETE AMBROSIO FERRARIO.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

A 1. Ὃν τρόπον, οἶμαι, ὁ πάλαι λαὸς ἐπικληθεὶς Θεοῦ εἰς φυλὰς διῄρητο δυοκαίδεκα, καὶ τὴν ὑπὲρ τὰς λοιπὰς φυλὰς τάξιν Λευϊτικὴν, καὶ αὐτὴν κατὰ πλείονα τάγματα ἱερατικὰ καὶ Λευϊτικὰ τὸ Θεῖον θεραπεύουσαν· οὕτως νομίζω κατὰ τὸν κρυπτὸν (1) τῆς καρδίας ἄνθρωπον πάντα τὸν Χριστοῦ λαὸν, χρηματίζοντα ἐν κρυπτῷ Ἰουδαῖον καὶ ἐν πνεύματι περιτετμημένον, ἔχειν τὰς ἰδιότητας μυστικώτερον τῶν φυλῶν, ὡς ἔστι γυμνότερον ἀπὸ Ἰωάννου ἐκ τῆς Ἀποκαλύψεως μαθεῖν, οὐδὲ τῶν λοιπῶν προφητῶν τοῖς ἀκούειν ἐπισταμένοις τὰ τοιαῦτα ἀποσιωπησάντων. Φησὶ δὲ οὕτως ὁ Ἰωάννης· *Καὶ εἶδον ἄλλον ἄγγελον ἀναβαίνοντα ἀπὸ ἀνατολῆς ἡλίου, ἔχοντα σφραγῖδα Θεοῦ ζῶντος· καὶ ἔκραξε* (2) *φωνῇ μεγάλῃ τοῖς δ' ἀγγέλοις, οἷς ἐδόθη αὐτοῖς ἀδικῆσαι τὴν γῆν καὶ* B *τὴν θάλασσαν, λέγων· Μὴ ἀδικήσητε μήτε τὴν γῆν, μήτε τὴν θάλασσαν, μήτε τὰ δένδρα, ἄχρι σφραγίσωμεν τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν. Καὶ ἤκουσα τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐσφραγισμένων· ρμδ' χιλιάδες ἐσφραγισμένοι ἐκ πάσης φυλῆς υἱῶν Ἰσραήλ. Ἐκ φυλῆς Ἰούδα ιβ' χιλιάδες ἐσφραγισμένοι. Ἐκ φυλῆς Ῥουβὴν ιβ' χιλιάδες·* Καὶ μετὰ τὸ διηρῆσθαι τὰς λοιπὰς φυλὰς παρὲξ τοῦ Δὰν, ἑξῆς μετὰ πλείονα ἐπιφέρει· *Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ, τὸ Ἀρνίον ἑστὼς ἐπὶ τὸ ὄρος Σιὼν* (3), *καὶ μετ' αὐτοῦ ρμδ' χιλιάδες ἔχουσαι τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ γεγραμμένον ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν. Καὶ ἤκουσα φωνὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὡς φωνὴν ὑδάτων πολλῶν, καὶ ὡς φωνὴν βροντῆς μεγάλης.* C *Καὶ ἡ φωνὴ ἣν ἤκουσα, ὡς κιθαρῳδῶν κιθαριζόντων ἐν ταῖς κιθάραις αὐτῶν· καὶ ᾄδουσιν ᾠδὴν καινὴν* (4) *ἐνώπιον τοῦ θρόνου, καὶ ἐνώπιον τῶν δ' ζώων, καὶ τῶν πρεσβυτέρων· καὶ οὐδεὶς ἐδύνατο*

1 PRÆFATIO.

1. Quemadmodum qui olim populus Dei cognominabatur, in duodecim tribus ordinemque Leviticum divisus erat, cum cæteras tribus honore præstantem, tum etiam Deum pluribus ordinibus sacerdotalibus et Leviticis colentem; ita meo judicio quisquis fuerit Christi populus juxta interiorem cordis hominem, scilicet in occulto Judæus, et spiritu circumcisus [18], tribuum ipsarum proprietates habet, idque sacratius, ut ab Joanne ex Apocalypsi apertius possumus discere, cum nec reliqui prophetæ iis qui sciunt audire talia reticuerint. Sic autem inquit Joannes [19]: *Et vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei vivi, et clamavit voce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terræ et mari, dicens: Nolite nocere terræ, et mari, neque arboribus, quoadusque signemus servos Dei nostri in frontibus suis. Et audivi numerum signatorum, centum quadraginta quatuor millia signati ex omni tribu filiorum Israel. Ex tribu Juda duodecim millia signati; ex tribu Ruben duodecim millia.* Cumque cæterarum tribuum divisionem fecisset, tribu Dan omissa, **2** deinceps post plura subjungit [20]: *Et vidi, et ecce Agnus stans super montem Sion, et cum eo centum quadraginta quatuor millia habentia nomen ejus, et nomen Patris ejus scriptum in frontibus suis. Et audivi vocem de cælo, tanquam vocem aquarum multarum, et tanquam vocem tonitrui magni. Et vocem audivi citharœdorum citharizantium citharis suis, et cantabant quasi canticum novum ante sedem, et ante quatuor animalia, et seniores, et nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati; virgines enim sunt. Hi sequuntur Agnum quocunque*

[18] Rom. II, 29. [19] Apoc. VII, 2, 3 et seq. [20] Apoc. XIV, 1, 2 et seq.

(1) *Κατὰ τὸν κρυπτόν*, etc. Ita legitur in codicibus mss. Bodleiano et Barberino. Sicque legendum monuit Huetius qui in textu habet κατὰ τὸ κρυπτόν.

(2) *Καὶ ἔκραξε*. Codd. Bodleianus et Barberinus, καὶ ἐκέκραξε.

(3) *Ἐπὶ τὸ ὄρος Σιών*. Hæc non vertit interpres Ferrarius qui forte ea non viderat in suo exemplari.

(4) *Ὠδὴν καινήν*. Interpres legebat ὡς ᾠδὴν καινήν.

ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo et Agno, et in ore eorum non est inventus dolus. Sine macula enim sunt. Hæc autem dici apud Joannem de his qui crediderunt in Christum, qui etiam ipsi sunt ex tribubus, etiamsi corporale ipsorum genus ad semen patriarcharum non videatur referri, hunc in modum colligere possumus : *Nolite*, inquit [21], *nocere terræ, et mari, neque arboribus, quoadusque Dei nostri servos signaverimus in frontibus suis. Et audivi numerum signatorum, centum quadraginta quatuor millia signati ex omni tribu filiorum Israel.*

A *μαθεῖν τὴν ᾠδὴν εἰ μὴ αἱ ρμδʹ χιλιάδες, οἱ ἠγορασμένοι ἀπὸ τῆς γῆς. Οὗτοί εἰσιν οἳ μετὰ γυναικῶν οὐκ ἐμολύνθησαν· παρθένοι γάρ εἰσιν. Οὗτοι οἱ ἀκολουθοῦντες τῷ Ἀρνίῳ ὅπου ἐὰν ὑπάγῃ. Οὗτοι ἠγοράσθησαν ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων ἀπαρχὴ τῷ Θεῷ καὶ τῷ Ἀρνίῳ, καὶ ἐν τῷ στόματι αὐτῶν οὐχ εὑρέθη ψεῦδος· ἄμωμοι γάρ εἰσιν* (5). Ὅτι δὲ ταῦτα παρὰ τῷ Ἰωάννῃ περὶ τῶν εἰς Χριστὸν πεπιστευκότων λέγεται, καὶ αὐτῶν ὑπαρχόντων ἀπὸ φυλῶν, κἂν μὴ δοκῇ τὸ σωματικὸν αὐτῶν γένος ἀνατρέχειν ἐπὶ τὸ σπέρμα τῶν πατριαρχῶν, ἔστιν οὕτως ἐπιλογίσασθαι· *Μὴ ἀδικήσητε*, φησὶ, *τὴν γῆν, μήτε τὴν θάλασσαν, μήτε τὰ δένδρα, ἄχρι σφραγίσωμεν τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν. Καὶ ἤκουσα τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐσφραγισμένων· ρμδʹ χιλιάδες ἐσφραγισμένοι* (6) *ἐκ πάσης φυλῆς υἱῶν Ἰσραήλ.*

2. Qui igitur signantur ex omni tribu filiorum Israel in frontibus suis, ii centum quadraginta quatuor millia sunt numero, qui centum quadraginta quatuor millia, cum virgines exsistant, et cum mulieribus non sint coinquinati, in sequentibus apud Joannem nomen Agni et Patris ejus in frontibus suis scriptum habere dicuntur. Quodnam igitur aliud esse poterit sigillum frontibus ipsorum impressum quam nomen Agni et nomen Patris ejus, cum utrisque in locis frontes, modo quidem sigillum, modo vero litteras nomen Agni et nomen Patris ejus continentes habere dicantur ? Quinetiam si hi qui sunt ex tribubus, iidem sunt ac virgines, ut antea ostendimus, pauci autem sunt ex Israel secundum carnem qui credant, ita ut fortassis ausit quis dicere ne numerum quidem centum quadraginta quatuor millia compleri ex credentibus, qui sint ex Israele secundum carnem, perspicuum est eos qui ex gentibus divino adhæserunt verbo, constituere illa centum quadraginta **3** quatuor millia eorum qui cum mulieribus non sunt coinquinati ; adeo ut a veritate non aberret qui dicit primitias cujusque tribus esse virgines ipsius. Nam subjungitur [22] : *Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo, et Agno, et in ore eorum non est inventum mendacium ; irreprehensibiles enim sunt.* Non est autem ignorandum, sermonem de centum quadraginta quatuor millibus virginum anagogicam interpretationem recipere; superfluum vero nunc, atque ab instituta disputatione alienum est, prophetarum testimonia apponere, quæ idem de iis qui ex gentibus crediderunt nos docent.

B 2. Οὐκοῦν οἱ ἐκ πάσης φυλῆς υἱῶν Ἰσραὴλ σφραγίζονται ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν ρμδʹ εἰσὶ χιλιάδες τὸν ἀριθμόν· αἵτινες ρμδʹ χιλιάδες ἐν τοῖς ἑξῆς παρὰ τῷ Ἰωάννῃ λέγονται ἔχειν τὸ ὄνομα τοῦ Ἀρνίου καὶ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ (7) γεγραμμένον ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν, οὖσαι παρθένοι, καὶ μετὰ γυναικῶν οὐ μολυνθέντες (8). Τίς οὖν ἄλλη εἴη ἡ σφραγὶς ἡ ἐπὶ τῶν μετώπων ἢ τὸ ὄνομα τοῦ Ἀρνίου καὶ τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ (9), ἐν ἀμφοτέροις τοῖς τόποις τῶν μετώπων λεγομένων ἔχειν πῇ μὲν τὴν σφραγῖδα, πῇ δὲ τὰ γράμματα περιέχοντα τὸ ὄνομα τοῦ Ἀρνίου καὶ τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ; Ἀλλὰ καὶ οἱ ἀπὸ φυλῶν εἰ οἱ αὐτοί εἰσι τοῖς παρθένοις, ὡς προαπεδείξαμεν, σπάνιος δὲ ὁ ἐκ τοῦ κατὰ σάρκα Ἰσραὴλ πιστεύων, ὡς τάχα τολμῆσαι ἄν τινα εἰπεῖν μὴ συμ- C πληροῦσθαι (10) ἀπὸ τῶν ἐκ τοῦ κατὰ σάρκα Ἰσραὴλ πιστευόντων, μηδὲ τὸν τῶν ρμδʹ χιλιάδων ἀριθμόν· δῆλον, ὅτι ἐκ τῶν ἀπὸ τῶν ἐθνῶν τῷ θείῳ προσερχομένων λόγῳ συνίστανται αἱ ρμδʹ χιλιάδες μετὰ γυναικῶν οὐ μολυνομένων· ὥστε μὴ ἐᾶν ἀποπεσεῖν (11) τῆς ἀληθείας τὸν φάσκοντα ἀπαρχὴν ἑκάστης εἶναι φυλῆς τοὺς παρθένους αὐτῆς. Καὶ γὰρ ἐπιφέρεται· *Οὗτοι ἠγοράσθησαν ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων ἀπαρχὴ τῷ Θεῷ καὶ τῷ Ἀρνίῳ, καὶ ἐν τῷ στόματι αὐτῶν οὐχ εὑρέθη ψεῦδος· ἄμωμοι γάρ εἰσιν.* Οὐκ ἀγνοητέον δὲ, ὅτι ὁ περὶ τῶν ρμδʹ χιλιάδων παρθένων λόγος ἐπιδέχεται ἀναγωγήν· περιττὸν δὲ νῦν καὶ οὐ κατὰ τὸν προκείμενον λόγον τὸ παρατίθεσθαι λέξεις προφητικὰς ταυτὸν περὶ τῶν ἐξ ἐθνῶν ἡμᾶς διδασκούσας.

D

3. Quid autem hæc omnia sibi velint, dices, in hæc scripta incidens, o Ambrosi, vere homo Dei, et homo in Christo, et qui pro virili contendis esse spiritualis, nec amplius homo. Alii quidem sunt ex

3. Τί δὲ πάντα ταῦτα ἡμῖν βούλεται (12), ἐρεῖς ἐντυγχάνων τοῖς γράμμασιν, Ἀμβρόσιε, ἀληθῶς Θεοῦ ἄνθρωπε καὶ ἐν Χριστῷ ἄνθρωπε (13), καὶ σπεύδων εἶναι πνευματικὸς, οὐκέτι ἄνθρωπος· οἱ μὲν ἀπὸ τῶν

[21] Apoc. VII, 3, 4. [22] Apoc. XIV, 4, 5.

(5) Ferrarius interpres post hæc verba ἄμωμοι γάρ εἰσιν, quæ vertit *sine macula enim sunt*, addit, *ante thronum Dei*, quod in nostris mss. desideratur.

(6) Codd. Barberinus et Bodleianus ἐσφραγισμένοι, Huetius edidit ἐσφραγισμένων.

(7) Interpres legebat καὶ τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ.

(8) *Οὐ μολυνθέντες*. Legendum videtur οὐ μολυνθεῖσαι.

(9) *Καὶ τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ*. Apud Huetium deest τὸ ὄνομα, sed restituitur ex codice Barberino.

(10) Codex Barberinus, ἐμπληροῦσθαι.

(11) *Ὥστε μὴ ἐᾶν ἀποπεσεῖν*. Lego ὥστε μὴ ἂν ἀποπεσεῖν.

(12) Codex Bodleianus πάντα ταῦτα βούλεται.

(13) *Καὶ ἐν Χριστῷ ἄνθρωπε*. Legendum videtur, καὶ ἐν Χριστῷ ἀδελφέ. *Et in Christo frater.* Mox etiam lego : καὶ οὐκέτι ἄνθρωπος.

A φυλῶν δεκάτας καὶ ἀπαρχὰς ἀναφέρουσι τῷ Θεῷ διὰ τῶν λευιτῶν καὶ ἱερέων, οὐ πάντα ἔχοντες ἀπαρχὰς ἢ δεκάτας· οἱ δὲ λευῖται καὶ ἱερεῖς, πάντα δεκάταις καὶ ἀπαρχαῖς χρώμενοι, δεκάτας ἀναφέρουσι τῷ Θεῷ διὰ τοῦ ἀρχιερέως, οἶμαι δ' ὅτι καὶ ἀπαρχάς. Ἡμῶν δὴ τῶν προσιόντων τοῖς Χριστοῦ μαθήμασιν οἱ μὲν πλεῖστοι τὰ πολλὰ τῷ βίῳ σχολάζοντες, καὶ ὀλίγας πράξεις τῷ Θεῷ ἀνατιθέντες, τάχα εἶεν ἂν οἱ ἀπὸ τῶν φυλῶν ὀλίγην πρὸς τοὺς ἱερεῖς ἔχοντες κοινωνίαν, καὶ ἐν βραχέσι τὸ θεραπευτικὸν τοῦ Θεοῦ τρέφοντες· οἱ δὲ ἀνακείμενοι τῷ θείῳ λόγῳ καὶ πρὸς μόνῃ τῇ θεραπείᾳ τοῦ Θεοῦ γινόμενοι γνησίως κατὰ τὴν εἰς τοῦτο διαφορὰν τῶν εἰς τοῦτο κινημάτων Λευῖται καὶ ἱερεῖς οὐκ ἀτόπως λεχθήσονται. Τάχα δὲ οἱ διαφέροντες καὶ τῶν (14) τῆς καθ' ἑαυτοὺς γενεᾶς ἔχοντες ἀρχιερεῖς ἔσονται κατὰ τὴν τάξιν Ἀαρὼν, καὶ οὐ B κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. Ἐὰν γάρ τις ἀνθυποφέρῃ πρὸς τοῦτο νομίζων ἡμᾶς ἀσεβεῖν τὸ τοῦ ἀρχιερέως ὄνομα τάσσοντας ἐπ' ἀνθρώπων, ἐπεὶ πολλαχοῦ Ἰησοῦς μέγας Ἱερεὺς προφητεύεται· *Ἔχομεν γὰρ ἀρχιερέα μέγαν, διεληλυθότα τοὺς οὐρανοὺς, Ἰησοῦν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ*· λεκτέον πρὸς αὐτὸν, ὅτι ὁ Ἀπόστολος ἐπεσημήνατο λέγων τὸν Προφήτην εἰρηκέναι περὶ τοῦ Χριστοῦ (15)· *Σὺ Ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ*, καὶ οὐ κατὰ τὴν τάξιν Ἀαρών· ἀφ' οὗ καὶ ἡμεῖς λαβόντες φαμὲν κατὰ μὲν τὴν τάξιν Ἀαρὼν ἀνθρώπους δύνασθαι εἶναι ἀρχιερεῖς· κατὰ δὲ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ.

4. Πάσης τοίνυν ἡμῖν πράξεως (16) ἀνακειμένης Θεῷ, καὶ παντὸς τοῦ βίου, ἐπεὶ σπεύδομεν ἐπὶ τὰ κρείττονα, καὶ βουλομένων ἡμῶν ἔχειν πᾶσαν αὐτὴν ἀπαρχὴν τῶν πολλῶν ἀπαρχῶν, εἴ γε μὴ σφαλλόμεθα τοῦτο νομίζοντες, ποίαν ἐχρῆν εἶναι, μετὰ τὸ κατὰ τὸ σῶμα κεχωρίσθαι ἡμᾶς ἀλλήλων, διαφέρουσαν ἢ τὴν περὶ Εὐαγγελίου ἐξέτασιν; Καὶ γὰρ τολμητέον εἰπεῖν πασῶν τῶν Γραφῶν εἶναι ἀπαρχὴν τὸ Εὐαγγέλιον. Ἀπαρχὴν οὖν πράξεων, ἐξ οὗ (17) τῇ Ἀλεξανδρείᾳ ἐπιδεδημήκαμεν, τίνα ἄλλην ἢ τὴν εἰς τὴν ἀπαρχὴν τῶν Γραφῶν ἐχρῆν γεγονέναι; Χρὴ δὲ ἡμᾶς εἰδέναι οὐ ταυτὸν εἶναι (18) ἀπαρχὴν καὶ πρωτογέννημα. Μετὰ γὰρ τοὺς πάντας καρποὺς ἀναφέρεται ἡ

A tribubus qui decimas et primitias offerunt Deo per levitas et sacerdotes, cum tamen ipsi nullis fruantur decimis aut primitiis. Levitæ vero et sacerdotes, in omnibus decimis fruentes et primitiis, Deo decimas, atque etiam, ut opinor, primitias offerunt per pontificem: eodem modo complures ex nobis qui ad Christi disciplinam accesserunt, majori ex parte ad vitæ hujus negotia attenti, paucas actiones Deo offerentes, fortasse sunt iis similes qui ex tribubus parum communicant cum sacerdotibus, et paucis cultores Dei nutriunt. Qui vero divino dicati sunt verbo, et in solo Dei cultu sincere legitimeque immorantur, levitæ sacerdotesque vocari poterunt, juxta differentiam eorum motuum et actionum quæ huc et illarum quæ illuc spectant. Fortassis autem B qui cæteris suæ ætatis hominibus virtute præstant, summi sacerdotes erunt, juxta Aaron ordinem, non juxta ordinem Melchisedech. Quod si quis objiciat nos minus in hoc pie sentire, quod summi sacerdotis nomen ad homines redigimus, quoniam sæpe Jesus magnus Sacerdos a prophetis vocatur: *Habemus enim*, inquit [13], *sacerdotem magnum, qui cœlos penetravit, Jesum Filium Dei*; huic respondendum est Apostolum id notasse, cum diceret Prophetam de Christo locutum fuisse, cum inquit [14]: *Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*, et non secundum ordinem Aaron; inde, arrepta occasione, dicimus fieri posse ut homines juxta Aaronis ordinem sint summi sacerdotes, cum juxta C ordinem Melchisedech sacerdotem esse ad Christum Dei Filium pertineat.

4. Omni itaque actione, et tota vita nostra Deo dicata, quoniam ad præstantiora magno studio contendimus, cupientibusque nobis primitias omnes multarum primitiarum habere, nisi hoc existimantes decipimur, quænam aliæ nobis primitiæ præstantiores esse debuerunt, posteaquam mutua corporis consuetudine sejuncti sumus, quam instituere de Evangelio disputationem? Etenim audendum est dicere omnium Scripturarum primitias Evangelium esse. Ex quo igitur tempore Alexandriam pervenimus, quasnam alias esse oportuit nostrarum actionum primitias quam in Scripturarum primitiis? Sed sciamus necesse est non idem esse ἀπαρ-

[13] Hebr. IV, 14. [14] Psal. CIX, 4.

(14) *Γνησίως, κατὰ τὴν εἰς τοῦτο διαφορὰν.... Τάχα δὲ οἱ διαφέροντες καὶ τῶν.* Hæc desunt apud Huetium, sed restituuntur ex codd. Barberino et Bodleiano.

(15) *Περὶ τοῦ Χριστοῦ.* Apud Huetium deest τοῦ, sed legitur in nostris mss.

(16) *Πράξεως.* Codex Bodleianus, τάξεως. Mox pro ἐπεὶ σπεύδομεν quod nostri habent codices, legitur in textu apud Huetium ἐπὶ σπεύδομεν.

(17) *Ἀπαρχὴν οὖν πράξεων, ἐξ οὗ*, etc. Nimirum postquam Antiochia rediit, quo a Mammea, Alexandri Severi matre, fuerat accersitus. Tunc enim commentariis illustrare Scripturam exorsus est. Id vero munus, Achaico itinere intermissum, resumpsit Alexandriam denuo reversus, ut fusius in *Origenianis* ostendimus. Huetius.

(18) *Χρὴ δὲ ἡμᾶς εἰδέναι οὐ ταυτὸν εἶναι*, etc.

D Quæ πρωτογεννήματα Origenes et LXX Interpretes appellant, dicuntur Hebræis בכורים eaque e frugibus integris necdum elaboratis Deo offerenda excipiebantur, neque magna copia, neque certa. Offerebantur autem festo primitiarum tempore πρὸ τῶν πάντων καρπῶν, juxta præceptum Exodi XXIII, 16, 19. Eorum vero offerendorum ritus traditur Levit. II, 14. At ἀπαρχαὶ Judæis sunt תרומות quæ ex universis frugibus jam elaboratis sepositæ, sacerdotibus tradebantur ea copia quæ amplior esset sexagesima parte, minor quadragesima. Ut ex omnibus igitur frugibus excernerentur Therumoth, fruges universas jam ante collectas esse oportuit, quod contingebat in festo Pentecostes, ut est Levit. XXIII, 15; Num. XXVIII, 26; Deuter. XVI, 9, 10. Sunt qui primitias novorum fructuum oblatas volunt mense Tisri, festo Scenopegiæ. Nam tum uni-

χὴν [primitias] et πρωτογέννημα [primam genituram]. Siquidem post omnes fructus dedicatur ἀπαρχὴ [primitiæ]; ante omnes vero fructus πρωτογέννημα [prima genitura]. Proinde haud equidem quis aberrabit, si ex omnibus Scripturis quæ in omnibus Ecclesiis et feruntur et creduntur esse divinæ, Moysis legem dixerit πρωτογέννημα [primam genituram], Evangelium vero ἀπαρχὴν [primitias], quandoquidem post omnes prophetarum fructus qui fuerunt usque ad Dominum Jesum, perfectus ille sermo germinavit.

5. Quod si propter interpretationem datam τῇ ἀπαρχῇ [primitiis], reclamet aliquis dicens rursum post Evangelia circumferri etiam tum Acta, tum Epistolas apostolorum, et idcirco hoc minus verum esse quod superius de hoc vocabulo tradidimus, nempe Evangelium totius Scripturæ ἀπαρχὴν [primitias] esse; dicendum sane est eorum qui sapientes in Christo, quique ex his prædictis Epistolis utilitatem perceperunt quidem, sed tamen, quo fidem mereantur, indigent testimoniis quæ in legalibus et propheticis scriptis continentur, hanc esse mentem ut sapientiæ quidem plena et credibilia et vehementer sancita apostolica esse dicant, sed iis neutiquam consimilia: *Hæc dicit Dominus omnipotens* [25]. Et hanc ob causam inspice complectatur necne suas Epistolas Paulus cum dicit [26]: *Omnis Scriptura afflatu prodita utilis est*; et cum ait [27]: *Dico ego, non Dominus*; et illud [28]: *Sic in omnibus Ecclesiis ordino*; itemque [29]: *Qualia passus sum Antiochiæ,*
5 *Iconii, Lystris*, et his similia, interdum ab ipso scripta, et juxta potestatem, non tamen secundum accuratam sinceritatem sermonum, qui sunt ex divina inspiratione. Deinde hoc etiam ostendendum est veterem Scripturam non esse Evangelium, quæ venientem non ostendit, sed prænuntiat; omnem vero novam, Evangelium esse, quæ non solum, ut in Evangelii initio scriptum est, ait: *Ecce Agnus Dei, ecce qui aufert peccata mundi* [30], verum etiam quæ varias opiniones doctrinasque continet ejus per quem Evangelium est Evangelium. Præterea, si Deus posuit in Ecclesia apostolos et prophetas, et evangelistas, pastoresque et doctores [30*], cum accurate examinaverimus quodnam sit evangelistæ officium, et invenerimus pertinere ad eum non semper enarrare quonam pacto Servator cæcum a nativitate

A ἀπαρχὴ, πρὸ δὲ πάντων τὸ πρωτογέννημα. Τῶν τοίνυν φερομένων Γραφῶν καὶ ἐν πάσαις Ἐκκλησίαις Θεοῦ πεπιστευμένων εἶναι θείων οὐκ ἂν ἁμάρτοι τις λέγων πρωτογέννημα μὲν τὸν Μωϋσέως νόμον, ἀπαρχὴν δὲ τὸ Εὐαγγέλιον· μετὰ γὰρ τοὺς πάντας τῶν προφητῶν καρποὺς, τῶν μέχρι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, ὁ τέλειος ἐβλάστησε λόγος.

5. Ἐὰν δέ τις ἀνθυποφέρῃ διὰ τὴν ἔννοιαν τῆς ἀναπτύξεως τῶν ἀπαρχῶν φάσκων μετὰ τὰ Εὐαγγέλια τὰς Πράξεις καὶ τὰς Ἐπιστολὰς φέρεσθαι τῶν ἀποστόλων, καὶ κατὰ τοῦτο μὴ ἂν ἔτι σώζεσθαι τὸ προαποδεδομένον περὶ ἀπαρχῆς, τὸ ἀπαρχὴν πάσης Γραφῆς εἶναι τὸ Εὐαγγέλιον· λεκτέον ἤτοι νοῦν εἶναι σοφῶν ἐν Χριστῷ, ὠφελημένων ἐν ταῖς φερομέναις Ἐπιστολαῖς, δεομένων ἵνα (19) πιστεύωνται μαρτυριῶν τῶν ἐν τοῖς νομικοῖς καὶ προφητικοῖς λόγοις κειμένων, ὥστε σοφὰ μὲν καὶ πιστὰ λέγειν καὶ σφόδρα ἐπιτεταγμένα (20) τὰ ἀποστολικὰ, οὐ μὴν παραπλήσια τῷ· *Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ*· καὶ κατὰ τοῦτο ἐπίστησον εἰ, ἐπὰν λέγῃ ὁ Παῦλος· *Πᾶσα Γραφὴ θεόπνευστος καὶ ὠφέλιμος*, ἐμπεριλαμβάνει καὶ τὰ ἑαυτοῦ γράμματα, ἢ οὐ τό· *Κἀγὼ λέγω* (21), *καὶ οὐχ ὁ Κύριος*, καὶ τό· *Ἐν πάσαις Ἐκκλησίαις διατάσσομαι*, καὶ τό· *Οἷα ἔπαθον ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἐν Ἰκονίῳ, ἐν Λύστροις*, καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια
B
C ἐνίοτε ὑπ' αὐτοῦ γραφέντα καὶ κατ' ἐξουσίαν, οὐ μὴν τὸ εἰλικρινὲς τῶν ἐκ θείας ἐπιπνοίας (22) λόγων· ἢ καὶ τούτῳ παραστατέον (23), ὅτι ἡ Παλαιὰ μὲν οὐκ Εὐαγγέλιον, οὐ δεικνύουσα τὸν ἐρχόμενον, ἀλλὰ προαγγέλλουσα καὶ προκηρύσσουσα· πᾶσα δὲ ἡ Καινὴ τὸ Εὐαγγέλιόν ἐστιν, οὐ μόνον ὁμοίως τῇ ἀρχῇ τοῦ Εὐαγγελίου φάσκουσα (24)· *Ἰδοὺ ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου*, ἀλλὰ καὶ ποικίλας δοξολογίας περιέχουσα καὶ διδασκαλίας τοῦ δι' ὃν τὸ Εὐαγγέλιον Εὐαγγέλιόν ἐστιν (25). Ἔτι δὲ εἰ ὁ Θεὸς ἔθετο ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἀποστόλους, καὶ προφήτας, καὶ εὐαγγελιστὰς, ποιμένας τε καὶ διδασκάλους, ἐπὰν ἐξετάσωμεν τί τὸ ἔργον τοῦ εὐαγγελιστοῦ, ὅτι οὐ πάντως διηγήσασθαι τίνα τρόπον ὁ Σωτὴρ τυφλὸν ἀπὸ γενετῆς ἰάσατο, ὀδωδότα νεκρὸν ἀνέστη-
D σεν, ἢ τι τῶν παραδόξων πεποίηκεν· οὐκ ὀκνήσομεν χαρακτηριζομένου τοῦ εὐαγγελιστοῦ, καὶ ἐν προ-

[25] II Cor. vi, 18. [26] II Tim. iii, 16. [27] I Cor. vii, 12. [28] ibid. 17. [29] II Tim. iii, 11. [30] Joan. i, 29; [30*] Ephes. iv, 11.

versos fructus fuisse collectos intelligitur ex Exod. xxiii, 16, et Levit. xxiii, 39. Atqui de fructibus quoque dabantur Therumoth, Num. xviii, 13; Deuter. xviii, 4, et xxvi, 2. Igitur datæ illæ sunt post collectionem fructuum, hoc est mense Tisri, in festo Tabernaculorum. Atque hanc primitiarum oblationem videtur respexisse Origenes, cum ait: Μετὰ τοὺς πάντας καρποὺς ἀνεφέροντο αἱ ἀπαρχαί. Nam ante Scenopegiam universi fructus, uvæ puta et oleæ, neutiquam potuerunt esse collectæ. Huetius.

(19) Legendum videtur, ὠφελημένων μὲν ἐν ταῖς φερομέναις ἐπιστολαῖς, δεομένων δέ, etc.

(20) Codex Bodleianus pro ἐπιτεταγμένα habet ἐπιτετευγμένα.

(21) *Ἢ οὐ τό· Κἀγὼ λέγω*, κ. τ. λ. Sic nostri codices mss. Male autem Huetius in textu habet, ἢ οὕτω· Λέγω, etc.

(22) *Γραφέντα καὶ κατ' ἐξουσίαν, οὐ μὴν τὸ εἰλικρινὲς τῶν ἐκ θείας ἐπιπνοίας*. Hæc apud Huetium desunt, sed restituuntur ex codicibus Bodleiano et Barberino.

(23) *Τούτῳ παραστατέον*. Ita codd. Regius, Barberinus et Bodleianus. Perionius tamen legit τοῦτο, cui nos cum Tarino assentimur.

(24) *Φάσκουσα*. Codex Barberinus, φράζουσα.

(25) *Διδασκαλίας τοῦ δι' ὃν τὸ Εὐαγγέλιον Εὐαγγέλιόν ἐστιν*, κ. τ. λ. Sic recte habet codex Bodleianus, sicque legit Ferrarius; in codice Barberino pro δι' ὃν legitur δι' οὗ. Apud Huetium vox Εὐαγγέλιον semel exstat.

A τρεπτικῷ λόγῳ τῷ εἰς πιστοποίησιν τῶν περὶ Ἰησοῦ Εὐαγγέλιόν πως εἰπεῖν τὰ ὑπὸ τῶν ἀποστόλων γεγραμμένα. Ἀλλ' ὅσον ἐπὶ τῇ δευτέρᾳ ἀποδόσει τῷ ἀνθυποφέροντι διὰ τὸ μὴ ἐπιγεγράφθαι τὰς Ἐπιστολὰς Εὐαγγέλιον, ὡς οὐ καλῶς πᾶσαν τὴν καινὴν Διαθήκην Εὐαγγέλιον ἡμῶν ὀνομασάντων, λεκτέον, ὅτι πολλαχοῦ τῶν Γραφῶν δύο τινῶν ἢ πλειόνων τῷ αὐτῷ ὀνόματι ὀνομαζομένων, κυριώτερον ἐπὶ τοῦ ἑτέρου τῶν λεγομένων κεῖται τὸ ὄνομα· οἷον λέγοντος τοῦ Σωτῆρος· *Μὴ καλέσητε διδάσκαλον ἐπὶ τῆς γῆς* (26), ὁ Ἀπόστολός φησι τετάχθαι ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ καὶ διδασκάλους. Οὐκ ἔσονται οὖν οὗτοι διδάσκαλοι ὅσον ἐπὶ τῇ ἀκριβείᾳ τῆς τοῦ Εὐαγγελίου (27) φωνῆς· οὕτως οὐκ ἔσται Εὐαγγέλιον τὸ κατὰ τὰς Ἐπιστολὰς πᾶν γράμμα, ὅταν παραβάλληται τῇ διηγήσει τῶν περὶ Ἰησοῦ πράξεων καὶ παθημάτων B καὶ λόγων αὐτοῦ. Πλὴν ἀπαρχὴ πάσης Γραφῆς τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ πασῶν τῶν κατ' εὐχὴν ἡμῶν πράξεων ἐσομένων ἀπαρχὴν ποιούμεθα εἰς τὴν ἀπαρχὴν (28) τῶν Γραφῶν.

sanaverit, fetentem mortuum excitaverit, vel aliquid supra hominum opinionem fecerit; non dubitabimus affirmare aliquo modo Evangelium esse quæ scripserint apostoli, cum ad evangelistæ munus attineat, adhortatoria etiam oratione fidem iis quæ de Jesu tradita sunt, acquirere. Quantum vero attinet ad hoc quod secundo loco tradidimus, si objecerit aliquis quod minus probe nominaverimus totum Testamentum novum Evangelium, eo quod Evangelii inscriptionem non habeant Epistolæ, huic dicemus sæpe in Scripturis, cum duo vel plura eodem vocabulo nuncupantur, magis proprie uni eorum illud tribui: verbi gratia, dicente Servatore [31]: *Ne vocetis magistrum super terram*, inquit Apostolus [32] magistros in Ecclesia ordinatos fuisse. Non erunt ergo hi magistri secundum exactam intelligentiam vocis hujus Evangelii: sic etiam non erit Evangelium, qualiscunque tandem illa fuerit Scriptura, quæ sub nomine Epistolarum fuerit, si conferatur cum Scriptura quæ actiones, passiones sermonesque Jesu contineat. Attamen totius Scripturæ primitiæ est Evangelium, actionumque omnium quæ ex animi sententia nobis cessuræ sunt, primitias facimus in primitiis Evangelii.

6. Ἐγὼ δ' οἶμαι, ὅτι καὶ, τεσσάρων ὄντων τῶν Εὐαγγελίων, οἱονεὶ στοιχείων τῆς πίστεως τῆς Ἐκκλησίας, ἐξ ὧν στοιχείων ὁ πᾶς συνέστηκε κόσμος, ἐν Χριστῷ καταλλαγεὶς τῷ Θεῷ, καθά φησιν ὁ Παῦλος· *Θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ*, οὗ κόσμου τὴν ἁμαρτίαν ἦρεν Ἰησοῦς· περὶ γὰρ τοῦ κόσμου τῆς Ἐκκλησίας ὁ λόγος ἐστὶν ὁ γεγραμμένος· *Ἰδοὺ ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν* C *τοῦ κόσμου*, ἀπαρχὴν τῶν Εὐαγγελίων εἶναι τὸ προστεταγμένον ἡμῖν ὑπὸ σοῦ κατὰ δύναμιν ἐρευνῆσαι τὸ κατὰ Ἰωάννην· τὸν γενεαλογούμενον εἰπὼν (29), καὶ ἀπὸ τοῦ ἀγενεαλογήτου ἀρχόμενον· Ματθαῖος μὲν γὰρ, τοῖς προσδοκῶσι τὸ ἐξ Ἀβραὰμ καὶ Δαυῒδ Ἑβραίοις γράφων, *Βίβλος*, φησὶ, *γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ Δαυῒδ, υἱοῦ Ἀβραάμ*· καὶ Μάρκος εἰδὼς ὃ γράφει, ἀρχὴν διηγεῖται τοῦ Εὐαγγελίου, τάχα εὑρισκόντων ἡμῶν τὸ τέλος αὐτοῦ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ ἐν ἀρχῇ Λόγον Θεὸν Λόγον. Ἀλλὰ καὶ Λουκᾶς εἰρηκὼς ἐν ἀρχῇ τῶν Πράξεων· *Τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην περὶ πάντων ὧν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν καὶ διδάσκειν* (30), ἀλλά γε τηρεῖ τῷ ἐπὶ τὸ στῆθος ἀναπεσόντι τοῦ Ἰησοῦ D τοὺς μείζονας καὶ τελειοτέρους (31) περὶ Ἰησοῦ λόγους· οὐδεὶς γὰρ ἐκείνων ἀκρατῶς ἐφανέρωσεν αὐτοῦ τὴν θεότητα, ὡς Ἰωάννης παραστήσας αὐτὸν λέγοντα· *Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου· Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή· Ἐγώ εἰμι ἡ ἀνάστασις· Ἐγώ εἰμι ἡ θύρα· Ἐγώ εἰμι ὁ ποι-*

6. Arbitror vero ego, etiamsi quatuor sint Evangelia veluti elementa fidei Ecclesiæ, ex quibus elementis totus constat hic mundus Deo per Christum reconciliatus, sicut inquit Paulus [33], *Deus erat in Christo, mundum sibi reconcilians;* cujus mundi peccatum sustulit Jesus; de mundo enim Ecclesiæ sermo ille est scriptus [34]: **6** *Ecce Agnus Dei, qui aufert peccatum mundi*, Evangeliorum primitias Evangelium esse Joannis nobis propositum, cujus sensum pro virili nostra jussi sumus abs te investigare. Idque arbitror considerans genealogiam texentem, et incipientem ab eo qui genealogia caret. Nam Matthæus quidem cum scriberet Hebræis, qui venturum ex Abrahamo et Davide exspectabant: *Liber* inquit, *generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham* [35]. Marcus vero sciens quod scribit, initium enarrat Evangelii, fortassis quod inveniamus finem ipsius apud Joannem, qui in principio Verbum Deum fuisse inquit. Lucas etiam cum dixisset [36]: *Primum quidem sermonem feci de omnibus quæ cœpit Jesus facere et docere*, majores perfectioresque de Jesu sermones reservat ei qui supra pectus Jesu recubuit. Nullus enim illorum adeo pure manifestavit illius divinitatem, ut Joannes quippe qui inducat illum dicentem: *Ego sum lux mundi: Ego sum via, veritas et vita: Ego sum resurrectio: Ego sum ostium: Ego sum pastor bonus* [37]; et in Apocalypsi [38]: *Ego sum A, et Ω, principium et finis, primus et no-*

[31] Matth. xxiii, 8, 9. [32] Ephes. iv, 11. [33] II Cor. v, 19. [34] Joan. i, 30. [35] Matth. i, 1. [36] Act. i, 1. [37] Joan. viii, 12; xiv, 6; xi, 25; x, 7, 9, 11. [38] Apoc. i, 8; xxii, 13.

(26) *Μὴ καλέσητε διδάσκαλον ἐπὶ τῆς γῆς*. Locus habetur Matth. xxiii, 8, ubi pro καθηγητὴς exemplaria quædam habent διδάσκαλος. Hunc autem versum cum sequenti confudit Origenes. Huetius.

(27) *Τοῦ Εὐαγγελίου*. Tarinus censebat legendum τοῦ διδασκάλου.

(28) *Εἰς τὴν ἀπαρχὴν*, etc. Omittendum videtur εἰς.

(29) Pro εἰπὼν Ferrarius legit σκοπῶν, ego vero legendum censeo εἰπόν, quod refero ad præcedens τὸ κατὰ Ἰωάννην.

(30) *Τέλος αὐτοῦ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ.... ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν καὶ διδάσκειν*. Hæc omnia apud Huetium desiderantur, sed restituuntur partim ex codice Bodleiano, partim ex Barberino.

(31) Codex Bodleianus, τελεωτέρους.

vissimus. Audeamus igitur dicere primitias Scripturarum omnium Evangelium esse; Evangeliorum vero primitias, Evangelium a Joanne traditum; cujus sensum percipere nemo potest, nisi qui supra pectus Jesu recubuerit, vel acceperit a Jesu Mariam, quæ etiam ipsius mater fiat: adeo talem tantumque esse necesse est, qui Joannes alius sit futurus, ut quemadmodum Joannes, itidem etiam et iste a Jesu Jesus exsistere ostendatur. Nam si nullus est Mariæ filius, judicio eorum qui de ipsa sane senserunt, præterquam Jesus: dicitque Jesus matri: *Ecce filius tuus* [39], et non, ecce etiam hic est filius tuus: perinde est, ac si dixisset: Ecce hic est Jesus quem genuisti. Etenim quisquis perfectus est, non amplius vivit ipse, sed in ipso vivit Christus [40]. Cumque in ipso vivat Christus, dicitur de eo Mariæ: Ecce filius tuus Christus. Quid ergo attinet dicere quanta nobis opus sit mente ut in testaceis abjectæ litteræ thesauris reconditum verbum digne valeamus interpretari, præsertim cum littera passim a quibusvis legatur, verbumque per vocem sensibile audiatur ab omnibus qui 7 auditum præbent corporalem? Qui enim accurate apprehensurus sit, vere is dicat oportet: ***Nos autem Christi sensum habemus, ut sciamus quæ a Deo donata sunt nobis*** [41]. Quod vero omne Testamentum Novum sit Evangelium, adduci possumus ad credendum ex his quæ Paulus dicit, quando alicubi [42] scribit: ***Secundum Evangelium meum***. Inter scripta enim Pauli nullus exstat liber qui vocari Evangelium consueverit. Sed quidquid vel prædicavit vel dixit est Evangelium; quæ vero prædicavit et dixit, hæc etiam scripsit; ergo ex his colligitur ipsius scripta Evangelium esse. Quod si Pauli scripta sunt Evangelium, profecto idem censendum est de Petri etiam scriptis; et ut in universum loquar, omnia quæ ipsius Christi confirmant adventum, et quæ stabiliunt præsentiam illius, quæque inducunt ipsam in animos cupientium suscipere Dei sermonem, stantem pro foribus, et pulsantem, et ingredi volentem in animas, sunt Evangelium.

7. Sed tempus jam est accuratius exquirere quid vox Evangelii significet, et quare hi libri inscriptionem hanc habeant. Est igitur Evangelium sermo qui rerum nuntium continet, quæ quod utiles sint, jure merito lætitiam pariunt auditori, simul atque ab ipso admissa fuerint quæ nuntiantur. Nec vero minus talis oratio est Evangelium, quamvis ex habitu audientis perpendatur: vel, Evangelium oratio

A *μὴν ὁ καλός*· καὶ ἐν τῇ Ἀποκαλύψει· *Ἐγώ εἰμι τὸ Α καὶ τὸ Ω, ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος· ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος*. Τολμητέον τοίνυν εἰπεῖν ἀπαρχὴν μὲν πασῶν Γραφῶν εἶναι τὰ Εὐαγγέλια, τῶν δὲ Εὐαγγελίων ἀπαρχὴν τὸ κατὰ Ἰωάννην· οὗ τὸν νοῦν οὐδεὶς δύναται λαβεῖν μὴ ἀναπεσὼν ἐπὶ τὸ στῆθος Ἰησοῦ, μηδὲ λαβὼν ἀπὸ Ἰησοῦ τὴν Μαρίαν γινομένην καὶ αὐτοῦ μητέρα· καὶ τηλικοῦτον δὲ γενέσθαι δεῖ τὸν ἐσόμενον ἄλλον Ἰωάννην, ὥστε οἱονεὶ τὸν Ἰωάννην δειχθῆναι ὄντα Ἰησοῦν ἀπὸ Ἰησοῦ. Εἰ γὰρ οὐδεὶς υἱὸς Μαρίας, κατὰ τοὺς ὑγιῶς περὶ αὐτῆς δοξάζοντας (32), ἢ Ἰησοῦς, φησὶ δὲ Ἰησοῦς τῇ μητρί· *Ἴδε ὁ υἱός σου*, καὶ οὐχί· Ἴδε καὶ οὗτος υἱός σου· ἴσον εἴρηκε τῷ· Ἴδε οὗτός ἐστιν Ἰησοῦς ὃν ἐγέννησας. Καὶ γὰρ πᾶς ὁ τετελειωμένος B ζῇ οὐκέτι, ἀλλ' ἐν αὐτῷ ζῇ Χριστός· καὶ ἐπεὶ ζῇ ἐν αὐτῷ Χριστὸς, λέγεται περὶ αὐτοῦ τῇ Μαρίᾳ· Ἴδε ὁ υἱός σου ὁ Χριστός. Ἡλίκου τοίνυν νοῦ ἡμῖν δεῖ, ἵνα τὸν ἐν τοῖς ὀστρακίνοις τῆς εὐτελοῦς λέξεως θησαυροῖς ἐναποκείμενον λόγον (33) τοῦ ὑπὸ πάντων τῶν ἐντυγχανόντων ἀναγινωσκομένου γράμματος, καὶ ὑπὸ πάντων τῶν παρεχόντων τὰς σωματικὰς ἀκοὰς ἀκουομένου, αἰσθητοῦ διὰ φωνῆς λόγου, ἐκλαβεῖν κατ' ἀξίαν δυνηθῶμεν, τί δεῖ καὶ λέγειν; Τὸν γὰρ μέλλοντα ταῦτα ἀκριβῶς καταλαμβάνειν μετὰ ἀληθείας εἰπεῖν δεῖ· *Ἡμεῖς δὲ νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν, ἵνα εἰδῶμεν τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ χαρισθέντα ἡμῖν*. Ἔστι δὲ προσαχθῆναι ἀπὸ τῶν ὑπὸ Παύλου λεγομένων περὶ τοῦ πᾶσαν τὴν Καινὴν εἶναι τὰ Εὐαγγέλια (34), ὅταν που γράφῃ· ***Κατὰ τὸ Εὐαγγέλιόν μου***· ἐν γράμμασι C γὰρ Παύλου οὐκ ἔχομεν βιβλίον Εὐαγγέλιον συνήθως καλούμενον. Ἀλλὰ πᾶν ὃ ἐκήρυσσε καὶ ἔλεγε, τὸ Εὐαγγέλιον ἦν· ἃ καὶ ἐκήρυσσε καὶ ἔλεγε, ταῦτα καὶ ἔγραφε· καὶ ἃ ἔγραφε ἄρα Εὐαγγέλιον ἦν. Εἰ δὲ τὰ Παύλου Εὐαγγέλιον ἦν, ἀκόλουθον λέγειν, ὅτι καὶ τὰ Πέτρου Εὐαγγέλιον ἦν, καὶ ἁπαξαπλῶς τὰ συνιστάντα τὴν Χριστοῦ ἐπιδημίαν, καὶ κατασκευάζοντα τὴν παρουσίαν αὐτοῦ, ἐμποιοῦντά τε αὐτὴν ταῖς ψυχαῖς τῶν βουλομένων παραδέξασθαι τὸν ἑστῶτα ἐπὶ τὴν θύραν, καὶ κρούοντα, καὶ εἰσελθεῖν βουλόμενον εἰς τὰς ψυχὰς λόγον Θεοῦ.

7. Τί δὲ βούλεται δηλοῦν ἡ Εὐαγγέλιον προσηγορία, καὶ διὰ τί ταύτην ἔχει τὴν ἐπιγραφὴν ταῦτα τὰ βιβλία, ἤδη καιρὸς ἐξετάσαι. Ἔστι τοίνυν τὸ Εὐαγ- D γέλιον λόγος περιέχων ἀπαγγελίαν πραγμάτων κατὰ τὸ εὔλογον διὰ τὸ ὠφελεῖν εὐφραινόντων τὸν ἀκούοντα, ἐπὰν παραδέξηται τὸ ἀπαγγελλόμενον· οὐδὲν δ' ἧττον ὁ τοιοῦτος λόγος Εὐαγγέλιόν ἐστιν, ἂν καὶ (35) πρὸς τὴν σχέσιν τοῦ ἀκούοντος ἐξετάζηται· ἢ Εὐαγγέλιόν

[39] Joan. XIX, 26. [40] Galat. II, 20. [41] I Cor. II, 12, 16. [42] Rom. II, 16.

(32) *Κατὰ τοὺς ὑγιῶς περὶ αὐτῆς δοξάζοντας*. Tum ex hoc loco, tum ex iis quæ habet Origenes tom. XI *in Matthæum* et homilia 7 *in Lucam*, liquet ipsum pro heterodoxis habuisse eos qui perpetuam Mariæ virginitatem negabant. In eo certe errore, inquit Huetius, fuisse Tertullianus creditur, eumque duobus locis prodidisse, libro *De monogamia*, cap. 8, et lib. *De carne Christi*, cap. 7; sed obscure, nec satis aperte. At clare eum cum aliis professus est Apollinarius, teste Epiphanio, qui Antidicomarianitas eos appellabat, hæres. LXXVII, cap. 26, et hæres. LXXVIII, cap. 1. Post Apollinarium eadem vesania laborarunt Eunomius, Helvidius, Jovinianus et Bonosus. Sed hanc hæresim luculento adversus Helvidium opere contrivit Hieronymus.

(33) *Λόγον*. Forte legendum νοῦν.

(34) *Τὰ Εὐαγγέλια*. Ferrarius legit τὸ Εὐαγγέλιον. Paulo post nostri codices habent: οὐχ ἔχομεν βιβλίον εὐαγγέλιον. Huetii editio omisit βιβλίον.

(35) *Ἔστιν, ἂν καί*. Hæc desunt in codice quem secutus est Huetius.

ἐστι λόγος περιέχων ἀγαθοῦ τῷ πιστεύοντι παρουσίαν ἢ λόγος ἐπαγγελλόμενος παρεῖναι τὸ ἀγαθὸν τὸ προσδοκώμενον. Πάντες δὲ οἱ (36) προειρημένοι ἡμῖν ὅροι (37) ἐφαρμόζουσι τοῖς ἐπιγραφομένοις Εὐαγγελίοις· ἕκαστον γὰρ Εὐαγγέλιον σύστημα ἀπαγγελλομένων ὠφελίμων τῷ πιστεύοντι, καὶ μὴ παρεκδεξαμένῳ, τυγχάνον ὠφέλειαν ἐμποιοῦν, κατὰ τὸ εὔλογον εὐφραίνει διδάσκον τὴν δι' ἀνθρώπους τοῦ πρωτοτόκου πάσης κτίσεως Χριστοῦ Ἰησοῦ σωτήριον αὐτοῖς ἐπιδημίαν. Ἀλλὰ καὶ ὅτι λόγος ἐστὶν ἕκαστον Εὐαγγέλιον διδάσκων τὴν τοῦ ἀγαθοῦ Πατρὸς ἐν Υἱῷ τοῖς βουλομένοις παραδέξασθαι ἐπιδημίαν, παντὶ τῷ πιστεύοντι σαφές· ὅτι δὲ καὶ ἀγαθὸν ἐπαγγέλλεται διὰ τῶν βιβλίων τούτων τὸ προσδοκηθὲν οὐκ ἀσαφές· σχεδὸν γὰρ ὁ Βαπτιστὴς Ἰωάννης τὴν παντὸς τοῦ λαοῦ λαβὼν φωνὴν φησι πέμψας τῷ Ἰησοῦ· *Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν;* Προσδοκώμενον γὰρ ἀγαθὸν τῷ λαῷ ὁ Χριστὸς ἦν, περὶ οὗ κηρυσσόντων τῶν προφητῶν, μέχρι καὶ τῶν τυχόντων πάντες εἰς αὐτὸν ἔσχον οἱ ὑπὸ νόμον καὶ προφήτας τὰς ἐλπίδας, ὡς μαρτυρεῖ ἡ Σαμαρεῖτις λέγουσα· *Οἶδα, ὅτι Μεσσίας ἔρχεται ὁ λεγόμενος Χριστός· Ὅταν ἔλθῃ ἐκεῖνος, ἀπαγγελεῖ ἡμῖν ἅπαντα.* Ἀλλὰ καὶ Σίμων καὶ Κλεόπας, ὁμιλοῦντες πρὸς ἀλλήλους περὶ πάντων τῶν συμβεβηκότων τῷ Ἰησοῦ αὐτῷ τῷ Χριστῷ ἀναστάντι, οὐδέπω γινώσκοντες ἐγηγέρθαι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν φασι· *Σὺ μόνος παροικεῖς ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ οὐκ ἔγνως τὰ γενόμενα ἐν αὐτῇ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις; Εἰπόντος δὲ, Ποῖα; ἀποκρίνονται, Τὰ περὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναζαρηνοῦ, ὃς ἐγένετο ἀνὴρ προφήτης, δυνατὸς ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ ἐναντίον τοῦ Θεοῦ καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ, ὅπως τε παρέδωκαν αὐτὸν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ ἄρχοντες ἡμῶν εἰς κρίμα θανάτου, καὶ ἐσταύρωσαν αὐτόν. Ἡμεῖς δὲ ἠλπίζομεν, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ μέλλων λυτροῦσθαι τὸν Ἰσραήλ.* Πρὸς τούτοις Ἀνδρέας ὁ ἀδελφὸς Σίμωνος Πέτρου, εὑρὼν τὸν ἀδελφὸν τὸν ἴδιον Σίμωνα, λέγει· *Εὑρήκαμεν τὸν Μεσσίαν, ὅ ἐστι, μεθερμηνευόμενον, Χριστός.* Καὶ μετ' ὀλίγα ὁ Φίλιππος, εὑρὼν τὸν Ναθαναὴλ, λέγει αὐτῷ· *Ὃν ἔγραψε Μωϋσῆς ἐν τῷ νόμῳ καὶ οἱ προφῆται, εὑρήκαμεν τὸν Ἰησοῦν τὸν υἱὸν τοῦ Ἰωσὴφ τὸν ἀπὸ Ναζαρέτ.*

8. Δόξαι δ' ἄν τις ἐνίστασθαι τῷ πρώτῳ ὅρῳ, ἐπεὶ καὶ τὰ μὴ ἐπιγεγραμμένα Εὐαγγέλια ὑποπίπτει αὐτῷ· ὁ γὰρ νόμος καὶ οἱ προφῆται λόγοι πιστεύονται εἶναι περιέχοντες ἀπαγγελίαν πραγμάτων κατὰ τὸ εὔλογον διὰ τὸ ὠφελεῖν εὐφραινόντων τοὺς ἀκούοντας, ἐπὰν παραδέξωνται τὰ ἀπαγγελλόμενα. Λεχθείη δ' ἂν πρὸς τοῦτο ὅτι πρὸ τῆς Χριστοῦ ἐπιδημίας ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται, ἅτε μηδέπω ἐληλυθότος τοῦ τὰ ἐν αὐτοῖς μυστήρια σαφηνίζοντος, οὐκ εἶχον τὸ ἐπάγγελμα τοῦ περὶ τοῦ Εὐαγγελίου ὅρου· ὁ δὲ Σωτὴρ, ἐπιδημήσας καὶ τὸ Εὐαγγέλιον σωματοποιηθῆναι ποιήσας, τῷ Εὐαγγελίῳ

A est, continens boni præsentiam cuicunque credenti: vel, oratio affirmans adesse bonum quod exspectabatur. Omnes autem quas prædiximus definitiones iis conveniunt quæ inscribuntur Evangelia: cum enim unumquodque Evangelium sit coacervatio nuntiorum utilium ei qui fidem adjungit, neque præter germanam scientiam intelligit, et emolumentum afferat, jure merito lætitiam parit, docens salutarem adventum ad homines, et propter homines, primogeniti omnis creaturæ, nempe Jesu Christi. Quin etiam quod Evangelium unumquodque sit oratio, docens boni Patris in Filio adventum ad volentes eum excipere, credenti cuilibet perspicuum est. Quod autem exspectatum etiam bonum per hos libros promittitur, non est obscurum: totius nam-B que populi fere ore loquens Baptista Joannes in legatione ad Jesum missa ait[43]: *Num tu es ille venturus, an alium exspectamus?* Exspectatum enim a populo bonum, Jesus erat; de quo prophetis annuntiantibus, **8** etiam e vulgo quilibet homines qui sub lege et prophetis erant, in eo spem habebant; Samaritide illa hoc testante atque dicente[44]: *Novi quod Messias venit, qui dicitur Christus. Cum ergo venerit ille, nobis nuntiabit omnia.* Quin et Simon et Cleopas, inter se sermones conferentes de omnibus quæ ipsi Jesu Christo, qui resurrexerat, accidissent, nondum ipsum e mortuis excitum fuisse scientes, inquiunt[45]: *Tu solus peregrinus es Hierosolymis, neque cognovisti quæ facta sunt illic his diebus?* C *Cumque ille dixisset, Quæ? responderunt, De Jesu Nazareno, qui fuit vir Propheta, potens opere et sermone coram Deo et toto populo: et quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes et principes nostri in condemnationem mortis, et crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus eum esse illum qui redempturus esset Israel.* Ad hæc Andreas, frater Simonis Petri, reperto fratre suo Simone, dicit[46]: *Invenimus Messiam quod est, si interpreteris, Christus.* Cumque paulo post Philippus reperisset Nathanaelem, dicit illi[47]: *De quo scripsit Moyses in lege, et prophetæ, invenimus Jesum filium Joseph Nazarenum.*

8. Quod si quis repugnare velit primæ definitio-D ni, quia cadant et alia sub eam quæ non inscribantur Evangelii titulo, dicatque legem et propheticos sermones continere nuntium rerum quæ, quod utiles sint, merito lætitiam pariunt auditori simul ac ab ipso approbatæ fuerint, respondebimus legem et propheticos sermones ante Christi adventum, quia nondum advenisset ille qui in his contenta reseraret mysteria, non habuisse ejusmodi nuntium quod Evangelii definitione continetur: Servatorem vero, ad nos cum accessisset, et ut Evangelium corpore esset præditum effecisset, perfecisse cum

[43] Matth. XI, 3. [44] Joan. IV, 25. [45] Luc. XXIV, 18, 19 et seqq. [46] Joan. I, 41. [47] Joan. I, 45.

(36) *Λόγος περιέχων ἀγαθοῦ τῷ πιστεύοντι παρουσίαν.... Πάντες δὲ οἱ.* Hæc omnia desiderantur in editione Huetii, restituuntur ex codicibus Barberino et Bodleiano.

(37) *Ὅροι.* Codex Bodleianus, λόγοι.

Evangelio, ut omnia essent instar Evangelii. Neque præter propositum exemplo uterer, qui pauca.... Quando enim.... filiis hominum divinitate sua, ablato, quod in lege et prophetis erat, velamine, Deum certis rationibus ostendit, palam oculos ponens his qui sapientiæ ejus discipuli vellent fieri, quænam vera lex Moysis contineret, quorum exemplum et umbram colebant antiqui: et quænam sit veritas rerum in historiis contentarum, quæ in figura contingebant illis, propter nos scripta, ad quos fines sæculorum **9** deducti sunt [48]. Nullus ergo ad quem Christus accesserit, vel in Hierosolymorum urbe, vel in Samaritarum monte Deum adorat; sed cum didicerit Deum spiritum esse, spiritualiter illum colens spiritu et veritate, non amplius sub figuris Patrem universorum mundique opificem adorat. Quamobrem ante illud Evangelium quod per Christi adventum est ortum, nihil rerum antiquarum Evangelium erat. Porro Evangelium, quod est Novum Testamentum, cum nos a vetustate litteræ abduxisset, spiritus novitatem nunquam senescentem, et ad Novum Testamentum proprie pertinentem, quæ in omnibus est Scripturis, luce cognitionis illustravit. Necesse autem erat, id quod efficiebat ut in Testamento Veteri putaretur Evangelium esse, præcipue Evangelium appellari.

9. Attamen non ignorandum nobis est Christi adventum, antequam corpore ad terras descenderet, intelligibilem multo ante factum fuisse perfectioribus, minimeque parvulis, quippe qui a pædagogorum curatorumque cura ac tutela liberi essent, ob oculos habentes plenitudinem eam temporis quæ mente cernebatur; ut erant illi patriarchæ, et Moyses ille tantus servus, ac reliqui prophetæ, qui Christi gloriam contemplati sunt. Cæterum ut ante corporalem et manifestum adventum ad perfectos advenerat, sic etiam post divulgatam ipsius præsentiam ad eos qui etiamnum sunt parvuli, quia sint sub curatoribus et administratoribus, ac nondum pervenerint ad temporis plenitudinem, sermones quidam præcursores Christi advenerunt, animis puerilibus accommodati, qui jure pædagogi vocentur. At vero ipse Filius, ipse glorificatus Deus Verbum nondum advenit; nimirum exspectans ut Dei homines divinitatem illius percepturi decentem apparatum faciant. Jam et hoc quoque sciamus necesse est: ut lex umbram continet futurorum bonorum, quæ declarantur ab ea lege quæ annuntiatur secundum veritatem, sic etiam Evangelium, quod vel a quibuscunque vulgaribus intelligi existimatur, umbram docet mysteriorum Christi. Atque equidem quod Joannes appellat Evangelium sempiternum, quod proprie dici posset spirituale, aperte viris cordatis et intelligentibus ob oculos ponit omnia de

[48] I Cor. x, 11.

(38) *Καὶ οὐκ ἂν ἀπὸ σκοποῦ χρησαίμην τῷ παραδείγματι τοῦ μικρὰ καὶ ὅτι ὅλον.... Ὅταν γάρ.... υἱούς*, etc. Hæc omnia desunt apud Huetium, sed restituuntur ex codicibus Bodleiano et Barberino, in quibus adhuc lacuna inest.

πάντα ὡσεὶ Εὐαγγέλιον πεποίηκεν· καὶ οὐκ ἂν ἀπὸ σκοποῦ χρησαίμην τῷ παραδείγματι τοῦ μικρὰ καὶ ὅτι ὅλον..... Ὅταν γάρ..... υἱοὺς (38) τῶν ἀνθρώπων τῇ θειότητι αὐτοῦ περιελὼν τὸ ἐν τῷ νόμῳ καὶ προφήταις κάλυμμα (39) πάντων τὸ θεῖον ἀπέδειξε, φανερῶς παραστήσας τοῖς βουληθεῖσι τῆς σοφίας αὐτοῦ γενέσθαι μαθηταῖς τίνα τὰ ἀληθινὰ τοῦ Μωϋσέως νόμου, ὧν ὑποδείγματι καὶ σκιᾷ ἐλάτρευον οἱ πάλαι, καὶ τίς ἡ ἀλήθεια τῶν ἐν ταῖς ἱστορίαις πραγμάτων, ἅτινα τυπικῶς συνέβαινεν ἐκείνοις· ἐγράφη δὲ δι' ἡμᾶς, εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησε. Πᾶς οὖν ᾧ Χριστὸς ἐπιδεδήμηκεν, οὔτε ἐν Ἱεροσολύμοις οὔτε ἐν τῷ τῶν Σαμαρειτῶν ὄρει (40) προσκυνεῖ τῷ Θεῷ· ἀλλὰ μαθὼν, ὅτι πνεῦμα ὁ Θεὸς, πνευματικῶς λατρεύων αὐτῷ πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ, οὐκέτι δὲ τυπικῶς, προσκυνεῖ τὸν τῶν ὅλων Πατέρα καὶ δημιουργόν. Οὐκοῦν πρὸ τοῦ Εὐαγγελίου, ὃ γέγονε διὰ τὴν Χριστοῦ ἐπιδημίαν, οὐδὲν τῶν πάλαι Εὐαγγέλιον ἦν. Τὸ δὲ Εὐαγγέλιον, ὅπερ ἐστὶ Διαθήκη Καινὴ, ἀποστῆσαν ἡμᾶς παλαιότητος τοῦ γράμματος, τὴν μηδέποτε παλαιουμένην καινότητα τοῦ πνεύματος, οἰκείαν τῆς Καινῆς Διαθήκης τυγχάνουσαν, ἐν πάσαις ἀποκειμένην Γραφαῖς, τῷ φωτὶ τῆς γνώσεως ἀνέλαμψεν. Ἐχρῆν δὲ τὸ ποιητικὸν τοῦ καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ Διαθήκῃ νομιζομένου Εὐαγγελίου ἐξαιρέτως καλεῖσθαι Εὐαγγέλιον.

9. Πλὴν οὐκ ἀγνοητέον Χριστοῦ ἐπιδημίαν καὶ πρὸ τῆς κατὰ σῶμα ἐπιδημίας τὴν νοητὴν γεγονέναι τοῖς τελειοτέροις καὶ οὐ νηπίοις, οὐδὲ ὑπὸ παιδαγωγοὺς καὶ ἐπιτρόπους ἐπιτυγχάνουσιν, οἷς τὸ νοητὸν τοῦ χρόνου πλήρωμα ἐνέστη, πατριάρχαις, καὶ Μωϋσεῖ τῷ θεράποντι, καὶ τοῖς τεθεαμένοις Χριστοῦ τὴν δόξαν προφήταις. Ὥσπερ δὲ πρὸ τῆς ἐμφανοῦς καὶ κατὰ σῶμα ἐπιδημίας ἐπεδήμησε τοῖς τελείοις, οὕτω καὶ μετὰ τὴν κεκηρυγμένην παρουσίαν τοῖς ἔτι νηπίοις, ἅτε ὑπὸ ἐπιτρόπους τυγχάνουσι καὶ οἰκονόμους, καὶ μηδέπω ἐπὶ τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου ἐφθακόσιν, οἱ μὲν πρόδρομοι Χριστοῦ ἐπιδεδημήκασι παισὶ ψυχαῖς ἁρμόζοντες λόγοι, εὐλόγως ἂν κληθέντες παιδαγωγοί· αὐτὸς δὲ ὁ Υἱὸς ὁ δεδοξασμένος Θεὸς Λόγος οὐδέπω, περιμένων τὴν δέουσαν γενέσθαι προπαρασκευὴν τοῖς μέλλουσι χωρεῖν αὐτοῦ τὴν θεότητα ἀνθρώποις Θεοῦ. Καὶ τοῦτο δὲ εἰδέναι ἐχρῆν, ὅτι, ὥσπερ ἐστὶ νόμος σκιὰν περιέχων τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ὑπὸ τοῦ κατὰ ἀλήθειαν καταγγελλομένου νόμου δηλουμένων, οὕτω καὶ Εὐαγγέλιον σκιὰν μυστηρίων Χριστοῦ διδάσκει τὸ νομιζόμενον ὑπὸ πάντων τῶν ἐντυγχανόντων νοεῖσθαι. Ὃ δέ φησιν Ἰωάννης Εὐαγγέλιον αἰώνιον, οἰκείως ἂν λεχθησόμενον πνευματικὸν, σαφῶς παρίστησι τοῖς νοοῦσι τὰ πάντα ἐνώπιον περὶ αὐτοῦ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ τὰ παριστάμενα μυστήρια ὑπὸ τῶν λόγων αὐτοῦ, τά τε πράγματα ὧν αἰνίγματα ἦσαν αἱ πράξεις αὐτοῦ. Τούτοις δὲ ἀκόλουθόν ἐστιν ἐκλαμβάνειν, ὅτι ὃν τρόπον ἐν φανερῷ

(39) Codex Bodleianus. τὸ ἐν προφήταις καὶ τοῦ νόμου κάλυμμα. Mox pro πάντων τὸ θεῖον legendum videtur πάντως τὸ θεῖον.

(40) Ὄρει. Hæc vox restituitur ex codice Barberino.

Ἰουδαῖός τίς ἐστι καὶ περιτετμημένος, οὕτω Χριστιανὸς (41) καὶ βάπτισμα. Παῦλος μὲν καὶ Πέτρος ἐν φανερῷ πρότερον ὄντες οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ περιτετμημένοι, ὕστερον καὶ ἐν τῷ κρυπτῷ τοιοῦτοι τυγχάνειν ἀπὸ Ἰησοῦ εἰλήφασι, τὸ ἐν φανερῷ εἶναι Ἰουδαῖοι διὰ τὴν τῶν πολλῶν σωτηρίαν, κατ' οἰκονομίαν (42), οὐ μόνον λόγοις ὁμολογοῦντες, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν ἔργων δεικνύντες. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ περὶ τοῦ Χριστιανισμοῦ αὐτῶν λεκτέον. Καὶ ὥσπερ οὐκ ἔστιν ὠφελῆσαι δυνατὸν Παῦλον τοὺς κατὰ σάρκα Ἰουδαίους, ἐὰν μὴ, ὅτε ὁ λόγος αἱρεῖ, περιτέμῃ τὸν Τιμόθεον, καὶ ὅτε εὔλογόν ἐστι ξυράμενον, καὶ προσφορὰν ποιήσαντα, καὶ ἁπαξαπλῶς τοῖς Ἰουδαίοις Ἰουδαῖον γενόμενον, ἵνα τοὺς Ἰουδαίους κερδήσῃ· οὕτως τὸν ἐκκείμενον εἰς πολλῶν ὠφέλειαν οὐκ ἔστι διὰ τοῦ ἐν Χριστῷ Χριστιανισμοῦ (43) μόνον δυνατὸν τοὺς στοιχειουμένους ἐν τῷ φανερῷ Χριστιανισμῷ βελτιῶσαι καὶ προαγαγεῖν ἐπὶ τὰ κρείττονα καὶ ἀνωτέρω. Διόπερ ἀναγκαῖον πνευματικῶς καὶ σωματικῶς Χριστιανίζειν, καὶ ὅπου μὲν χρὴ τὸ σωματικὸν κηρύσσειν Εὐαγγέλιον, φάσκοντα μηδὲν εἶναι (44) τοῖς σαρκίνοις ἢ Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον, τοῦτο ποιητέον· ἐπὰν δὲ εὑρεθῶσι κατηρτισμένοι τῷ πνεύματι (45), καὶ καρποφοροῦντες ἐν αὐτῷ, ἐρῶντές τε τῆς οὐρανίου σοφίας, μεταδοτέον αὐτοῖς τοῦ λόγου ἐπανελθόντος ἀπὸ τοῦ σεσαρκῶσθαι, ἐφ' ὃ ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν.

A ipso Filio Dei, tum mysteria ab ipsius sermonibus exhibita, tum res quarum ænigmata ipsius actiones erant. His consequens est exponere ut in manifesto Judæus quis est, et circumcisus, sic Christianum esse et baptisma. Quin **10** etiam Paulus quidem et Petrus, qui in manifesto Judæi antea erant et circumcisi, postea tantum in occulto, tales ut essent, a Jesu acceperunt, cum non alia de causa etiam se in manifesto Judæos esse quam propter multorum salutem et secundum œconomiam, non solum verbis faterentur, verum etiam factis declararent. Id quod etiam de eorum Christianismo censendum est. Et quemadmodum Judæis secundum carnem adjumento esse non potest Paulus, nisi quando postulat ratio, circumcidat Timotheum, et quando consen- B taneum est tondeatur, oblationem offerat, et, ut in universum dicam, Judæis Judæus efficiatur ut Judæos lucrifaciat : ita fieri nequit ut is qui multorum utilitati expositus est, evehat ad præstantiora, et in sublime, melioresque reddat per Christianismi in occulto exsistentis legem eos qui exteriorem Christianismum sequuntur. Hanc ob causam, tum spiritu, tum corpore Christiani ut simus necesse est, et quando corporale Evangelium prædicandum est, dicendo carnalibus nihil eos scire nisi Jesum Christum, et hunc crucifixum, hoc faciendum est. Cum autem inventi fuerint elevati spiritu, et in ipso fructificantes, amantesque sapientiæ cœlestis, hi participes efficiendi sunt verbi [et Filii Dei] regressi post incarnationem ad id quod erat in principio apud Deum.

10. Ταῦτα δὲ ἐξετάζοντες περὶ τοῦ Εὐαγγελίου οὐ C μάτην εἰρηκέναι ἡγούμεθα, οἱονεὶ αἰσθητὸν Εὐαγγέλιον νοητοῦ καὶ πνευματικοῦ τῇ ἐπινοίᾳ διακρίνοντες· καὶ γὰρ νῦν πρόκειται τὸ αἰσθητὸν Εὐαγγέλιον μεταλαβεῖν εἰς πνευματικόν. Τίς γὰρ ἡ διήγησις τοῦ αἰσθητοῦ εἰ μὴ μεταλαμβάνοιτο εἰς πνευματικόν; Ἤτοι οὐδεμία ἢ ὀλίγη καὶ τῶν τυχόντων ἀπὸ τῆς λέξεως αὐτοὺς πεπεικότων λαμβάνειν τὰ δηλούμενα. Ἀλλὰ πᾶς ἀγὼν ἡμῖν ἐνέστηκε πειρωμένοις εἰς τὰ βάθη τοῦ εὐαγγελικοῦ νοῦ φθάσαι καὶ ἐρευνῆσαι τὴν ἐν αὐτῷ γυμνὴν τύπων ἀλήθειαν. Τῶν δὴ εὐαγγελιζομένων ἐν ἀγαθῶν ἀπαγγελίᾳ νοουμένων, οἱ μὲν ἀπόστολοι τὸν Ἰησοῦν εὐαγγελίζονται· λέγονται μέντοι ὡς ἀγαθὸν καὶ τὴν ἀνάστασιν εὐαγγελίζεσθαι, καὶ αὐτήν πως οὖσαν Ἰησοῦν (46)· Ἰησοῦς γάρ φησιν· *Ἐγώ εἰμι ἡ ἀνάστασις*· Ἰησοῦς δὲ τὰ τοῖς ἁγίοις D ἀποκείμενα εὐαγγελίζεται τοῖς πτωχοῖς, παρακαλῶν αὐτοὺς ἐπὶ τὰς θείας ἐπαγγελίας. Καὶ μαρτυροῦσιν αἱ θεῖαι Γραφαὶ τοῖς ὑπὸ τῶν ἀποστόλων εὐαγγελισμοῖς, καὶ τῷ ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν (47)· ὁ μὲν

10. Cæterum hæc haud frustra nos disseruisse existimamus, Evangelii sensum accurate investigantes, et Evangelium sensibile ab Evangelio intelligibili separantes. Etenim nunc nobis propositum est ut Evangelium sensibile transmutemus in intelligibile et spirituale; alioqui quæ enarratio erit Evangelii sensibilis, nisi accommodetur ad intelligibile et spirituale? nulla sane vel exigua, eaque vulgarium qui ex verbis ipsis vim eorum quæ declarantur percipere sibi persuadent. Verum tota contentio nostra eo nobis dirigenda est, ut pertingere conemur profunditatem sensus evangelici, accuratius indagantes veritatem in ipso figuris nudam. Atque equidem si considerentur ea quæ annuntiantur in bonorum promissione : apostoli quidem Jesum prædicant; dicuntur quidem, ceu bonum, resurrectionem etiam annuntiare, quæ ipsa aliquo modo est Jesus, dicente Jesu [49] : *Ego sum resurrectio*. Jesus vero quæ sanctis reposita sunt evangelizat pauperibus, cohortans eos ad divina pro-

[49] Joan. XI, 25.

(41) *Ἐν φανερῷ Ἰουδαῖός τίς ἐστι καὶ περιτετμημένος, οὕτω Χριστιανός*. Hæc desunt apud Huetium, sed restituuntur e codd. Bodleiano et Barberino.

(42) *Κατ' οἰκονομίαν*. Ferrarius vertit, *propter ædificationem;* legebat κατ' οἰκοδομίαν. Sed in nostris codicibus legitur κατ' οἰκονομίαν.

(43) *Τοῦ ἐν Χριστῷ Χριστιανισμοῦ*. Omnino egendum τοῦ ἐν κρυπτῷ Χριστιανισμοῦ.

(44) *Εἶναι*. Ferrarius legebat εἰδέναι· quæ lectio melior videtur.

(45) *Κατηρτισμένοι τῷ πνεύματι*. Ferrarius legebat κατηρμένοι, *elevati*.

(46) *Καὶ αὐτήν πως οὖσαν Ἰησοῦν*. Sic recte habet codex Bodleianus, nec aliter legisse videtur Ferrarius. Male in textu Huetii legitur, καὶ αὐτὴν πως οὐν Ἰησοῦν.

(47) *Καὶ τῷ ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν*. Sic habet codex Bodleianus, nec aliter legebat Ferrarius; verumtamen in codd. Regio et Barberino legitur καὶ τὸ ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν.

missa. Quibus **11** sane bonis annuntiationibus, vel apostolorum, vel Servatoris nostri divinæ quoque attestantur Scripturæ: David enim de apostolis, fortassis etiam de evangelistis ait [50]: *Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa: rex virtutum dilecti;* simul etiam docens non compositionem verborum, non prolationem vocum, non elaboratam orationis pulchritudinem ad persuadendum conducere, sed virtutis divinæ suppeditationem. Quare Paulus etiam alicubi [51] sic inquit: *Non agnoscam sermonem istorum qui sunt inflati, sed virtutem. Nec enim est in sermone regnum Dei, sed in virtute.* Et alias [52]: *Sermo meus et prædicatio mea non in persuasibilibus sapientiæ verbis, sed in demonstratione spiritus et virtutis.* Huic virtuti attestantes Simon et Cleopas dicunt [53]: *Nonne cor nostrum ardens erat in via, cum reserabat nobis Scripturas?* Verum apostoli, quia quantitas virtutis a Deo prædicantibus suppeditatæ est præstans, multam habuere virtutem juxta illud quod apud Davidem dicitur [54]: *Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa.* Porro Isaias, cum diceret [55]: *Quam pulchri sunt pedes evangelizantium bona,* prædicationem intelligens apostolorum maturam, et in tempore atque opportune factam, dum in eo iter faciunt qui dixit [56]: *Ego sum via,* laudat pedes incedentes per viam Christi Jesu, ingredientesque per ostium ad Deum. Itaque bona evangelizant illi, quorum pedes sunt pulchri [bona inquam], scilicet Jesum.

11. Nec miretur quispiam si nomine bonorum numero multitudinis exposuimus annuntiari Jesum ab evangelizantibus: expositis enim rebus nomina habentibus, quibus Dei Filius nuncupatur, sciemus quomodo multa bona sit Jesus, quem annuntiant ii quorum speciosi sunt pedes. Vita bonum est unum, at Jesus est vita. Bonum alterum lux est mundi, lux vera, lux hominum. At hæc omnia dicitur esse Filius Dei. Ad hæc, præterquam quod vita et lux est, aliud etiam est bonum, juxta considerationes nostras, veritas scilicet. Rursus est aliud bonum, quod est quartum bonum, nempe via, quæ ad hæc bona nos conducat. Hæc autem omnia Servator seipsum esse docet, dicens [57]: *Ego sum via, veritas et vita.* Quomodo autem non bonum est resurgere hominem excusso pulvere et **12** mortalitate, hocque a Domino assequi secundum quod ipse Jesus est resurrectio qui etiam inquit: *Ego sum resurrectio* [58]? Quin et ostium etiam, per quod ad summam beatitudinem quis ingreditur, est bonum. At Christus inquit: *Ego sum ostium* [59]. Quid vero opus est verba facere de sapientia, *quam condidit Deus in initio viarum suarum in opera sua* [60], qua adgaudebat Pater ipsius, oblectatus in multifaria ipsius pulchritudine intelligibili, quæ solis intellectualibus oculis cernitur,

A Δαυῒδ περὶ τῶν ἀποστόλων, τάχα δὲ καὶ εὐαγγελιστῶν λέγων· *Κύριος δώσει ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ· ὁ βασιλεὺς τῶν δυνάμεων τοῦ ἀγαπητοῦ·* ἅμα καὶ διδάσκων, ὅτι οὐ σύνθεσις λόγου, καὶ προφορὰ φωνῶν, καὶ ἠσκημένη καλλιλεξία ἀνύει πρὸς τὸ πείθειν, ἀλλὰ δυνάμεως θείας ἐπιχορηγία. Διόπερ καὶ ὁ Παῦλός που φησί· *Γνώσομαι οὐ τὸν λόγον τὸν πεφυσιωμένον, ἀλλὰ τὴν δύναμιν· οὐ γὰρ ἐν λόγῳ ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἐν δυνάμει·* καὶ ἐν ἄλλοις· *Καὶ ὁ λόγος μου, καὶ τὸ κήρυγμά μου οὐκ ἐν πειθοῖς σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως.* Ταύτῃ τῇ δυνάμει μαρτυροῦντες ὁ Σίμων καὶ ὁ Κλεόπας φασίν· *Οὐχὶ ἡ καρδία ἡμῶν καιομένη ἦν ἐν τῇ ὁδῷ* (48), *ὡς διήνοιγεν ἡμῖν τὰς Γραφάς;* Οἱ δὲ B ἀπόστολοι, ἐπεὶ καὶ ποσότης ἐστὶ δυνάμεως ἐπιχορηγουμένης ὑπὸ Θεοῦ διαφέρουσα τοῖς λέγουσιν, εἶχον κατὰ τὸ παρὰ τῷ Δαυῒδ λεγόμενον· *Κύριος δώσει ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ*, πολλὴν δύναμιν. Ἡσαΐας δὲ φάσκων· *Ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων ἀγαθά*, τὸ ὡραῖον καὶ ἐν καιρῷ γινόμενον τῶν ἀποστόλων ὁδευόντων τὸν εἰπόντα· *Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς*, κήρυγμα νοήσας, ἐπαινεῖ πόδας τοὺς διὰ τῆς νοητῆς ὁδοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ βαδίζοντας, διά τε τῆς θύρας εἰσιόντας πρὸς τὸν Θεόν· ἀγαθὰ δὲ εὐαγγελίζονται οὗτοι ὧν ὡραῖοί εἰσιν οἱ πόδες, τὸν Ἰησοῦν.

C 11. Καὶ μὴ θαυμάσῃ τις εἰ πληθυντικῷ ὀνόματι τῷ τῶν ἀγαθῶν τὸν Ἰησοῦν ἐξειλήφαμεν εὐαγγελίζεσθαι· ἐκλαβόντες γὰρ τὰ πράγματα καθ' ὧν τὰ ὀνόματα κεῖται ἃ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὀνομάζεται, συνήσομεν πῶς πολλὰ ἀγαθά ἐστιν Ἰησοῦς, ὃν εὐαγγελίζονται οὗτοι ὧν ὡραῖοί εἰσιν οἱ πόδες· ἓν μὲν γὰρ ἀγαθὸν ζωή, Ἰησοῦς δὲ ζωή. Καὶ ἕτερον ἀγαθὸν φῶς τοῦ κόσμου, φῶς τυγχάνον ἀληθινόν, καὶ φῶς τῶν ἀνθρώπων· ἅπερ πάντα ὁ Υἱὸς εἶναι λέγεται τοῦ Θεοῦ. Καὶ ἄλλο ἀγαθὸν κατ' ἐπίνοιαν παρὰ τὴν ζωὴν καὶ τὸ φῶς, ἡ ἀλήθεια. Καὶ τέταρτον παρὰ ταῦτα ἡ ἐπὶ ταύτην φέρουσα ὁδός. Ἅπερ πάντα ὁ Σωτὴρ ἡμῶν διδάσκει ἑαυτὸν εἶναι λέγων· *Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή.* Πῶς δὲ οὐκ ἀγαθὸν τὸ ἀποτιναξάμενον τὸν χοῦν καὶ τὴν νεκρότητα ἀναστῆναι τούτου D τυγχάνοντα ἀπὸ τοῦ Κυρίου, καθὸ ἀνάστασίς ἐστιν, ὃς καί φησιν· *Ἐγώ εἰμι ἡ ἀνάστασις;* Ἀλλὰ καὶ ἡ θύρα, δι' ἧς τις εἰς τὴν ἄκραν εἰσέρχεται μακαριότητα, ἀγαθόν· ὁ δὲ Χριστός φησιν· *Ἐγώ εἰμι ἡ θύρα.* Τί δὲ δεῖ περὶ σοφίας λέγειν, *ἣν ἔκτισεν ὁ Θεὸς ἀρχὴν ὁδὸν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ*, ᾗ προσέχαιρεν ὁ Πατὴρ αὐτῆς, ἐνευφραινόμενος τῷ πολυποικίλῳ νοητῷ κάλλει αὐτῆς, ὑπὸ νοητῶν ὀφθαλμῶν μόνων βλεπομένῳ, καὶ εἰς ἔρωτα τὸν τὸ θεῖον κάλλος κατανοοῦντα οὐράνιον προσκαλουμένῳ; Ἀγαθὸν γὰρ ἡ σοφία τοῦ

[50] Psal. LXVII, 12, 13. [51] I Cor. IV, 19, 20. [52] I Cor. II, 4. [53] Luc. XXIV, 32. [54] Psal. LXVIII, 12. [55] Isa. LII, 7; Rom. X, 15. [56] Joan. XIV, 6. [57] ibid. [58] Joan. XI, 25. [59] Joan. X, 9. [60] Prov. VIII, 22.

(48) *Καιομένη ἦν ἐν τῇ ὁδῷ.* Codex Regius καιομένη ἦν ἐν ἡμῖν τῇ ὁδῷ. Legendum videtur, καιομένη ἦν ἐν ἡμῖν ὡς ἐλάλει ἡμῖν ἐν τῇ ὁδῷ.

Θεοῦ, ὅπερ μετὰ τῶν προειρημένων εὐαγγελίζονται ὧν ὡραῖοι οἱ πόδες. Ἀλλὰ καὶ ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ ἤδη ὄγδοον ἡμῖν ἀγαθὸν καταλέγεται, ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστός. Οὐ σιωπητέον δὲ οὐδὲ τὸν μετὰ τὸν Πατέρα (49) τῶν ὅλων Θεὸν Λόγον· οὐδενὸς γὰρ ἔλαττον ἀγαθοῦ καὶ τοῦτο τὸ ἀγαθόν. Μακάριοι μὲν οὖν οἱ χωρήσαντες ταῦτα τὰ ἀγαθὰ, καὶ παραδεξάμενοι ἀπὸ τῶν ὡραίων τοὺς πόδας καὶ εὐαγγελιζομένων αὐτά. Πλὴν κἂν Κορίνθιός τις ὤν, κρίνοντος Παύλου οὐδὲν εἰδέναι παρ' αὐτῷ ἢ Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον, τὸν δι' ἡμᾶς ἄνθρωπον μανθάνων παραδέξηται τὰ ἐν ἀρχῇ τῶν ἀγαθῶν (50) γίνεται ὑπὸ τοῦ ἀνθρώπου Ἰησοῦ ἄνθρωπος γινόμενος Θεοῦ, καὶ ἀπὸ τοῦ θανάτου αὐτοῦ ἀποθνήσκων τῇ ἁμαρτίᾳ· *καὶ γὰρ ἐκεῖνος, ὃ ἀπέθανε τῇ ἁμαρτίᾳ, ἀπέθανεν ἐφάπαξ*· ἀπὸ δὲ τῆς ζωῆς αὐτοῦ, ἐπεὶ ὁ Ἰησοῦς ὃ ζῇ, ζῇ τῷ Θεῷ, πᾶς ὁ σύμμορφος γενόμενος τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ, λαμβάνει τὸ ζῆν τῷ Θεῷ. Τίς δὲ διστάξει εἰ αὐτοδικαιοσύνη ἀγαθόν ἐστι, καὶ αὐτοαγιασμὸς, καὶ αὐτοαπολύτρωσις; ἅπερ καὶ αὐτὰ οἱ Ἰησοῦν εὐαγγελιζόμενοι εὐαγγελίζονται, λέγοντες αὐτὸν γεγονέναι ἡμῖν δικαιοσύνην ἀπὸ Θεοῦ, καὶ ἁγιασμὸν, καὶ ἀπολύτρωσιν. Παρέσται δὲ ἀπὸ τούτων (51) τὰ γεγραμμένα περὶ αὐτοῦ δυσεξαρίθμητα, παριστάντα πῶς πλῆθος ἀγαθῶν ἐστιν Ἰησοῦς, ἀπὸ τῶν δυσεξαριθμήτων καὶ γεγραμμένων καταστοχάζεσθαι τῶν ὑπαρχόντων μὲν ἐν αὐτῷ, εἰς ὃν εὐδόκησεν ἅπαν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος κατοικῆσαι σωματικῶς, οὐ μὴν ὑπὸ γραμμάτων κεχωρημένων (52)· καὶ τί λέγω ὑπὸ γραμμάτων; ὅτε καὶ περὶ ὅλου τοῦ κόσμου φησὶν ὁ Ἰωάννης· ὅτι, *οὐδὲ αὐτὸν οἶμαι τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα βιβλία*. Ταυτὸν οὖν ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι τὸν Σωτῆρα οἱ ἀπόστολοι εὐαγγελίζονται, καὶ τὰ ἀγαθὰ εὐαγγελίζονται· οὗτος γάρ ἐστιν ὁ ἀπὸ τοῦ ἀγαθοῦ Πατρὸς τὸ ἀγαθὰ εἶναι λαβὼν, ἵνα ἕκαστος ὃ χωρεῖ, ἢ ἃ χωρεῖ διὰ Ἰησοῦ λαβὼν, ἐν ἀγαθοῖς τυγχάνῃ. Οὐχ οἷοί τε δὲ ἦσαν οἱ ἀπόστολοι, ὧν ὡραῖοι οἱ πόδες, καὶ οἱ τούτων ζηλωταὶ εὐαγγελίζεσθαι τὰ ἀγαθὰ, μὴ πρότερον Ἰησοῦ αὐτοῖς αὐτὰ εὐαγγελισαμένου· ὡς ὁ Ἡσαΐας φησί· *Αὐτὸς ὁ λαλῶν πάρειμι, ὡς ὥρα ἐπὶ τῶν ὀρέων, ὡς πόδες εὐαγγελιζομένου ἀκοὴν εἰρήνης, ὡς εὐαγγελιζόμενος ἀγαθὰ, ὅτι ἀκουστὴν ποιήσω τὴν σωτηρίαν σου, λέγων· Σιὼν βασιλεύσει σου ὁ Θεός*. Τίνα γὰρ τὰ ὄρη, ἐφ' ὧν αὐτὸς ὁ λαλῶν παρεῖναι

A quæque considerantem divinam pulchritudinem ad amorem cœlestem invitat? Bonum enim est Sapientia Dei. At hoc quoque, præter ea quæ supra recensuimus, ii annuntiant, quorum pedes sunt pulchri. Potentia Dei præterea octavum nobis bonum annumeratur, qui est Christus. Verum enimvero haud silentio prætereundum est illud Verbum, quod post Patrem universorum est Deus. Namque et hoc bonum nullo alio bono est inferius. Itaque beati qui admiserint hæc bona, quique perceperint ea, ab iis qui pedes habent pulchros atque qui evangelizant. Verumtamen quamvis Corinthius quispiam exstiterit, apud quem affirmet Paulus se nihil scire, nisi Jesum Christum, et hunc quidem crucifixum [61], edoctusque hunc nostri causa hominem factum atti-
B gerit initia bonorum, is ab homine Jesu fit homo Dei, et ex morte ejus moriens peccato. *Etenim quod ille mortuus fuit peccato, mortuus est semel* [62]; ex vita vero ipsius, quoniam Jesus est illud quod vivit, vivit Deo unusquisque, et conformis factus resurrectioni ejus hoc assequitur, ut vivat Deo. Quis autem ambigat an ipsa justitia, ipsa sanctificatio atque ipsa redemptio sit bonum? quæ etiam ipsa, Jesum evangelizantes, evangelizant: dicentes eum factum fuisse nobis justitiam a Deo, et sanctificationem, et redemptionem [63]. Ex his ergo licebit intelligere ea quæ de eo scripta sunt, et vix enumerari possunt, probando Jesum bonorum esse multitudinem: atque ex his quæ ægre enumerari possunt et scripta sunt, conjecturam
C capere de iis quæ in ipso quidem insunt, in quem beneplacitum fuit omnem plenitudinem divinitatis corporaliter **13** habitare, haud tamen a litteris continentur: quid dico a litteris, quando et de toto mundo dicat Joannes: *Nec ipse, opinor, mundus caperet eos qui scriberentur libros* [64]. Dicere ergo apostolos evangelizare Servatorem, perinde est ac si diceremus eos evangelizare bona omnia. Quamobrem hic est ille qui a bono Patre accepit ut esset tot bona: ut unusquisque eo quod capit, vel iis quæ capit, cum per Jesum ea perceperit, fruatur bonis. Haud poterant autem apostoli, quorum pulchri sunt pedes, et horum studiosi imitatores evangelizare bona, nisi Jesus antea ipsis evangelizasset; quemadmodum loquitur Isaias [65]: *Ego ipse, qui loquebar, ad-*
D *sum, sicut opportunitas in montibus, sicut pedes*

[61] I Cor. II, 2. [62] Rom. VI, 10. [63] I Cor. I, 30. [64] Joan. XXI, 25. [65] Isa. LII, 6, 7.

(49) *Μετὰ τὸν Πατέρα.* Ferrarius, *cum Patre*, perperam. Verte *secundum Patrem*, *post Patrem*. Unde locum hunc conciliare poteris cum illo altero tomi octavi *Contra Celsum*: Ἔστω δέ τινας, ὡς ἐν πλήθει πιστευόντων, καὶ δεχομένων διαφωνίαν, διὰ τὴν προπέτειαν ὑποτίθεσθαι τὸν Σωτῆρα εἶναι τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεόν· ἀλλ' οὔτι γε ἡμεῖς τοιοῦτον, οἱ πειθόμενοι αὐτῷ λέγοντι· *Ὁ Πατὴρ ὁ πέμψας μείζων μου ἐστί.* Supremum universorum Deum Filium non esse affirmat, sed Patrem; Filium vero universorum quidem Deum esse, sed post Patrem. Quæ quamvis male sonent, excusari tamen possunt, si omnia Filium a Patre accepisse meminerimus, ac proinde se esse universorum Deum Patri acceptum referre. Primo ergo et per se universorum Deus est Pater, quia a se Deus est: Filius secundo et per alium est universorum Deus, quia habet a Patre sic tanquam ab origine et principio ut sit Deus: est enim Deus de Deo, ut habet Symbolum. Sed hæc alibi. HUETIUS.

(50) *Τὸν δι' ἡμᾶς ἄνθρωπον μανθάνων παραδέξηται τὰ ἐν ἀρχῇ τῶν ἀγαθῶν*, etc. Hunc locum, in editione Huetii luxatum, sic restituit codex Barberinus.

(51) *Παρέσται δὲ ἀπὸ τούτων*, etc. Locum hunc sanaveris, si legeris, καὶ ἀπὸ τῶν δυσεξαριθμήτων γεγραμμένων, quemadmodum videtur legisse Perionius cujus interpretationem Ferrarianæ hoc loco prætuli.

(52) *Κεχωρημένων*. Codd. Regius et Barberinus κεχωρημένῳ.

evangelizantis pacem, sicut evangelizans bona, quoniam auditam salutem tuam faciam, dicens : Sion, regnabit Deus tuus. Quinam enim sunt montes in quibus ipse qui loquitur inesse se dicit, nisi hi qui nulla re inferiores sunt iis qui super terram sunt maximi et altissimi ? quos quæsitos oportuit ab his qui Novi Testamenti ministri sunt idonei, scilicet ut servent præceptum dicens : *Super montem altum ascende qui evangelizas Sion; exalta cum fortitudine vocem tuam qui annuntias Hierusalem* [66]. Nec mirere si evangelizaturis bona, bona quoque Jesus evangelizet, quæ non alia sunt a se ipso, quandoquidem seipsum illis evangelizat Filius Dei qui ipsum per alios dicere nequeunt. Verumtamen qui ascendit montes, illis evangelizans bona, haud contemptui habet pauperes spiritu, a bono illo edoctus Patre, *qui solem suum exoriri facit super bonos et malos, et qui pluit super justos et injustos* [66*]. Namque his quoque evangelizat, sicut ipsemet testatur, ex eo quod sumpto Isaiæ libro legit : *Spiritus Domini super me, propterea quod unxit me, ad evangelizandum pauperibus misit me, ut prædicem captivis remissionem, et cæcis visum. Complicatum enim librum cum reddidisset ministro, resedit. Cumque omnium in eum defixi essent oculi dixit : Hodie Scriptura hæc impleta est in auribus vestris* [67].

A ὁμολογεῖ, ἢ οἱ μηδενὸς τῶν ἐπὶ γῆς ὑψηλοτάτων καὶ μεγίστων ἥττονες; οὕστινας ζητεῖσθαι δεῖ ὑπὸ τῶν ἱκανῶν διακόνων τῆς καινῆς Διαθήκης, ἵνα τηρήσωσι τὴν λέγουσαν ἐντολήν· *Ἐπ' ὄρος ὑψηλὸν ἀνάβηθι ὁ εὐαγγελιζόμενος Σιὼν, ὕψωσον τῇ ἰσχύϊ τὴν φωνήν σου ὁ εὐαγγελιζόμενος Ἱερουσαλήμ.* Οὐ θαυμαστὸν δὲ εἰ τοῖς μέλλουσιν εὐαγγελίζεσθαι τὰ ἀγαθὰ Ἰησοῦς εὐαγγελίζεται τὰ ἀγαθὰ, οὐκ ἄλλα τυγχάνοντα ἑαυτοῦ· ἑαυτὸν γὰρ εὐαγγελίζεται ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῖς δυναμένοις οὐ δι' ἄλλων αὐτὸν μαθεῖν· πλὴν ὁ ἐπιβαίνων τῶν ὀρῶν καὶ εὐαγγελιζόμενος αὐτοῖς τὰ ἀγαθὰ, μαθητευθεὶς τῷ ἀγαθῷ Πατρὶ, *ἀνατέλλοντι τὸν ἥλιον ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχοντι ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους*, τοὺς τὴν ψυχὴν πτωχοὺς οὐχ ὑπερηφανεῖ· καὶ τού-
B τοις γὰρ εὐαγγελίζεται, ὡς αὐτὸς μαρτυρεῖ λαβὼν τὸν Ἡσαΐαν καὶ ἀναγνούς· *Τὸ πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, κηρῦξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν· πτύξας γὰρ τὸ βιβλίον καὶ ἀποδοὺς τῷ ὑπηρέτῃ, ἐκάθισε· καὶ πάντων ἐνατενιζόντων αὐτῷ φησι· Σήμερον πεπλήρωται ἡ Γραφὴ αὕτη ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν.*

12. Necessario etiam illud sciendum est, omnem bonam actionem erga Jesum factam hoc Evangelium continere, quomodo etiam continet mulieris illius præclaram illam actionem quæ mala opera cum admisisset, resipuisset que, boni odoris unguentum potuit, ob insignem et ex animo factam a malis mutationem, super Jesum fundere, quo facto tota domus, **14** atque adeo quotquot illic aderant, illius unguenti fragrantiam sensu perceperunt; quocirca etiam scriptum est : *Ubicunque prædicatum fuerit hoc Evangelium in omnibus gentibus, dicetur etiam istius factum ad memoriam suam* [68]. Porro perspicuum est Christum sibi accepta referre, quæcunque in discipulos suos collata fuerint. Unde beneficium accipientes ostendere volens, dantibus beneficium dixit : *Quod his fecistis, mihi fecistis* [69]. Quamobrem quævis actio bona a nobis in proximum collata, ad Evangelium refertur, quod in cœli tabulis inscribitur, agnosciturque ac legitur ab omnibus qui universorum cognitione digni habiti fuerint : cum ex adverso etiam pars Evangelii accusationem contineat eorum qui deliquerunt in Jesum. Itaque Judæ proditio populique impii vociferatio dicentis : *Tolle hunc a terra, et crucifige, crucifige eum* [70], et irrisiones eorum, a quibus est spinis coronatus, et his similia per ordinem in Evangeliis posita sunt. Quibus consequens est ut consideremus quod quisquis Jesu discipulos prodi-

A servias eis, quæ ipsa distribuit Deus tuus cunctis gentibus. » Vobis autem non sic dedit Dominus Deus tuus. Sed qui distribuit cunctis gentibus solem, et lunam, et omne cœli ornamentum Deus, cum sic non dederit Israeli? Scilicet ut qui non possunt ad intelligibilem recurrere naturam, rebus corporeis ac sub sensum cadentibus divinitatem esse suspicati, vel lubenter in his sisterent, non prolapsi ad idola et dæmonia. Deum igitur alii quidem Deum universorum habent; qui vero hos proxime sequuntur, in Christum Dei ipsius Filium defixi sunt. Tertii vero sunt qui solem, lunam omneque cœli ornamentum [deos habentes] a Deo aberrant, verumtamen errore longe præcellenti præstantioreque quam eorum qui vocant deos opera B manuum hominum, aurum et argentum, artis excogitationes. At omnium ultimi sunt qui dicati sunt his qui dii quidem dicuntur, haudquaquam vero sunt. Similiter igitur aliqui **53** participant quidem ipsius Λόγου, [id est, rationis, sive Sermonis], qui est in principio, qui est apud Deum, qui est Deus, velut Oseas, et Jeremias, et Isaias, et si quis alius talem seipsum exhibuit, ut sermo Domini, vel sermo ad se fieret; alii vero, qui nihil sciunt, nisi Jesum Christum, et hunc crucifixum [78], tantum secundum carnem agnoscunt Christum [79], existimantes se habere amplius nihil de Sermone, nisi quod caro factus est; cujusmodi est multitudo eorum qui credere putantur. C Jam tertii se sermonibus aliquantulum illum Sermonem participantibus applicuerunt, perinde quasi sermones illi omnem sermonem præcellant. Et forte hi sunt qui præclaras in philosophia et præstantes sectas apud gentiles exercent. Quarto vero loco ab his numerandi sunt illi qui sermonibus prorsus corruptis et impiis crediderunt, evidentem ac fere sub sensum cadentem de medio tollentes Providentiam, aliumque finem quemdam præter bonum honestumve approbantes. Quod si digredi visi sumus, commode tamen id fecisse remur et apposite, nimirum quod ad Dei nomen attinet, res quatuor in eo inspecturi, et totidem in nomine Λόγος, [qui est ratio, sive sermo.] Erat enim Deus [cum articulo] et D Deus [sine articulo,] deinde dii dupliciter. Quorum meliorem ordinem Deus Verbum superat, a Deo rerum omnium ipse superatus. Et rursus erat ὁ Λόγος, fortassis autem et Λόγος, eodem modo quo ὁ Θεός et Θεός. Verborum etiam duo sunt genera, quorum humana propria sunt alia quidem Patris, quod ejus partes sint, et his finitima, quæ nunc verbum apertius et planius nobis explanat, quæ ad Servatorem pervenerunt, et omni ex parte in eo astiterunt. Ac tertia sunt, quæ ante commemoravimus, solem ac lunam et stellas deos esse existimantia et in eis hærentia. Sed præter hæc omnia, sunt etiam in loco inferiore, quæ inanima et mortua idola venerantur. Similia quoque de iis quæ ad Verbum pertinent reperimus : alia enim ipso Verbo ornata sunt, alia aliquo ei vicino ac finitimo, quod primum Verbum esse videtur, quæ nihil sciunt nisi

[78] I Cor. II, 2. [79] II Cor. V, 16.

(85) *Τέταρτοι δὲ παρὰ τούτους*, etc. Epicurei.

(86) *Ὧν τοῦ κρείττονος τάγματος*, etc. Totus ille locus, usque ad οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ, quem uncis conclusimus, in Ferrariana interpretatione desiderabatur, quem nos e Perioniana, mutatis duntaxat nonnullis, supplevimus. Idem quoque in toto hoc opere a nobis factum est, quotiescunque Ferrariana interpretatio deficiebat, quod nonnunquam contingere observavimus, cum error aliquis occurrit, velut in iis quæ sequuntur : nempe Filium Patri inferiorem posuit, pro more suo, ut in *Origenianis* probavimus. Quæ subjicit autem de verborum differentiis, futilia sane sunt, ne quid pejus dicam. HUETIUS.

(87) *Ὑπερέχειν*. Lego ὑπερέχει.

Jesum Christum, et hunc crucifixum [80], eademque Verbum carnem vident. Tertia etiam, quæ paulo ante diximus. Quid vero attinet de iis dicere, qui in Verbo esse existimantur, sed non solum ab honesto, verum etiam ab ejus vestigiis, atque iis qui ejus sunt participes, aberrarunt?]

54 4. *Hic erat in principio apud Deum.* Tribus prædictis propositionibus, tres ordines nos docens evangelista, tria in unum connectit, dicens: « Hic erat in principio apud Deum. » In prima propositione didicimus in quo erat Λόγος, videlicet quod in principio: et apud quem hic erat, videlicet quod apud Deum; et quisnam Λόγος erat, videlicet quod Deus. Tanquam ergo demonstrans Sermonem, quem ante dixerat Deum per particulam « hic, » et in quartam propositionem congregans illud [81], « In principio erat Sermo, et Sermo erat apud Deum, et Deus erat ille Sermo, » inquit: « Hic erat in principio apud Deum. » Potest tamen principii nomen sumi etiam de principio mundi, addiscentibus nobis per hæc dicta, Sermonem illum antiquiorem esse rebus a principio factis. Nam si « in principio fecit Deus cœlum et terram [82], » clarum est id quod in principio erat, antiquius esse eo quod in principio factum est: nec solum firmamento et arida, sed cœlo et terra Sermo ille est antiquior. Forte autem non absurde quis inquirat quare non sit dictum: « In principio erat Sermo Dei; et Sermo Dei erat apud Deum; et Deus erat ille Sermo Dei. » Sed consequitur ut qui quærit cur tandem non scriptum sit, In principio erat Sermo Dei, et quæ sequuntur, plures enuntiet esse Sermones, et fortasse diversi generis. Vel unus quidem erit Dei Sermo, alter, ut ita dicam, angelorum Sermo, alius item hominum, et ita in cæteris Sermonibus. Quod si vocabulum *Sermo* hoc modo se habebit, idem fortassis censendum erit de sapientia et de justitia. Absurdum est autem dicere plures vocis hujus *Sermo* compotes fieri, et hujus, sapientia; et illius, justitia. Convincemur etiam a veritate, minime a nobis quæri oportere plures sermones, et sapientias, et justitias, quæ proprie sic nominentur. Nam unusquisque confiteretur unam esse veritatem, nec auderet aliquis dicere, aliam esse Dei veritatem, aliam angelorum, aliam hominum; cum in natura entium una sit de unaquaque re veritas. Quod si veritas est una, perspicuum est etiam sapientiam, quæ confirmatio et demonstratio ipsius est veritatis, merito intelligi unam esse: quippe cum ne ea quidem quæ appellatur sapientia, nomen suum recte tueri queat, si non adsit veritas. Quod si veritas una, et sapientia una est, unus etiam Sermo sit oportet, annuntians veritatem, et sapientiam rerum earum quæ simplices sunt et apertæ, ad **55** eos qui sunt capaces. Nec hoc dicimus negantes esse veritatem et sapientiam, et Sermonem Dei, sed ostendentes utilitatem ob quam evangelista reticuit Dei vocabulum, non scribens: In principio erat Sermo Dei. Idem autem Joannes etiam cum additione « Dei » nominat eum in Apocalypsi,

A 4. *Οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν.* Διὰ τῶν προειρημένων τριῶν προτάσεων τάγματα τρία διδάξας ἡμᾶς ὁ εὐαγγελιστὴς συγκεφαλαιοῦται τὰ τρία εἰς ἕν, λέγων τό· « Οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν. » Πρῶτον δὲ τῶν τριῶν μεμαθήκαμεν ἐν τίνι ἦν ὁ Λόγος, ὅτι ἐν ἀρχῇ· καὶ πρὸς τίνα οὗτος ἦν, ὅτι πρὸς τὸν Θεόν· καὶ τίς ὁ Λόγος ἦν, ὅτι Θεός. Οἱονεὶ οὖν δεικνὺς τὸν προειρημένον Θεὸν Λόγον διὰ τοῦ « οὗτος, » καὶ συνάγων εἰς τετάρτην πρότασιν τό τε· « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, » καὶ τό· « Ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος, » φησίν· « Οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν. » Δύναται μέντοι γε τὸ τῆς ἀρχῆς ὄνομα λαμβάνεσθαι καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ κόσμου ἀρχῆς, μανθανόντων ἡμῶν διὰ τῶν λεγομένων, ὅτι πρεσβύτερος ὁ Λόγος τῶν ἀπαρχῆς γενομένων ἦν. Εἰ γὰρ « ἐν ἀρχῇ B ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, » τὸ δὲ, ἐν ἀρχῇ ἦν, σαφῶς πρεσβύτερόν ἐστι τοῦ ἐν ἀρχῇ πεποιημένου οὐ μόνον στερεώματος καὶ ξηρᾶς, ἀλλὰ οὐρανοῦ καὶ γῆς πρεσβύτερός ἐστιν ὁ Λόγος. Τάχα δὲ οὐκ ἀτόπως τις ζητήσαι ἂν διὰ τί οὐκ εἴρηται· « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ· καὶ ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ ἦν πρὸς τὸν Θεόν· καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ. » Ἀκόλουθον δέ ἐστι τὸν ζητοῦντα τί δήποτε οὐ γέγραπται, « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ, » καὶ τὰ ἑξῆς, πλείονας ἀποφαίνεσθαι λόγους, καὶ τάχα ἑτερογενεῖς. Ἢ ὁ μέν τις τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἕτερος δὲ, φέρε εἰπεῖν, ἀγγέλων Λόγος, καὶ ἄλλος ἀνθρώπων, καὶ οὕτως ἐπὶ τῶν λοιπῶν λόγων. Εἰ δὲ *Λόγος*, τάχα καὶ σοφία καὶ δικαιοσύνη. Ἄτοπον δὲ πλείονας φάσκειν τῆς, *Λόγος*, C προσηγορίας κυρίως τυγχάνειν, καὶ τῇ σοφίᾳ καὶ τῇ δικαιοσύνῃ (88). Καὶ πληχθησόμεθα πρὸς τὸ μὴ δεῖν ζητεῖν πλείονας λόγους καὶ σοφίας καὶ δικαιοσύνας, κυρίως οὕτως ὀνομαζόμενα, ἀπὸ τῆς ἀληθείας. Πᾶς γὰρ ὁστισοῦν ὁμολογήσαι ἂν μίαν εἶναι τὴν ἀλήθειαν. Οὐ γὰρ καὶ ἐπ' αὐτῆς τολμήσαι τις λέγειν ἑτέραν εἶναι τὴν τοῦ Θεοῦ ἀλήθειαν, καὶ ἑτέραν τὴν τῶν ἀγγέλων, καὶ ἄλλην τὴν τῶν ἀνθρώπων· ἐν γὰρ τῇ φύσει τῶν ὄντων, μία ἡ περὶ ἑκάστου ἀλήθεια. Εἰ δὲ ἀλήθεια μία, δηλονότι καὶ ἡ κατασκευὴ αὐτῆς καὶ ἡ ἀπόδειξις σοφία τυγχάνουσα, μία εὐλόγως ἂν νοοῖτο, πάσης τῆς νομιζομένης σοφίας, οὐ κρατούσης τῆς ἀληθείας, οὐδὲ σοφίας ἂν ὑγιῶς χρηματιζούσης. Εἰ δ' ἀλήθεια μία, καὶ σοφία μία, καὶ Λόγος ὁ ἀπαγγέλλων τὴν ἀλήθειαν καὶ τὴν σοφίαν ἁπλῶν καὶ φα- D νερῶν εἰς τοὺς χωρητικοὺς, εἷς ἂν τυγχάνοι. Καὶ οὐχὶ ταῦτά φαμεν ἀρνούμενοι τὴν ἀλήθειαν καὶ τὴν σοφίαν καὶ τὸν Λόγον εἶναι τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ δεικνύντες τὸ χρήσιμον τοῦ σεσιωπῆσθαι τοῦ Θεοῦ, καὶ μὴ ἀναγεγράφθαι· « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ. » Ὁ αὐτὸς δὲ Ἰωάννης ἐν τῇ Ἀποκαλύψει καὶ μετὰ τῆς προσθήκης αὐτὸν ὀνομάζει τῆς « Θεοῦ, » λέγων· « Καὶ εἶδον οὐρανὸν ἀνεῳγμένον, ἰδοὺ ἵππος λευκὸς, καὶ ὁ καθήμενος ἐπ' αὐτὸν καλούμενος Πιστὸς καὶ Ἀληθι-

[80] I Cor. II, 2. [81] Joan. I, 1, 2. [82] Gen. I, 1.

(88) *Καὶ τῇ σοφίᾳ καὶ τῇ δικαιοσύνῃ.* Lego, καὶ τῆς, σοφία (supple προσηγορίας), καὶ τῆς, δικαιοσύνη.

νὸς, καὶ ἐν δικαιοσύνῃ κρίνει καὶ πολεμεῖ. Οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ὡς φλὸξ πυρός· καὶ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ διαδήματα πολλὰ, ἔχων ὄνομα γεγραμμένον, ὃ οὐδεὶς οἶδεν εἰ μὴ αὐτὸς, καὶ περιβεβλημένος ἱμάτιον ἐῤῥαντισμένον αἵματι, καὶ ἐκέκλητο τὸ ὄνομα αὐτοῦ Λόγος τοῦ Θεοῦ. Καὶ τὰ στρατεύματα αὐτοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ ἠκολούθει αὐτῷ ἐφ' ἵπποις λευκοῖς, ἐνδεδυμένοις (89) βύσσινον καθαρὸν, καὶ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ἐκπορεύεται ῥομφαία ὀξεῖα, ἵνα ἐν αὐτῇ πατάξῃ τὰ ἔθνη, καὶ αὐτὸς ποιμανεῖ αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ, καὶ αὐτὸς πατεῖ τὴν ληνὸν τοῦ οἴνου τῆς ὀργῆς τοῦ θυμοῦ (90) τοῦ Θεοῦ τοῦ παντοκράτορος, καὶ ἔχει ἐπὶ τὸ ἱμάτιον καὶ ἐπὶ τὸν μηρὸν αὐτοῦ ὄνομα γεγραμμένον· Ὁ Βασιλεὺς βασιλέων, καὶ Κύριος κυρίων. » Ἀναγκαίως δὲ καὶ ἀπολύτως εἴρηται καὶ *Λόγος*, καὶ μετὰ προσθήκης *Λόγος τοῦ Θεοῦ*. Ὧν εἰ τὸ ἕτερον σεσιώπητο, ἀφορμὰς ἂν εἴχομεν τοῦ παραδέξασθαι (91), καὶ ἀποπεσεῖν τῆς περὶ τῆς *Λόγου* ἀληθείας. Εἰ γὰρ *Λόγος* μὲν ἀναγέγραπτο, *Λόγος* δὲ *Θεοῦ* μὴ εἴρητο, οὐ σαφῶς ἐμανθάνομεν, ὅτι οὗτος ὁ Λόγος, Λόγος τοῦ Θεοῦ ἐστι. Πάλιν τ' αὖ εἰ *Λόγος* μὲν *τοῦ Θεοῦ* προσηγορεύετο, *Λόγος* δὲ ἀπολύτως οὐκ εἴρητο, κἂν πολλοὺς λόγους ἀναπλάσσοντες κατὰ τὴν πρὸς ἕκαστον τῶν λογικῶν σχέσιν, μάτην ἂν πολλοὺς κυρίως ὀνομαζομένους παρεδεξάμεθα. Καλῶς μέντοι γε διαγράφων τὰ περὶ τοῦ Λόγου τοῦ Θεοῦ ἐν τῇ Ἀποκαλύψει ὁ Ἀπόστολος, καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς, ἤδη δὲ καὶ διὰ τῆς Ἀποκαλύψεως καὶ προφήτης, φησὶ τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον ἑωρακέναι ἐν ἀνεῳγότι τῷ οὐρανῷ, ἐφ' ἵππῳ λευκῷ ὀχούμενον. Τί δὲ αἰνίττεται τὸ ἀνεῷχθαι τὸν οὐρανὸν, καὶ ὁ λευκὸς ἵππος, καὶ τὸ ἐπ' αὐτοῦ καθέζεσθαι τὸν καλούμενον τοῦ Θεοῦ Λόγον, πρὸς τὸ εἶναι Θεοῦ Λόγον καὶ πιστὸν καὶ ἀληθινὸν, καὶ ἐν δικαιοσύνῃ κρινοῦντα (91*) καὶ πολεμοῦντα λεγόμενον, κατανοητέον, ἵνα ἔτι μᾶλλον προβιβασθῶμεν τῷ ἐκλαβεῖν τὰ περὶ τοῦ Λόγου τοῦ Θεοῦ. Κεκλεῖσθαι δὲ ἡγοῦμαι τὸν οὐρανὸν τοῖς ἀσεβέσι, καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ φέρουσιν, ἀνεῷχθαι δὲ τοῖς δικαίοις καὶ κεκοσμημένοις τῇ τοῦ ἐπουρανίου (92) εἰκόνι· τοῖς μὲν γὰρ, ἅτε κάτω τυγχάνουσι, καὶ ἐν σαρκὶ ἔτι ὑπάρχουσιν ἀποκέκλειται τὰ κρείττονα, οὐ συνιεῖσιν αὐτὰ, οὐδὲ τὸ κάλλος αὐτῶν δυναμένοις, ἐπεὶ μὴ βούλονται, κατανοεῖν, συγκύπτοντες (93), καὶ μὴ ἐπιδιδόντες αὐτοὺς εἰς τὸ ἀνακύπτειν· τοῖς δὲ διαφέρουσιν, ἅτε τὸ πολίτευμα ἔχουσιν ἐν οὐρανοῖς, τὰ οὐράνια τῇ κλειδὶ τοῦ Δαυῒδ ἀνέῳγε θεωρούμενα, τοῦ θείου Λόγου ἀνοίγοντος αὐτὰ, καὶ σαφηνίζοντος, διὰ τοῦ ὀχεῖσθαι ἵππῳ, φωναῖς τὰ σημαινόμενα ἀπαγγελλούσαις· λευκῷ, διὰ τὸ φανερὸν καὶ τὸ λευκὸν, καὶ φωτεινὸν τῆς γνώσεως. Καθέζεται δὲ ἐπὶ τὸν λευκὸν ἵππον ὁ καλούμενος Πιστὸς, ἱδρυμένος βεβαιότερον

A dicens [83]: « Et vidi cœlum apertum, et ecce equus albus, et qui sedebat super eum vocabatur Fidelis, et Verax, et in justitia judicat et pugnat. Oculi autem ejus, sicut flamma ignis: et in capite ejus diademata multa, habens nomen scriptum, quod nemo novit nisi ipse, et indutus erat veste tincta sanguine. Et vocatur nomen ejus, Sermo Dei. Et exercitus, qui sunt in cœlo, sequebantur eum in equis albis, vestiti byssino albo, et puro, et ex ore ejus procedit gladius acutus, ut eo percutiat gentes, et ipse reget eos virga ferrea, et ipse calcat torcular vini iræ furoris Dei omnipotentis, et habet in vestimento, et in femore suo nomen scriptum: Rex regum, et Dominus dominantium. » Sed necessario et absolute posuit Joannes vocabulum *Sermo*, et cum B adjectione etiam, *Sermo Dei*. Nam si alterum tacuisset, occasionem habituri eramus præter germanam sententiam intelligendi, et aberrandi a veritate hujus vocabuli *Sermo*: ac si absolute scripsisset Joannes, *Sermonem*, nec dixisset etiam cum adjectione, *Sermonem Dei*, non didicissemus aperte hunc Sermonem esse Sermonem Dei. Rursus si *Sermonem Dei* dixisset, nec absolute *Sermonem*, etiam multos Sermones fingentes juxta relationem ad unumquemque eorum qui sermone ac ratione utuntur, frustra multos proprie sic nominatos admisissemus. Itaque recte apostolus et evangelista, jam vero etiam propter Apocalypsin propheta, describens in Apocalypsi Sermonem Dei, se Dei Sermo- C nem vidisse inquit, aperto cœlo, equo albo vectum. Quid vero innuat cœli apertio, et equus albus, et super ipsum sessio illius qui Sermo Dei vocatur, qui etiam, præterquam est Sermo Dei, fidelis dicitur, et verax, et in justitia judicans et bellans, considerandum est, ut eo magis proficiamus, cum intellexerimus quæ ad Dei Sermonem pertinent. Proinde arbitror ego impiis et terrestrem imaginem gerentibus, cœlum esse clausum, apertum vero justis, **56** et his qui insigniti fuerint supercœlestis imagine. Nimirum impiis quidem humi etiamnum repentibus, et in carne exsistentibus, præstantiora sunt clausa, quia non intelligant ea, nec possint eorum pulchritudinem (quia nolunt) dispicere, prout nec erigere se conantes, cum justi et excellentes, D quia jus civitatis in cœlis habeant [84], cœlestia contemplentur, Davidis clavi aperta, nempe divino Sermone aperiente ea et manifestante, eo quod vehatur equo, hoc est vocibus significata renuntiantibus; albo, propter perspicuam, et candidam, et lucidam cognitionem. Sedet autem super equum album ille qui vocatur fidelis, firmius et, ut ita dicam, regalius insidens in vocibus, quæ subverti non pos-

[83] Apoc. XIX, 11 et seq. [84] Philipp. III, 20.

(89) *Ἐνδεδυμένοις*. Lege ἐνδεδυμένοι.

(90) *Τοῦ θυμοῦ*. Desideratur in editione Huetii, sed suppletur e codd. Bodleiano et Barberino.

(91) *Παραδέξασθαι*, etc. Nullo sensu hæc reddiderunt Ferrarius et Perionius. Legas, παρεκδέξασθαι, proclivis erit interpretatio. Παρεκδέξασθαι autem est *præter germanam sententiam intelligere et explicare*. HUETIUS.

(91*) *Κρινοῦντα*. Forte κρίνοντα, ut congruat superiori et inferioribus κρίνει, κρίνοντα, etc. EDIT.

(92) *Ἐπουρανίου*. Sic codd. Bodleianus et Barberinus; male vero editio Huetii in textu habet ἐπαρνίου.

(93) *Συγκύπτοντες*. Ita codex Bodleianus, Regius vero et Barberinus, ἐγκύπτοντες.

sunt, ac quovis equo velocius ac celerius currunt, A et gloria in ipso impetu superant adversarium omnem simulantem se esse Sermonem, itidemque simulantem se esse veritatem et apparentem veritatem. Vocatur autem fidelis qui sedet in equo albo, non quia fidem alicui habeat, sed quia fide dignus sit. Nam Mose teste [85], fidelis et verax est Dominus. Verax est etiam ad differentiam umbræ, et figuræ, et imaginis, quoniam talis est ille Sermo qui est in cœlo aperto; non enim talis est Sermo terrestris qualis cœlestis, quia factus caro per umbras, et figuras, et imagines loquitur. Multitudines ergo eorum qui putantur credere, umbra Sermonis, non vero illo Sermone Dei qui est in cœlo aperto, erudiuntur. Propterea Jeremias inquit [86]: « Spiritus B faciei nostræ Christus Dominus, cui diximus: In umbra ipsius vivemus in gentibus. » Sic igitur Sermo ille Dei, qui Fidelis vocatur, etiam verax vocatur, et in justitia judicat et bellum gerit, quod justitia ipsa ac judicio ipso facultatem a Deo acceperit judicandi, et distribuendi ex dignitate uniuscujusque entium. Nemo enim eorum qui justitiam ac facultatem judicandi populum habent, ita in sua ipsius anima omnino imprimere poterit et justitiæ, et judicandi figuras ipsas, et ideas, ut nulla in re sit inferior ea quæ ex se est justitia, et eo quod ex se est, judicio: quemadmodum neque qui pingit imaginem, potis erit pictura exprimere omnes rei depictæ proprietates. Propterea Davidem dixisse reor [87]: « Non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens; » non enim generatim **57** dixit, omnis homo, sive omnis angelus, C sed « omnis vivens, » quoniam etiam si vitæ quis sit particeps, et mortalitatem prorsus excusserit, sic neque tui comparatione justificari poterit, perinde atque vita. Neque fieri potest ut qui particeps est vitæ, et ob hoc vivens nominatur, ipse sit vita, nec qui compos est justitiæ, et idcirco justus dicitur, omnino ipsi justitiæ æquiparari poterit. Jam vero quemadmodum ad Dei Sermonem pertinet judicare in justitia [88], ita etiam ad ipsum pertinet bellum gerere in justitia: ut ex eo quod dicitur oppugnare hunc in modum, ipsi Sermoni, et justitiæ inimicos, sublatis his qui a ratione sunt alieni, et injustitia sublata, inhabitet et justificet; expellens contraria ab anima illius qui salutis causa, ut ita D dicam, captivus factus est a Christo. Sed apertius cernere possumus hoc Sermonis bellum quod gerit, quando ipse quidem fungitur legatione pro veritate, alter vero, qui non est Sermo, sed fingit se esse Sermonem; itemque simulata veritas, quæ non est veritas, sed mendacium, prædicat se esse ipsam veritatem. Tunc enim armatus Sermo contra menda-

A καὶ, ἵν' οὕτως εἴπω, βασιλικώτερον ἐν φωναῖς ἀνατραπῆναι μὴ δυναμέναις, παντὸς ἵππου ὀξύτερον καὶ τάχιον τρεχούσαις, καὶ παρευδοκιμούσαις ἐν τῇ φορᾷ πάντα τὸν ἀνταγωνιστὴν ὑποκριτὴν Λόγου νομιζόμενον Λόγον, καὶ ἀληθείας δοκοῦσαν ἀλήθειαν. Καλεῖται δὲ Πιστὸς ὁ ἐπὶ τοῦ λευκοῦ ἵππου (94), οὐ διὰ τὸ πιστεύειν, ὅσον διὰ τὸ πιστευτὸς εἶναι, τουτέστι, τοῦ πιστεύεσθαι ἄξιος. Κύριος γὰρ, κατὰ τὸν Μωϋσέα, πιστὸς καὶ ἀληθινός. Καὶ ἀληθινὸς γὰρ πρὸς ἀντιδιαστολὴν σκιᾶς, καὶ τύπου, καὶ εἰκόνος· ἐπεὶ τοιοῦτος ὁ ἐν τῷ ἀνεῳγότι οὐρανῷ Λόγος. Οὐ γὰρ ἐπὶ γῆς ὁ τοιοῦτος (95), ὁποῖος ὁ ἐν οὐρανῷ, ἅτε γενόμενος σὰρξ, καὶ διὰ σκιᾶς καὶ τύπων καὶ εἰκόνων λαλούμενος (96). Τὰ δὲ πλήθη τῶν πεπιστευκέναι νομιζομένων τῇ σκιᾷ τοῦ Λόγου, καὶ οὐχὶ τῷ ἀληB θινῷ Λόγῳ Θεοῦ, ἐν τῷ ἀνεῳγότι οὐρανῷ τυγχάνοντι, μαθητεύεται. Διόπερ ὁ Ἱερεμίας φησί· « Πνεῦμα προσώπου ἡμῶν Χριστὸς Κύριος, οὗ εἴπομεν· Ἐν τῇ σκιᾷ αὐτοῦ ζησόμεθα ἐν τοῖς ἔθνεσιν. » Οὗτος δὲ ὁ Λόγος (97) τοῦ Θεοῦ, ὁ Πιστὸς καλούμενος, καὶ ἀληθινὸς καλεῖται, καὶ ἐν δικαιοσύνῃ κρίνει καὶ πολεμεῖ, τῇ αὐτοδικαιοσύνῃ καὶ αὐτοκρίσει τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάστου τῶν ὄντων ἀπονέμειν ἀπὸ Θεοῦ δύνασθαι λαβὼν καὶ κρίνειν· οὐδεὶς γὰρ τῶν μετεχόντων δικαιοσύνης, καὶ τῆς τοῦ κρίνειν λαὸν δυνάμεως, οὕτω πάντη ἐναπομάξασθαι ἑαυτοῦ τῇ ψυχῇ δυνήσεται τοὺς τῆς δικαιοσύνης τύπους, καὶ τοῦ κρίνειν, ὥστε ἐν μηδενὶ ἀποδεῖν τῆς αὐτοδικαιοσύνης καὶ τῆς αὐτοκρίσεως· ὡς οὐδὲ ὁ γράφων εἰκόνα οἷός τε ἔσται μεταδοῦναι πάντων τῶν τοῦ γραφομένου ἰδιωμάτων τῇ C γραφῇ. Διὰ τοῦτο δὲ ἡγοῦμαι τὸν Δαυῒδ λέγειν τό· « Οὐ δικαιωθήσεται ἐνώπιόν σου πᾶς ζῶν· » οὐ γὰρ ἁπαξαπλῶς εἶπε πᾶς ἄνθρωπος, ἢ πᾶς ἄγγελος, ἀλλὰ « πᾶς ζῶν· » ὅτι, κἂν τῆς ζωῆς τις μετέχῃ, καὶ πάντη τὴν νεκρότητα ἀποσείσηται, οὐδ' οὕτως ὡς πρὸς σὲ δικαιωθῆναι δυνήσεται παραπλησίως τῇ ζωῇ· οὐδὲ δυνατὸν τὸν μετέχοντα τῆς ζωῆς, καὶ διὰ τοῦτο ζῶντα χρηματίζοντα, αὐτὸν γενέσθαι ζωὴν, καὶ τὸν μετέχοντα δικαιοσύνης, καὶ διὰ τοῦτο δίκαιον (98) καλούμενον ἐξισωθῆναι πάντη τῇ δικαιοσύνῃ. Ἔργον δὲ τοῦ Λόγου τοῦ Θεοῦ (99) ὥσπερ κρίνειν ἐν δικαιοσύνῃ, οὕτω καὶ πολεμεῖν ἐν δικαιοσύνῃ, ἵν', ἐκ τοῦ τοὺς ἐχθροὺς λόγῳ καὶ δικαιοσύνῃ οὕτω πολεμεῖν, ἀναιρουμένων τῶν ἀλόγων καὶ τῆς ἀδικίας, λέγεσθαι, D ἐνοικήσῃ καὶ δικαιώσῃ, ἐκβάλλων τὰ ἐναντία τῆς ψυχῆς τοῦ, ἵν' οὕτως εἴπω, ἐπὶ σωτηρίᾳ αἰχμαλωτισθέντος ὑπὸ Χριστοῦ. Ἔτι δὲ μᾶλλόν ἐστι τὸν τοῦ Λόγου πόλεμον ἰδεῖν, ὃν πολεμεῖ, ἐπὰν αὐτὸς μὲν πρεσβεύῃ περὶ ἀληθείας, ὁ δ' ὑποκρινόμενος εἶναι Λόγος, οὐ Λόγος ὢν, καὶ ἡ ἑαυτὴν ἀναγορεύσασα (1) ἀλήθειαν, οὐκ ἀλήθεια τυγχάνουσα, ἀλλὰ ψεῦδος, φάσκῃ εἶναι ἑαυτὴν τὴν ἀλήθειαν. Τότε γὰρ καθ-

[85] Deut. XXXII, 4. [86] Thren. IV, 20. [87] Psal. CXLII, 2. [88] Apoc. XIX, 11.

(94) Ὁ ἐπὶ τοῦ λευκοῦ ἵππου. Hæc desunt in codice Bodleiano.

(95) Codd. Bodleianus et Barberinus, ὁ γὰρ ἐπὶ γῆς οὐ τοιοῦτος.

(96) Codex Barberinus, καλούμενος, ut editio Huetii.

(97) Legebat Ferrarius, οὕτως δὲ ὁ Λόγος.

(98) Διὰ τοῦτο δίκαιον. Sic habet codex Bodleianus; Barberinus autem et Regius, αὐτοῦ τὸ δίκαιον.

(99) Codex Bodleianus, Ἔργον δὲ τοῦ Λόγου τοῦ Θεοῦ· Barberinus, Ἔργον δὲ τοῦτο τοῦ Λόγου· Regius, Ἔργον δὲ τούτου Λόγου.

(1) Καὶ ἡ ἑαυτὴν ἀναγορεύσασα. Sic recte habet codex Bodleianus; male autem codex Regius, ἡ ἑαυτοῦ τὴν ἀναγορεύσασα.

ὁπλισάμενος ὁ Λόγος κατὰ τοῦ ψεύδους ἀναλοῖ αὐτὸ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ καταργεῖ τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς παρουσίας αὐτοῦ. Καὶ ὅρα εἰ δύναται κατὰ τὸ νοητὸν ταῦτα ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου ἐν τῇ πρὸς Θεσσαλονικεῖς παρίστασθαι Ἐπιστολῇ. Τί γάρ ἐστι τὸ ἀναλούμενον τῷ πνεύματι τοῦ στόματος Χριστοῦ, Χριστοῦ τυγχάνοντος Λόγου καὶ ἀληθείας καὶ σοφίας, ἢ τὸ ψεῦδος; Καὶ τί τὸ καταργούμενον τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς παρουσίας Χριστοῦ, σοφίας καὶ Λόγου νοουμένου, ἢ πᾶν τὸ ἐπαγγελλόμενον εἶναι σοφία, τυγχάνον δὲ ἓν τούτων, ὧν ὁ Θεὸς δράσσεται τοὺς μὴ ὄντας τῇ ἀληθινῇ σοφίᾳ σοφοὺς (2) ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν; Ὅτι ὁ Ἰωάννης θαυμασιώτατα ἐν τοῖς περὶ τοῦ ὀχουμένου τῷ λευκῷ ἵππῳ Λόγου φησὶ καὶ τό· « Οἱ ὀφθαλμοὶ δὲ αὐτοῦ ὡς φλὸξ πυρός. » Ὡς γὰρ ἡ φλὸξ πυρὸς τὸ λαμπρὸν ἅμα καὶ φωτιστικὸν, ἔτι δὲ καὶ πυρῶδες ἔχει, καὶ ἀναλωτικὸν τῶν ὑλικωτέρων· οὕτως οἱ, ἵν' οὕτως εἴπω, ὀφθαλμοὶ τοῦ Λόγου οἷς βλέπει, καὶ πᾶς ὁ μετέχων αὐτοῦ, πρὸς τῷ διὰ τῶν ἐνυπαρχουσῶν αὐτῷ ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν νοητῶν, ἀναλοῦσι καὶ ἀφανίζουσι τὰ ὑλικώτερα καὶ παχύτερα τῶν νοημάτων· πάντων δὲ τὴν ἰσχνότητα καὶ λεπτότητα ἐκπέφευγε τῆς ἀληθείας τὰ ὁπωσποτοῦν ψευδόμενα. Πάνυ δὲ τεταγμένως μετὰ τὸν (3) ἐν δικαιοσύνῃ κρίνοντα, καὶ κατὰ τὸ ἐν δικαιοσύνῃ κρίνειν πολεμοῦντα, ἑξῆς δὲ τὸ (4) πολεμεῖν φωτίζοντα, ἐπιφέρεται τὸ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν εἶναι αὐτοῦ πολλὰ διαδήματα. Εἰ μὲν γὰρ ἓν ἦν καὶ μονοειδὲς τὸ ψεῦδος, καθ' οὗ τὸν στέφανον ἡττωμένου ἐλάμβανεν ὁ νικήσας πιστὸς καὶ ἀληθινὸς Λόγος, καὶ ἓν διάδημα περικεῖσθαι εὐλόγως ἀναγέγραπτο ὁ ἐπικρατήσας τῶν ἐναντίων Θεοῦ Λόγος· νυνὶ δὲ πολλῶν ὄντων τῶν ἐπαγγελλομένων τὴν ἀλήθειαν ψευδῶν, καθ' ὧν στρατευσάμενος ὁ Λόγος στεφανοῦται, πολλὰ γινόμενα τὰ διαδήματα τῇ κεφαλῇ τοῦ πάντα νικήσαντος περικείμενα, καὶ ἑκάστης δὲ ἀποστατησάσης ἐνεργείας (5) κρατῶν, πολλὰ διαδήματα τῷ νικᾷν περιτίθεται. Ἑξῆς μετὰ τὰ διαδήματα ἀναγέγραπται ἔχειν ὄνομα γεγραμμένον ὃ οὐδεὶς οἶδεν, εἰ μὴ αὐτός· οὗτος γὰρ ὁ ἔμψυχος Λόγος ἐπίσταταί τινα μόνος, διὰ τὸ ὑποδεέστερον ἐν τοῖς ἑξῆς γενητοῖς τῆς φύσεως αὐτοῦ, οὐδενὸς χωροῦντος πάντα ἃ ἐκεῖνος καταλαμβάνει θεωρεῖν. Τάχα δὲ καὶ οἱ μετέχοντες ἐκείνου τοῦ Λόγου μόνοι παρὰ τοὺς μὴ μετέχοντας ἴσασι (6) τὰ μὴ εἰς ἐκείνους φθάνοντα. Οὐ γυμνὸς δὲ τῷ Ἰωάννῃ ὁρᾶται τῷ ἵππῳ ὀχούμενος ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος· περιβέβληται γὰρ ἱμάτιον ἐῤῥαμμένον αἵματι, ἐπείπερ ἴχνη περίκειται ὁ γενόμενος Λόγος σάρξ, καὶ διὰ τὸ γεγονέναι σάρξ ἀποθανὼν, ὡς προχυθῆναι αὐτοῦ καὶ αἷμα ἐπὶ τὴν γῆν, νύξαντος τοῦ στρατιώτου τὴν πλευρὰν αὐτοῦ· ἐκείνου τοῦ πάθους, τάχα γὰρ κἂν ὅπως ποτὲ ἐν τῇ τοῦ Λόγου ὑψηλοτάτῃ καὶ ἀνωτάτῃ θεωρίᾳ γενώμεθα, καὶ τῆς ἀληθείας οὐ πάντῃ ἐπιλησόμεθα, τῆς ἐν σώματι

A cium, illud interficit spiritu oris sui, et destruit apparitione præsentiæ suæ [89]. Et vide an hæc secundum spiritalem sensum subinnuere voluerit Apostolus in Epistola ad Thessalonicenses. Quid enim est quod spiritu oris Christi interficitur, cum Christus sit Sermo, veritas et sapientia, nisi mendacium? Et quid est illud quod destruitur apparitione præsentiæ Christi, qui sapientia et Sermo consideratur, nisi id omne quod profitetur se esse sapientiam, unum vero est ex illis, quibus comprehendit eos qui non sunt sapientes vera sapientia, in vafritie ipsorum? Quare mire ac supra modum de Sermone disserens Joannes, qui equo albo vehebatur, inquit etiam illud: «Oculi autem ejus velut flamma ignis [90].» Ut enim flamma clara, pariter et lucida, jam vero

B etiam ignea est et consumptrix materialium, sic oculi, ut ita dicam, Sermonis, quibus et ipse videt, et quisquis illius fuerit particeps, præterquam quod percipiunt intelligibilia per ea quæ in ipso insunt, conficiunt et demoliuntur conceptus crassiores, et magis materiales, omnibus quomodocunque falsis gracilitatem et tenuitatem veritatis fugientibus. Valde autem ordinate postquam induxit Sermonem judicantem in justitia [91], et ut judicet in justitia bellum gerentem, **58** atque deinde post bellum, illuminantem, illud subjungitur, in ipsius capite multa esse diademata [92]. Nam si unum et uniforme esset mendacium de quo prostrato coronam acciperet victor, fidelis et verax Sermo, jure etiam Sermo, qui superasset Deo repugnantes, scriptus fuisset uno

C diademate insignitus. Nunc autem multa cum sint mendacia quæ profitentur veritatem, adversus quæ bellum gerens ille Sermo coronatur, multa sunt etiam diademata capiti cuncta victoris imposita. Quin etiam unamquamque actionem rebellem superans, multis coronis ob victoriam multiplicem insignitur. Dictus etiam post diademata capiti imposita nomen habere scriptum, quod nemo novit nisi ipse [93]; novit enim solus quædam animatus hic Sermo, cum nullus intueri possit ea quæ ille comprehendit, eo quod res quæ continue generantur longe inferiores sint natura ipsius. Atque etiam fortassis soli participes illius Sermonis quædam norunt quæ sunt abscondita non participantibus illum. Porro Sermo

D ille Dei non nudus a Joanne cernitur [94], dum equo albo vehitur, sed circumdatus veste sanguine tincta, quandoquidem vestigiis et notis circumdatus est Sermo factus caro, et idcirco etiam mortuus, quia caro factus, ita ut sanguinem super terram suum profuderit, milite latus ejus pungente. Passionis namque illius, et veritatis, et instituti vitæ quam tenuit in corpore nostro, nulla nos unquam tenebit oblivio, etiam si fortasse quomodocunque pervenerimus ad altissimam supernamque ipsius Sermonis et Fi-

[89] II Thess. II. [90] Apoc. XIX. 12. [91] ibid. 11. [92] ibid. 12. [93] ibid. [94] ibid. 13.

(2) *Τοὺς μὴ ὄντας τῇ ἀληθινῇ σοφίᾳ σοφούς*. Hæc desunt in editione Huetii, sed supplentur e codice Bodleiano.

(3) *Μετὰ τόν*, etc. Ita codd. Bodleianus et Barberinus; male editio Huetii, κατὰ τόν, etc.

(4) *Ἑξῆς δὲ τό*, etc. Legendum videtur, ἑξῆς δὲ τῷ, etc.

(5) *Ἐνεργείας*. Sic codd. Bodleianus et Barberinus; male editio Huetii, ἐναργείας.

(6) *Ἴσασι*. Ita recte habet codex Bodleianus; male vero Regius et Barberinus, ἰᾶσι.

lii Dei contemplationem. Hunc Dei Sermonem cœlestes exercitus omnes sequuntur [95], Sermonem sequentes ducem, et imitantes eum in omnibus: idque tum maxime cum non secus ac ipse inscendunt equos albos; omnia enim aperta sunt intelligentibus. Et quemadmodum fugit dolor, et mœror, et suspirium in fine rerum, sic arbitror fugere etiam obscuritatem et dubitationem, omnibus sapientiæ Dei mysteriis diligenter et manifeste in apertum productis. Considera vero albos equos eorum qui sequuntur Sermonem [96], indutos albo, et puro bysso; et considera num quia byssus e terra oritur, byssina indumenta significent proprietates linguarum quæ sunt in terra, quibus indutæ sunt voces, res aperte et pure significantes. Hæc autem sumpta ex Apocalypsi, quæ docet nos qualis sit **59** Dei Sermo, prolixius tractavimus, ut accuratius et subtilius quæ ad ipsum Sermonem spectant consideraremus.

5. *Hic erat in principio apud Deum* [97]. Iis qui accurate non attendunt diversas in his quæ enuntiantur propositiones, videbitur evangelista eadem repetere, ac si nihil plus diceret his verbis, « Hic erat in principio apud Deum, » quam illis: « Et ille Sermo erat apud Deum. » Sed observemus necesse est, nos, quando dicimus, « Ille Sermo erat apud Deum, » non addiscere quando erat, vel in quo erat apud Deum, juxta quartum pronuntiatum additum. Nam quatuor cum sint hoc in loco ἀξιώματα, [hoc est, pronuntiata,] quæ aliqui προτάσεις [hoc est, propositiones] appellant, pronuntiatum quartum est: « Hic erat in principio apud Deum. » Insuper hæc propositio, « Ille Sermo erat apud Deum, » non eadem est cum illa quæ inquit, « Hic erat, » non simpliciter apud Deum; sed quando vel in quo apud Deum. « Hic enim, inquit, erat in principio apud Deum; » quin etiam illud *hic* per demonstrationem existimabitur positum fuisse vel de Sermone, vel de Deo, ab eo qui minus diligenter investigaverit, ut etiam inveniat comprehensionem priorum, et comprehensionem considerationis hujus vocis *Sermo*, et hujus vocis *Deus*, factam in pronomine, *hic*, ut hæc demonstratio in unum ea congreget quæ consideratione sunt diversa; neque enim dum consideramus Deum consideramus Sermonem; neque dum consideramus Sermonem, consideramus Deum. Fortassis autem summa est et collectio trium propositionum in unam hanc: « Hic erat in principio apud Deum;» quatenus enim in principio erat Sermo, non didiceramus quod apud Deum; quatenus vero apud Deum Sermo ille erat, non agnoveramus aperte quod in principio apud Deum erat; quatenus autem Deus ille Sermo erat, neque declarabatur ipsum in principio esse, neque quod apud Deum erat. Quod si dicente evangelista, « Hic erat in principio apud Deum, » sub pronomine demonstrativo *hic*, intelliga-

A ἡμῶν γενομένης δι' αὐτοῦ εἰσαγωγῆς. Τούτῳ τῷ τοῦ Θεοῦ Λόγῳ τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ στρατεύματα ἀκολουθεῖ πάντα, Λόγῳ ἑπόμενα ἡγουμένῳ, καὶ μιμούμενα αὐτὸν ἐν πᾶσι, καὶ μάλιστα τῷ ἐπιβεβηκέναι ὁμοίως αὐτῷ ἵπποις λευκοῖς· πάντα γὰρ ἐνώπιον τοῖς νοοῦσι. Καὶ ὥσπερ ἀπέδρα (7) ὀδύνη καὶ λύπη καὶ στεναγμὸς ἐπὶ τῷ τέλει τῶν πραγμάτων, οὕτως οἶμαι ὅτι ἀπέδρα ἀσάφεια καὶ ἀπορία, πάντων ἐπιμελῶς καὶ τρανῶς προπιπτόντων τῶν τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας μυστηρίων. Ἐπίσκεψαι δὲ τοὺς λευκοὺς ἵππους τῶν ἀκολουθούντων τῷ Λόγῳ ἐνδεδυμένους βύσσινον λευκὸν καὶ καθαρὸν, εἰ μὴ ἐπεὶ βύσσος ἀπὸ γῆς γίνεται, τῶν ἐπὶ γῆς διαλέκτων, ἃς ἠμφιεσμέναι εἰσὶν αἱ σημαίνουσαι φωναὶ καθαρῶς τὰ πράγματα, τύποι τυγχάνουσι τὰ βύσσινα ἐνδύματα. Ταῦτα δὴ ἐπὶ πλεῖον ἐκ
B τῆς Ἀποκαλύψεως διδασκούσης περὶ Λόγου Θεοῦ εἴρηται, ἵνα ἀκριβέστερον τὰ περὶ αὐτοῦ νοήσωμεν.

5. *Οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν*. Τοῖς μὴ ἀκριβοῦσιν τὰς διαφόρους ἐν τοῖς ἀπαγγελλομένοις προτάσεις, δόξει ταυτολογεῖν ὁ εὐαγγελιστὴς, οὐδὲν πλέον λέγων ἐν τῷ, « Οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν, » παρὰ τό· « Καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν. » Τηρητέον δὲ, ὅτι ἐν μὲν τῷ, « Ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, » οὐ μανθάνομεν τὸ πότε, ἢ ἐν τίνι ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, κατὰ τὸ τέταρτον ἀξίωμα προσκείμενον· τέσσαρα
C γὰρ ἀξιώματα, ἅπερ παρά τισι προτάσεις καλοῦνται, ἔστιν ἐνθάδε, ὧν τὸ τέταρτον· « Οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν· » οὐ ταὐτὸν δὲ τό, « Ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, » καὶ τό, « Οὗτος ἦν, » οὐχὶ ἁπλῶς πρὸς τὸν Θεὸν, ἀλλὰ πότε, ἢ ἐν τίνι πρὸς τὸν Θεόν· « Οὗτος γὰρ, φησὶν, ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν· » ἀλλὰ καὶ τὸ *οὗτος* κατὰ δεῖξιν (8) ἐκφερόμενον νομισθήσεται ἐπὶ τοῦ Λόγου τετάχθαι, ἢ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ, ὑπὸ τοῦ μὴ συχνότερον ἐρευνῶντος, ἵνα καὶ εὕρῃ σύλληψιν τῶν προτέρων γινομένην ἐν τῇ *οὗτος* προσηγορίᾳ, τῆς τε *Λόγος* ἐπινοίας, καὶ τῆς *Θεός*, ἵνα ἡ δεῖξις συναγάγῃ εἰς ἓν τὰ τῇ ἐπινοίᾳ διάφορα· οὐ γὰρ ἐν τῇ ἐπινοίᾳ τῇ *Λόγος* (9) ἐστὶν ἡ *Θεός*, οὐδὲ ἐν τῇ *Θεός*, ἡ, *Λόγος*. Τάχα δὲ συγκεφαλαίωσίς ἐστι τῶν τριῶν προτάσεων εἰς μίαν τήν·
D « Οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν. » Καθὸ γὰρ ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, οὐ μεμαθήκαμεν, ὅτι πρὸς τὸν Θεόν· καθὸ δὲ πρὸς τὸν Θεὸν ὁ Λόγος ἦν, οὐκ ἐγινώσκομεν σαφῶς, ὅτι ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν ἦν· καθὸ δὲ Θεὸς ὁ Λόγος ἦν, οὔτε τὸ ἐν ἀρχῇ αὐτὸν εἶναι ἐδηλοῦτο, οὔτε ὅτι πρὸς τὸν Θεὸν ἐτύγχανεν. Ἐν δὲ τῇ, « Οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν, » ἀπαγγελίᾳ τοῦ *οὗτος*, ἐπὶ τοῦ Λόγου καὶ Θεοῦ νοουμένου, καὶ τοῦ, « ἐν ἀρχῇ, » οὕτω συναπτομένου, τοῦ τε, πρὸς τὸν Θεόν, προστιθεμένου, οὐδὲν παραλείπεται τῶν ἐν ταῖς τρισὶ προτάσεσιν, ὃ οὐ συγκεφαλαιοῦται, συναγομένων εἰς ἕν. Ὅρα δὲ εἰ κατὰ τὸ δισσὸν ὀνομάζεσθαι τὸ « ἐν ἀρχῇ, » δυνατὸν ἡμᾶς μανθάνειν πράγματα δύο· ἓν μὲν, ὅτι ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, ὡς εἰ καὶ καθ' αὐτὸν ἦν, καὶ μὴ πάντως πρός τινα· ἕτερον δὲ, ὅτι ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν

[95] ibid. 14. [96] ibid. [97] Joan. I, 2.

(7) *Καὶ ὥσπερ ἀπέδρα*, etc. Finem quoque hic damnatorum pœnis statuit. Huetius.

(8) *Κατὰ δεῖξιν*. Sic legitur in codice Bodleiano; Barberinus habet κατὰ τάξιν.

(9) Codex Bodleianus, τῇ, Λόγος, Regius, αὐτῇ, Λόγος.

ἦν, καὶ οἶμαι, ὅτι οὐ ψεῦδος εἰπεῖν περὶ αὐτοῦ, ὅτι A ἐν ἀρχῇ ἦν, καὶ ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν, οὔτε πρὸς τὸν Θεὸν μόνον τυγχάνων, ἐπεὶ καὶ ἐν ἀρχῇ ἦν, οὔτε ἐν ἀρχῇ μόνον ὤν, καὶ οὐχὶ πρὸς τὸν Θεὸν ὤν, ἐπεὶ « οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν. »

tur, et Sermo, et Deus, et particula « in principio, » sic conjungatur, addaturque etiam, « apud Deum, » nihil omittitur eorum quæ sunt in tribus propositionibus, quod summatim non comprehendatur redactis tribus propositionibus in unum. Vide vero an fieri possit ut etiam duas res dicamus, quia bis dicatur, « in principio, » alteram quidem, quod in principio erat ille Sermo, quasi etiam ex se esset, et non omnino apud aliquem; alteram vero, quod in principio apud Deum erat. Meumque est judicium absque mendacio dici posse de eo quod et in principio erat, et in principio apud Deum, neque apud **60** Deum solum exsistens, quoniam in principio erat, neque in principio solum exsistens, et non apud Deum exsistens, quoniam « hic erat in principio apud Deum. »

6. *Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο.* Οὐδέποτε τὴν πρώτην χώραν ἔχει τὸ *δι' οὗ*, δευτέραν δὲ ἀεί· οἷον ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους· « Παῦλος δοῦλος, φησὶ, Χριστοῦ Ἰησοῦ, κλητὸς ἀπόστολος, ἀφωρισμένος εἰς B Εὐαγγέλιον Θεοῦ, ὃ προεπηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ ἐν Γραφαῖς ἁγίαις περὶ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαυῒδ κατὰ σάρκα, τοῦ ὁρισθέντος Υἱοῦ Θεοῦ ἐν δυνάμει, κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, δι' οὗ ἐλάβομεν τὴν χάριν καὶ ἀποστολὴν εἰς ὑπακοὴν πίστεως ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. » Ὁ γὰρ Θεὸς τὸ Εὐαγγέλιον ἑαυτοῦ προεπηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν, ὑπηρετούντων τῶν προφητῶν, καὶ ἐχόντων τὸν λόγον τοῦ *δι' οὗ*, καὶ πάλιν, ὁ Θεὸς ἔδωκε χάριν καὶ ἀποστολὴν εἰς ὑπακοὴν πίστεως ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι Παύλῳ καὶ τοῖς λοιποῖς· καὶ ἔδωκε διὰ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ Σωτῆρος ἔχοντος τὸ *δι' οὗ*. Καὶ ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους, ὁ αὐτὸς Παῦλός φησιν· « Ἐπ' C ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν Υἱῷ, ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησε· » διδάσκων ἡμᾶς, ὅτι ὁ Θεὸς τοὺς αἰῶνας πεποίηκε διὰ τοῦ Υἱοῦ, ἐν τῷ τοὺς αἰῶνας γίνεσθαι τοῦ Μονογενοῦς ἔχοντος τὸ *δι' οὗ*. Οὕτω τοίνυν καὶ ἐνθάδε (10) εἰ πάντα διὰ τοῦ Λόγου ἐγένετο, οὐχ ὑπὸ τοῦ Λόγου ἐγένετο, ἀλλ' ὑπὸ κρείττονος καὶ μείζονος παρὰ τὸν Λόγον. Τίς δ' ἂν ἄλλος οὗτος τυγχάνῃ ἢ ὁ Πατήρ; Ἐξεταστέον δὲ, ἀληθοῦς ὄντος τοῦ, « Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, » εἰ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον δι' αὐτοῦ ἐγένετο. Οἶμαι γὰρ, ὅτι τῷ μὲν φάσκοντι γενητὸν αὐτὸ εἶναι, καὶ προϊεμένῳ τό· « Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, » ἀναγκαῖον παραδέξασθαι, ὅτι τὸ ἅγιον Πνεῦμα διὰ τοῦ Λόγου ἐγένετο, πρεσβυτέρου παρ' αὐτὸ (11) τοῦ Λόγου τυγχάνοντος. Τῷ δὲ μὴ βουλομένῳ τὸ D ἅγιον Πνεῦμα διὰ τοῦ Χριστοῦ γεγονέναι, ἕπεται τὸ ἀγέννητον αὐτὸ λέγειν (12), ἀληθῆ τὰ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τούτῳ εἶναι κρίνοντι. Ἔσται δέ τις καὶ τρίτος (13) παρὰ τοὺς δύο, τόν τε διὰ τοῦ Λόγου παρα-

« 6. *Omnia per ipsum facta sunt* [**]. Nunquam principem locum habet particula *per quem*, sed semper secundum, veluti in Epistola ad Romanos [**], « Paulus servus, inquit, Jesu Christi, vocatus ad munus apostolicum, segregatus in Evangelium Dei, quod ante promiserat per prophetas suos in Scripturis sanctis de Filio suo, qui genitus fuit ex semine David secundum carnem : qui declaratus fuit Filius Dei cum potentia, secundum spiritum sanctificationis, ex eo quod resurrexit e mortuis Jesus Christus Dominus noster, per quem accepimus gratiam, et apostolici muneris functionem, ut obediatur fidei inter omnes gentes super ipsius nomine. » Deus enim Evangelium suum prænuntiaverat per prophetas, subministrantibus prophetis, et habentibus sermonem illius, cui competit *per quem*, et rursum, Deus dedit gratiam et apostolici muneris functionem Paulo et reliquis, ut obediant fidei omnes gentes; et dedit per Christum Servatorem, habentem particulam *per quem*. Et in Epistola ad Hebræos [1] ipse Paulus inquit, « In novissimis diebus locutus est nobis in Filio, quem posuit hæredem omnium, per quem fecit et sæcula, » docens nos Deum sæcula fecisse per Filium, Unigenito habente particulam δι' οὗ, [id est, *per quem*,] dum sæcula fierent. Sic igitur hoc etiam in loco, si omnia per Sermonem facta fuerunt, non a Sermone facta fuerunt, sed ab eo qui ipso Sermone major est, quem quis alium dixerit quam Patrem ipsum ? Quærendum est et illud, an ipse etiam Spiritus sanctus per ipsum sit factus, verum cum sit, omnia per Sermonem facta fuisse. Ac meo quidem judicio, si quis dicat factum esse Spiritum sanctum, et admittat omnia per Sermonem facta fuisse, is etiam fateatur necesse est, Spiritum ipsum a Sermone factum, nimirum Sermone ipso antiquiore exsistente ipso Spiritu. Qui vero noluerit Spiritum sanctum per Christum fuisse factum, sequitur ut is, vera credens quæ in hoc Evangelio sunt

[**] Joan. I, 3. [**] cap. I, vers. 1, 2 seqq. [1] cap. I, vers. 1, 2.

(10) *Οὕτω τοίνυν καὶ ἐνθάδε*, etc. Imperite hic lapsus est Origenes cum a Patre omnia condita statuit, non etiam a Verbo, ut demonstramus in *Origenianis*. Huetius.

(11) *Πρεσβυτέρου παρ' αὐτό*, etc. Hæc videtur ex ejus persona dicere, cujus sententiam exponit, non ex sua. Id.

(12) *Ἕπεται τὸ ἀγέννητον αὐτὸ λέγειν.* Si per ἀγέννητον, *non creatum*, vel *non genitum* intelligas, Spiritui sancto conveniet; si pro eo quod principio caret usurpetur, non item. Hinc est cur eam appellationem a Spiritu sancto vetusti Patres removeri velint. Basilius quidem homil. 17 *Contra Sabell.* idcirco Spiritum sanctum ab hoc vocabulo prohibet, quod hæc captum humanæ mentis superent : Theodoretus autem *Dialog.* 3, quod vox ejusmodi in Scripturis sacris Spiritui sancto minime tribuatur. Id.

(13) *Ἔσται δέ τις καὶ τρίτος*, etc. Hæc cum sequentibus, ad id usque, ἔτι εἰς τό· Πάντα, etc., sub finem num. 6, quæ uncis inclusimus, in Ferrariana interpretatione non comparent. Observavimus quippe loca Origenis aliqua perversæ doctrinæ labe fœdata, sive in ipsius auctoris, sive in lectorum

scripta, Spiritum ipsum ingenitum asserat. [Erit autem etiam aliquis tertius, præter hos duos, eum scilicet qui per Verbum factum fuisse Spiritum sanctum concedit, et eum qui non 61
factum eum existimat, statuens nullam essentiam constare Spiritus sancti propriam, quæ a Patre et Filio diversa sit; sed si animum advertat, fortassis diversum esse potius a Filio Patrem existimabit, quod is idem quod Pater sit, quod sine controversia distinctio declaretur Spiritus sancti a Filio hoc loco [a]: « Qui verbum dixerit in Filium hominis, dimittetur ei; qui autem blasphemiam dixerit in Spiritum sanctum, non dimittetur ei nec in hoc sæculo, nec in futuro. » Nos autem qui tres personas, Patrem, et Filium, atque Spiritum sanctum esse credimus, et ingenitum nihil præter Patrem esse nobis persuasimus; Spiritum sanctum et iis omnibus quæ per Verbum facta sunt, et ordine iis omni-

A δεχόμενον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον γεγονέναι, καὶ τὸν ἀγέννητον αὐτὸν εἶναι ὑπολαμβάνοντα, δογματίζων μηδὲ οὐσίαν τινὰ (14) ἰδίαν ὑφεστάναι τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἑτέραν παρὰ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν. Ἀλλὰ τάχα προστιθέμενος μᾶλλον ἐὰν (15) ἕτερον νομίζῃ εἶναι τὸν Υἱὸν παρὰ τὸν Πατέρα, τῷ τὸ αὐτὸ αὐτῷ τυγχάνειν τῷ Πατρὶ, ὁμολογουμένως διαιρέσεως δηλουμένης τοῦ ἁγίου Πνεύματος παρὰ τὸν Υἱὸν ἐν τῷ· « Ὃς ἐὰν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ· ὃς δ' ἂν βλασφημήσῃ εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα, οὐχ ἕξει ἄφεσιν, οὔτε ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι. » Ἡμεῖς μέντοι γε τρεῖς ὑποστάσεις πειθόμενοι τυγχάνειν, τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ ἀγέννητον μηδὲν ἕτερον τοῦ Πατρὸς (16) εἶναι πι-
B στεύοντες, ὡς εὐσεβέστερον καὶ ἀληθὲς, προσιέμεθα τὸ, πάντων (17) διὰ τοῦ Λόγου γενομένων, τὸ ἅγιον Πνεῦμα πάντων εἶναι τιμιώτερον, καὶ τάξει πάν-

[a] Matth. XII, 32.

gratiam a Ferrario recisa. Nos hic ascivimus Perionianam, quam et locis aliquibus correximus. HUETIUS.

(14) *Δογματίζων μηδὲ οὐσίαν τινά*, etc. Unam tantum Patris et Filii personam credidit Noetus, cujus errorem deinde amplexus Sabellius Patrem cum Filio et Spiritu sancto confudit. Post Nicænam synodum emergens iterum hæc hæresis ab Antiochena synodo damnata est, uti refert Hilarius in libro *De synodis*. ID.

(15) *Ἐάν*. Lege ἄν.

(16) *Καὶ ἀγέννητον μηδὲν ἕτερον τοῦ Πατρός*, etc. Origenes lib. I *De principiis*, cap. 2: « Ita ergo et ab eo (Patre) Filii subsistentia generatur: quod necesse est imprimis suscipi ab his C qui nihil ingenitum, id est innatum præter solum Deum Patrem fatentur. » Quem locum repetit Pamphilus in *Apologia*. Hieronymus ep. 59, *ad Avitum*, de Origene loquens: « De quo (Spiritu sancto), inquit, cum ignorare se dicat utrum factus sit an infectus, in posterioribus quid de eo sentiret expressit, nihil absque solo Patre infectum esse confirmans. » Vocem ἀγέννητον, quam « ingenitum » vertit Rufinus, Latini quidam Patres « infectum, et inoperatum, et originis expers » exposuerunt. Veteres quoque Græci scriptores quos laudat Athanasius *De synod. Arimin. et Seleuc.*, et orat. 2 *Contra Arianos*, dicebant ἓν τὸ ἀγένητον ὁ Πατήρ. « Una res est infecta Pater. » Multiplex quippe est vocis ἀγέννητος significatio, qua abusi Ariani et Anomœi diu simpliciores homines ludificati sunt. At audiendus Athanasius qui hic scribit: Οὐκ ἀγνοοῦμεν δὲ, ὅτι καὶ οἱ εἰρηκότες ἓν τὸ ἀγένητον, τὸν Πατέρα λέγοντες, οὐχ ὡς γενητοῦ καὶ ποιήματος ὄντος τοῦ Λό- D γου οὕτως ἔγραψαν, ἀλλ' ὅτι μὴ ἔχει αἴτιον. « Non ignoramus autem eos qui dixerunt unam rem esse infectam, Patrem nimirum, non ita scripsisse quasi Verbum factum et conditum sit, sed quia (Pater) causam et auctorem non habet. »

(17) *Προσιέμεθα τὸ, πάντων*, etc. Hæc, quantumvis dura, facile excusabimus, si dicamus processionem Spiritus sancti hic significari, et eo quidem modo quo ipsam antiqui Ecclesiæ Patres explicarunt, dicentes a Patre per Filium procedere Spiritum sanctum. Cyrillus lib. *De recta fide, ad Theod.* Spiritum sanctum scribit esse ἐξ Υἱοῦ, καὶ δι' Υἱοῦ, et lib. I *De adorat.*, ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ προχεόμενον Πνεῦμα. Quod idem repetit in epist. ad reginas, et variis locis. Damascenus lib. I *De fid. orthod.*, cap. 18: Καὶ Υἱοῦ δὲ Πνεῦμα, οὐχ ὡς ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' ὡς δι' αὐτοῦ, ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον. « Et Filii Spiritus, non quasi ex ipso, sed quasi per ipsum a Patre procedens. » Tertullianus cap. 4 *adversus Praxeam*: « Spiritum non aliunde puto quam a Patre per Filium. » Hilarius lib. XII *De Trinit.*: « Conserva hanc, oro, fidei meæ religionem, ut semper obtineam Patrem scilicet te, et Filium tuum una tecum adorem, et Spiritum sanctum tuum, qui est per Unigenitum tuum, promerear. » Vide item Florentinum concilium, et Thomam I, q. 36, a 3. Ait quidem Paulus I Cor. VIII, 6: « Nobis tamen unus Deus Pater, ex quo omnia, et nos in illum: et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum. » Et Coloss. I, 16: « Omnia per ipsum et in ipso creata sunt. » Quibus verbis inductus Aetius, Anomœorum antesignanus, Patrem inter et Filium discrimen inesse credidit, ut primaria causa esset Pater, instrumentum vero Filius. Hanc autem vesaniam castigat Basilius libro *De Spiritu sancto*, accurateque demonstrat, voces illas ἐξ οὗ et δι' οὗ in Scripturis promiscue usurpari; hic autem Patri et Filio fuisse seorsum attributas, ut hypostases discernerentur, cum ea cæteroquin quæ fiunt a Patre, a Filio quoque fiant. Audiendus imprimis Cyrillus cap. 5 in hunc Joannis locum, ubi idem multis probat. Γενομένων autem Origenis vox est generalis, ea complectens universa quæ quoquo modo sunt, sed ad Spiritum sanctum ac res creatas diversa ratione pertinens; nam quod ait, verbi gratia, Hilarius Spiritum sanctum per Unigenitum esse, id dixerit Origenes, διὰ Μονογενοῦς ἅγιον Πνεῦμα γίνεσθαι. Cum igitur Spiritus sanctus γενητός esse dicitur, hoc est, « qui habet ab alio ut sit: » cum eum autem οὐ ποιητὸν, οὐ κτιστὸν, οὐδὲ γεννητὸν, ἀλλ' ἐκπορευτόν sciscit Athanasius in Symbolo, et Epiphanius in *Ancorato*, cap. 7, hoc est, « non genitum. » Notandum præterea hic esse γενητόν, illic γεννητόν, quæ diversam postulant interpretationem: hoc enim fit a γεννάω, « gigno; » illud a γίνομαι, « sum, exsisto. » Ita olim Filius ἀγένητος a Catholicis dicebatur, ἀγέννητος non item. At ἀγένητος, illud quod de Filio dicebatur « increatum » significat: γενητός, quod de Spiritu sancto dixit Origenes, significationem habet a γίνομαι, « sum, » et idem sonat ac « exsistens. » Quod vero vocem γενητόν pessimo sensu ab Origene usurpatam conjectat Epiphanius hæres. LXIV, c. 8, in eo sane ipsius æquitatem requiro. Nec ego tamen recte usquequaque de Spiritu sancto Adamantium nostrum sensisse contra Epiphanium et Basilium lib. *De Spiritu sanct.*, cap. 29, dura fronte pertenderim, ut fidem faciunt *Origeniana* nostra. HUETIUS.

των τῶν ὑπὸ τοῦ Πατρὸς διὰ Χριστοῦ γεγενημένων. Καὶ τάχα αὕτη ἐστὶν ἡ αἰτία (18) τοῦ μὴ καὶ αὐτοιὸν χρηματίζειν τοῦ Θεοῦ, μόνου τοῦ Μονογενοῦς φύσει Υἱοῦ ἀρχῆθεν τυγχάνοντος, οὗ χρῄζειν ἔοικε τὸ ἅγιον Πνεῦμα, διακονοῦντος αὐτοῦ τῇ ὑποστάσει, οὐ μόνον εἰς τὸ εἶναι, ἀλλὰ καὶ σοφὸν εἶναι, καὶ λογικὸν, καὶ δίκαιον, καὶ πᾶν ὁτιποτοῦν χρὴ αὐτὸ νοεῖν τυγχάνειν, κατὰ μετοχὴν τῶν προειρημένων ἡμῖν Χριστοῦ ἐπινοιῶν. Οἶμαι δὲ τὸ ἅγιον Πνεῦμα τὴν, ἵν' οὕτως εἴπω, ὕλην τῶν ἀπὸ Θεοῦ χαρισμάτων παρέχειν τοῖς δι' αὐτὸ καὶ τὴν μετοχὴν αὐτοῦ χρηματίζουσιν ἁγίοις, τῆς εἰρημένης ὕλης τῶν χαρισμάτων ἐνεργουμένης μὲν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, διακονουμένης δὲ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ, ὑφεστώσης δὲ κατὰ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Καὶ κινεῖ με εἰς τὸ ταῦθ' οὕτως ἔχειν ὑπολαβεῖν Παῦλος, περὶ χαρισμάτων οὕτω που γράφων· « Διαιρέσεις δὲ χαρισμάτων εἰσὶ, τὸ δ' αὐτὸ Πνεῦμα· καὶ διαιρέσεις διακονιῶν εἰσι, καὶ ὁ αὐτὸς Κύριος· καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων εἰσὶ, καὶ ὁ αὐτός ἐστι Θεὸς, ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσιν. » Ἔχει δὲ ἐπαπόρησιν (19) διά τε τό· « Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, » καὶ ἀκολουθεῖν τὸ Πνεῦμα, γενητὸν ὄν, διὰ τοῦ Λόγου γεγονέναι, πῶς οἱονεὶ προτιμᾶται τοῦ Χριστοῦ ἔν τισι Γραφαῖς, ἐν μὲν τῷ Ἡσαΐᾳ ὁμολογοῦντος Χριστοῦ οὐχ ὑπὸ τοῦ Πατρὸς ἀπεστάλθαι μόνου, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος (φησὶ γάρ· « Καὶ νῦν Κύριος ἀπέστειλέ με, καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ »)· ἐν δὲ τῷ Εὐαγγελίῳ ἄφεσιν μὲν ἐπαγγελλομένου ἐπὶ τῆς εἰς αὐτὸν ἁμαρτίας, ἀποφαινομένου δὲ περὶ τῆς εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα βλασφημίας, ὡς οὐ μόνον ἐν τούτῳ τῷ αἰῶνι μὴ ἐσομένης τῆς ἀφέσεως τῷ εἰς αὐτὸ δυσφημήσαντι, ἀλλ' οὐδὲ ἐν τῷ μέλλοντι. Καὶ μήποτε οὐ πάντως διὰ τὸ τιμιώτερον εἶναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ Χριστοῦ, οὐ γίνεται ἄφεσις τῷ εἰς αὐτὸ (20) ἡμαρτηκότι, ἀλλὰ διὰ τὸ Χριστοῦ μὲν πάντα μετέχειν τὰ λογικὰ, οἷς δίδοται συγγνώμη μεταβαλλομένοις ἀπὸ τῶν ἁμαρτημάτων, τοῦ δὲ ἁγίου Πνεύματος τοὺς κατηξιωμένους, μηδεμιᾶς εὔλογον εἶναι συγγνώμης τυχεῖν μετὰ τηλικαύτης καὶ τοιαύτης συμπνοίας τοῖς εἰς τὸ κακὸν ἔτι ἀποπίπτουσι καὶ ἐκτρεπομένοις (21) τὰς τοῦ ἐνυπάρχοντος Πνεύματος συμβουλίας. Εἰ δὲ κατὰ τὸν Ἡσαΐαν φησὶν ὁ Κύριος ἡμῶν ὑπὸ τοῦ Πατρὸς ἀπεστάλθαι καὶ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ, ἔστι καὶ ἐνταῦθα περὶ τοῦ ἀποστείλαντος τὸν Χριστὸν Πνεύματος ἀπολογήσασθαι, οὐχ ὡς φύσει διαφέροντος, ἀλλὰ διὰ τὴν γενομένην οἰκονομίαν τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ἐλαττωθέντος παρ' αὐτὸ τοῦ Σωτῆρος. Εἰ δὲ ἐν τούτῳ (22) προσκόπτει τῷ λέγειν ἠλαττῶσθαι παρὰ τὸ ἅγιον Πνεῦμα τὸν Σωτῆρα

A bus quæ a Patre per Christum condita sunt, præstantiorem esse, ut pium et verum concedimus et approbamus. Atque hæc forsitan causa est cur ipse Dei non dicatur esse Filius; quod solus Unigenitus a principio natura Filius sit, quo indigere videtur Spiritus sanctus, ministrante ipsius hypostasi, non solum ut sit, sed ut sapiens sit, et rationis particeps, et **62** justus, et omne id quod eum esse intelligendum est, ex Christi notionum, quæ a nobis paulo ante commemoratæ sunt, participatione. Ego autem existimo Spiritum sanctum, ut ita dicam, materiam gratiarum quæ a Deo proficiscuntur suppeditare iis qui per ipsum ejusque communionem sancti sunt, dum materia, quam dixi charismatum, a Deo quidem operatur, a Christo autem ministra-
B tur, per Spiritum vero sanctum exsistit. Quod quidem ut ita esse putem, facit Paulus, qui quodam loco [a] de gratiis scribit his verbis: « Divisiones autem gratiarum sunt, idem autem Spiritus: et divisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus; et divisiones operationum sunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus. » Habet autem dubitationem, quod « omnia per ipsum facta » sint, et ex eo sequatur, ut Spiritus sanctus, qui factus est, ab ipso factus sit: quomodo Christo in quibusdam Scripturis anteponatur, cum Christus ipse in Isaia quidem se non solum a Patre, sed etiam a Spiritu sancto missum esse fateatur; ait enim [b]: « Et nunc Dominus misit me, ejusque Spiritus; » in Evangelio
C autem remissionem promittat in peccato quod in ipsum committitur; pronuntiet vero de blasphemia in sanctum Spiritum, non fore ut pateat non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro ad ejus veniam et remissionem auditus ei qui in illum blasphemaverit. Et fortasse non propterea ei qui in Spiritum sanctum peccaverit, non ignoscitur, quod ipse Christo sit honoratior eique anteponatur, sed quod omnia in quibus est ratio, Christo participant, quibus, cum a peccatis discedunt, venia datur: eos autem qui sancto Spiritu digni judicati sunt, non consentaneum sit veniam consequi, cum tanto et tali instinctu, et, ut ita dicam, inspiratione in malum iterum relabentes, et consilia Spiritus sancti, qui in eis inest, respuentes. Quod si id quod est
13. Cæterum duo singulatim observanda sunt, differentiaque eorum accurate examinanda : primum quidem : Λόγος [id est Sermo] est in principio ; deinde quod vita in Sermone. Sed Sermo quidem in principio non est factus : nec enim fuit, quando principium fuerit absque Sermone et ratione, quam ob causam dicitur : « In principio Sermo erat[46]. » At vero vita in Λόγῳ [id est Sermone] non erat, sed facta est, quandoquidem vita est lux hominum ; cum enim homo nondum esset, neque lux hominum erat, considerata luce hominum juxta relationem ad homines. Cæterum nemo nos urgeat ratus nos hæc temporaliter enuntiare, ordine exigente, primum, et secundum, et quæ deinceps, etiamsi tempus non inveniatur, quando ternarius numerus aut quartus haudquaquam a sermone substrati erant. Ut igitur « omnia per ipsum facta sunt, » non omnia per ipsum erant, « et sine ipso factum est nihil, » non sine ipso erat nihil ; sic « quod factum est in ipso, » non quod erat in ipso, « vita erat. » Et rursus non quod factum est in principio, Sermo erat, sed quod erat in principio, Sermo erat. Quædam tamen exemplaria, et fortassis non improbabiliter, habent : « Quod factum est, in ipso vita est. » Quod si vita idem est cum luce hominum, nullus qui sit in tenebris vivit, nec ullus viventium est in tenebris, cum omnis qui vivit, is etiam sit in luce, et omnis qui sit in luce, is etiam vivat, **73** adeo ut solus, et omnis vivens sit lucis filius ; filius autem lucis, cujus luceant opera coram hominibus[47].

Τηρητέον δὲ τὰ δύο ἕν, καὶ τὴν διαφορὰν αὐτῶν ἐξεταστέον· πρῶτον μὲν γὰρ ἐν τῷ· Λόγος ἐν ἀρχῇ· δεύτερον δὲ ἐν τῷ· ζωὴ ἐν Λόγῳ. Ἀλλὰ Λόγος μὲν ἐν ἀρχῇ οὐκ ἐγένετο, οὐκ ἦν γὰρ ὅτε ἡ ἀρχὴ ἄλογος ἦν, διὸ λέγεται· « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος· » ζωὴ δὲ ἐν τῷ C Λόγῳ οὐκ ἦν, ἀλλὰ ζωὴ ἐγένετο, εἴ γε ζωή ἐστι τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων. Ὅτε γὰρ οὐδέπω ἄνθρωπος ἦν, οὐδὲ φῶς τῶν ἀνθρώπων ἦν, τοῦ φωτὸς τῶν ἀνθρώπων κατὰ τὴν πρὸς ἀνθρώπους σχέσιν νοουμένου. Μηδεὶς δ' ἡμᾶς θλιβέτω, χρονικῶς οἰόμενος ταῦτα ἀπαγγέλλειν, τῆς τάξεως τὸ πρῶτον καὶ τὸ δεύτερον καὶ τὰ ἐφεξῆς ἀπαιτούσης, κἂν χρόνος μὴ εὑρίσκηται, ὅτε τὰ ὑπὸ τοῦ Λόγου ὑποβαλλόμενα τρίτα, καὶ τέταρτα οὐδαμῶς ἦν. Ὃν τρόπον τοίνυν « πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, » καὶ οὐχὶ πάντα δι' αὐτοῦ ἦν, « καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, » οὐχὶ δὲ χωρὶς αὐτοῦ ἦν (63) οὐδὲ ἕν· οὕτως « ὃ γέγονεν ἐν αὐτῷ, » οὐχὶ ὃ ἦν ἐν αὐτῷ, « ζωὴ ἦν. » Καὶ πάλιν οὐχὶ ὃ ἐγένετο ἐν ἀρχῇ, ὁ Λόγος ἦν, ἀλλὰ ὃ ἦν ἐν ἀρχῇ, Λόγος ἦν. Τινὰ D μέντοιγε τῶν ἀντιγράφων ἔχει, καὶ τάχα οὐκ ἀπιθάνως· « Ὃ γέγονεν, ἐν αὐτῷ ζωή ἐστιν. » Εἰ δὲ ζωὴ ταὐτόν ἐστι τῷ τῶν ἀνθρώπων φωτὶ, οὐδεὶς ἐν σκότῳ τυγχάνων ζῇ, καὶ οὐδεὶς τῶν ζώντων ἐν σκότῳ ἐστίν. Ἀλλὰ πᾶς ὁ ζῶν καὶ ἐν φωτὶ ὑπάρχει, καὶ πᾶς ὁ ἐν φωτὶ ὑπάρχων ζῇ· ὥστε μόνον τὸν ζῶντα καὶ πάντα εἶναι φωτὸς υἱόν· φωτὸς δὲ υἱὸς, οὗ λάμπει τὰ ἔργα ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων.

[44] Joan. xvi, 14. [45] ibid. i, 3, 4. [46] ibid. 1. [47] Matth. v, 16.

originis dici potest ab eo edoctus, quemadmodum eadem de causa per Athanasium oratione 2 *contra Arianos*, p. 357, minor illo prædicatur. Periculose vero Origenes hic vocari vult in quæstionem an Spiritus sanctus, quem doceri a Filio ex Joannis xvi, 14, colligit, omnia capiat quæ Filius cognoscit, quamvis sancti Spiritus εὐλάβειαν, « reverentiam, » profiteatur.

(63) Codex Bodleianus, ἦν, Regius, ἐγένετο.

14. Πάλιν ἐπεί ἐστι τὰ παραλελειμμένα τῶν ἐναντίων νοεῖσθαι ἐκ τῶν εἰρημένων περὶ τῶν ἐναντίων, λέγεται δὲ περὶ ζωῆς καὶ φωτὸς ἀνθρώπων, ἐναντίον δὲ τῇ ζωῇ θάνατος, καὶ ἐναντίον φωτὶ ἀνθρώπων σκότος ἀνθρώπων, ἔστιν ἰδεῖν, ὅτι ὁ ἐν σκότῳ τῶν ἀνθρώπων τυγχάνων ἐν θανάτῳ ἐστὶ, καὶ ὁ τὰ τοῦ θανάτου πράττων οὐκ ἀλλαχόσε τοῦ σκότους ἐστίν. Ὁ δὲ μνημονεύων τοῦ Θεοῦ, ἐάν γε νοῶμεν τί τὸ μνημονεύειν αὐτοῦ, οὐκ ἔστιν ἐν τῷ θανάτῳ, κατὰ τὸ εἰρημένον· « Οὐκ ἔστιν ἐν τῷ θανάτῳ ὁ μνημονεύων σου. » Εἴτε δὲ σκότος ἀνθρώπων εἴτε θάνατος, οὐ φύσει τοιαῦτά ἐστιν, ἄλλου λόγου· « Ἡμεῖς ἦμεθά ποτε σκότος, νῦν δὲ φῶς ἐν Κυρίῳ, » κἂν μάλιστα ἅγιοι καὶ πνευματικοὶ ἤδη χρηματίζωμεν. Οὕτως ὅστις ποτ' ἂν (64) ᾖ σκότος, ὥσπερ δὲ δεκτικὸς (65) ὁ Παῦλος σκότος ὢν γέγονε τοῦ γενέσθαι φῶς ἐν Κυρίῳ. Κατὰ δὲ τοὺς οἰομένους εἶναι φύσεις πνευματικὰς, ὥσπερ τὸν Παῦλον καὶ τοὺς ἁγίους ἀποστόλους, οὐκ οἶδα εἰ σώζεται τὸ τὸν πνευματικὸν εἶναί ποτε σκότος, καὶ ὕστερον αὐτὸν γεγονέναι φῶς· εἰ γὰρ ὁ πνευματικός ποτε σκότος ἦν, ὁ χοϊκὸς τίς ἐστιν; Εἰ δ' ἀληθὲς, ὅτι τὸ σκότος γεγονέναι (66) φῶς, τίς ἡ ἀποκλήρωσις τοῦ μὴ πᾶν σκότος δύνασθαι γενέσθαι φῶς; Εἰ μὴ γὰρ ἐπὶ Παύλου ἐλέγετο, ὅτι « Ἤμεθά ποτε ἐν σκότῳ, νῦν δὲ φωτεινοὶ ἐν Κυρίῳ· » ἐπὶ δὲ ὧν οἴονται φύσεων ἀπολλυμένων, ὅτι σκότος ἦσαν, ἢ σκότος εἰσὶ, κἂν χώραν εἶχεν ἡ περὶ φύσεων ὑπόθεσις. Νυνὶ δὲ ὁ Παῦλός φησι γεγονέναι ποτὲ σκότος, νῦν δὲ φῶς ἐν Κυρίῳ, ὡς δυνατοῦ ὄντος τοῦ σκότους εἰς φῶς μεταβαλεῖν. Οὐ χαλεπὸν δὲ τὰ περὶ παντὸς σκότους ἀνθρώπων, καὶ περὶ τοῦ θανάτου τούτου τυγχάνοντος τῷ σκότῳ τῶν ἀνθρώπων ἐπιμελῶς ἰδεῖν ἐκ τῶν εἰρημένων, τὸ ἐνδεχόμενον ὁρῶντα τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον καὶ κρεῖττον ἑκάστου μεταβολῆς.

A 14. Rursus, quoniam ex his quæ disseruimus de contrariis, intelligi possunt contraria prætermissa, disseritur autem de vita et luce hominum, contrarium autem vitæ mors est, et contrarium luci hominum tenebræ hominum, videre est quod qui in tenebris exsistat hominum, is etiam sit in morte, et quæ mortis sunt agens non alibi sit quam in tenebris. At qui memor est Dei, si consideraverimus quid sit memorem esse Dei, non est in morte, juxta illud quod dicitur [48] : « Nihil rei cum morte habet, qui memor est tui. » An vero tenebræ hominum et mors natura talia sint, necne, alterius est considerationis : « Nos eramus aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino [49], » etiamsi sancti spiritualesque jam aliquo maxime pacto simus. B Quisquis fuit aliquando tenebræ, factus est perinde atque Paulus, tenebræ cum esset, capax et aptus ut fieret lux in Domino. Haud vero scio an juxta opinionem eorum qui naturas rentur spirituales, veluti Paulum ac sanctos apostolos, consistat, spiritualem esse aliquando tenebras, ipsumque postea lucem fieri ; nam si spiritualis tenebræ quandoque fuit, terrestris qualis? Quod si verum est, tenebras factas fuisse lucem, quænam privata electio est cur non omnes tenebræ lux fieri queant? Nisi enim de Paulo dictum fuisset [50] : « Eramus aliquando in tenebris, nunc autem lucidi cum Domino, » de illis vero quos arbitrantur naturæ deperditæ, quoniam tenebræ erant et tenebræ sunt, locum utique habuisset eorum de naturis hypothesis. C Nunc autem Paulus inquit se aliquando tenebras fuisse, nuncque esse lucem in Domino, quasi in lucem tenebræ transire possint. Haud autem difficile est cernentem uniuscujusque contingentem mutationem in melius vel in pejus, diligenter perspicere ex his quæ diximus, quæ ad omnes tenebras hominum, et quæ ad hanc mortem in tenebris hominum exsistentem pertinent.

Πάνυ δὲ βιαίως κατὰ τὸν τόπον γενόμενος ὁ Ἡρακλέων, τό· « Ὃ γέγονεν ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν, » ἐξείληφεν ἀντὶ τοῦ, *ἐν αὐτῷ*, εἰς τοὺς ἀνθρώπους τοὺς πνευματικούς· οἱονεὶ ταὐτὸν νομίσας εἶναι τὸν Λόγον καὶ τοὺς πνευματικούς. Εἰ καὶ μὴ σαφῶς ταῦτ' εἴρηκε, καὶ ὡσπερεὶ αἰτιολογῶν φησιν· « Αὐτὸς γὰρ τὴν πρώτην μόρφωσιν τὴν κατὰ τὴν γένεσιν αὐτοῖς παρέσχε· τὰ ὑπ' ἄλλου παρέντα εἰς μορφὴν καὶ εἰς φωτισμὸν καὶ παραγραφὴν ἰδίαν ἀγαγὼν καὶ ἀναδείξας. » Οὐ παρετήρησε δὲ καὶ τὸ περὶ τῶν πνευματικῶν παρὰ τῷ Παύλῳ λεγομένων, ὅτι ἀνθρώπους αὐτοὺς εἶναι ἀπεσιώπησε· « Ψυχικὸς ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ Θεοῦ· μωρία γάρ ἐστιν αὐτῷ· ὁ δὲ πνευματικὸς ἀνακρίνει πάντα. » Ἡμεῖς γὰρ οὐ μάτην αὐτόν φαμεν ἐπὶ τοῦ πνευματικοῦ μὴ προστεθεικέναι τὸ, ἄνθρωπος· κρεῖττον γὰρ ἢ ἄνθρωπος ὁ πνευματικὸς, τοῦ ἀνθρώπου ἤτοι ἐν ψυχῇ ἢ ἐν σώματι ἢ ἐν συναμφοτέροις (67) χαρακτηριζομένου, οὐχὶ δὲ

15. Cæterum valde coacte ad hunc contextum veniens Heracleon : « Quod factum est in ipso vita erat [51] : » *in ipso* interpretatus est in hominibus spiritualibus : quasi Sermonem et spirituales idem esse arbitratus fuerit. Etsi non aperte id dixerit, at veluti causam reddens, inquit : « Ipsam enim primam formationem, quoad ortum attinet, ipsis D præbuit, ab alio prætermissa in formam, et illuminationem, et delineationem propriam ducens, et **74** ostendens. » Non observavit autem Paulum de spiritualibus loquentem, eos homines esse, reticuisse : « Animalis enim, inquit, homo non recipit quæ sunt Spiritus Dei : stultitia enim est illi : at spiritualis omnia dijudicat [52]. » Nos enim dicimus non abs re nomen hominis a Paulo prætermissum, cum spiritualem diceret, eo quod præstantius quiddam spiritualis sit, quam homo : nempe homine, vel in anima, vel in corpore, vel in utrisque

[48] Psal. vi, 6. [49] Ephes. v, 8. [50] ibid. [51] Joan. i, 3. [52] I Cor. ii, 14.

(64) *Οὕτως ὅστις ποτ' ἂν*, etc. Ferrarius legebat οὗτος.

(65) *Ὥσπερ δὲ δεκτικός*, etc. Legendum videtur, δεκτικὸς ὥσπερ ὁ Παῦλος, etc.

(66) *Γεγονέναι*. Lege γέγονε, vel præcedens ὅτι mutandum in ἐστί.

(67) *Ἢ ἐν συναμφοτέροις*. Sic codex Bodleianus ; editio Huetiana, ἢ σὺν ἀμφοτέροις.

formam accipiente : non ita vero in spiritu, his A longe diviniore ; secundum cujus participationem prævalentem est spiritualis. Præterea vero quæ ad talem opinionem spectant, vel sine apparenti demonstratione enuntiat, ne mediocrem quidem persuasionem attingere valens, disserendo de hisce rebus. Sed de illo hactenus.

16. Age vero inquiramus etiam nos hoc, scilicet num vita erat hominum tantum lux, et non potius cujusvis in beatitudine exsistentis. Nam si « vita et lux hominum » idem sunt, et hominum tantum sit Christi lux, hominum tantum etiam vita erit : hoc autem suspicari æque stultum est atque impium, refragantibus aliis Scripturis huic intelligentiæ : siquidem quando proficiemus, erimus tanquam pares angelis [83]. Sed sic solvendum est dubium, si B quid aliquorum esse dicatur, non continuo illud ad eos solos de quibus id dicitur, pertinere. Sic igitur non si vita lux hominum dicitur, hominum tantum est lux. Poterat enim addi, vita erat hominum tantum lux : fieri enim potest ut lux hominum, aliorum quoque, præterquam hominum sit lux, perinde atque cum animalia quædam et plantæ hominibus suppeditant unde alantur, tamen alia quoque præter homines alere possunt. Hoc autem exemplum ex consuetudine sumptum est. Verum enimvero dignum est ut e Scripturis Dei Spiritu proditis simile conferamus. Proinde hoc in loco inquirimus num quidquam prohibeat, lucem hominum esse etiam lucem aliorum, dicentes, propter- C ea quod dicatur « lux hominum, » non jam ideo excludi aliorum quoque hominibus præstantiorum, vel hominibus similium, veluti lucem esse. Nam cum sit scriptum, Deum esse Deum Abraham, et Deum Isaac, et Deum Jacob [84], qui voluerit, quia dictum sit, « vita erat lux hominum [85], » lucem ad nullum alium præterquam ad homines pertinere, existimet oportet is pari modo, Deum nullius alterius Deum esse, nisi tantum horum trium patrum. Verum Eliæ profecto etiam **75** est Deus [86]; et, ut inquit Judith [87], patris sui Symeon, atque etiam Hebræorum est Deus [88]. Quamobrem si nihil prohibet Deum aliorum quoque esse Deum, eodem modo nihil prohibeat oportet, lucem hominum esse etiam aliorum, præterquam hominum, lucem.

καὶ ἐν τῷ τούτων θειοτέρῳ πνεύματι· οὗ κατὰ μετοχὴν ἐπικρατοῦσαν χρηματίζει ὁ πνευματικός. Ἅμα δὲ καὶ τὰ τῆς τοιαύτης ὑποθέσεως, χωρὶς κἂν φαινομένης ἀποδείξεως, ἀποφαίνεται, οὐδὲ μέχρι τῆς τυχούσης πιθανότητος φθάσαι εἰς τὸν περὶ τούτων (68) δυνηθεὶς λόγον. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ ἐκείνου.

Φέρε δὲ καὶ ἡμεῖς καὶ τοῦτο ζητήσωμεν, εἰ ἡ ζωὴ ἦν μόνων ἀνθρώπων φῶς, καὶ μὴ παντὸς οὑτινοσοῦν ἐν μακαριότητι τυγχάνοντος. Ἐὰν γὰρ ταὐτὸν ἦν « ζωὴ καὶ φῶς ἀνθρώπων, » καὶ μόνων ἀνθρώπων εἴη τὸ τοῦ Χριστοῦ φῶς, μόνων ἀνθρώπων καὶ ἡ ζωή· τοῦτο δ' ὑπολαμβάνειν ἐστὶν ἠλίθιον ἅμα καὶ ἀσεβὲς, ἀντιμαρτυρουσῶν τῶν ἄλλων Γραφῶν ταύτῃ τῇ ἐκδοχῇ· εἴ γε, ὅταν προκόψωμεν, ἰσάγγελοι ἐσόμεθα. Οὕτω δὲ λυτέον τὸ ἀπορηθὲν, οὐχὶ εἴ τι λέγεταί τινων, ἐκείνων μόνων ἐστὶ τὸ λεγόμενον. Οὕτως οὖν οὐχὶ ᾗ λέγεται φῶς ἀνθρώπων, μόνων ἀνθρώπων ἐστὶ φῶς· ἐδύνατο γὰρ προσκεῖσθαι, ἡ ζωὴ ἦν τὸ τῶν ἀνθρώπων μόνων φῶς. Ἔξεστι γὰρ τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἑτέρων παρὰ τοὺς ἀνθρώπους εἶναι φῶς· ὡς ἔξεστι τάδε τὰ ζῶα, καὶ τάδε τὰ φυτὰ ἀνθρώπων ὄντα τροφὴν, καὶ ἑτέρων παρὰ τοὺς ἀνθρώπους τὰ αὐτὰ εἶναι τροφήν. Καὶ τοῦτο μὲν ἀπὸ τῆς συνηθείας τὸ παράδειγμα· ἄξιον δὲ ἀπὸ τῶν θεοπνεύστων λόγων ὅμοιον ἀντιπαραβαλεῖν. Ἐνθάδε τοίνυν ζητοῦμεν εἰ μηδὲν κωλύει τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων καὶ ἑτέρων εἶναι φῶς· λέγοντες, ὅτι οὐχὶ, ἐπεὶ λέγεται « φῶς ἀνθρώπων, » ἤδη ἀποκέκλεισται καὶ ἑτέρων παρὰ τοὺς ἀνθρώπους κρειττόνων, ἢ ἄνθρωποι (69) ὁμοίων εἶναι (70) ὡς φῶς. Ἀναγέγραπται δὲ ὁ Θεὸς Θεὸς εἶναι Ἀβραὰμ, καὶ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ Θεὸς Ἰακώβ· ὁ δὴ βουλόμενος, ἐπειδὴ εἴρηται, « ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων, » τὸ φῶς μηδενὸς ἑτέρου εἶναι ἢ τῶν ἀνθρώπων, κατὰ τὸ ὅμοιον οἰήσεται τὸν Θεὸν Ἀβραὰμ, καὶ Θεὸν Ἰσαὰκ, καὶ Θεὸν Ἰακὼβ, μηδενὸς εἶναι Θεὸν ἢ τῶν τριῶν μόνων τούτων πατέρων. Ἔστι (71) δέ γε καὶ Ἠλίου Θεὸς, καὶ, ὥς φησιν Ἰουδὶθ, τοῦ πατρὸς αὐτῆς Συμεὼν, καὶ Θεὸς τῶν Ἑβραίων. Διόπερ κατὰ τὸ ὅμοιον, εἰ μηδὲν κωλύει εἶναι αὐτὸν καὶ ἑτέρων Θεὸν, οὐδὲν κωλύει εἶναι τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων καὶ ἑτέρων παρὰ τοὺς ἀνθρώπους φῶς.

17. Porro alius quispiam etiam testimonio ille D utens : « Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram [89], » hominem esse dicit, quidquid ad imaginem et similitudinem Dei sit factum, innumeris hac in re utens exemplis, nihil referre Scripturæ, hominem dicat an angelum : de eodem enim subjecto alicubi poni angeli et hominis vocabulum, quemadmodum in tribus illis qui apud

Ἄλλος δέ τις, προσχρησάμενος τῷ· « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν, » πᾶν τὸ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν γενόμενον Θεοῦ ἄνθρωπον εἶναί φησι, μυρίοις χρώμενος εἰς τοῦτο παραδείγμασιν, ὅτι οὐδὲν διαφέρει τῇ Γραφῇ ἄνθρωπον ἢ ἄγγελον φάναι· ἐπὶ γὰρ τοῦ αὐτοῦ ὑποκειμένου οὐ κεῖται (72) ἡ ἄγγελος καὶ ἄνθρωπος προσηγορία· ὥσπερ ἐπὶ τῶν ξενισθέντων παρὰ τῷ

[83] Matth. xxii, 30. [84] Exod. iii, 6, 15, 16; iv, 5. [85] Joan. i, 4. [86] IV Reg. ii, 14. [87] Judith. ix, 2. [88] Exod. iii, 18; v, 3; vii, 16; ix, 1, 13; x, 3. [89] Gen. i, 26.

(68) *Τούτων.* Ita codex Bodleianus; Regius, male, τοῦτον.

(69) *Ἄνθρωποι.* Lege ἀνθρώποις.

(70) *Εἶναι.* Sic codex Bodleianus; Regius et Barberinus, εἶεν, male.

(71) *Ἔστι.* Ita codex Bodleianus; Regius et Barberinus, ἔτι.

(72) *Οὐ κεῖται.* Vel delendum οὐ, vel legendum ποῦ, uti legit Ferrarius.

Ἀβραὰμ τριῶν, καὶ γενομένων ἐν Σοδόμοις δύο, καὶ ἐν ὅλῳ τῷ εἱρμῷ τῆς Γραφῆς ὁτὲ μὲν ἄνδρες, ὁτὲ δὲ ἄγγελοι εἶναι λέγονται. Πλὴν ὁ τοῦτο νομίζων ἐρεῖ, ὅτι, ὥσπερ παρὰ τοῖς ὁμολογουμένοις (73) ἀνθρώποις εἰσὶν ἄγγελοι, ὡς ὁ Ζαχαρίας λέγων· « Ἄγγελος Θεοῦ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι, λέγει Κύριος παντοκράτωρ· » καὶ ὁ Ἰωάννης, περὶ οὗ γέγραπται· « Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, » οὕτως καὶ οἱ τοῦ Θεοῦ ἄγγελοι παρὰ τὸ ἔργον τοῦτο χρηματίζουσι, καὶ οὐ παρὰ τὴν φύσιν ἄνδρες κληθέντες. Καὶ ἔτι μᾶλλον παραμυθήσεται, ὅτι ἐπὶ τῶν κρειττόνων δυνάμεων τὰ ὀνόματα οὐχὶ φύσεων ζώων ἐστὶν ὀνόματα, ἀλλὰ τάξεων, ὧν ἥδε τις καὶ ἥδε λογικὴ φύσις τέτευχεν ἀπὸ Θεοῦ· θρόνος γὰρ οὐκ εἶδος ζώου (74), οὐδὲ ἀρχὴ, οὐδὲ κυριότης, οὐδὲ ἐξουσία, ἀλλὰ ὀνόματα πραγμάτων, ἐφ' ὧν ἐτάχθησαν οἱ οὕτω προσαγορευόμενοι, ὧν τὸ ὑποκείμενον οὐκ ἄλλο τί ἐστιν ἢ ἄνθρωπος, καὶ τῷ ὑποκειμένῳ συμβέβηκε τὸ θρόνῳ εἶναι, ἢ κυριότητι, ἢ ἀρχῇ, ἢ ἐξουσίᾳ. Καὶ ἐν τῷ Ἰησοῦ δὲ τῷ τοῦ Ναυῆ κεῖται τό· Ὤφθη τῷ Ἰησοῦ ἄνθρωπος ἐν Ἱεριχῷ, ὅς φησιν· « Ἐγὼ ἀρχιστράτηγος Κυρίου δυνάμεως νυνὶ παραγέγονα. » Κατὰ τοῦτο οὖν, ὡς ἴσον δυνάμενον, ἐκλήψεται τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων καὶ φῶς παντὸς λογικοῦ, παντὸς λογικοῦ τῷ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν εἶναι Θεοῦ ἀνθρώπου τυγχάνοντος. Τὸ αὐτὸ μέντοιγέ ἐστι τριχῶς ὀνομαζόμενον, *Φῶς τῶν ἀνθρώπων*, καὶ ἁπαξαπλῶς *Φῶς*, καὶ *Φῶς ἀληθινόν*· φῶς μὲν οὖν ἀνθρώπων, ἤτοι, ὡς προαποδέδεικται, οὐδενὸς κωλύοντος τὸ ἐκλαμβάνειν καὶ ἑτέρων παρὰ τὸν ἄνθρωπον εἶναι τὸ φῶς, ἢ πάντων τῶν λογικῶν, διὰ τὸ κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγονέναι ἀνθρώπων καλουμένων.

Abraham hospitio fuere excepti [60], et in duobus qui Sodomis fuerunt [61], et in tota Scripturæ serie, aliquando quidem angeli, aliquando vero homines esse dicuntur. Quin etiam, qui hoc existimat, dicet quod ut homines vocati sunt angeli, apud eos quos palam cernere est esse homines, quemadmodum Zacharias dicens: « Angelus Dei ego vobiscum sum, dicit Dominus omnipotens [62]: » et Joannes, de quo scriptum est [63]: « Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, » sic etiam Dei angeli hoc vocabulo nuncupantur, propter officium, et non propter naturam vocati viri. Præterea magis etiam hoc corroborabit quoniam nomina in virtutibus præstantioribus non naturarum animalium sunt nomina, sed ordinum, quos hæc et hæc rationis compos natura sortita sit a Deo: thronus enim non species animalis est, neque principatus, neque dominatio, neque potestas species sunt animalis, sed rerum nomina, in quibus ordinati sunt, qui sic appellantur, quorum subjectum nihil aliud sit, quam homo, cui subjecto contingat esse vel throno, vel dominationi, vel principatui, vel potestati. Et in Jesu Nave ponitur illud, Visus est Jesu ipsi homo in Jericho, qui inquit: « Ego sum princeps exercitus potentiæ Domini, nunc accessi [64]. » Secundum hoc ergo, ut æque valens, interpretabitur lucem hominum lucem etiam esse cujuslibet qui rationis sit compos, quippe quia sit homo, ad imaginem et similitudinem Dei. Sane lux ipsa trifariam nominatur, *lux hominum*, et simpliciter *lux*, et *lux vera*. Atque lux quidem est hominum, vel quod, ut ante ostensum est, nihil prohibeat eam intelligere lucem etiam aliorum præter hominem esse, vel quod omnes qui rationis sunt compotes, homines vocentur, quia facti sint ad imaginem et similitudinem Dei.

Ἐπεὶ δὲ φῶς ἁπαξαπλῶς ἐνταῦθα μὲν ὁ Σωτὴρ, ἐν δὲ τῇ Καθολικῇ τοῦ αὐτοῦ Ἰωάννου Ἐπιστολῇ λέγεται ὁ Θεὸς εἶναι φῶς, ὁ μέν τις οἴεται (75) καὶ ἐντεῦθεν κατασκευάζεσθαι τῇ οὐσίᾳ μὴ διεστηκέναι τοῦ Υἱοῦ τὸν Πατέρα· ὁ δέ τις ἀκριβέστερον τηρήσας, ὁ καὶ ὑγιέστερον λέγων, φήσει οὐ ταὐτὸν εἶναι τὸ φαῖνον ἐν τῇ σκοτίᾳ φῶς, καὶ μὴ καταλαμβανόμενον ὑπ' αὐτῆς, καὶ τὸ φῶς, ἐν ᾧ οὐδαμῶς ἐστι σκοτία. Τὸ μὲν γὰρ φαῖνον ἐν τῇ σκοτίᾳ φῶς, οἱονεὶ ἐπέρχεται τῇ σκοτίᾳ· καὶ διωκόμενον ὑπ' αὐτῆς, καὶ, ἵν' οὕτως εἴπω, ἐπιβουλευόμενον οὐ καταλαμβάνεται· τὸ δὲ φῶς, ἐν ᾧ οὐδεμία ἐστὶ σκοτία, οὔτε φαίνει ἐν τῇ σκοτίᾳ, οὔτε τὴν ἀρχὴν διώκεται ὑπ' αὐτῆς, ἵνα καὶ ὡς νικῶν ἀναγράφηται

76 18. Quia vero lux simpliciter hoc in loco Servator, in ipsius vero Joannis Catholica Epistola [65], Deus lux esse dicitur, alius quidem existimat etiam hinc colligi, Patrem a Filio substantia non differre. Qui vero et diligentius observarit et rectius locutus fuerit, dicet non idem esse, lux quæ in tenebris luceat, ab illis non apprehensa, et lux in qua haudquaquam sint tenebræ. Siquidem ea lux quæ in tenebris lucet, tanquam supervenit tenebris; cumque ab ipsis persecutionem patitur, et, ut ita dicam, insidiis petitur, non comprehenditur. At lux in qua nullæ sunt tenebræ, neque lucet in tenebris, neque ullo modo ab ipsis persecutionem patitur, ut ceu vincens publice declaretur, quod ab

[60] Gen. XVIII, 2 et seq. [61] ibid. XIX, 1. [62] Aggæ. I, 13. [63] Malach. III, 1; Matth. XI, 10; Marc. I, 2; Luc. VII, 27. [64] Jos. V, 13, 14. [65] I Joan. I, 5.

(73) *Ὥσπερ παρὰ τοῖς ὁμολογουμένοις*, etc. Observavimus supra ad Origenis tom. XII *in Matth.* unum hoc fuisse ex ejus dogmatibus, homines sanctos angelos esse. HUETIUS.

(74) *Θρόνος γὰρ οὐκ εἶδος ζώου*, etc. Ex hoc loco et præcedentibus angelis et hominibus unam eamdemque naturam videtur Origenes tribuere. Hujus super ea re doctrinam fuse in *Origenianis* expendimus. ID.

(75) *Ὁ μέν τις οἴεται*, etc. Hinc ansam calumniandi Origenis arripi minime posse monet Ferrarius; non enim Patrem ejusdem esse substantiæ ac Filium negare hic Adamantium, quod multis ipse alioqui locis aperte docet; sed inficiari ex hoc loco id colligi posse. At lucem tamen quæ lucet in tenebris, Christum nempe qui in mundum venit, et naturam humanam induit, a luce illa quæ non in tenebris lucet, Patre videlicet, separat et inferiorem statuit; ait enim: Ὧ δὲ λόγῳ ὁ Πατὴρ τῆς ἀληθείας Θεὸς πλείων ἐστὶ καὶ μείζων ἢ ἀλήθεια· καὶ ὁ Πατὴρ ὢν σοφίας κρείττων ἐστὶ καὶ διαφέρων ἢ σοφία, τούτῳ ὑπερέχει τοῦ εἶναι φῶς ἀληθινόν. Vide et quæ sequuntur. Sed de his in *Origenianis*. ID.

ipsis persequentibus non sit apprehensa. Tertio dicitur hæc lux, « lux vera [66]. » Qua portione autem Pater veritatis, Deus amplior et major est quam veritas; et Pater cum sit sapientiæ, melior et præstantior est sapientia, hac etiam portione superat lucem esse veram. Apertius autem Patrem et Filium duas exsistere luces per hæc, a Davide sciemus psalmo quinto et trigesimo [67], dicente : « In lumine tuo videbimus lumen. » Eadem sane lux hominum in tenebris lucens, « lux vera, » in sequentibus Evangelii lux esse mundi dicitur, dicente Jesu [68] : « Ego sum lux mundi. » Quare neque hoc sinamus non animadversum, cur, cum potuisset scribere : Quod factum est in ipso lux erat hominum, et lux hominum vita erat, contrarium fecerit, præponens vitam luci hominum, quamvis idem sit « vita » et « lux hominum [69], » et dicendum quod in his qui participes sunt vitæ, quæ est lux hominum, primum nobis occurrat ipsos vivere vita beata et antea dicta; deinde eos illustrari : supponatur enim vivere oportet, ut vivens illuminatus fiat; nec consequens fuisse illuminari eum, qui nondum intellectus fuisset vivere, et superinduci illuminationi ipsum vivere. Quamvis enim idem sit « vita » et « lux hominum, » considerationes tamen secundum aliud et aliud sumuntur. Hæc itaque lux hominum dicitur etiam lux gentium apud prophetam Isaiam [70], juxta illud : « Ecce posui te in testamentum **77** generis, in lucem gentium : » et huic luci confisus David in sexto et vigesimo psalmo [71] inquit : « Dominus illuminatio mea et salus mea, quem timebo ? »

19. Sane ad eos qui fingunt fabulosum de sæculis in conjugationibus commentum, et existimant a mente et veritate sermonem, vitamque jam ante emissos et productos fuisse, haud absurdum est talia movere dubia. Quomodo enim vita sermonis, ut ipsi tradunt, conjux esse sumit in marito ? « Quod factum est » enim, inquit, « in ipso » (scilicet prædicto sermone) « vita erat [72]. » Dicant ergo nobis quomodo conjux sermonis vita facta sit in sermone, et quomodo ipsa vita potius quam sermo lux sit hominum. Verum enimvero probabile est, ut viri meliore mente præditi, qui quæstionibus permoventur dubitatione hac perculsi, ex adverso nos interrogent, urgeantque, ni invenerimus causam per quam sermo non sit dictus lux hominum, sed vita quæ facta est in sermone ipso ; quibus talia respondebimus : vitam hoc in loco non eam intelligi quam communiter participant et rationis capa-

A τῷ μὴ καταλαμβάνεσθαι ὑπ' αὐτῆς διωκούσης. Τρίτον ἦν τὸ λεγόμενον τοῦτο τὸ φῶς, « φῶς ἀληθινόν. » Ὧ δὲ λόγῳ ὁ Πατὴρ τῆς ἀληθείας Θεὸς πλείων ἐστὶ καὶ μείζων ἢ ἀλήθεια (76)· καὶ ὁ Πατὴρ ὢν σοφίας κρείττων ἐστὶ καὶ διαφέρων ἢ σοφία (77), τούτῳ ὑπερέχει τοῦ εἶναι φῶς ἀληθινόν. Παραστατικώτερον δὲ δύο φῶτα τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν ἀπὸ τοῦ Δαυῒδ τυγχάνειν διὰ τούτων εἰσόμεθα, ὅτε φησὶν ἐν τριακοστῷ πέμπτῳ ψαλμῷ· « Ἐν φωτί σου ὀψόμεθα φῶς. » Ταὐτὸ δὲ αὐτὸ τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων τὸ ἐν τῇ σκοτίᾳ φαῖνον, « τὸ ἀληθινὸν φῶς, » ἐν τοῖς ἑξῆς τοῦ Εὐαγγελίου φῶς τοῦ κόσμου ἀναγορεύεται, φάσκοντος Ἰησοῦ· « Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου. Οὐδὲ τοῦτο δὲ ἀπαρασήμαντον ἐάσωμεν, ὅτι, ἐνδεχομένου γεγράφθαι· Ὃ γέγονεν ἐν αὐτῷ φῶς ἦν τῶν B ἀνθρώπων, καὶ τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων ζωὴ ἦν, τὸ ἀνάπαλιν πεποίηκε· προτάσσει γὰρ τὴν ζωὴν (78) τοῦ τῶν ἀνθρώπων φωτός, εἰ καὶ ταὐτόν ἐστι ζωὴ καὶ ἀνθρώπων φῶς, τῷ προαπαντᾶν ἡμᾶς ἐπὶ τῶν μετεχόντων τῆς ζωῆς τυγχανούσης καὶ φωτὸς ἀνθρώπων τὸ ζῆν αὐτοὺς τὴν προειρημένην θείαν ζωὴν παρὰ τὸ πεφωτίσθαι· ὑποκεῖσθαι γὰρ δεῖ τὸ ζῆν, ἵν' ὁ ζῶν πεφωτισμένος γένηται· οὐχ ἦν δὲ ἀκόλουθον πεφωτίσθαι τὸν μηδέπω ζῆν νενοημένον, καὶ ἐπιγίνεσθαι τῷ πεφωτίσθαι τὸ ζῆν. Εἰ γὰρ καὶ ταὐτόν ἐστιν « ἡ ζωὴ » καὶ « τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων, » ἀλλ' αἵ γε ἐπίνοιαι καθ' ἕτερον καὶ ἕτερον (79) λαμβάνονται. Τοῦτο δὲ τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων καὶ φῶς ἐθνῶν παρὰ τῷ προφήτῃ Ἡσαΐᾳ λέγεται κατὰ τό· « Ἰδοὺ τέθεικά σε εἰς C διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν· » καὶ τούτῳ τῷ φωτὶ πεποιθὼς ὁ Δαυῒδ φησιν ἐν εἰκοστῷ ἕκτῳ ψαλμῷ· « Κύριος φωτισμός μου, καὶ σωτήρ μου, τίνα φοβηθήσομαι; »

Πρὸς δὲ τοὺς τὴν περὶ αἰώνων (80) ἀναπλάσαντας ἐν συζυγίαις μυθολογίαν, καὶ οἰομένους ὑπὸ νοῦ καὶ ἀληθείας προβεβλῆσθαι λόγον καὶ ζωήν, οὐκ ἀπίθανον καὶ ταῦτα ἀπορῆσαι. Πῶς γὰρ ἡ κατ' αὐτοὺς σύζυγος τοῦ λόγου ζωὴ τὸ γεγονέναι ἐν τῷ συζύγῳ λαμβάνει; « Ὃ γέγονε » γάρ, φησίν, « ἐν αὐτῷ » (δηλονότι τῷ προειρημένῳ λόγῳ) « ζωὴ ἦν. » Λεγέτωσαν οὖν ἡμῖν πῶς ἡ σύζυγος τοῦ λόγου ζωὴ γέγονεν ἐν τῷ λόγῳ, καὶ πῶς μᾶλλον τοῦ λόγου ἡ ζωὴ φῶς ἐστι τῶν ἀνθρώπων. Εἰκὸς δὲ τοὺς εὐγνωμονεστέρους ἐν ταῖς ζητήσεσιν ἀνατρεπομένους, D πληγέντας ὑπὸ τοῦ ἐπαπορήματος (81) ἀντερωτήσειν ἡμᾶς, καὶ αὐτοὺς θλιβομένους, ἐὰν μὴ εὕρωμεν αἰτίαν, δι' ἣν οὐχὶ λόγος εἴρηται τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' ἡ γενομένη ἐν τῷ λόγῳ ζωή· πρὸς οὓς τοιαῦτα ἀποκρινούμεθα· Ὅτι ζωὴ ἐνταῦθα οὐχ ἡ κοινὴ λογικῶν καὶ ἀλόγων λέγεται, ἀλλ' ἡ ἐπιγινομένη τῷ ἐν ἡμῖν συμπληρουμένῳ λόγῳ τῆς μετοχῆς

[66] Joan. I, 9. [67] Vers. 10. [68] ibid. VIII, 12. [69] Joan. I, 4. [70] Cap. XLII, vers. 6. [71] Vers. 1. [72] Joan. I, 3, 4.

(76) *Μείζων ἢ ἀλήθεια*. Sic codex Bodleianus, recte; codex Regius, μείζων ἀλήθεια.

(77) *Διαφέρων ἢ σοφία*. Ita codex Bodleianus; Regius, διαφέρων, ἡ σοφία.

(78) *Ζωὴν* deest in editione Huetiana, sed exstat in codd. Bodleiano et Barberino.

(79) *Καὶ ἕτερον*. Non comparet in editione Huetiana, sed restituitur e codd. Bodleiano et Barberino.

(80) *Πρὸς δὲ τοὺς τὴν περὶ αἰώνων*, etc. Valentinianos eorumque consectaneos intellige, qui hæc Æonum τερατεύματα e Platonicis ideis et poetarum Græcorum theologia conflaxerunt. HUETIUS.

(81) *Ἐπαπορήματος*. Sic codex Bodleianus; editio Huetiana, ὑπαπορήματος.

ἀπὸ τοῦ πρώτου λαμβανομένης λόγου· καὶ κατὰ μὲν τὸ ἀποστραφῆναι τὴν δοκοῦσαν ζωὴν, οὐκ οὖσαν δὲ ἀληθῶς, καὶ ποθεῖν χωρῆσαι τὴν ἀληθῶς ζωὴν πρῶτον κοινωνοῦμεν αὐτῇ, ἥτις γενομένη ἐν ἡμῖν καὶ φωτὸς γνώσεως ὑπόστασις γίνεται. Καὶ τάχα αὕτη ἡ ζωὴ· παρ' οἷς μὲν δυνάμει καὶ οὐκ ἐνεργείᾳ φῶς ἐστι, τοῖς τὰ τῆς γνώσεως ἐξετάζειν μὴ φιλοτιμουμένοις, παρ' ἑτέροις δὲ καὶ ἐνεργείᾳ γενομένοις φῶς· δῆλον δὲ, ὅτι παρ' οἷς κατορθοῦται τὸ ὑπὸ τοῦ Παύλου προστεταγμένον· « Ζηλοῦτε τὰ χαρίσματα κρείττονα, » μείζονα δὲ τῶν χαρισμάτων τὸ καὶ πάντων προτεταγμένον, ὅσπερ ἐστὶ λόγος σοφίας· καὶ τούτῳ ἕπεται λόγος γνώσεως. Περὶ δὲ τῆς διαφορᾶς αὐτῶν, παρακειμένων ἀλλήλοις τῶν σημαινομένων σοφίας καὶ γνώσεως, οὐ τοῦ παρόντος ἐστὶν εἰπεῖν καιροῦ.

A ces et bruta, sed eam quæ completæ in nob's rationi supervenit, sumpta participatione ἀπὸ τοῦ πρώτου λόγου [hoc est a ratione prima], cujus in primis vitæ participes efficimur, ut ab apparente nec vere exsistente vita abducamur, vitam illam vere exsistentem capere desiderantes, qua percepta mox in nobis oriri etiam dicimus fundamentum lucis cognitionis. Et fortassis ipsa hæc vita penes quosdam quidem potentia, non actu, lux est; nempe penes eos qui minime quæ ad cognitionem pertinent inquirere contendunt; apud quosdam vero actu etiam factos jam lucem; quos eos esse perspicuum est qui Pauli præceptum cum laude impleverint, nimirum: « Æmulamini charismata utiliora [73], » quibus charismatibus utilius illud est, B quod omnibus etiam præponitur, nempe sapientiæ sermo, quem mox cognitionis sermo sequitur. Jam vero quid differant inter se sapientiæ et cognitionis significata ipsa mutuo inter se collata, non est præsentis temporis disserere.

20. *Καὶ τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβεν.* Ἔτι περὶ τοῦ τῶν ἀνθρώπων, ἐπεὶ προτέτακται, ζητοῦμεν φωτὸς, οἶμαι δ' ὅτι καὶ τοῦ ἐναντίου καλουμένου σκοτίας· ἂν δὲ (82) οὔτω δοκιμασθείσης τῶν ἀνθρώπων φημὶ, ὅτι τάχα γενικόν ἐστι τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων δύο ἰδικῶν πραγμάτων· ὁμοίως δὲ καὶ ἡ σκοτία αὐτῶν. Ἔστι γὰρ τὸν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων κεκτημένον, καὶ κοινωνοῦντα τῶν αὐγῶν αὐτοῦ, ἔργα φωτὸς ἐπιτελεῖν καὶ γινώσκειν φωτιζόμενον φῶς γνώσεως· τὸ δὲ ἀνάλογον καὶ ἐκ τῶν ἐναντίων νοητέον, τῶν τε μοχθηρῶν πράξεων καὶ τῆς νομιζομένης γνώσεως, οὐκ οὔσης κατὰ ἀλήθειαν, τὸν λόγον τῆς σκοτίας ἐχόντων. Καὶ ὅτι μὲν τὰ πρακτικὰ φῶς ὁ ἱερὸς οἶδε λόγος, φησὶν ὁ Ἡσαΐας· « Διότι φῶς τὰ προστάγματά σου ἐπὶ τῆς γῆς· » καὶ ὁ Δαυῒδ ἐν ιη' ψαλμῷ· « Ἡ ἐντολὴ Κυρίου τηλαυγὴς, φωτίζουσα ὀφθαλμούς· » ὅτι δὲ φῶς παρὰ τὰ προστάγματα καὶ τὰς ἐντολάς ἐστί τι γνώσεως παρά τινι τῶν Δώδεκα εὕρομεν· « Σπείρατε ἑαυτοῖς εἰς δικαιοσύνην, τρυγήσατε εἰς καρπὸν ζωῆς, φωτίσατε ἑαυτοῖς φῶς γνώσεως. » Ὡς γὰρ ὄντος καὶ ἑτέρου φωτὸς παρὰ τὰς ἐντολὰς τῆς γνώσεως, λέγεται τὸ, « Φωτίσατε ἑαυτοῖς φῶς, » οὐχ ἁπλῶς φῶς, ἀλλὰ ποῖον φῶς; ὅτι τὸ τῆς γνώσεως. Εἰ γὰρ πᾶν φῶς, ὃ φωτίζει ἄνθρωπος ἑαυτῷ, φῶς γνώσεως ἦν, μάτην προσέκειτο τὸ, « Φωτίσατε ἑαυτοῖς φῶς γνώσεως. » Πάλιν ὅτι ἡ σκοτία ἐπὶ τῶν μοχθηρῶν ἔργων παραλαμβάνεται, διδάσκει ὁ αὐτὸς ἐν τῇ Ἐπιστολῇ Ἰωάννης φάσκων, ὅτι « Ἐὰν εἴπωμεν, ὅτι κοινωνίαν ἔχομεν μετ' αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ σκότει περιπατοῦμεν, ψευδόμεθα, καὶ οὐ ποιοῦμεν τὴν ἀλήθειαν· » καὶ πάλιν· « Ὁ λέγων ἐν τῷ φωτὶ εἶναι, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ μισῶν, ἐν τῇ σκοτίᾳ ἐστὶν ἕως ἄρτι· » καὶ ἔτι· « Ὁ δὲ μισῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἐν τῇ σκοτίᾳ ἐστὶ, καὶ ἐν τῇ σκοτίᾳ περιπατεῖ, καὶ οὐκ οἶδε ποῦ ὑπάγει, ὅτι ἡ σκοτία ἐτύφλωσε τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ. » Τὸ γὰρ ἐν τῷ σκότῳ περι-

20. *Et lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non apprehenderunt* [74]. Adhuc de hominum luce, quoniam in ordine prima est, inquirimus, atque etiam, opinor, de ejus contrario, nempe tenebris, de quibus nondum inquisivimus. De hominum autem luce, inquam, quoniam fortasse lux hominum genus est duarum specialium rerum; atque 78 etiam similiter tenebræ. Contingit enim, ut qui lucem hominum possederit, et splendorum ejus particeps fuerit, opera lucis perficiat, et illustratus scientiæ lucem cognoscat: idem pari ratione ex C contrariis existimandum est, pravis videlicet actionibus, et scientia quæ opinione quidem fit, re vera non fit, rationem habentibus tenebrarum. Et quod quidem res ad agendum aptas lucem soleat Scriptura sacra dicere, inquit Isaias [75]: « Eo quod lux sint mandata tua super terram, » et David in decimo octavo psalmo [76]: « Mandatum Domini lucidum illuminans oculos. » Quod vero præter mandata et præcepta lux sit quædam scientiæ, invenimus apud quemdam ex Duodecim: « Seminate vobis ipsis ad justitiam, vindemiate ad fructum vitæ, illuminate vobis ipsis lucem scientiæ [77]. » Veluti enim exsistente alia luce scientiæ præter mandata, dicitur: « Illuminate vobis ipsis lucem, » non simpliciter lucem, sed qualem? nempe lucem scientiæ. D Nam si quævis lux, quam sibi homo illuminat, lux scientiæ esset, frustra additum fuisset: « Illuminate vobis ipsis lucem scientiæ. » Rursus quod tenebræ de pravis operibus sumantur, ipse Joannes in sua docet Epistola dicens [78]: « Si dixerimus quod communicationem cum ipso habemus, et ambulamus in tenebris, mentimur, et non facimus veritatem; » et rursus [79]: « Qui dicit se in luce esse, et fratrem suum odit, in tenebris est usque modo: » et adhuc [80]: « Qui odit fratrem suum, in tenebris est, et in tenebris ambulat, nec novit

[73] I Cor. XII, 31. [74] Joan. I, 5. [75] Cap. XXVI, vers. 9. [76] Vers. 9. [77] Ose. X, 12. [78] I Joan. I, 6. [79] ibid. II, 9. [80] ibid. 11.

(82) *Τοῦ ἐναντίου καλουμένου σκοτίας· ἂν δέ*, etc. Plane corrupta hæc sunt, quæ sic restituas, τοῦ ἐναντίου καλουμένου σκοτίας οὔπω δοκιμασθείσης. Τῶν ἀνθρώπων, etc. Præivit huic emendationi Ferrarius, quem sic legisse ex ipsius interpretatione conjicere est. HUETIUS.

quo vadat, quia tenebræ excæcaverunt ipsius oculos, » siquidem per ambulationem in tenebris indicat actionem vituperabilem. Quin etiam odio prosequi fratrem suum, nonne lapsus est ab ea quæ proprie vocatur scientia ? Quod autem qui ignorat divina, propter ipsum ignorare in tenebris ambulet, inquit David [81] : « Non cognoverunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant. » Illud vero observa, an idcirco dicatur [82] : « Deus lux est, et tenebræ in eo ne unæ quidem sunt, » non quia unæ sint tenebræ, sed vel propter genus duplex tenebrarum, vel etiam quia unaquæque species tenebrarum multas habeat pravas actiones, et multa falsa dogmata, plures sunt tenebræ, quarum nulla in Deo est. Neque enim dictum fuisset de sancto quod ait Salvator [83] : « Vos estis lux mundi, » quoniam lux mundi est sanctus, « et tenebræ in eo non sunt ullæ [84]. »

A πατεῖν ἐμφαίνει τὴν ψεκτὴν πρᾶξιν· καὶ τὸ μισεῖν δὲ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, οὐ τῆς κυρίως καλουμένης γνώσεώς ἐστιν ἀπόπτωμα; Ὅτι δὲ καὶ ὁ ἀγνοῶν τὰ θεῖα κατ' αὐτὸ τὸ ἀγνοεῖν ἐν σκότει διαπορεύεται, φησὶν ὁ Δαυΐδ· « Οὐκ ἔγνωσαν, οὐδὲ συνῆκαν, ἐν σκότει διαπορεύονται. » Ἐπίστησον δὲ τῷ· « Ὁ Θεὸς φῶς ἐστι, καὶ σκοτία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν οὐδεμία, » εἰ μὴ διὰ τοῦτο λέγεται τῷ εἶναι μὴ μίαν σκοτίαν, ἀλλ' ἤτοι διὰ τὸ γενικὸν δύο, ἢ καὶ διὰ τὸ καθ' ἕκαστον τῶν ἰδικῶν πολλὰς εἶναι πράξεις μοχθηρὰς, καὶ πολλὰ δόγματα ψευδῆ, πολλαί εἰσι σκοτίαι, ὧν οὐδεμία ἐν τῷ Θεῷ ἐστιν, οὐκ ἂν λεχθέντος ἐπὶ τοῦ ἁγίου ὅ φησιν ὁ Σωτὴρ, τό· « Ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου, » ὅτι φῶς ἐστι τοῦ κόσμου ὁ ἅγιος, κα σκοτία οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ οὐδεμία.

21. Proinde quæret aliquis : Si de Patre positum B est quod tenebræ nullæ sint in eo, quomodo ceu rem eximiam et præcipuam **79** hoc in ipso dicemus esse, cum de Servatore quoque dicatur quod omnino sit impeccabilis [85], ita ut eum dicamus esse lucem in qua nullæ sint tenebræ? Ex parte itaque differentiam in superioribus ostendimus. Atque etiamnum illis audacius addemus, si Christum non agnoscentem peccatum fecit Pater pro nobis peccatum, si fecit, inquam, Deus ille Christum pro nobis peccatum, dici non posse de eo, « Tenebræ in eo non sunt ullæ [86]. » Quamvis enim « in similitudinem carnis peccati (83) [de peccato damnavit Jesus peccatum, » quod similitudinem carnis peccati assumpsit [87],] haud tamen omnino hæc de eo recte dicentur, scilicet quod nullæ tenebræ insint in eo. Addemus autem eum infirmitates nostras et morbos assumpsisse, et animæ infirmitates et morbos occulti cordis nostri hominis, quas infirmitates morbosque quia a nobis sustulerit, dicitur apud Zachariam animam pertristem, perturbatamque habere atque vestibus sordidis indutus [88] ; quibus quoniam exuendus erat, dicuntur esse peccata. Subjungit ergo eodem in loco [89] : « Ecce ego abstuli peccata tua ; » eo enim quod ipse receperit in seipsum populi credentium peccata, frequenter inquit : « Longe a salute mea verba delictorum meorum [90] ; » et : « Tu cognovisti insipientiam meam, et delicta mea a te non sunt abscondita [91]. » Nec vero suspicetur nos quisquam hæc dicere, minus pie Christum Dei colentes. Nam qua ratione solus Pater habet immortalitatem, quia Dominus noster [omnium nostrum nomine] mortem ob amorem erga genus humanum pertulerit, hac Pater solus habet ut in ipso nullæ sint tenebræ : cum Christus, ut homines beneficio afficeret, tenebras nostras in seipsum receperit, ut potentia sua mortem nostram deleret, expelleretque animarum no-

Ζητήσει δέ τις· Εἰ ἐπὶ τοῦ Πατρὸς τέτακται τό· Σκοτία οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ οὐδεμία, πῶς τὸ ἐξαίρετον ἐροῦμεν εἶναι ἐν αὐτῷ, πάντη ἀναμάρτητον καὶ τὸν Σωτῆρα νοοῦντες, ὥστε καὶ περὶ αὐτοῦ ἂν εἰπεῖν, ὅτι φῶς ἐστι, καὶ σκοτία οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ οὐδεμία; Ἀπὸ μέρους μὲν οὖν ἐν τοῖς ἀνωτέρω τὴν διαφορὰν παρεστήσαμεν· τολμηρότερόν τε ἔτι ἐκείνοις καὶ νῦν προσθήσομεν, ὅτι, εἰ τὸν μὴ γνόντα ἁμαρτίαν ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησε τὸν Χριστὸν, εἰ ἐποίησεν αὐτὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ὁ Θεὸς, οὐκ ἂν δύναιτο λέγεσθαι περὶ αὐτοῦ· « Σκοτία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν οὐδεμία. » Κἂν γὰρ « ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας περὶ ἁμαρτίας κατακρίνας τυγχάνῃ » ὁ Ἰησοῦς « τὴν ἁμαρτίαν » τῷ τὸ ὁμοίωμα τῆς σαρκὸς ἁμαρτίας ἀνειληφέναι, οὐκέτι ἕξει πάντῃ ὑγιῶς λεγόμενα περὶ αὐτοῦ, ὅτι σκοτία C ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν οὐδεμία. Προσθήσομεν δ' ὅτι αὐτὸς τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἔλαβε, καὶ τὰς νόσους ἐβάστασε, καὶ ἀσθενείας τὰς τῆς ψυχῆς, καὶ νόσους τὰς τοῦ κρυπτοῦ τῆς καρδίας ἡμῶν ἀνθρώπου, δι' ἃς ἀσθενείας καὶ νόσους βαστάσας αὐτὰς ἀφ' ἡμῶν, περίλυπον ἔχειν τὴν ψυχὴν ὁμολογεῖ καὶ τεταραγμένην, καὶ ῥυπαρὰ ἱμάτια ἐνδεδύσθαι παρὰ τῷ Ζαχαρίᾳ ἀναγέγραπται· ἅπερ ὅτι ἐκδύεσθαι ἔμελλε, λέγεται εἶναι ἁμαρτήματα. Ἐπιφέρει γοῦν ἐκεῖ· « Ἰδοὺ ἀφῄρηκα τὰς ἁμαρτίας σου· » διὰ γὰρ τὸ ἀναλαβεῖν αὐτὸν τὰ τοῦ λαοῦ τῶν πιστευόντων εἰς αὐτὸν ἁμαρτήματα, πολλαχοῦ φησι· « Μακρὰν ἀπὸ τῆς σωτηρίας μου οἱ λόγοι τῶν παραπτωμάτων μου· » καί· « Σὺ ἔγνως τὴν ἀφροσύνην μου, καὶ αἱ πλημμέλειαί μου ἀπὸ σοῦ οὐκ ἐκρύβησαν. » Μηδεὶς δ' ἡμᾶς ὑπολαμβανέτω D ταῦτα λέγειν ἀσεβοῦντας εἰς τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ. Ὧ γὰρ λόγῳ ὁ Πατὴρ μόνος ἔχει ἀθανασίαν, τοῦ Κυρίου ἡμῶν διὰ φιλανθρωπίαν θάνατον τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀνειληφότος, τούτῳ ὁ Πατὴρ ἔχει μόνος τό· Σκοτία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν οὐδεμία, τοῦ Χριστοῦ διὰ τὴν πρὸς ἀνθρώπους εὐεργεσίαν ἐφ' αὐτὸν τὰς ἡμῶν σκοτίας ἀναδεδεγμένου, ἵνα τῇ δυνάμει αὐτοῦ καταργήσῃ ἡμῶν τὸν θάνατον, καὶ ἐξαφανίσῃ τὸ ἐν τῇ ψυχῇ

[81] Psal. LXXXI, 5. [82] I Joan. I, 5. [83] Matth. V, 14. [84] I Joan. I, 5. [85] Isa. LIII. 9; I Petr. II, 22; I Joan. I, 5. [86] ibid. I, 5. [87] Rom. VIII, 3; Isa. LIII, 4, 5; Matth. VIII, 17. [88] Zach. III, 3, 4. [89] ibid. 4. [90] Psal. XXI, 2. [91] Psal. LXVIII, 6.

(83) Hæc a Ferrario prætermissa e Perionio supplevimus.

ἡμῶν σκότος, ἵνα πληρωθῇ τὸ παρὰ τῷ Ἡσαΐᾳ· « Ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκοτίᾳ φῶς εἶδε μέγα. » Τοῦτο δὲ τὸ φῶς, ὃ γέγονεν ἐν τῷ λόγῳ, τυγχάνον καὶ ζωὴ, φαίνει ἐν τῇ σκοτίᾳ τῶν ψυχῶν ἡμῶν, καὶ ἐπιδεδήμηκεν ὅπου οἱ κοσμοκράτορες τοῦ σκότους τούτου, οἵτινες διὰ τοῦ παλαίειν τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει τῷ σκότῳ ὑπάγειν ἀγωνίζονται τοὺς μὴ παντὶ τρόπῳ ἱσταμένους, ὑπὲρ τοῦ αὐτοὺς πεφωτισμένους φωτὸς χρηματίσαι υἱούς. Καὶ φαῖνον ἐν τῇ σκοτίᾳ τοῦτο τὸ φῶς διώκεται μὲν ὑπ' αὐτῆς, οὐ καταλαμβάνεται δέ.

A strarum tenebras, nimirum ut impleretur illud Isaiæ [92]: « Populus qui sedebat in tenebris vidit lucem magnam. » Hæc itaque lux quæ facta est in sermone, exsistens etiam vita, lucet in tenebris animarum nostrarum : et eo accessit ubi erant mundi rectores tenebrarum [sæculi] hujus [93], qui quia cum genere humano luctentur, in tenebras adducere eos contendunt qui pro virili non instant ut illuminati in filiorum lucis numero censeantur. Jam vero etiam hæc lux lucens in tenebris persecutionem patitur quidem a tenebris, sed non apprehenditur.

Ἐὰν δέ τις νομίσῃ τὸ μὴ γεγραμμένον ἡμᾶς προστιθέναι, τὸ διώκεσθαι τὸ φῶς ὑπὸ τῆς σκοτίας, ἀκουέτω, ὅτι τό· « Ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβε, » B μηδαμοῦ τῆς σκοτίας διωξάσης τὸ φῶς, μάτην λέγεται. Ὡς δὲ ἔχουσι νοῦν ἐκδέξασθαι δυνάμενον ἀκολούθως τοῖς γεγραμμένοις τὰ νομιζόμενα παραλελεῖφθαι, ἔγραψεν ὁ Ἰωάννης τό· « Ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβεν. » Εἰ γὰρ οὐ κατέλαβε, διώξασα οὐ κατέλαβε· καὶ ὅτι ἐδίωξεν ἡ σκοτία τὸ φῶς, δῆλον ἔκ τε ὧν πέπονθεν ὁ Σωτὴρ, καὶ οἱ παραδεξάμενοι αὐτοῦ τὰ μαθήματα, τὰ ἴδια τέκνα, τῆς σκοτίας ἐνεργούσης κατὰ τῶν υἱῶν τοῦ φωτὸς, καὶ βουληθείσης ἀποδιῶξαι ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων τοῦ φωτός. Ἀλλ' ἐπεὶ, ἐὰν Θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν, οὐδεὶς, κἂν βούληται, δυνήσεται καθ' ἡμῶν, ὅσῳ ἑαυτοὺς ἐταπείνουν, τοσούτῳ πλείους ἐγίνοντο, καὶ κατίσχυον σφόδρα σφόδρα. Διχῶς δὲ ἡ σκοτία τὸ φῶς οὐ κατείληφεν· ἢ σφόδρα αὐτοῦ ἀπολειπομένη, καὶ διὰ τὴν ἰδίαν βραδύτητα τῇ ὀξύτητι C καὶ ταχύτητι τοῦ δρόμου τοῦ φωτὸς, οὐδὲ κατὰ τὸ ποσὸν παρακολουθῆσαι δυναμένη· ἢ εἴ που ἐνεδρεῦσαι βεβούληται τὸ φῶς τὴν σκοτίαν, καὶ κατ' οἰκονομίαν παρέμεινεν ἐπερχομένην αὐτὴν ἐγγίσασα ἡ σκοτία τοῦ φωτὸς ἠφανίζετο. Πλὴν ἑκατέρως (84) ἡ σκοτία οὐ κατέλαβε τὸ φῶς.

80 22. Quod si quis putet nos addere quod non sit scriptum, nempe quod tenebræ lucem insequantur, audiat frustra illud dici, quod « tenebræ eam non apprehenderunt [94], » si nequaquam tenebræ lucem sunt persecutæ. Veluti autem mente præditis, per quam intelligere possent consequentia rerum scriptarum quæ putarentur omissa, scribit Joannes tenebras lucem non apprehendisse. Nam si non apprehenderunt, persecutæ non apprehenderunt ; quodque lucem tenebræ persecutæ fuerint, perspicuum est, tum ex his quæ Servator perpessus est, tum etiam illi qui illius disciplinam exceperunt, et secuti sunt, genuini ipsius filii, tenebris operantibus adversus lucis filios et fugare volentibus lucem ab hominibus. At quoniam si Deus pro nobis [95], nullus, etiamsi velit, poterit aliquid adversum nos, quanto magis seipsos humiliabant, tanto plures exsistebant prævalebantque admodum valde. Porro duobus modis tenebræ non apprehenderunt lucem : vel quia lux eas longo intervallo post se relinqueret, ut quam celeritate pernicitateque cursus præstantem, ob propriam tarditatem ipsæ tenebræ, ne juxta quantitatem quidem, assequi possent, vel quia sicubi tenebræ luci insidias struere voluerint, atque certo quodam consilio, et per dispensationem supervenientes ipsas lux exspectaverit, mox atque luci appropinquaverint, evanescunt. Attamen utroque modo tenebræ lucem non apprehenderunt.

Ἀναγκαῖον δὲ ἐν τούτοις ἡμᾶς γενομένους ἐπισημειῶσαι (85), ὅτι οὐ πάντως, εἴ που ὀνομάζεται σκότος, ἐπὶ τῷ χείρονι λαμβάνεται· ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ ἐπὶ τῷ κρείττονι ἀναγέγραπται· ὅπερ οἱ ἑτερόδοξοι (86) μὴ διαστειλάμενοι, δυσφημότατα περὶ τοῦ Δημιουργοῦ δόγματα παραδεξάμενοι, ἀπέστησαν αὐτοῦ, ἀναπλάσμασι μύθων ἑαυτοὺς ἐπιδεδωκότες. Πῶς οὖν, καὶ πότε, καὶ ἐπὶ τοῦ κρείττονος τὸ ὄνομα τοῦ σκό- D τους παραλαμβάνεται, παραδεικτέον ἤδη. Σκότος, γνόφος, θύελλα ἐν τῇ Ἐξόδῳ περὶ τὸν Θεὸν εἶναι λέγεται, καὶ ἐν τῷ ιζ' ψαλμῷ· « Ὁ Θεὸς ἔθετο σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ, κύκλῳ αὐτοῦ ἡ σκηνὴ αὐτοῦ· σκοτεινὸν ὕδωρ ἐν νεφέλαις ἀέρων· » ἐὰν γάρ τις κατανοήσῃ τὸ πλῆθος τῶν περὶ Θεοῦ θεωρημάτων καὶ γνώσεως, ἄληπτον τυγχάνον ἀνθρωπίνῃ φύσει, τάχα δὲ καὶ ἑτέροις παρὰ Χριστὸν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα γενητοῖς, εἴσεται πῶς περὶ τὸν Θεόν ἐστι

23. Necesse autem est nos in his versantes adnotare, non, sicubi tenebræ nominentur, mox eas in pejorem partem sumi, verum Scripturam etiam in bonam partem aliquoties has accipere : quod qui diversa a nobis sentiunt, non dividentes, horrenda de mundi Opifice dogmata admittentes, ab ipso recesserunt, seipsos figmentis fabularum addicentes. Quomodo ergo, et quando, et num in meliorem partem tenebrarum nomen sumatur, jam est ostendendum. Tenebræ, nubes nimbusque in Exodo [96] circa Deum esse dicuntur, et in psalmo decimo septimo [97] : Deus « posuit tenebras latibulum suum, in circuitu ejus tabernaculum ejus : tenebrosa aqua in nubibus aeris : » si enim quis consideraverit multitudinem contemplationum et cognitionis de Deo, quam humana natura percipere nequeat, fortasse autem nec alii qui geniti sunt,

[92] Isa. IX, 2. [93] Ephes. VI, 12. [94] Joan. I, 5. [95] Rom. VIII, 31. [96] Exod. XIX, 9, 16; XX, 21. [97] Vers. 12.

(84) *Πλὴν ἑκατέρως*. Sic codex Bodleianus; editio Huetiana, Πλὴν ἑκατέρῳ.

(85) *Ἐπισημειῶσαι*. Ita codex Bodleianus; editio Huetii, ἐπισημειῶσθαι.

(86) *Ὅπερ οἱ ἑτερόδοξοι*, etc. Valentiniani nimirum, Cerdoniani et Marcionitæ.

præter Christum et Spiritum sanctum, sciet quonam pacto circa Deum sint tenebræ; propterea quod nulla quantumlibet copiosa, atque ornata oratio explicare valeat, ac ne sciat quidem ex dignitate ipsius Dei, in quibus tenebris posuerit latibulum suum, qui hoc fecit, eo **81** quod quæ de ipso sunt, ignorentur, imperceptibilia cum sint. Quod si quis hujuscemodi expositionibus offendetur, is in sententiam nostram veniat, adductus tum a tenebrosis sermonibus, tum a thesauris Christo datis a Deo, tenebrosis, occultis et invisibilibus: nec enim aliud opinor esse tenebrosos thesauros per Christum manifestatos: « Tenebras posuit Deus latibulum suum [98], » et: « Sanctus intelliget parabolam, et obscurum sermonem [99]. » Verum considera num ob hoc dicat Servator discipulis suis [1]: « Idcirco quæ in tenebris audistis, dicite in luce. » Tradita enim ipsis mysteria, cognitu difficilia et obscura, in loco secreto, et non in frequenti auditorio, jubet eos illuminatos, et ob hoc dictos esse in luce, omnibus qui lux fuerint, nuntiare. Admirabilius autem quiddam addam de tenebris laudatis, nempe has festinare ad lucem, eamque apprehendere, atque quæ olim fuissent tenebræ, non dispicienti vim ipsarum, eo quod ignoraretur, sic immutari, ut cum is ad eorum scientiam pervenerit quæ ignorabat enuntiet, quæ didicerit fuisse sibi aliquando tenebras, nunc autem lucem.

A σκότος, κατὰ τὸ ἀγνοεῖσθαι τὸν κατ' ἀξίαν περὶ αὐτοῦ πλούσιον λόγον, ἐν ᾧ σκότῳ ἔθετο αὐτοῦ τὴν ἀποκρυφὴν τῷ τὰ περὶ αὐτοῦ ἀγνοεῖσθαι, ἀχώρητα ὄντα, τοῦτο πεποιηκώς. Ἐὰν δέ τις ταῖς τοιαύταις προσκόπτῃ ἐκδοχαῖς, προσαγέσθω ἀπό τε τῶν σκοτεινῶν λόγων καὶ τῶν διδομένων ὑπὸ Θεοῦ Χριστῷ θησαυρῶν σκοτεινῶν, ἀποκρύφων, ἀοράτων· οὐκ ἄλλο γάρ τι ἡγοῦμαι εἶναι τοὺς σκοτεινοὺς θησαυροὺς ἐν Χριστῷ ἀποκαλυπτομένους· « Τὸ σκότος ἔθετο ὁ Θεὸς ἀποκρυφὴν ἑαυτοῦ, » καί· « Ὁ ἅγιος νοήσει παραβολὴν καὶ σκοτεινὸν λόγον. » Ἐπίσκεψαι δὲ εἰ διὰ τοῦτό φησιν ὁ Σωτὴρ τοῖς μαθηταῖς· « Ἀνθ' ὧν ὅσα ἠκούσατε ἐν τῇ σκοτίᾳ, εἴπατε ἐν τῷ φωτί. » Τὰ γὰρ ἐν ἀπορρήτῳ καὶ μὴ ἐπηκόῳ πολλῶν δύσγνωστα καὶ ἀσαφῆ αὐτοῖς παραδεδομένα μυστήρια προστάσσει αὐτοὺς B φωτιζομένους, καὶ διὰ τοῦτο λεγομένους εἶναι ἐν φωτὶ ἀπαγγέλλειν παντὶ τῷ γινομένῳ φωτί. Παραδοξότερον δ' ἂν ἐπὶ τοῦ ἐπαινουμένου σκότους εἴποιμι, ὅτι τοῦτο σπεύδει ἐπὶ τὸ φῶς, καὶ καταλαμβάνει αὐτὸ, καὶ γίνεταί ποτε, διὰ τὸ ἀγνοεῖσθαι σκότος, τῷ μὴ ὁρῶντι (87) τὴν δύναμιν αὐτοῦ, οὕτω μεταβάλλον ὥστε τὸν μεμαθηκότα ἀποφαίνεσθαι γεγονέναι φῶς τὸ γνωσθέν ποτε ὑπάρχον αὐτῷ σκότος.

24. *Fuit homo missus a Deo, nomen illi Joannes* [2]. Accuratius aliquis intelligens vocem *missus* (quoniam qui mittitur, alicunde et aliquo mittitur) quæret unde Joannes sit missus et quo. Cum vero liqueat quo, nimirum juxta historiam, quod ad Israel et ad volentes eum audire in eremo Judææ commorantem, et apud Jordanem fluvium baptizantem (juxta vero rationem profundiorem, in mundum, intelligendo per mundum locum hunc terrestrem ubi sunt homines), inquiret quonam pacto particula *unde* sumi debeat. Itaque diutius dictionem examinans, forte etiam enuntiabit quod quemadmodum de Adam scriptum est, quod « emiserit eum Dominus Deus e paradiso voluptatis, ut coleret terram, e qua sumptus fuerat [3], » ita Joannes missus fuerit vel e cœlo, vel e paradiso, vel ex alia parte, alicunde tandem, ad hunc super terram locum; et missus fuerit, « ut testaretur de luce [4]. » Habet autem non contemnendam objectionem sermo hic, quoniam scriptum sit apud Isaiam [5]: « Quem mittam, et quis ibit ad populum hunc? » et respondens propheta inquit [6]: « Ecce ego, **82** mitte me. » Dicet enim qui adversabitur huic opinioni, quæ profundior apparet, quemadmodum Isaias missus est, non ab alio loco ad hunc mundum, sed postquam vidit Dominum sedentem in

Ἐγένετο ἄνθρωπος ἀπεσταλμένος παρὰ Θεοῦ, ὄνομα αὐτῷ Ἰωάννης. Ἀκριβέστερόν τις ἀκούων τοῦ, C *ἀπεσταλμένος* (ἐπειδὴ ὁ ἀπεσταλμένος ποθὲν ποὺ ἀποστέλλεται), ζητήσει πόθεν ὁ Ἰωάννης ἀπεστάλη καὶ ποῦ. Σαφοῦς δ' ὄντος τοῦ ποῦ, κατὰ μὲν τὴν ἱστορίαν, ὅτι πρὸς τὸν Ἰσραὴλ, καὶ τοὺς βουλομένους αὐτοῦ ἀκούειν ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς Ἰουδαίας διατρίβοντος, καὶ παρὰ τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ βαπτίζοντος (κατὰ δὲ βαθύτερον λόγον, ὅτι εἰς τὸν κόσμον, κόσμου λαμβανομένου τοῦ περιγείου τόπου, ἔνθα εἰσὶν (88) ἄνθρωποι), ἐξετάσει πῶς δεῖ λαμβάνειν τὸ, *πόθεν*. Ἐπιπλεῖον δὲ βασανίζων τὴν λέξιν, τάχα καὶ ἀποφαίνεται, ὅτι, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Ἀδὰμ γέγραπται· « Καὶ ἐξαπέστειλεν αὐτὸν Κύριος ὁ Θεὸς ἐκ τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς, ἐργάζεσθαι τὴν γῆν, ἐξ ἧς ἐλήφθη, » οὕτω καὶ ὁ Ἰωάννης (89) ἀπεστάλη ἢ ἐξ οὐρανοῦ (90), ἢ ἐκ τοῦ παραδείσου, D ἢ ὅθεν δήποτε ἑτέρωθεν παρὰ (91) τὸν ἐπὶ γῆς τοῦτον τόπον· καὶ ἀπεστάλη, « ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτός. » Ἔχει δὲ ἀνθυποφορὰν οὐκ εὐκαταφρόνητον ὁ λόγος, ἐπεὶ καὶ παρὰ Ἡσαΐᾳ γέγραπται· « Τίνα ἀποστείλω, καὶ τίς πορεύσεται πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον; » ὅτε ἀποκρινόμενος ὁ προφήτης φησίν· « Ἰδοὺ, εἰμὶ ἐγὼ, ἀπόστειλόν με. » Ἐρεῖ γὰρ ὁ ἐνιστάμενος τῇ βαθυτέρᾳ ἐμφαινομένῃ ὑπονοίᾳ, ὅτι, ὥσπερ ὁ Ἡσαΐας ἀπεστάλη, οὐχὶ ἀφ' ἑτέρου τόπου

[98] Psal. xvii, 12. [99] Prov. i, 6. [1] Matth. x, 27. [2] Joan. i, 6. [3] Gen. iii, 23. [4] Joan. i, 7. [5] Cap. vi, vers. 8. [6] ibid.

(87) *Τῷ μὴ ὁρῶντι.* Sic codex Bodleianus; editio Huetiana, τὸ μὴ ὁρῶντι.

(88) *Τόπου, ἔνθα εἰσίν.* Ita codd. Barberinus et Bodleianus; male vero editio Huetiana in textu, τὸ ποῦ εἰσίν.

(89) *Οὕτω καὶ ὁ Ἰωάννης*, etc. Hominum enim animas de cœlo peti credidit Origenes; at illas hominum sanctitate nobilium ipsos esse angelos, ut alias sæpe nobis observatum est. Huetius.

(90) *Ἢ ἐξ οὐρανοῦ.* Sic codex Bodleianus; Regius et Barberinus, εἴτε ἐξ οὐρανοῦ.

(91) *Παρά.* Sic codex Bodleianus; Regius et Barberinus, περί.

30. Sed dicturus est aliquis, cur tandem proposita nobis interpretatione verborum eorum : « Hic venit ad testificandum, ut testificaretur de luce illa [52], » omnia hæc transcurrimus ? At dicendum, necesse fuisse Joannis testimonia de luce illa demonstrare ordinemque eorum exponere : atque utilitatem quæ insecuta fuerit eos apud quos testatus fuisset, factam post Joannis testimonium a Jesu, ut perfectio testimonii Joannis declararetur. Quin ante hæc testimonia Baptistæ exsultatio præ gaudio in utero Elisabeth propter Mariæ salutationem, testimonium fuit de Christo, testificante Baptista de divinitate conceptionis et ortus Christi. Quid plura? Vel ubique testis et præcursor Jesu est Joannes antevertens illius ortum, et paulo ante mortem Filii Dei moriens, ut non solum ad vivos, verum et ad exspectantes libertatem a morte per Christum futuram, ante Christum adveniens, ubique Domino pararet populum instructum [53] ; pertingit autem usque ad secundum, eumque diviniorem, Christi adventum Joannis testimonium. « Si enim vultis, inquit [54], recipere, ipse est Elias, qui venturus est. Qui habet aures audiendi, audiat. » Cæterum cum sit principium in quo est Sermo (quod sapientiam esse ex Proverbiorum libro ostendimus), cumque etiam sit Sermo, atque vita in hoc facta, ac deinde vita sit lux hominum, quæro cur tandem, cum « homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes, venerit ad testificandum, ut testificaretur de luce [55], » non etiam venerit ut testificaretur de vita, vel ut testificaretur de Sermone, vel de principio, vel de quacunque alia consideratione Christi ? Proinde considera an, quoniam « populus qui sedebat in tenebris, viderit lucem magnam [56], » et quoniam « lux in tenebris lucet » non deprehensa ab ipsis tenebris [57], illi qui sunt in tenebris, nempe homines, luce indigeant. Nam si lux hominum in tenebris lucet, **92** quando nulla omnino tenebrarum operatio erit, tunc alias Christi considerationes participabimus, cum minime ipsas proprie nunc, et certo participemus. Nam quomodo vitæ participes sumus, qui adhuc corpore hoc mortali circumdamur ? « Quorum vita abscondita est una cum Christo in Deo ? Cum enim Christus apparuerit vita nostra, tunc et nos cum ipso apparebimus in gloria [58]. » Homo ergo nullus qui venisset, testificari poterat de vita etiamnum cum Christo abscondita in Deo. Sed neque venit ad testificandum, ut testificaretur de Sermone : Sermonem considerantibus nobis in principio apud

[52] Joan. I, 7. [53] Luc. I, 17. [54] Matth. XI, 14, 15. [55] Joan. I, 6. [56] Isa. IX, 2; Matth. IV, 16. [57] Joan. I, 5. [58] Colos. III, 3, 4.

(26*) Legit interpres *εἰ μή, ἐπεὶ ὁ λαός, κ. τ. λ.* EDIT.

Deum [59], et Deum Sermonem : super terram enim Sermo factus est caro [60]. Et fuisset testimonium (quamvis quibusdam videretur esse de Sermone) proprie dicendum de Sermone qui factus est caro, non autem de Sermone Dei ; quare non venit ut testificaretur de Sermone. Quomodo fieri vero poterat testimonium de sapientia pure lucideque verum non dispicientibus, etiamsi existimarent se agnoscere, sed cernentibus per speculum et in ænigmate [61] ? Proinde probabile est futurum, ut ante secundum et diviniorem Christi adventum veniat Joannes aut Elias ad testificandum de vita, paulo antequam Christus manifestandus sit vita nostra, ac tum de Sermone testificaturi sint ostensurique testimonium de sapientia. Indagatione autem eget an in unaquaque consideratione de Christo testificatio Joannis sit veluti præcursor. Hæc quidem in illud : « Hic venit ad testificandum, ut testificaretur de luce [62]. » Deinceps vero considerandum est quid commentari debeamus in illud : « Ut omnes crederent per illum [63]. »

A Θεὸν Λόγον· ἐπὶ γῆς γὰρ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο. Καὶ ἦν ἂν μαρτυρία, (εἰ καὶ ἐδόκει γίνεσθαι περὶ τοῦ Λόγου,) κυρίως ἂν λεχθησομένη ἡ περὶ Λόγου γενομένου σαρκὸς, οὐχὶ δὲ Λόγου Θεοῦ· διόπερ οὐκ ἦλθεν ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ Λόγου. Πῶς δὲ μαρτυρία ἐγίνετο (27) γίνεσθαι περὶ τῆς σοφίας τοῖς, κἂν δοκῶσιν ἐγνωκέναι, οὐ τὸ καθαρῶς ἀληθὲς κατανοοῦσιν, ἀλλὰ βλέπουσι δι' ἐσόπτρου καὶ ἐν αἰνίγματι ; Εἰκὸς μέντοιγε πρὸ τῆς δευτέρας (28) καὶ θειοτέρας Χριστοῦ ἐπιδημίας ἐλεύσεσθαι μαρτυρήσοντα τὸν Ἰωάννην, ἢ Ἡλίαν περὶ ζωῆς, πρὸ ὀλίγου τὸν Χριστὸν φανερωθήσεσθαι τὴν ζωὴν ἡμῶν· καὶ τότε μαρτυρήσειν περὶ τοῦ Λόγου, παραστήσειν τε τὸ περὶ τῆς σοφίας μαρτύριον. Βασάνου δὲ δεῖται εἰ ἔνεστιν οἷον ἡ Ἰωάννου μαρτυρία πρόδρομος ἑκάστῃ τῶν τοῦ Χρι-
B στοῦ ἐπινοιῶν. Ταῦτα μὲν εἰς τό· « Οὗτος ἦλθεν εἰς μαρτυρίαν, ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτός. » Ἑξῆς δὲ ἐπισκεπτέον τί δεῖ νοεῖν εἰς τό· « Ἵνα πάντες πιστεύσωσι δι' αὐτοῦ. »

EX EODEM TOMO II, APUD PAMPHILUM MARTYREM IN *APOLOGIA PRO ORIGENE* (29).

Unigenitus ergo Deus Salvator noster solus a Patre generatus, natura et non adoptione Filius est; natus autem ex ipsa Patris mente, sicut voluntas ex mente. Non enim divisibilis est divina natura, id est ingeniti Patris, ut putemus vel divisione vel imminutione substantiæ ejus Filium esse progenitum. Sed sive mens, sive cor, aut sensus de Deo dicendus est, indiscussus permanens, germen proferens voluntatis, factus est Verbi Pater; quod Verbum in sinu Patris requiescens, annuntiat « Deum, quem nemo vidit unquam [64], » et revelat Patrem, quem nemo cognovit nisi ipse solus [65], his quos ad eum Pater cœlestis attraxerit [66].

E QUARTO TOMO IN EVANGELIUM SECUNDUM JOANNEM.

Tribus a principio foliis.

93 1. Qui dividit apud se vocem, et significata, et res, pro quibus notiones ponuntur, non impinget ad solœcismum vocis, cum perscrutatus res quibus significandis voces adhibentur, sanas et integras invenerit ; maxime vero cum profiteantur viri sancti sermonem suum « et præconium, non in persuasione sapientiæ verborum, sed in demonstratione spiritus et potestatis » esse [67].

C *ΕΚ ΤΟΥ ΤΕΤΑΡΤΟΥ ΤΟΜΟΥ ΤΩΝ ΕΙΣ ΤΟ ΚΑΤΑ ΙΩΑΝΝΗΝ* (30).

Μετὰ τρία φύλλα τῆς ἀρχῆς.

1. Ὁ διαιρῶν παρ' ἑαυτῷ φωνὴν, καὶ σημαινόμενα, καὶ πράγματα, καθ' ὧν κεῖται τὰ σημαινόμενα, οὐ προσκόψει τῷ τῶν φωνῶν σολοικισμῷ, ἐπὰν ἐρευνῶν εὑρίσκῃ (31) τὰ πράγματα, καθ' ὧν κεῖνται αἱ φωναὶ, ὑγιῆ· καὶ μάλιστα ἐπὰν ὁμολογῶσιν οἱ ἅγιοι ἄνδρες τὸν λόγον αὐτῶν « καὶ τὸ κήρυγμα, οὐκ ἐν πειθοῖ σοφίας τῶν λόγων (32), ἀλλ' ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως. »

[59] Joan. I, 1. [60] ibid. 14. [61] I Cor. XIII, 12. [62] Joan. I, 7. [63] ibid. [64] ibid. 18. [65] Matth. XI, 27. [66] Joan. VI, 44. [67] I Cor. II, 4.

(27) *Ἐγίνετο*. Lege ἐδύνατο.

(28) *Εἰκὸς μέντοιγε πρὸ τῆς δευτέρας*. Vide quæ supra ad *Comm. in Matth.* XVII super hoc argumento observata sunt.

(29) Hocce fragmentum, quod e secundo tomo depromptum fertur, nullibi tamen in eo tomo reperies ; unde vel detruncatum eum esse concludendum est, vel suspicandum fragmentum istud e tomo quinto esse depromptum, quemadmodum et illud quod ex eodem tomo infra afferimus. Et revera idem est utriusque fragmenti initium, eadem fere verba; sed cum prius Pamphilo probandum incumberet ex Deo Patre (juxta Origenem) Filium esse natum, et unius esse cum Patre substantiæ, alienum vero a substantiis creaturarum, postquam dixit : « Unigenitus Filius Salvator noster, qui solus ex Patre natus est, solus natura et non adoptione Filius est, » relicto quodam intervallo, ad D posteriora, quæ ad rem probandam pertinent, statim progreditur his verbis : « Item in eodem libro. Unus ergo est, » etc. Paulo post vero, ut probet ex Origene Filium Dei per prolationem natum non esse, idem hocce initium resumit, cujus contextum, quem hic exhibemus, ubi ea de re agitur, ad finem usque transcribit. Deinde quamvis nulla auctoritas, nullæ variantes lectiones admoneant tomum II pro tomo V positum esse in *Apologia* Pamphili, Rufinus ipse hujus interpres facile potuit decipi. Ex littera enim Π unde quintus numerus apud Græcos exprimitur, facile fit numerus II, si linea superius transversa aut non advertatur aut deleatur.

(30) *Ἐκ τοῦ τετάρτου*, etc. Exstat hoc fragmentum cap. 4 *Philocaliæ*.

(31) *Εὑρίσκῃ*. Sic mss.; libb. editi, εὑρίσκει.

(32) *Τῶν λόγων*. Legendum videtur εἶναι τῶν λόγων.

Εἶτα, εἰπὼν τὸν τοῦ Εὐαγγελίου (33) *σολοικισμὸν, ἐπάγει.*

2. Ἅτε δὲ οὐκ ἀσυναίσθητοι οἱ ἀπόστολοι τυγχάνοντες τῶν ἐν οἷς προσκόπτουσι, καὶ περὶ ἃ οὐκ σχόληνται, φασὶν ἰδιῶται εἶναι τῷ λόγῳ, ἀλλ' οὐ τῇ γνώσει· νομιστέον γὰρ αὐτὸ οὐχ ὑπὸ Παύλου μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν λοιπῶν ἀποστόλων λέγεσθαι ἄν· « Ἡμεῖς δέ· » καὶ τό· « Ἔχομεν δὲ τὸν θησαυρὸν τοῦτον ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσιν, ἵνα ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως ᾖ τοῦ Θεοῦ, καὶ μὴ ἐξ ἡμῶν, » ἐξειλήφαμεν, ὡς « θησαυροῦ » μὲν λεγομένου τοῦ ἀλλαχόσε θησαυροῦ τῆς γνώσεως καὶ σοφίας τῆς ἀποκρύφου· « ὀστρακίνων δὲ σκευῶν, » τῆς εὐτελοῦς καὶ εὐκαταφρονήτου παρ' Ἕλλησι λέξεως τῶν Γραφῶν ἀληθῶς ὑπερβολῆς δυνάμεως τοῦ Θεοῦ ἐμφαινομένης· ὅτι ἴσχυσε τὰ τῆς ἀληθείας μυστήρια, καὶ ἡ δύναμις τῶν λεγομένων οὐκ ἐμποδιζομένη ὑπὸ τῆς εὐτελοῦς φράσεως, φθάσαι ἕως περάτων γῆς, καὶ ὑπαγαγεῖν τῷ Χριστοῦ λόγῳ οὐ μόνον τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου, ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ τὰ σοφὰ αὐτοῦ. Βλέπομεν γὰρ τὴν κλῆσιν, οὐχ ὅτι οὐδεὶς σοφὸς κατὰ σάρκα, ἀλλ' « ὅτι οὐ πολλοὶ σοφοὶ κατὰ σάρκα. » Ἀλλὰ καὶ ὀφειλέτης ἐστὶ Παῦλος καταγγέλλων τὸ Εὐαγγέλιον, οὐ μόνον βαρβάροις παραδιδόναι τὸν λόγον, ἀλλὰ καὶ Ἕλλησι· καὶ οὐ μόνον ἀνοήτοις τοῖς εὐχερέστερον συγκατατιθεμένοις, ἀλλὰ καὶ σοφοῖς· ἱκάνωτο γὰρ ὑπὸ Θεοῦ διάκονος εἶναι τῆς Καινῆς Διαθήκης, χρώμενος ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως, ἵνα ἡ τῶν πιστευόντων συγκατάθεσις μὴ ᾖ ἐν σοφίᾳ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐν δυνάμει Θεοῦ. Ἴσως γὰρ εἰ κάλλος καὶ περιβολὴν φράσεως, ὡς τὰ παρ' Ἕλλησι θαυμαζόμενα, εἶχεν ἡ Γραφὴ, ὑπενόησεν ἄν τις οὐ τὴν ἀλήθειαν κεκρατηκέναι τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ τὴν ἐμφαινομένην ἀκολουθίαν καὶ τὸ τῆς φράσεως κάλλος ἐψυχαγωγηκέναι τοὺς ἀκροωμένους, καὶ ἠπατηκὸς αὐτοὺς προσειληφέναι.

Deinde, ubi memoravit Evangelii solœcismum, pergit.

2. Sed apostoli, qui non ignorarent ad quæ impingerent, et in quibus studiis non essent versati, profitentur locutione se esse idiotas, non intelligentia: existimandum enim est id non a Paulo solum, sed a reliquis apostolis dici: « Nos autem [68], » etc. Item illud [69]: « Et thesaurum hunc habemus in testaceis vasis, ut sit exsuperatio potestatis Dei, et non a nobis, » accepimus, quasi « thesaurus » dicatur qui aliunde desumptus est, thesaurus cognitionis et sapientiæ reconditæ: « figlinis vasis, » humili et apud ethnicos despecta Scripturarum dictione vere declarata exsuperantia divinæ potestatis: potuerunt enim veritatis mysteria et virtus sermonum, nihil obstante tenuitate dictionis, ad fines terræ pervenire, et Christi doctrinæ non fatua solum mundi, sed et sapientes interdum subigere [70]. Videmus enim vocationem, non quod nullus sapiens secundum carnem, sed « quod non multi secundum carnem sapientes [71]. » Sed et debitor ac obligatus est Paulus prædicans Evangelium, non solum barbaris ejus sermonem tradere, sed et Græcis; nec solum imperitis, qui protinus assentiuntur, sed et peritis [72]: factus enim a Deo erat idoneus minister Novi Testamenti [73], utens demonstratione spiritus et potentiæ, ut credentium assensio non sit ab humana sapientia, sed a potestate **94** Dei. Si enim elegantiam et dictionis apparatum, ut scripta illa quæ Græcis admirationi sunt, divinæ litteræ habuissent, existimasset aliquis non homines vicisse veritatem, sed apparentem consecutionem et dictionis splendorem audientes prolectasse, et illecebris delinitos circumvenisse.

ΕΚ ΤΟΥ ΠΕΜΠΤΟΥ ΤΟΜΟΥ ΤΩΝ ΕΙΣ ΤΟ ΚΑΤΑ ΙΩΑΝΝΗΝ.

Εἰς τὸ προοίμιον.

1. Ἐπεὶ μὴ ἀρκούμενος (35) τὸ παρὸν ἀνειληφέναι πρὸς ἡμᾶς ἔργον τῶν τοῦ Θεοῦ ἐργοδιωκτῶν (36), καὶ ἀπόντας (37) τὰ πολλά σοι σχολάζειν καὶ τῷ πρὸς σὲ καθήκοντι ἀξιοῖς, ἐγὼ, ἐκκλίνων τὸν κάματον, καὶ περιιστάμενος τὸν παρὰ Θεοῦ τῶν ἐπὶ τὸ γράφειν εἰς τὰ θεῖα ἑαυτοὺς ἐπιδεδωκότων κίνδυνον, συναγορεύσαιμι ἂν ἐμαυτῷ ἀπὸ τῆς Γραφῆς παραιτούμενος τὰ πολλὰ ποιεῖν βιβλία. Φησὶ γὰρ ἐν τῷ Ἐκκλησιαστῇ Σολομῶν· « Υἱέ μου, φύλαξαι τοῦ (38) ποιῆσαι βιβλία πολλά· οὐκ ἔστι περασμὸς, καὶ μελέτη πολλὴ κόπωσις σαρκός. » Ἡμεῖς γὰρ, εἰ μὴ ἔχει νοῦν τινα κε-

E QUINTO TOMO IN JOANNIS EVANGELIUM (34).

In præfatione.

1. Quoniam non contentus id absentis mei causa tibi operis sumpsisse, ut mihi secundum Deum monitor esses et laboris exactor, postulas etiam ut, pro meo in te officio, multa elaborem; ego laborem fugiens et eo periculo circumsessus quod a Deo impendet iis qui ad scribendum in divinas litteras sese contulerunt, Scripturæ patrocinio tueri me possim multos libros scribere recusans. Sic enim in Ecclesiaste Salomon [74]: « Fili mi, cave ut multos libros conscribas; non est finis, et multa meditatio carnis defatigatio est. » Nos enim, nisi sensum abs-

[68] I Cor. II, 12. [69] II Cor. IV, 7. [70] I Cor. I, 27. [71] ibid. 26. [72] Rom. I, 14. [73] II Cor. III, 6. [74] Eccle. XII, 12.

(33) *Εὐαγγελίου*. Codex Thuanus, εὐαγγελιστοῦ.

(34) Exstat hoc fragmentum cap. 5 *Philocaliæ*.

(35) *Ἐπεὶ μὴ ἀρκούμενος*, etc. In Petaviano *Philocaliæ* codice, quem Holmiæ vidimus, eadem hæc ad oram adtexta erant, quæ in Reg. ms. deprehendit Tarinus, ea scilicet: τὸν Ἀμβρόσιον αἰνίττεται, πρὸς ὃν πάντα τὰ ἐξηγηματικὰ σχεδὸν αὐτοῦ πεποίηται γράμματα. HUETIUS.

(36) *Ἐργοδιωκτῶν*. Luculenta id Origenis epistola declarat.

(37) *Ἀπόντας*. Alexandria enim tunc temporis aberat Ambrosius, cum hæc scriberet Origenes· sic enim ipse tomo primo *in Joann.*, num. 4, affatur Ambrosium: Ποίαν ἐχρῆν εἶναι μετὰ τὸ κατὰ τὸ σῶμα κεχωρίσθαι ἡμᾶς ἀλλήλων διαφέρουσαν (ἀπαρχὴν) ἢ τὴν περὶ Εὐαγγελίου ἐξέτασιν; HUETIUS.

(38) *Υἱέ μου, φύλαξαι τοῦ*, etc. Aliter locus hic interpungitur in vulgatis τῶν Ο' editionibus. ID.

trusum et nobis adhuc obscurum proposita illa Salomonis habet sententia, præceptum id penitus perfregimus, qui non cavimus ne multos libros conficeremus.

Deinde, postquam dixit [Origenes] se volumina quatuor in pauca Evangelii verba absolvisse, adjungit.

2. Quantum enim ex ipsa dictione conjicere licet, duo significantur his verbis: « Fili mi, cave ut multos libros conficias; » primum quidem, non esse habendos multos libros, alterum, non esse multos componendos: et nisi primum, plane secundum; si vero secundum non primum omnino: præterquam quod utrinque doceri videmur non esse complures libros conficiendos. Poteram autem ad id quod nobis sub aciem sermonis venit, adhærescens, ad te Scripturæ dictum excusationis loco mittere, et confirmata re ex eo quod neque sancti multorum librorum compositioni studuerint, desinere deinceps subjungere commentarios juxta fœdus inter **95** nos initum ad te transmittendos; et tu fortasse illo dicto Scripturæ commotus id mihi in posterum concessisses: sed quoniam Scripturæ cum recta mente et conscientia excutiendæ sunt, nec temere gaudendum quasi eas intelligas ex eo quod nudam dictionem perceperis, rem non prolato, nec, quæ mihi videtur suffragari, defensionem affero, qua uti contra me possis, si præter pactum aliquid fecero. Ac primum quidem, quando dictis illis historia consentire videtur, cum nemo sanctorum plures commentarios ediderit, nec multis libris sensa sua exposuerit, de hoc disputandum est. Qui vero reprehendet quod ad plura scribenda me accingam, Moysem, talem ac tantum virum, quinque solos libros reliquisse dicet.

A χρυμμένον, καὶ ἔτι ἡμῖν ἀσαφῆ ἡ λέξις ἡ προκειμένη, ἄντικρυς παραβεβήκαμεν τὴν ἐντολήν, μὴ φυλαξάμενοι ποιῆσαι βιβλία πολλά.

Εἶτα, εἰπὼν, ὡς εἰς ὀλίγα τοῦ Εὐαγγελίου ῥητὰ τέσσαρες αὐτῷ διηνύθησαν τόμοι, ἐπιφέρει.

2. Ὅσον γὰρ ἐπὶ τῇ λέξει δύο σημαίνεται ἐκ τοῦ· « Υἱέ μου, φύλαξαι τοῦ ποιῆσαι βιβλία πολλά· » ἓν μὲν, ὅτι οὐ δεῖ κεκτῆσθαι βιβλία πολλά· ἕτερον δὲ, ὅτι οὐ δεῖ συντάξαι βιβλία πολλά· καὶ εἰ μὴ τὸ πρῶτον, πάντως τὸ δεύτερον· εἰ δὲ τὸ δεύτερον, οὐ πάντως τὸ πρῶτον· πλὴν ἑκατέρωθεν δόξομεν (39) μανθάνειν μὴ δεῖν ποιεῖν βιβλία πλείονα. Ἠδυνάμην δὲ, πρὸς τὸ νῦν ἡμῖν ὑποπεπτωκὸς ἱστάμενος, ἐπιστεῖ- B λαί σοι ὡς ἀπολογίαν τὸ ῥητόν· καὶ κατασκευάσας τὸ πρᾶγμα, ἐκ τοῦ μηδὲ τοὺς ἁγίους πολλῶν βιβλίων συντάξεσιν ἐσχολακέναι, παύσασθαι πρὸς τὸ ἑξῆς τοῦ κατὰ τὰς συνθήκας ἃς ἐποιησάμεθα πρὸς ἀλλήλους ὑπαγορεύειν τὰ διαπεμφθησόμενά σοι· καὶ τάχα σὺ, πληγεὶς ὑπὸ τῆς λέξεως, πρὸς τὸ ἑξῆς ἂν ἡμῖν ξυνεχώρησας· ἀλλ' ἐπεὶ τὴν Γραφὴν (40) εὐσυνειδότως δεῖ ἐξετάζειν, μὴ προπετῶς ἑαυτῷ καταχαριζόμενον τὸ νενοηκέναι, ἐκ τοῦ ψιλὴν τὴν λέξιν ἐξειληφέναι, οὐχ ὑπομένω, μὴ τὴν φαινομένην μοι ὑπὲρ ἐμαυτοῦ ἀπολογίαν, ᾗ χρήσαιο ἂν κατ' ἐμοῦ, εἰ παρὰ τὰς συνθήκας ποιήσαιμι παρατιθεῖς. Καὶ πρῶτόν γε, ἐπεὶ δοκεῖ τῇ λέξει συναγορεύειν ἡ ἱστορία, οὐδενὸς τῶν ἁγίων ἐκδεδωκότος συντάξεις πλείονας, καὶ ἐν πολλαῖς βίβλοις τὸν νοῦν αὐτοῦ ἐκτιθεμένου, περὶ τούτου C λεκτέον. Ὁ δὲ ἐγκαλῶν μοι εἰς σύνταξιν πλειόνων ἐρχομένῳ, τὸν τηλικοῦτον Μωϋσέα φήσει (41) πέντε μόνας βίβλους καταλελοιπέναι.

EX EODEM TOMO QUINTO COMMENTARIORUM IN JOANNEM (42).

Interprete Henrico Valesio.

3. Is vero quem Deus idoneum reddidit, qui Novi Testamenti minister esset, non littera et verbis tenus, sed spiritus (ipsius, Paulus scilicet, qui ab Hierosolymis et finitimis locis usque ad Illyricum Evangelium adimplevit [75], non omnibus Ecclesiis quas docuerat scripsit, sed et iis quibus scripsit paucas admodum lineas exaravit Petrus autem, cui tanquam fundamento superstructa est Ecclesia Christi, adversus quam nec ipsæ inferorum portæ prævalituræ sunt [76], unam duntaxat omnium consensu receptam reliquit epistolam. Concedamus

3. Ὁ δὲ ἱκανωθεὶς διάκονος γενέσθαι τῆς Καινῆς Διαθήκης, οὐ γράμματος ἀλλὰ πνεύματος, Παῦλος, ὁ πεπληρωκὼς τὸ Εὐαγγέλιον ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ, καὶ κύκλῳ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ, οὐδὲ πάσαις ἔγραψεν αἷς ἐδίδαξεν Ἐκκλησίαις· ἀλλὰ καὶ αἷς ἔγραψεν, ὀλί- D γους στίχους ἐπέστειλε. Πέτρος δὲ ἐφ' ᾧ οἰκοδομεῖται ἡ Χριστοῦ Ἐκκλησία, ἧς πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσι, μίαν ἐπιστολὴν ὁμολογουμένην καταλέλοιπεν. Ἔστω δὲ καὶ δευτέραν (43)· ἀμφιβάλλεται γάρ. Τί δεῖ περὶ τοῦ ἀναπεσόντος λέγειν ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Ἰησοῦ, Ἰωάννου; Ὃς Εὐαγγέλιον ἓν καταλέλοι-

[75] Rom. xv, 19. [76] Matth. xvi, 18.

(39) *Δόξομεν.* Codex Thuan. δείξομεν.

(40) *Τὴν Γραφήν.* Thuan. codex, τῶν Γραφῶν.

(41) *Τὸν τηλικοῦτον Μωϋσέα φήσει.* Hoc etiam argumento, præter alia, probare possumus alterutrum e Commentariis in Job Origeni vulgo tributis supposititium esse, cum posterius a Perionio interpretatum Moysem librum Jobi scripsisse, prius vero hebraice convertisse doceat. HUETIUS.

(42) Exhibet hocce fragmentum Eusebius *Hist. eccles.* lib. vi, c. 25.

(43) *Ἔστω δὲ καὶ δευτέραν*, etc. Eam admittit Origenes homil. 7 *in Josue*: « Petrus etiam duabus Epistolarum suarum personat tubis. » Eusebius lib. III *Hist.*, cap. 3: Τὴν δὲ φερομένην αὐτοῦ (Πέτρου) δευτέραν οὐκ ἐνδιάθηκον μὲν εἶναι παρειλήφαμεν· ὅμως δὲ πολλοῖς χρήσιμος φανεῖσα, μετὰ τῶν ἄλλων ἐσπουδάσθη Γραφῶν. « Quæ vero secunda appellatur, eam quidem inter sacros Novi Testamenti libros positam non esse a majoribus accepimus. Sed

πεν, ὁμολογῶν δύνασθαι τοσαῦτα ποιήσειν, ἃ οὐδὲ ὁ κόσμος χωρῆσαι ἐδύνατο. Ἔγραψε δὲ καὶ τὴν Ἀποκάλυψιν, κελευσθεὶς σιωπῆσαι, καὶ μὴ γράψαι τὰς τῶν ἑπτὰ βροντῶν φωνάς. Καταλέλοιπε δὲ καὶ ἐπιστολὴν πάνυ ὀλίγων στίχων· ἔστω δὲ καὶ δευτέραν, καὶ τρίτην· ἐπεὶ οὐ πάντες φασὶ γνησίους εἶναι (44) ταύτας. Πλὴν οὐκ εἰσὶ στίχων ἀμφότεραι ἑκατόν. A

vero et secundam ejus esse : de hac enim ambigitur. Jam vero quid dicendum est de eo qui in sinu Christi recubuit [77], Joanne? Qui quidem unum reliquit Evangelium, tametsi fateatur tot se libros scribere potuisse quot nec orbis ipse terrarum posset continere [78]. Scripsit præterea Revelationem, jussus silere, nec septem tonitruum voces perscribere [79]. Scripsit etiam epistolam admodum brevem. Sed concedamus, si placet, et secundam et tertiam ab illo scriptas esse; neque enim has genuinas illius esse omnes consentiunt. Ambæ tamen vix centum versus continent.

Εἶτα, ἀπαριθμησάμενος προφήτας καὶ ἀποστόλους, ὀλίγα ἑκάστου, ἢ οὐδὲ ὀλίγα γράψαντος, ἐπάγει.

96 *Deinde, prophetis et apostolis enumeratis, quorum singuli pauca, sed neque pauca conscripserunt, addit* [*Origenes.*]

Interprete Joanne Tarino.

4. Μετὰ ταῦτα ἰλιγγιῶν μοι ἐπέρχεται σκοτοδινιῶντι, μὴ ἄρα πειθαρχῶν σοι οὐκ ἐπειθάρχησα Θεῷ, οὐδὲ τοὺς ἁγίους ἐμιμησάμην· εἰ μὴ σφάλλομαι τοίνυν ἐμαυτῷ συναγορεύων διὰ τὸ πάνυ σε φιλεῖν, καὶ ἐν μηδενὶ ἐθέλειν λυπεῖν, τοιαύτας εὑρίσκω εἰς ταῦτα ἀπολογίας. Πρὸ πάντων παρεθέμεθα τὸ ἐκ τοῦ Ἐκκλησιαστοῦ λέγοντος· « Υἱέ μου, φύλαξαι τοῦ ποιῆσαι βιβλία πολλά. » Τούτῳ ἀντιπαραβάλλω ἐκ τῶν Παροιμιῶν τοῦ αὐτοῦ Σολομῶντος ῥητόν, ὅ φησιν· « Ἐκ πολυλογίας οὐκ ἐκφεύξῃ ἁμαρτίαν· φειδόμενος δὲ χειλέων νοήμων ἔσῃ. » Καὶ ζητῶ εἰ τὸ ὁποιαποτοῦν λέγειν πολλὰ πολυλογεῖν ἐστι, κἂν ἅγιά τις καὶ σωτήρια λέγῃ πολλά (46). Εἰ γὰρ τοῦθ' οὕτως ἔχει, καὶ πολυλογεῖ ὁ πολλὰ διεξιὼν ὠφέλιμα, αὐτὸς « ὁ Σολομὼν » οὐκ ἐκπέφευγε τὴν ἁμαρτίαν, λαλήσας « τρεῖς χιλιάδας παραβολῶν, καὶ ᾠδὰς πεντακισχιλίας, καὶ περὶ τῶν ξύλων ἀπὸ τῆς κέδρου τῆς ἐν τῷ Λιβάνῳ, καὶ ἕως τῆς ὑσσώπου τῆς ἐκπορευομένης διὰ τοίχου· ἔτι δὲ καὶ περὶ τῶν κτηνῶν, καὶ περὶ τῶν πετεινῶν, καὶ περὶ τῶν ἑρπετῶν, καὶ περὶ τῶν ἰχθύων. » Πῶς γὰρ δύναται διδασκαλίαν ἀνύειν τις χωρὶς τῆς ἁπλούστερον νοουμένης πολυλογίας, καὶ αὐτῆς τῆς Σοφίας φασκούσης τοῖς ἀπολλυμένοις· « Ἐξέτεινον λόγους (47), καὶ οὐ προσείχετε; » Ὁ δὲ Παῦλος φαίνεται διατελῶν ἕωθεν μέχρι μεσονυκτίου ἐν τῷ διδάσκειν, ὅτε καὶ Εὔτυχος, καταφερόμενος ὕπνῳ, καταπεσὼν ἐτάραξε τοὺς ἀκούοντας, ὡς τεθνηκώς. Εἰ τοίνυν ἀληθὲς τό· « Ἐκ πολυλογίας οὐκ ἐκφεύξῃ ἁμαρτίαν, » ἀληθὲς δὲ καὶ τὸ μὴ ἡμαρτηκέναι πολλὰ περὶ τῶν προειρη- B C D

4. (45) Hæreo deinde ac caligantibus oculis vertigine æstuo, ne tibi obtemperans non obedierim Deo, neque sanctos sim imitatus : nisi jam propter vehementiam amoris in te mei, quodque nolim molestiæ quidquam a me tibi afferri, erro ipse in hoc meæ causæ patrocinio, et hasce excusationes comminiscor. Ante omnia proposuimus id ex Ecclesiaste docente : « Fili mi, cave ut multos libros componas [80]. » Huic compono ex Proverbiis ejusdem Salomonis dictum hoc : « E multo sermone non effugies peccatum; si parcas autem labiis, sapiens eris [81]. » Et quæro an quomodocunque multa dicere, loquacitas sit, quamvis sancta quis et salutaria dicat multa : si enim ita se res habet, et loquax est qui multa edisserit utilia, certe nec ipse « Salomon » peccatum effugit, qui « ter mille parabolas effudit, canticorum quinque millia, et de arboribus, a cedro Libani ad hyssopum, quæ exit e pariete; præterea et de quadrupedibus, de volucribus, de reptilibus, et de piscibus [82]. » Quomodo enim perfecte docere quis potest sine illa nude intellecta loquacitate, cum et ipsa Sapientia dicat perditis [83]: « Extendebam sermones, et non attendebatis? » Paulum autem ab ortu solis ad mediam noctem assidue docuisse planum est, cum et Eutychus urgente somno deorsum prolapsus audientes conturbavit, utpote mortuus [84]. Si enim verum est : « E multo sermone non effugies peccatum [85], » et verum est non peccasse Salomonem qui multa de supradictis disseruit, neque Paulum, qui sermonem ad

[77] Joan. XXI, 20. [78] ibid. 25. [79] Apoc. X, 4. [80] Eccle. XII, 12. [81] Prov. X, 19. [82] III Reg. IV, 32, 33. [83] Prov. I, 24. [84] Act. XX, 7, 9. [85] Prov. X 19.

tamen cum utilis esse videretur quamplurimis, una cum reliquis sacræ Scripturæ libris studiose lectitata est; » et cap. 25 : Τῶν δὲ ἀντιλεγομένων, γνωρίμων δ' οὖν τοῖς πολλοῖς, ἡ λεγομένη Ἰακώβου φέρεται, καὶ ἡ Ἰούδα, ἥ τε Πέτρου δευτέρα ἐπιστολή, καὶ ἡ ὀνομαζομένη δευτέρα καὶ τρίτη Ἰωάννου. « Ex iis vero quæ in dubium revocantur, a multis tamen commemorari videmus, est Epistola quæ dicitur Jacobi, et quæ Judæ, et secunda Petri, Joannis item altera et tertia. » HUETIUS.

(44) *Ἐπεὶ οὐ πάντες φασὶ γνησίους εἶναι.* Origenes homil. 7 *in Jos.* : « Addit nihilominus adhuc et Joannes tuba canere per Epistolas suas, » et Eusebius loco proxime laudato. ID.

(45) Ex cap. 5 *Philocaliæ.*

(46) *Κἂν ἅγιά τις καὶ σωτήρια λέγῃ πολλά.* Hæc desunt in codice Regio, sed restituuntur e codice Thuan.

(47) *Ἐξέτεινον λόγους.* Id secuti sunt Syrus et Arabs. Reliqui interpretes legerunt, χεῖρά μου, quod ad idem recidit, nam qui verba facturi erant, manu sibi audientiam faciebant. Sic Paulus Act. XIII, 16 : Κατασείσας τῇ χειρὶ εἶπεν· et Pers. satyr. 4:

Fert animus calidæ fecisse silentia turbæ
Majestate manus.....

Et Cæsar apud Luc. :

. . . . . Tumultum
Composuit vultu dextraque silentia jussit.

Huic observationi hoc adde, significationem illam erectis primoribus digitis tribus, pollice, indice et medio, conclusis medio et auriculari fieri solitam.

mediam noctem produxit, quærendum est quæ sit loquacitas; inde transgressis videndum est quinam sint multi libri. Jam omnis Dei Sermo qui in principio erat apud Deum [86], non est multiloquium, non sermones; sermo enim est unus ex multis sententiis compositus, **97** quarum quælibet pars est totius sermonis. Qui vero extra hunc pollicentur se continere digressionem et expositionem quamlibet, etsi quasi de veritate sermones sint, novum ac insolens dico, nullus ipsorum sermo est, sed singuli sermones; nullibi enim unitas est, nullibi concentus et unum: sed quod distracti sint sibique pugnent, unitas illis periit, et facti sunt numeri, et fortasse numeri infiniti. Itaque congruenter his dicimus, qui a divino cultu alienum quidlibet dicit, loquacem esse; qui vero dicit quæ vera sunt, etsi omnia dixerit nihilque reliqui fecerit, unum semper dicit: neque in loquacitatis vitium incidunt sancti, qui scopum habent unius sermonis semper propositum. Si igitur multiloquium præceptis dijudicatur, non vero numero dictionum, vide an ita possimus, unum esse librum omnes sacros dicere, et multos libros, qui extra hos sunt. Sed quoniam testimonio mihi opus est a divina Scriptura, perpende num id mirifice exponere queam, ubi constituero de Christo secundum nos, non in uno scriptum esse libro, si communi sensu sacros libros intelligamus; scriptum est enim in quinque libris Moysis, dictum est in singulis prophetis, in Psalmis, et omnino, ut ipse Servator ait, in cunctis Scripturis, ad quas remittens nos, dicit [87]: « Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere. Et illæ sunt quæ testimonium perhibent de me. » Si nos igitur remittit ad Scripturas tanquam de se testimonium perhibentes, non ad hanc nos mittit, ad illam non item, sed ad omnes quæ de ipso pronuntiant, quas in Psalmis caput libri appellat, dicens [88]: « In capite libri scriptum est de me. » Qui enim hoc nude velit accipere: « In capite libri scriptum est de me, » de uno aliquo eorum qui id quod ad ipsum pertinet continent, declaret qua ratione hunc librum alteri anteponit. Sed ne quis existimet nos dictum illud ad librum Psalmorum referre, respondendum est illi, dici oportuisse: « In hoc libro scriptum est de me. » Nunc autem vocat omnia unum caput, quod in unum caput colligatur qui de ipso ad nos sermo pervenit. Quid? vidisse [89] Joannem librum scriptum intus et foris, et obsignatum, quem nemo poterat legere, neque solvere signacula ejus, nisi leo de tribu Juda, radix David, « qui habet clavim

A μένων τὸν Σολομῶντα ἀπαγγείλαντα, μηδὲ τὸν Παῦλον παρατείναντα μέχρι μεσονυκτίου· ζητητέον τίς ἡ πολυλογία, κἀκεῖθεν μεταβατέον ἐπὶ τὸ ἰδεῖν τίνα τὰ πολλὰ βιβλία. Ὁ πᾶς δὴ τοῦ Θεοῦ Λόγος (48), ὁ ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν, οὐ πολυλογία ἐστὶν, οὐ λόγοι· λόγος γὰρ εἷς συνεστὼς ἐκ πλειόνων θεωρημάτων, ὧν ἕκαστον θεώρημα μέρος ἐστὶ τοῦ ὅλου λόγου. Οἱ δὲ ἔξω τούτου ἐπαγγελλόμενοι περιέχειν διέξοδον καὶ ἀπαγγελίαν ὁποίαν δήποτε, εἰ καὶ ὡς περὶ ἀληθείας εἰσὶ λόγοι, καὶ παραδοξότερόν γε ἐρῶ, οὐδεὶς αὐτῶν λόγος, ἀλλ' ἕκαστοι λόγοι. Οὐδαμοῦ γὰρ ἡ μονὰς, καὶ οὐδαμοῦ τὸ σύμφωνον, καὶ ἕν· ἀλλὰ παρὰ τὸ διεσπᾶσθαι καὶ μάχεσθαι τὸ ἓν ἀπ' ἐκείνων ἀπώλετο, καὶ γεγόνασιν ἀριθμοὶ, καὶ τάχα ἀριθμοὶ ἄπειροι. Ὥστε κατὰ τοῦτ' ἂν ἡμᾶς εἰπεῖν, ὅτι ὁ φθεγγόμενος ὃ δήποτε τῆς θεοσεβείας ἀλλότριον πολυλογεῖ· ὁ δὲ λέγων τὰ τῆς ἀληθείας, κἂν εἴπῃ τὰ πάντα

B ὡς μηδὲν παραλιπεῖν, ἕνα ἀεὶ λέγει λόγον· καὶ οὐ πολυλογοῦσιν οἱ ἅγιοι τοῦ σκοποῦ τοῦ κατὰ τὸν ἕνα ἐχόμενοι λόγον. Εἰ τοίνυν ἡ πολυλογία ἐκ τῶν δογμάτων κρίνεται, καὶ οὐχ ἐκ τῆς τῶν πολλῶν λέξεων ἀπαγγελίας, ὅρα εἰ οὕτω δυνάμεθα ἓν βιβλίον τὰ πάντα ἅγια εἰπεῖν, πολλὰ δὲ τὰ ἔξω τούτων. Ἀλλ' ἐπεὶ μαρτυρίου μοι δεῖ τοῦ ἀπὸ τῆς θείας Γραφῆς, ἐπίσχεψαι εἰ πληκτικώτατα δύναμαι τοῦτο παραστῆσαι, κατασκευάσας, ὅτι περὶ Χριστοῦ καθ' ἡμᾶς οὐχ ἐν ἑνὶ γέγραπται βιβλίῳ κοινότερον ἡμῶν τὰ βιβλία νοούντων. Γέγραπται γὰρ καὶ ἐν τῇ Πεντατεύχῳ· εἴρηται δὲ καὶ ἐν ἑκάστῳ τῶν προφητῶν, καὶ ἐν τοῖς Ψαλμοῖς, καὶ ἁπαξαπλῶς, ὥς φησιν αὐτὸς ὁ Σωτὴρ,

C ἐν πάσαις ταῖς Γραφαῖς, ἐφ' ἃς ἀναπέμπων ἡμᾶς φησιν· « Ἐρευνᾶτε τὰς Γραφὰς, ὅτι ὑμεῖς δοκεῖτε ἐν αὐταῖς ζωὴν αἰώνιον ἔχειν. Καὶ ἐκεῖναί εἰσιν αἱ μαρτυροῦσαι περὶ ἐμοῦ. » Εἰ τοίνυν ἀναπέμπει ἡμᾶς ἐπὶ τὰς Γραφὰς ὡς μαρτυρούσας περὶ αὐτοῦ, οὐκ ἐπὶ τήνδε μὲν πέμπει, ἐπὶ τήνδε δὲ οὔ· ἀλλ' ἐπὶ πάσας τὰς ἀπαγγελλούσας περὶ αὐτοῦ ἅστινας ἐν τοῖς Ψαλμοῖς κεφαλίδα ὀνομάζει βιβλίου λέγων· « Ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ. » Ὁ γὰρ ἁπλῶς θέλων ἐκλαβεῖν τό· « Ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ, » ἐπὶ οἵου δήποτε ἑνὸς τῶν περιεχόντων τὰ περὶ αὐτοῦ (49), ἀπαγγελλέτω τίνι λόγῳ τήνδε τὴν βίβλον ἑτέρας προκρίνει. Ἵνα γὰρ μὴ ὑπολαμβάνῃ τις ἐπ' αὐτὴν τὴν τῶν Ψαλμῶν βίβλον ἀναφέρειν ἡμᾶς τὸν λόγον, λεκτέον πρὸς αὐ-

D τὸν, ὅτι ἐχρῆν εἰρῆσθαι· « Ἐν ταύτῃ τῇ βίβλῳ γέγραπται περὶ ἐμοῦ. » Νῦν δέ φησι πάντα μίαν κεφαλίδα, τῷ ἀνακεφαλαιοῦσθαι· τὸν περὶ αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς ἐληλυθότα λόγον εἰς ἕν. Τί δέ; καὶ τὸ βιβλίον ἑωρᾶσθαι γεγραμμένον ὑπὸ τοῦ Ἰωάννου ἔμπροσθεν

[86] Joan. I, 1. [87] ibid. v, 39. [88] Psal. XXXIX, 8. [89] Apoc. v, 1. 4.

Hoc gestu cum populum alloquerentur episcopi, eodem ipsi benedicebant e salutatorio, qui mos ad hæc tempora deductus est. HUETIUS.

(48) *Ὁ πᾶς δὴ τοῦ Θεοῦ Λόγος*, etc. Eadem habebat Petavianus ille codex Holmiensis, quæ repræsentavit Tarinus, ea nimirum: Λόγον ἐνταῦθα τοῦ Θεοῦ οὐ τὸν οὐσιώδη νοήσεις, (ἀμερὴς γὰρ ἐκεῖνος, ἧ Θεός·) ἀλλὰ τὸν περὶ αὐτοῦ Λόγον ἐκ ποικίλων θεωρημάτων συγκείμενον, ὃ καὶ αὐτὸς τῷ πρώτῳ ὁμωνύμως (Petav. *ὁμώνυμος*) ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν λέγεται. Eadem quoque ad oram suæ interpretationis Genebrardus exhibuit Latine ita conversa: « Verbum hic Dei essentiale ne intelligas (expers enim partium est, tanquam Deus), sed Verbum quod de ipso exsistit e variis contemplationibus compositum, quod etiam cum priore illo nomine communicans, in principio apud Deum fuisse dicitur. » ID.

(49) *Τὰ περὶ αὐτοῦ*. Hæc desunt in vulgato *Philocaliæ* textu, sed restituuntur e mss.

καὶ ὄπισθεν, καὶ κατεσφραγισμένον, ὅπερ οὐδεὶς ἠδύνατο ἀναγνῶναι, καὶ λῦσαι τὰς σφραγῖδας αὐτοῦ, εἰ μὴ ὁ λέων ὁ ἐκ τῆς φυλῆς τοῦ Ἰούδα, ἡ ῥίζα Δαυῒδ, « ὁ ἔχων τὴν κλεῖν τοῦ Δαυῒδ, καὶ ἀνοίγων, καὶ οὐδεὶς κλείσει, καὶ κλείων, καὶ οὐδεὶς ἀνοίξει; » Ἡ γὰρ πᾶσα Γραφή ἐστιν ἡ δηλουμένη διὰ τῆς βίβλου, ἔμπροσθεν μὲν γεγραμμένη διὰ τὴν πρόχειρον αὐτῆς ἐκδοχὴν, ὄπισθεν δὲ διὰ τὴν ἀνακεχωρηκυῖαν καὶ πνευματικήν. Παρατηρητέον πρὸς τούτοις, εἰ δύναται ἀποδεικτικὸν τοῦ τὰ ἅγια μίαν τυγχάνειν βίβλον, τὰ δὲ ἐναντίως ἔχοντα πολλὰς, τὸ ἐπὶ μὲν τῶν ζώντων, μίαν εἶναι τὴν βίβλον, ἀφ' ἧς ἀπαλείφονται οἱ ἀνάξιοι αὐτῆς γεγενημένοι (50), ὡς γέγραπται· « Ἐξαλειφθήτωσαν ἐκ βίβλου ζώντων· » ἐπὶ δὲ τῶν κρίσει ὑποκειμένων βίβλους φέρεσθαι· φησὶ γὰρ ὁ Δανιήλ· « Κριτήριον ἐκάθισε, καὶ βίβλοι ἠνεῴχθησαν. » Τῷ B δὲ ἑνικῷ τῆς θείας βίβλου καὶ Μωϋσῆς μαρτυρεῖ λέγων· « Εἰ μὲν ἀφῇς τῷ λαῷ τὴν ἁμαρτίαν, ἄφες· εἰ δὲ μὴ, ἐξάλειψόν με ἐκ τῆς βίβλου, ἧς ἔγραψας. » Ἐγὼ καὶ τὸ παρὰ τῷ Ἡσαΐᾳ οὕτως ἐκλαμβάνω. Οὐ γὰρ ἴδιον τῆς τούτου προφητείας τὸ εἶναι τοὺς λόγους τοῦ βιβλίου ἐσφραγισμένους, μήτε ὑπὸ τοῦ μὴ ἐπισταμένου γράμματα ἀναγινωσκομένους, διὰ τὸ μὴ εἰδέναι αὐτὸν γράμματα, μήτε ὑπὸ τοῦ ἐπισταμένου, διὰ τὸ ἐσφραγίσθαι τὴν βίβλον. Ἀλλὰ τοῦτο ἐπὶ πάσης Γραφῆς ἀληθεύεται δεομένης τοῦ κλείσαντος λόγου ἀνοίξοντος· οὗτος γὰρ « κλείσει καὶ οὐδεὶς ἀνοίξει· » καὶ ἐπὰν ἀνοίξῃ (51), οὐκέτι οὐδεὶς ἀπορίαν δύναται τῇ ἀπ' αὐτοῦ σαφηνείᾳ προσενεγκεῖν. Διὰ τοῦτο λέγεται, ὅτι « ἀνοίξει, καὶ οὐδεὶς κλείσει. » Τὸ παραπλήσιον C δὲ καὶ ἐπὶ τῆς εἰρημένης βίβλου παρὰ τῷ Ἰεζεκιὴλ ἐκλαμβάνω, ἐν ᾗ « ἐγέγραπτο θρῆνος, καὶ μέλος, καὶ οὐαί. » Πᾶσα γὰρ βίβλος περιέχει τὸ τῶν ἀπολλυμένων οὐαὶ, καὶ τὸ περὶ τῶν σωζομένων μέλος, καὶ τὸν περὶ τῶν μεταξὺ θρῆνον. Ἀλλὰ καὶ ὁ ἐσθίων Ἰωάννης μίαν κεφαλίδα, ἐν ᾗ γέγραπται τὰ ἔμπροσθεν καὶ τὰ ὄπισθεν, τὴν πᾶσαν νενόηκε Γραφὴν, ὡς βίβλον μίαν ἡδίστην, κατὰ τὰς ἀρχὰς νοουμένην, ὅτε τις αὐτὴν μασᾶται, πικρὰν δὲ τῇ ἑκάστου τῶν ἐγνωκότων συναισθήσει τῇ περὶ ἑαυτοῦ ἀναφαινομένην. Ἔτι προσθήσω εἰς τὴν τούτου ἀπόδειξιν ῥητὸν ἀποστολικὸν μὴ νενοημένον ὑπὸ τῶν τοῦ Μαρκίωνος, καὶ διὰ τοῦτο ἀθετούντων τὰ Εὐαγγέλια (52)· τὸ γὰρ τὸν Ἀπόστολον λέγειν· « Κατὰ τὸ Εὐαγγέλιόν μου ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, » καὶ μὴ φάσκειν Εὐαγγέλια, ἐκεῖνοι ἐφιστάν- D τες φασὶν, οὐκ ἂν πλειόνων ὄντων Εὐαγγελίων, τὸν Ἀπόστολον ἑνικῶς τὸ Εὐαγγέλιον εἰρηκέναι· οὐ συνιέντες, ὅτι ὡς εἷς ἐστιν ὃν εὐαγγελίζονται πλείονες, οὕτως ἓν ἐστι τῇ δυνάμει τὸ ὑπὸ τῶν πολλῶν Εὐαγγέλιον ἀναγεγραμμένον· καὶ τὸ ἀληθῶς διὰ τεσσάρων ἕν ἐστιν Εὐαγγέλιον. Εἰ τοίνυν ταῦτα πεῖσαι ἡμᾶς (53) δύναται τί ποτέ ἐστι τὸ ἓν βιβλίον, καὶ τί τὰ πολλὰ, νῦν μᾶλλον φροντίζω οὐ διὰ τὸ πλῆθος τῶν γραφο-

A David, qui aperit, et nemo claudet; qui claudit, et nemo aperiet [89]?» Universa enim Scriptura 98 est, quæ libro illo significatur: anterius quidem scripta, propter facilem illius expositionem; posterius vero, propter remotiorem, et qui a Spiritu est, sensum. Observandum est præterea, si sanctos codices unum esse librum, qui vero his adversantur, multos, demonstrari potest, eo quod viventium unus sit liber, ex quo delentur qui indigni ipso facti sunt, ut scriptum est [91]: « Deleantur de libro viventium; » de his vero qui judicio subjiciuntur, non liber, sed libri dicuntur; ait enim Daniel [92]: « Judicium consedit, et libri aperti sunt. » Unitati etiam divini libri testimonium ascribit Moyses dicens [93]: « Si quidem dimittis populo peccatum, B dimitte; si non dimiseris, dele me ex libro tuo, quem scripsisti. » Et illud apud Isaiam sic interpretor [94]. Non enim proprium est hujus prophetiæ ut sint sermones libri obsignati, et non legantur ab eo qui nescit litteras, quia is nescit litteras, neque ab eo qui scit, quia obsignatus est liber. Sed id verum est in universa Scriptura, quæ indiget verbo Dei, quod clausit ut aperiat; hoc enim « claudet, et nemo aperiet [95]; » et cum aperuerit, nemo deinde potest dubitationem ad ipsius expositionem afferre. Ob eam rem dicitur: « aperiet, et nemo claudet [96]. » Simile quid de libro qui est apud Ezechielem, accipio, in quo « scripta erat lamentatio, et modulatio, et væ [97]. » Omnis enim liber continet C væ iis qui pereunt, et canticum de iis qui servantur, et de iis qui intermedii sunt, lamentationem. Sed Joannes, qui caput unum devoravit, cujus anteriora, et posteriora perscripta erant [98], Scripturam omnem intelligit, ut librum unum suavissimum, quamprimum percipitur, cum quis eum veluti mandit, acerbum vero uniuscujusque eorum qui perceperunt sensui ac conscientiæ, quæ ipsum prodit. Addam præterea ad ejus rei firmamentum, dictum Apostoli nusquam intellectum ab iis qui Marcionem assectantur, qui proinde Evangelia aspernantur et improbant; quod enim ait Apostolus [99]: « Secundum Evangelium meum in Christo Jesu, » nec dicit Evangelia, illi huic dicto imminentes asserunt, eo quod non plura sint Evangelia, D Apostolum numero unitatis Evangelium dixisse; ob idque non intelligentes quemadmodum unus est, quem plures prædicant, sic unum esse virtute, quod a multis scriptum est Evangelium. Et revera quod per quatuor scriptum est, unum est Evangelium. Quare si hæc fidem facere apud nos possunt, quid sit unus liber, et quid multi, nunc magis sum sollicitus, non quidem propter multitudinem scriptorum, 99 sed propter vim intellectorum, ne forsan

[89] Apoc. III, 7. [91] Psal. LXVIII, 29. [92] Cap. VII, vers. 10. [93] Exod. XXXII, 32. [94] Isa. XXIX, 11, 12. [95] ibid. XXII, 22. [96] ibid. [97] Ezech. II, 9. [98] Apoc. X, 9, 10. [99] Rom. II, 16.

(50) *Γεγενημένοι*. Ita codex Thuanus; Regius, γενόμενοι.

(51) *Ἀνοίξῃ*. Ita mss. Tarinus vero in textu, ἀνοίξει.

(52) *Ἀθετούντων τὰ Εὐαγγέλια*. Non omnia, sed Matthæi, Marci et Joannis. Lucæ autem Evangelium admittebant quidem, sed ita ut a dictatore suo Marcione interpolatum fuerat. Epiphanius hæres. XLII, cap. 9, 10. HUETIUS.

(53) *Ἡμᾶς*. Ita mss. Tarinus in textu, ὑμᾶς.

eo prolabar ut mandatum transiliam, si quid præter veritatem tanquam veritatem exponam, vel in uno meorum commentariorum. Tum enim fuero multorum librorum scriptor; cumque nunc specie ac prætextu cognitionis alienarum opinionum asseclæ in sanctam Dei Ecclesiam insurgant, et multorum librorum compositiones divulgent, quibus evangelicarum et apostolicarum constitutionum expositionem pollicentur; si jam sileamus, nec illis salutaria et vera documenta apponamus, avidas et jejunas animas cibi inopia expugnabunt, ad vetitas et omnino impuras abominandasque escas festinantes. Quare necesse mihi videtur esse, eum qui sine fraude ac prævaricatione potest pro ecclesiastico sermone oratorem se interponere, et eos confutare qui falsam sibi cognitionem assumunt, stare adversus hæretica commenta, et excelsitatem evangelici præconii illis opponere, in quo est plenissima consensio communis doctrinæ, Veteris, quod vocant, cum Novo Testamento. Tuque ipse adeo eorum penuria qui meliora assererent, cum rationi pugnantem et absurdam fidem, quæ tua erat in Jesum pietas, minime ferre posses, iis te olim sermonibus tradideras, quibus postea, usus ea, ut decebat, quæ data tibi est, prudentia, damnatis discessisti. Hæc autem dico ad eorum qui et dicere et scribere possunt, quatenus mihi apparet, defensionem. Sed et meam ipsius causam dico, qui non eo instructu et habitu, quo esse oportet eum, qui a Deo sit idoneus factus Novi Testamenti administer, non litteræ, sed spiritus [90], audacius me ad dicendum projiciam.

A μένων, ἀλλὰ διὰ τὴν δύναμιν τῶν νοουμένων, μήποτε περιπέσω τῷ παραβαίνειν τὴν ἐντολὴν, ἐάν τι παρὰ τὴν ἀλήθειαν ὡς ἀλήθειαν ἐκθῶμαι, κἂν ἐν ἑνὶ τῶν γραφομένων. Ἐκεῖ γὰρ ἔσομαι γράψας βιβλία πολλά· καὶ νῦν δὲ προφάσει γνώσεως ἐπανισταμένων τῶν ἑτεροδόξων τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ (54) Ἐκκλησίᾳ, καὶ πολυβίβλους συντάξεις φερόντων, ἐπαγγελλομένας διήγησιν τῶν εὐαγγελικῶν καὶ ἀποστολικῶν διατάξεων, ἐὰν σιωπήσωμεν μὴ παρατιθέντες αὐτοῖς τὰ ὑγιῆ καὶ ἀληθῆ δόγματα, ἐπικρατήσουσι τῶν λίχνων ψυχῶν ἀπορίᾳ τροφῆς σωτηρίου, ἐπὶ τὰ ἀπηγορευμένα σπευδουσῶν, καὶ ἀληθῶς ἀκάθαρτα καὶ βδελυκτὰ βρώματα (55). Διόπερ ἀναγκαῖόν μοι δοκεῖ εἶναι τὸν δυνάμενον πρεσβεύειν ὑπὲρ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ λόγου ἀπαραχαράκτως, καὶ ἐλέγχειν τοὺς τὴν B ψευδώνυμον γνῶσιν μεταχειριζομένους, ἵστασθαι κατὰ τῶν αἱρετικῶν ἀναπλασμάτων ἀντιπαραβάλλοντα τὸ ὕψος τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος, πεπληρωμένον (56) συμφωνίας δογμάτων κοινῶν τῇ καλουμένῃ Παλαιᾷ πρὸς τὴν ὀνομαζομένην Καινὴν Διαθήκην. Αὐτὸς γοῦν ἀπορίᾳ (57) τῶν πρεσβευόντων τὰ κρείττονα, μὴ φέρων τὴν ἄλογον καὶ ἰδιωτικὴν πίστιν διὰ τὴν πρὸς τὸν Ἰησοῦν ἀγάπην, ἐπεδεδώκεις ποτὲ σαυτὸν λόγοις, ὧν ὕστερον, τῇ δεδομένῃ σοι συνέσει καταχρησάμενος εἰς δέον, καταγνοὺς ἀπέστης. Ταῦτα δὲ φημι κατὰ τὸ φαινόμενόν μοι ἀπολογούμενος περὶ τῶν δυναμένων λέγειν καὶ γράφειν. Περὶ δὲ ἐμαυτοῦ ἀπολογούμενος, μὴ ἄρα οὐ τοιαύτης ὢν ἕξεως ὁποίαν ἐχρῆν τὸν παρὰ Θεοῦ ἱκανούμενον διάκονον τῆς Καινῆς Διαθήκης, οὐ γράμματος, ἀλλὰ πνεύματος, τολ-
C μηρότερον ἐμαυτὸν τῷ ὑπαγορεύειν ἐπιδίδωμι.

EX EODEM TOMO V, APUD PAMPHILUM MARTYREM IN *APOLOGIA PRO ORIGENE*.

Unigenitus Filius Salvator noster, qui solus ex Patre natus est, solus natura et non adoptione Filius est.

« Item in eodem libro. »

Unus ergo est verus Deus, « qui solus habet immortalitatem, lucem habitat inaccessibilem [91]. » Unus et verus Deus, ne scilicet multis veri Dei nomen convenire credamus. Ita ergo et hi qui accipiunt « spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba Pater [92], » filii quidem Dei sunt, sed non sicut unigenitus Filius. Unigenitus enim natura Filius, et semper et inseparabiliter Filius est; cæteri vero pro eo quod susceperunt in se Filium Dei, potestatem acceperunt filii Dei fieri. « Qui » licet « non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati » sint [93], non tamen ea nativitate sunt nati qua natus est unigenitus Filius. Propter quod quantam differentiam verus Deus habet ad eos, quibus dicitur: « Ego dixi, Dii estis [94]: » tantam differentiam habet verus Filius ad eos qui audiunt: « Filii Excelsi omnes [95]. »

[90] II Cor. III, 6. [91] I Tim. VI, 16. [92] Rom. VIII, 15. [93] Joan. I, 12. [94] Psal. LXXXI, 6. [95] ibid.

(54) *Θεοῦ*. Ita mss. Tarinus, Χριστοῦ.
(55) *Βρώματα*. Forte legendum, δόγματα.
(56) *Πεπληρωμένον*. Sic mss. Tarinus πεπληρωμένου.

(57) *Αὐτὸς γοῦν ἀπορίᾳ*, etc. Ambrosium alloquitur, qui cum Valentiniana hæresi esset infectus, virus illud Origenis cura evomuit, et saniorem doctrinam amplexus est. Huetius.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ

ΤΩΝ ΕΙΣ ΤΟ ΚΑΤΑ ΙΩΑΝΝΗΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΕΞΗΓΗΤΙΚΩΝ.

ΤΟΜΟΣ Ϛ'.

ORIGENIS

COMMENTARIORUM IN EVANGELIUM SECUNDUM JOANNEM

TOMUS VI.

INTERPRETE AMBROSIO FERRARIO.

100 ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ. A

1. Πᾶσα μὲν οἰκία, ὡς ἔνι μάλιστα στεῤῥότατα κατασκευασθησομένη, ἐν εὐδίᾳ καὶ νηνεμίᾳ οἰκοδομεῖται, ἵνα μὴ ἐμποδίζηται τὴν δέουσαν πῆξιν ἀναλαβεῖν· ὅπως δύνηται καὶ τοιαύτη γενέσθαι, ὥστε ὑπομεῖναι πλημμύρας ὁρμὴν, καὶ πρόσρηξιν ποταμοῦ, καὶ ὅσα φιλεῖ, χειμῶνος συμβαίνοντος, ἐλέγχειν μὲν τὰ σαθρὰ τῶν οἰκοδομημάτων, δεικνύναι δὲ τὰ τὴν οἰκείαν ἀρετὴν ἀπειληφότα τῶν κατασκευασμάτων. Ἐξαιρέτως δὲ ἡ τῶν τῆς ἀληθείας θεωρημάτων δεκτικὴ, λογικὴ ὡς ἐν ἐπαγγελίᾳ ἢ γράμμασιν οἰκοδομὴ, τότε μάλιστα οἰκοδομεῖται, καλῶς συνοικοδομοῦντος τῷ προθεμένῳ τὸ ἄριστον τοῦτο ἔργον ἐπιτελεῖν τοῦ Θεοῦ, ἐπὰν γαληνιάζῃ τῇ ὑπερεχούσῃ πάντα νοῦν εἰρήνῃ χρωμένη ἡ ψυχὴ, πάσης ταραχῆς ἀλλοτριουμένη, καὶ οὐδαμῶς κυματουμένη. Ταῦτα B δή μοι δοκοῦσιν ἀκριβῶς κατανενοηκότες οἱ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος ὑπηρέται, καὶ οἱ τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος διάκονοι ἀξίους ἑαυτοὺς παρειληφέναι τοῦ λαβεῖν τὴν ἐν κρυπτῷ εἰρήνην ἀπὸ τοῦ αἰεὶ τοῖς ἀξίοις διδόντος αὐτὴν, τοῦ εἰρηκότος· « Εἰρήνην ἀφίημι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν· οὐ καθὼς ὁ κόσμος δίδωσιν εἰρήνην, κἀγὼ δίδωμι ὑμῖν. » Ἐπισκόπησον δὴ μήποτε τοιοῦτόν τι αἰνίττεται περὶ τὸν Δαυῒδ καὶ Σολομῶντα ἡ περὶ τοῦ ναοῦ ἱστορία. Δαυῒδ μὲν γὰρ, πολέμους Κυρίου πολεμῶν, καὶ πρὸς πλείονας ἱστάμενος ἐχθροὺς ἑαυτοῦ καὶ τοῦ Ἰσραὴλ, θέλων οἰκοδομῆσαι ναὸν τῷ Θεῷ, ὑπὸ Θεοῦ διὰ τοῦ Νάθαν κωλύεται, λέγοντος πρὸς αὐτόν· « Οὐκ οἰκοδομήσεις μοι οἶκον, ὅτι ἀνὴρ αἱμάτων σύ. » Σολομὼν δὲ ὄναρ τὸν Θεὸν ἰδὼν, καὶ ὄναρ τὴν σοφίαν C λαβὼν, (ἐτηρεῖτο γὰρ τὸ ὕπαρ τῷ λέγοντι· « Ἰδοὺ πλεῖον Σολομῶντος ὧδε·») ἐν βαθυτάτῃ γενόμενος εἰρήνῃ, ὡς ἀναπαύεσθαι τότε ἕκαστον ὑποκάτω τῆς ἀμπέλου αὐτοῦ, καὶ ὑποκάτω τῆς συκῆς αὐτοῦ, καὶ

100 PRÆFATIO.

1. Omnis quidem domus, quæ, quantum fieri potest, firmissime construenda est, sereno tempore et tranquillo ædificatur; ne impediatur decentem recipere stabilitatem; ut talis esse possit quæ sustineat impetum exundationis, et allisionem fluvii, et quæcunque solent, si contingat tempestas, quænam ædificia putrida ac debilia, atque quæ firma et stabilia propriam virtutem receperint, declarare. Præcipue vero ædificium rationis compos, constans veluti in promissione, et litteris, contemplationum veritatis capax, potissimum tum probe ædificatur (58), [Deo, una cum eo, qui optimum præstantissimumque hoc opus perficere constituit, ædificante:] cum anima pace illa quæ omnem intelligentiam superat utens, summa tranquillitate potitur, ab omni tumultu liberata et nullis undarum procellis agitata. Hæc igitur accurate cum perspexissent, et prophetici spiritus interpretes et evangelicæ prædicationis ministri, mihi videntur seipsos dignos exhibuisse qui acciperent pacem interiorem ab eo qui eam dignis semper exhibet, quique dixit [96]: « Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat pacem, ego do vobis pacem. » Proinde inspice num quando tale quid innuat historia Davidis et Salomonis de templo. David siquidem hostes Domini debellans, et contra plures instans sui ipsius et Israelis inimicos, volens ædificare templum Deo, a Deo per Nathan prohibetur dicente: « Non ædificabis mihi domum, quia vir sanguinum es tu [97]: » Salomon autem, qui Deum per somnium conspexit [98], quique etiam sapientiam per somnium cepit [99] (servabatur enim revera dicenti: « Ecce plus quam Salomon hoc in loco [1] ») in altissima pace exsistens, ita ut unusquisque sub sua vite, et sub sua ficu re-

[96] Joan. xiv, 27. [97] I Paral. xxii, 8, 9; xxviii, 3. [98] II Paral. i, 7. [99] ibid. 10, 12. [1] Matth. xii, 42; Luc. xi, 31.

(58) Hæc a Ferrario prætermissa, ex interpretatione Perionii supplevimus.

quiesceret [2], cognomen ejus pacis habens quæ 101 suo tempore contigerat [3] (nam Salomon interpretatur *pacificus*), propter pacem, vacat ad ædificandum Deo celeberrimum templum. Quin Esdræ tempore [4], cum vinum et inimicum regem ac denique mulieres vincit veritas, reædificatur templum Deo. Hæc a nobis sunt tibi dicta, o sacer Ambrosi, pro defensione nostra: quoniam turrim evangelicam [5] ex sancto hortatu tuo volentes litteris ædificare, supputavimus quidem sedentes sumptum an habeamus ad ea quibus opus est ad perficiendum; ne illudamur reprehensi ab intuentibus, tanquam qui fundamentum quidem jecerimus, perficere vero opus nequiverimus. Cæterum, supputatione facta, cum deprehendissemus, perficiendæ fabricæ, ea quæ paraveramus, non sufficere, id totum Deo commisimus ditanti in omni sermone et cognitione, credentes quod nos ipsos leges servare spirituales conantes ditabit, et quod progredientes in structura, adjuti his quæ ipse suppeditaverit, ad ædificii etiam coronam perveniemus: quæ eum qui ascenderit ad domum sermonis, cadere prohibet, cum ab his tantum domibus quæ corona carent, cadant ii qui cadunt, propter imperfectionem ædificiorum, quæ cædes et casus causantur his qui in eodem sunt loco. Jam ad quintum usque tomum, quamvis adversari nobis videretur Alexandriæ procella, quæ concessa fuere, locuti sumus, Jesu increpante ventos et undas maris. Ex hoc casu progressi, extracti sumus ex Ægypto, Deo nos liberante, qui eduxit populum suum ex ea; deinde inimico adversus nos acerbissime pugnante per suas novas litteras, revera Evangelio inimicas, omnesque Ægypti ventos adversus nos concitante, stare me magis adhortabatur ratio ad certamen, et servare præstantissimam mei partem, quam importune conjungere restantem Scripturam, antequam rationis discursus tranquillitatem reciperet, ne forte cogitationes pravæ invalescerent in animam etiam meam procellam inducere. Quin absentes quoque, qui mihi de more adsunt, veloces scriptores, me prohibebant, quæ excogitas-

A τῆς κατὰ τοὺς χρόνους αὐτοῦ εἰρήνης ἐπώνυμος τυγχάνων· (Σολομὼν γὰρ ἑρμηνεύεται *εἰρηνικός*·) διὰ τὴν εἰρήνην σχολάζει τὸν διαβόητον οἰκοδομῆσαι ναὸν τῷ Θεῷ. Καὶ κατὰ τοὺς Ἔσδρα χρόνους (59), ὅτε νικᾷ ἡ ἀλήθεια τὸν οἶνον, καὶ τὸν ἐχθρὸν βασιλέα, καὶ τὰς γυναῖκας, ἀνοικοδομεῖται ὁ ναὸς τῷ Θεῷ. Ταῦτα δ' ἡμῖν ἀπολογουμένοις πρὸς σὲ, ἱερὲ Ἀμβρόσιε, εἴρηται ἐπεὶ, τὸν εὐαγγελικὸν πύργον κατὰ τὴν ἁγίαν σου προτροπὴν ἐν γράμμασιν οἰκοδομῆσαι θελήσαντες, ἐψηφίσαμεν μὲν καθεσθέντες (60) τὴν δαπάνην, εἰ ἔχομεν τὰ πρὸς ἀπαρτισμὸν, ἵνα μὴ ἐμποδιζώμεθα (61) ὑπὸ τῶν θεωρούντων, καταβαλλόμενοι, ἐκτελέσαι δὲ τὸ ἔργον μὴ δεδυνημένοι. Ψηφίσαντες δὲ ἕτοιμα μὲν τὰ εἰς ἀπαρτισμὸν τῆς οἰκοδομῆς ἡμῖν παρόντα, οὐ κατειλήφαμεν, τῷ Θεῷ δὲ πε-
B πιστεύκαμεν τῷ πλουτίζοντι ἐν παντὶ λόγῳ καὶ πάσῃ γνώσει, ὅτι ἀγωνιζομένους ἡμᾶς αὐτοὺς τηρεῖν τοὺς πνευματικοὺς νόμους πλουτίζει, καὶ ἐκ τῶν ἐπιχορηγουμένων ὑπ' αὐτοῦ προκόπτοντες ἐν τῷ οἰκοδομεῖν, φθάσομεν καὶ ἐπὶ τὴν στεφάνην τοῦ οἰκοδομήματος, κωλύουσαν πίπτειν τὸν ἀνεληλυθότα ἐπὶ τὸ δῶμα τοῦ λόγου, ἀπὸ μόνων τῶν ἐστερημένων τῆς στεφάνης πιπτόντων τῶν πιπτόντων διὰ τὸ ἀτελὲς τῶν οἰκοδομημάτων, φόνων αἰτίων τοῖς ἐν αὐτῷ τυγχάνουσι, καὶ πτωμάτων γινομένων. Καὶ μέχρι γε τοῦ πέμπτου τόμου (62), εἰ καὶ ὁ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν χειμὼν (63) ἀντιπράττειν ἐδόκει, τὰ διδόμενα ὑπηγορεύσαμεν, ἐπιτιμῶντος τοῖς ἀνέμοις καὶ τοῖς κύμασι τῆς θαλάσσης τοῦ Ἰησοῦ. Καὶ ἐκ τοῦδε ἐπιπε-
C σόντος (64) προεληλυθότες, ἐξελκύσθημεν ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου, ῥυσαμένου ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ τοῦ ἐξαγαγόντος τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπ' αὐτῆς· ἔπειτα τοῦ ἐχθροῦ (65) πικρότατα ἡμῶν καταστρατευσαμένου διὰ τῶν καινῶν αὐτοῦ γραμμάτων, τῶν ἀληθῶς ἐχθρῶν τῷ Εὐαγγελίῳ, καὶ πάντας τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ ἀνέμους τῆς πονηρίας καθ' ἡμῶν ἐγείραντος, στῆναι μᾶλλόν με πρὸς τὸν ἀγῶνα παρεκάλει ὁ λόγος, καὶ τηρῆσαι τὸ ἡγεμονικὸν, μήποτε μοχθηροὶ λογισμοὶ ἐξισχύσωσι τὸν χειμῶνα καὶ τῇ ψυχῇ μου ἐπεισαγαγεῖν, ἤπερ ἀκαίρως πρὶν γαλήνην τὴν διάνοιαν λαβεῖν συνάπτειν τὰ ἑξῆς τῆς Γραφῆς. Καὶ οἱ συνήθεις δὲ ταχυγρά-

[2] Mich. IV, 4; I Mach. XIV, 12. [3] I Paral. XXII, 9. [4] III Esd. IV, 37, 41, 47 et seqq. [5] Luc. XIV, 28 et seqq.

(59) *Κατὰ τοὺς Ἔσδρα χρόνους*. Ita legitur in codice Bodleiano, nec non Barberino. Corruptus est locus in codice Regio.

(60) *Καθεσθέντες*. Sic habent codd. Regius et Barberinus, Bodleianus autem καταθέντες, pro quo in margine habet καθίσαντες, et ita legendum ex Luc. XIV, 28.

(61) *Ἐμποδιζώμεθα*. Lege ἐμπαιζώμεθα. Vide Luc. XIV, 29.

(62) *Καὶ μέχρι γε τοῦ πέμπτου τόμου*, etc. Meminit loci hujus Eusebius lib. VI *Hist.*, cap. 24, unde discas quinque priores Origenis *in Joannem* tomos Alexandro imperante fuisse lucubratos. Quod autem sex tomos *in Joannem* Alexandriæ tunc scriptos fuisse prodit Nicephorus lib. V, cap. 15, sic intelligito, quinque priores tomos absolutos fuisse, sextum inchoatum, quem denuo exordiri necesse habuit, quod priorem scriptionem Alexandria discedens secum non asportasset. Id ipse de se scribit Origenes paulo inferius. Huetius.

D (63) *Εἰ καὶ ὁ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν χειμὼν*, etc. Nimirum postquam Cæsarea et ex Achaia redux, presbyterii gradum jam assecutus, Demetrium multis de causis infensum expertus est, uti diximus in *Origenianis*. Fallitur sane Ferrarius, qui Maximini in Christianos διωγμὸν hic significari pertendit; deceptus nimirum loco Eusebii altero, qui est lib. VI, cap. 28, ubi tomo XXII Origenis *in Joannem* Maximini persecutionem commemorari tradit Eusebius: ex quibus palam exstat operis illius partem Alexandri temporibus, reliquam Maximini successorumve fuisse lucubratam. Id.

(64) *Ἐκ τοῦδε ἐπιπεσόντος*, etc. Cum enim gravissima in eum iracundia exarsisset Demetrius Alexandrinus episcopus, Alexandria migravit, Cæsareæ sedem posuit. Id.

16. Οὐκ ἄκαιρον δὲ ἐξετάζουσιν ἡμῖν τό· « Ἐγὼ βαπτίζω ἐν ὕδατι, » τὰς ὁμοίας τῶν Εὐαγγελιστῶν παραθέσθαι περὶ τούτου λέξεις, καὶ συγκρῖναι τῇ προκειμένῃ. Φησὶ τοίνυν ὁ Ματθαῖος, ἰδὼν πολλοὺς τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων, ἐρχομένους ἐπὶ τὸ βάπτισμα (μετὰ τὰ ἐπιπληκτικὰ περὶ ὧν ἐξετάσαμεν,) « Ἐγὼ μὲν ὑμᾶς ἐν ὕδατι βαπτίζω εἰς μετάνοιαν· ὁ δὲ ὀπίσω μου ἐρχόμενος ἰσχυρότερός μου ἐστὶν, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι· αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί· » σύμφωνον τῷ κατὰ Ἰωάννην λόγῳ, τὴν ὁμολογίαν τοῦ ἐν ὕδατι βαπτίσματος πρὸς τοὺς πεμφθέντας ἐκ Φαρισαίων λέγοντι. Ὁ δὲ Μάρκος, « Ἐκήρυσσε, » φησὶν, Ἰωάννης « λέγων· Ἔρχεται ὁ ἰσχυρότερός μου ὀπίσω, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς κύψας λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ. Ἐγὼ ἐβάπτισα ὑμᾶς ὕδατι, αὐτὸς δὲ βαπτίσει (38) ὑμᾶς ἐν Πνεύματι ἁγίῳ· » πρὸς πλείονας καὶ πάντας τοὺς ἀκούοντας διδάσκων ταῦτα κεκηρύχθαι. Ὁ δὲ Λουκᾶς φησιν, ὅτι, προσδοκῶντος τοῦ λαοῦ, καὶ διαλογιζομένων πάντων ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν περὶ τοῦ Ἰωάννου, μήποτε αὐτὸς εἴη ὁ Χριστὸς, ἀπεκρίνατο λέγων πᾶσιν ὁ Ἰωάννης· « Ἐγὼ μὲν ὕδατι βαπτίζω ὑμᾶς· ἔρχεται δὲ ὁ ἰσχυρότερός μου, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ· Αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. »

17. Ἔχοντες τοίνυν τὰς ὁμοίας λέξεις τῶν τεσσάρων, φέρε κατὰ τὸ δυνατὸν ἴδωμεν ἰδίᾳ τὸν νοῦν ἑκά-

ille, [quem vos nescitis [12]. »]Et quoniam nihil tale exspectantes Christi adventum Pharisæi de ipso videbant, tantum suspicantes eum esse hominem sanctum, concinne redarguit Pharisæorum ignorantiam, qui ipsius excellentiam ignorabant, adjiciens : « Quem vos nescitis, » illis verbis : « In medio vestri stat. » Et ne quis suspicetur eum qui sit invisibilis, quique penetret ad omnem hominem et ad totum mundum, diversum esse ab eo qui humanam sumpsit carnem, et « super terram est visus, et cum hominibus est conversatus [13], » conjungit illis verbis : « In medio vestri stat, quem vos nescitis ; » illud : « Qui post me venturus est [14], » hoc est, qui post me manifestandus est. Cujus cum excedente et exsuperante excellentia intellexisset Joannes suam ipsius naturam superari, ob quam ambigebant nonnulli an ipse esset Christus, ostendere volens quanto inferior esset Christi magnitudine, ne quis de se cogitaret aliquid supra id quod videt aut audit a semetipso, dicit etiam illud : « Cujus non sum ego dignus ut solvam ejus corrigiam calceamenti [15], » illud innuens se minime idoneum esse qui de ipsius Christi incorporatione rationem (quæ veluti ligata est et occultata non intelligentibus) solvat explicetque, dignum aliquid dicendo de tanto adventu in tantam brevitatem contracto.

16. Verum enimvero haud importunum fuerit inquirentibus nobis illud : « Ego in aqua baptizo [16], » addere, si quid simile de hoc dixerint evangelistæ, et cum re qua de agitur conferre. Itaque Matthæus inquit, cum conspexisset multos ex Pharisæis et ex Sadducæis venientes ad baptismum (post verba increpatoria, de quibus inquisivimus) : « Ego quidem vos in aqua baptizo ad resipiscentiam : at ille, qui post me venturus est, potentior me est, cujus non sum idoneus, ut calceamenta portem : ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igni [17] ; » cum sermone Joannis conveniens narrante confessionem baptismi in aqua ad eos qui missi fuerant ex Pharisæis. At Marcus : « Prædicabat, » inquit, « Joannes dicens : Venit, qui fortior est me, post me, cujus non **132** sum idoneus, ut procumbens solvam corrigiam calceamentorum ejus. Ego quidem baptizo vos aqua, ille vero baptizabit vos in Spiritu sancto [18] ; » ad complures, et omnes audientes docens hæc prædicata fuisse. Rursum Lucas inquit, quod exspectante populo, et cogitantibus omnibus in cordibus suis de Joanne, an ipse esset Christus, responderit Joannes dicens universis : « Ego quidem aqua baptizo vos; sed veniet, qui potentior est me, cujus non sum idoneus solvere corrigiam calceamentorum ejus. Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igni [19]. »

17. Tenentes igitur quatuor evangelistarum similia verba, age, videamus pro virili seorsum

[12] Joan. I, 26. [13] Baruc. III, 38. [14] Joan. I, 27. [15] ibid. [16] ibid. 26. [17] Matth. III, 11. [18] Marc. I, 6-8. [19] Luc. III, 16.

(38) *Βαπτίσει*. Sic codex Bodleianus ; editio Huetii βαπτίζει.

uniuscujusque verbi sensum et differentias, initio sumpto a Matthæo, qui primus cæterorum traditur Evangelium tradidisse Hebræis qui ex circumcisione crediderant: «Ego vos, inquit, in aqua baptizo ad resipiscentiam,» veluti purgans et deterrens a rebus malis, et ad resipiscentiam invitans: ut præparem enim populum instructum ego veni [20]; et ad præparandum locum resipiscentiæ per baptismum post me venturo, qui hac etiam ratione longe potentius præstantiusque quam mea sit potentia, vobis adjumento futurus est. Siquidem illius baptismus non est corporalis, cum resipiscentem repleat Spiritus sanctus igne diviniori, quidquid vel materiale vel terrenum fuerit demoliente et consumente. Et hoc non tantum in eo qui ipsum admiserit, sed etiam in eo qui audierit ipsum habentes. Tanto autem est me fortior, qui post me venturus est, ut ne ea quidem quæ ad amictum spectant extremarum potentiarum quæ sunt circa ipsum, portare, vel qui ea sustinent, ferre sim idoneus: cum non ita nuda prostent, ut ea obvii quique intelligere possint. Igitur non novi utrum prius dicam, meamne multam imbecillitatem, quæ ne vilia quidem Christi (magnarum rerum circa ipsum exsistentium comparatione) ferre queat, an divinitatem illius eminentem et toto mundo majorem, quandoquidem ego, qui tantam accepi gratiam ut prophetia dignus habitus fuerim, quæ meum adventum ad vitam hominum prædiceret, illis verbis: «Ego vox clamantis in deserto [21];» et: «Ecce ego mitto nuntium meum ante faciem tuam [22]:» Ego, cujus ortum Gabriel astans coram altari admirabiliter annuntiavit [23], patre meo in senectute **133** exsistente; ego, ad cujus nomen Zacharias mox vocem recepit, atque etiam prophetandi munus per ipsam [24]; ego, de quo Dominus testificatus est [25], neminem inter natos mulierum me majorem exsistere; neque calceamenta ejus idoneus sum portare. Quod si non calceamenta, quid dicendum de vestimentis ejus? Quis tantus qui totam illius vestem custodire queat? Quis est qui cogitaturus sit se comprehensurum rationem eam quam habet tunica a summo inconsutilis [26], quia sit per totum contexta? Illud vero observandum quod, quatuor Evangelistis dicentibus Joannem fateri se advenisse ad baptizandum in aqua, solus Matthæus huic rei addiderit [27], «ad resipiscentiam,» nimirum docens utilitatem futuram baptismatis ei qui ex proposito baptizaretur, quæ ad resipiscentem perveniens, ei qui accederet non resipiscens, asperius judicium

στης καὶ τὰς διαφορὰς, ἀρξάμενοι ἀπὸ τοῦ Ματθαίου, ὃς καὶ παραδέδοται πρῶτος (39) τῶν λοιπῶν τοῖς Ἑβραίοις ἐκδεδωκέναι τὸ Εὐαγγέλιον, τοῖς ἐκ περιτομῆς πιστεύουσιν· «Ἐγὼ μὲν, φησὶν, ὑμᾶς ἐν ὕδατι (40) βαπτίζω εἰς μετάνοιαν,» οἱονεὶ καθαίρων, καὶ ἀποτρεπόμενος ἀπὸ τῶν χειρόνων, καὶ ἐπὶ μετάνοιαν παρακαλῶν· ἑτοιμάσαι γὰρ Κυρίῳ λαὸν κατεσκευασμένον ἐγὼ ἐλήλυθα, καὶ χώραν διὰ τοῦ βαπτίσματος τῆς μετανοίας εὐτρεπίσαι τῷ μετ' ἐμὲ ἥξοντι, καὶ διὰ τοῦτο ἰσχυρότερον πολλῷ τῆς ἐμῆς δυνάμεως, καὶ κρεῖττον ὑμᾶς ὠφελήσοντι· οὐ σωματικὸν γὰρ τὸ ἐκείνου βάπτισμα, τὸν μετανοοῦντα πληροῦντος ἁγίου Πνεύματος, καὶ θειοτέρου πυρὸς πᾶν ὑλικὸν ἀφανίζοντος, καὶ πᾶν γεῶδες ἐξαναλίσκοντος, οὐ μόνον ἀπὸ τοῦ χωρήσαντος αὐτὸ, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ τῶν ἐχόντων ἀκούοντος. Τοσοῦτον δέ ἐστιν ἐμοῦ ἰσχυρότερος ὁ μετ' ἐμὲ ἐρχόμενος (41), ὡς μηδὲ τὰ τῆς περιβολῆς τῶν περὶ αὐτὸν δυνάμεων ἐσχάτων, οὐχὶ γυμνῶν ἐκκειμένων, ὥστε καὶ τοὺς τυχόντας νοεῖν αὐτὰ δύνασθαι, ἱκανόν με τυγχάνειν βαστάσαι, μηδὲ ταῦτα ὑπομένοντας φέρειν. Οὐκ οἶδα δὴ ὁπότερον εἴπω, πότερον τὴν πολλήν μου ἀσθένειαν, τὰ εὐτελῆ τοῦ Χριστοῦ συγκρίσει τῶν περὶ ἑαυτὸν μειζόνων φέρειν μὴ δυναμένην, ἢ διὰ τὴν ἐκείνου ὑπερβάλλουσαν καὶ μείζονα παντὸς τοῦ κόσμου θειότητα· εἴτε ἐγὼ ὁ τηλικαύτην χωρήσας χάριν, ὡς καὶ προφητείας ἠξιῶσθαί με, προλεγούσης τὰ περὶ τῆς εἰς τὸν βίον τῶν ἀνθρώπων ἐπιδημίας μου, ἐν τῷ· «Ἐγὼ φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ,» καί· «Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου·» Ἐγὼ, οὗ τὴν γένεσιν Γαβριὴλ ὁ παρεστηκὼς ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ παραδόξως εὐηγγελίσατο ἐν γήρᾳ γεγενημένῳ τῷ Πατρί μου· Ἐγὼ, ἐφ' οὗ τῷ ὀνόματι Ζαχαρίας ἅμα ἀπέλαβε τὴν φωνὴν, καὶ τὸ προφητεύειν δι' αὐτῆς· Ἐγὼ, ὁ ὑπὸ τοῦ Κυρίου μου μαρτυρούμενος, ὡς ἄρα μείζων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν ἐμοῦ οὐδεὶς τυγχάνει, οὐδὲ τὰ ὑποδήματα βαστάσαι ἱκανός (42) εἰμι. Εἰ δὲ μὴ τὰ ὑποδήματα, τί λεκτέον περὶ τῶν ἐνδυμάτων αὐτοῦ; Τίς οὗτος (43) ὃς ὁλόκληρον αὐτοῦ τὸ ἱμάτιον τηρῆσαι δυνήσεται; Τίς, ὃς νοήσει τὸν ἐκ τῶν ἄνωθεν χιτῶνα ἄῤῥαφον διὰ τὸ δι' ὅλου ὑφαντὸν τυγχάνειν καταλαβεῖν ὃν ἔχει λόγον; Παρατηρητέον δὲ, ὅτι τῶν τεσσάρων εἰρηκότων τὸ (44) ἐν ὕδατι ὁμολογεῖν Ἰωάννην ἐληλυθέναι βαπτίζειν, μόνος Ματθαῖος τούτῳ προσέθηκε τὸ, «εἰς μετάνοιαν·» διδάσκων τὸ ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος ὠφέλειαν ἔχεσθαι τῆς προαιρέσεως τοῦ βαπτιζομένου, τῷ μετανοοῦντι μὲν ἐγγινομένην, (45) τῷ δὲ μὴ μετανοοῦντι προσιόντι εἰς κρίμα χαλεπώτερον ἐσομένην. Χρὴ δὲ εἰδέναι, ὅτι, ὥσπερ αἱ κατὰ τὰς γεγενημένας ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος θεραπείας τεράστιαι

[20] Luc. I, 17. [21] Isa. XL, 3. [22] Malach. III, 1. [23] Luc. I, 7, 11 et seq. [24] Luc. I, 63, 64, 67 et seq. [25] Matth. XI, 11. [26] Joan. XIX, 23. [27] Matth. III, 11.

(39) *Ὃς καὶ παραδέδοται πρῶτος*, etc. Eusebius, *Hist.* lib. III, c. 24, et lib. VI, c. 25; Chrysostomus, homil. 1 *in Matth.*

(40) *Ἐν ὕδατι.* Restituitur e codice Bodleiano.

(41) *Μετ' ἐμὲ ἐρχόμενος.* Sic cod. Bodleianus; editio Huetii, μετερχόμενος.

(42) *Εἰμί. Εἰ δὲ μὴ τὰ*, etc. In editione Huetii deest εἰμί, et mox legitur Εἰ μὴ γὰρ τὰ, etc. Codex Bodleianus lectionem nostri textus repræsentat.

(43) *Ὃς ὁλόκληρον.* Sic codex Bodleianus; Regius, male, ὁ ὁλόκληρον.

(44) *Ἐν ὕδατι.* Sic codex Bodleianus, Regius perperam ἐνδύματι.

(45) *Τῷ δὲ μὴ μετανοοῦντι προσιόντι.* Ita codex Bodleianus; Regius, μὴ οὕτω δὲ προσιόντι.

A δυνάμεις, σύμβολα τυγχάνουσαι τῶν ἀεὶ Λόγῳ τοῦ Θεοῦ ἀπαλλαττομένων πάσης νόσου καὶ μαλακίας, οὐδὲν ἧττον καὶ σωματικῶς γενόμεναι (46) ὤνησαν, εἰς πίστιν προσκαλεσάμεναι τοὺς εὐεργετηθέντας· οὕτως (47) καὶ τὸ διὰ τοῦ ὕδατος λουτρὸν, σύμβολον τυγχάνον καθαρσίου ψυχῆς, πάντα ῥύπον ἀπὸ κακίας ἀποπλυνομένης, οὐδὲν ἧττον καὶ κατ' αὐτὸ τῷ ἐμπαρέχοντι ἑαυτὸν τῇ θειότητι τῆς δυνάμεως τῶν τῆς προσκυνητῆς Τριάδος ἐπικλήσεών ἐστιν ἡ χαρισμάτων θείων ἀρχὴ καὶ πηγή· « Διαιρέσεις γὰρ χαρισμάτων εἰσί. » Μαρτυρεῖ δέ μου τῷ λόγῳ ἡ ἐν ταῖς τῶν ἀποστόλων Πράξεσιν ἀναγεγραμμένη ἱστορία, περὶ τοῦ οὕτως ἐναργῶς τότε τὸ πνεῦμα τοῖς βαπτιζομένοις ἐπιδεδημηκέναι, προευτρεπίσαντος αὐτῷ τοῦ ὕδατος τοῖς γνησίως προσιοῦσιν ὁδόν· ὡς καὶ τὸν μάγον Σίμωνα καταπλαγέντα θέλειν μὲν τὴν χάριν ταύτην ἀπὸ τοῦ Πέτρου λαβεῖν, ἐθέλειν δὲ τὸ δικαιότατον διὰ τοῦ μαμμωνᾶ τῆς ἀδικίας. Καὶ τοῦτο δὲ παρασημειωτέον, ὅτι τὸ Ἰωάννου βάπτισμα ὑποδε- B έστερον ἐτύγχανε τοῦ βαπτίσματος Ἰησοῦ διδομένου διὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ. Οἱ γοῦν ἐν ταῖς Πράξεσι βεβαπτισμένοι εἰς τὸ Ἰωάννου βάπτισμα, μηδὲ εἰ Πνεῦμα ἅγιόν ἐστιν ἀκούσαντες, βαπτίζονται δεύτερον ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου. Τὸ γὰρ τῆς ἀναγεννήσεως οὐ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ, ἀλλὰ παρὰ τῷ Ἰησοῦ διὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἐγίνετο, καὶ παλιγγενεσίας ὀνομαζόμενον λουτρὸν, μετὰ ἀνακαινώσεως γινόμενον πνεύματος, τοῦ καὶ νῦν ἐπιφερομένου, ἐπειδὴ παρὰ (48) Θεοῦ ἐστιν, ἐπάνω τοῦ ὕδατος, ἀλλ' οὐ πᾶσι μετὰ τὸ ὕδωρ ἐγγινομένου. Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τὴν ἐξέτασιν τῶν ἐν τῷ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίῳ (49).

futura esset. Sciendum est insuper, quemadmodum prodigiosæ virtutes in curationibus a Servatore factis, notæ exsistentes eorum, qui semper a Λόγῳ, [id est Filio Dei] liberantur tum ab omni ægritudine, tum a mollitie, profuerunt (etiam corporaliter factæ) invitantes ad fidem eos qui beneficio afficiebantur; ita lavacrum aquæ, symbolum et nota exsistens purificationis animæ ablutæ ab omni sorde malitiæ, nihilominus, etiam ex se, esse principium ac fontem munerum divinorum, propter potentiam invocationum adorandæ Triadis, ei qui se exhibuerit deitati. « Divisiones » enim « donorum sunt [28]. » Testimonium autem meis verbis præbet historia in Actis apostolorum [29] scripta de eo quod adeo evidenter tunc advenerit Spiritus his qui baptizabantur, præstruente viam aqua his qui sincere ad ipsum accedebant; adeo ut Simon ille Magus obstupefactus vellet a Petro hanc gratiam accipere, velletque rem justissimam per mammona iniquitatis. Quin et hoc insuper notandum quod Joannis baptismus Jesu baptismo, quod dabatur per discipulos ejus, inferior erat. Qui ergo in Actis baptizati erant in Joannis baptismo [30], et neque, an Spiritus sanctus esset, audierant, denuo ab Apostolo baptizantur, quia regeneratio non apud **134** Joannem, sed apud Jesum per apostolos suos fiebat, atque etiam regenerationis quod dicitur lavacrum, quod fiebat cum renovatione spiritus, qui etiam nunc præfertur aquæ, quoniam a Deo est, sed non omnibus post aquam imprimitur, et ingeneratur. Et hæc quidem hactenus, quod ad inquisitionem attinet eorum quæ sunt in Evangelio secundum Matthæum.

C 18. Ἤδη δὲ καὶ τὰ Μάρκου κατανοήσωμεν, ὃς ἀνέγραψε κηρύσσοντα τὸν Ἰωάννην ταῦτα μὲν εἰρηκέναι κατὰ τό· « Ἔρχεται ὁ ἰσχυρότερός μου ὀπίσω μου· » ἰσοδυναμεῖ γὰρ ταῦτα τῷ· « Ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἰσχυρότερός μού ἐστιν· » οὐκ ἔτι δὲ τὰ αὐτὰ ἐν τῷ· « Οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς κύψας λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ. » Ἕτερον μὲν γὰρ τὸ βαστάζειν τὰ ὑποδήματα, δηλονότι ἤδη λελυμένα ἀπὸ τῶν τοῦ ὑποδεδεμένου ποδῶν· ἕτερον δὲ τὸ κύψαντα λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ. Καὶ ἀκόλουθόν γε μηδενὸς σφαλλομένου τῶν Εὐαγγελιστῶν, μηδὲ ψευδομένου, ὡς εἴποιεν ἂν οἱ πιστεύοντες, ἀμφότερα κατὰ διαφόρους καιροὺς εὑρηκέναι (50) τὸν Βαπτιστὴν καθ' ἕτερον καὶ ἕτερον νοῦν κινούμενον· οὐ γὰρ περὶ τῶν αὐτῶν, ὡς οἴονταί τινες D οἱ ἀπομνημονεύοντες, διαφόρως ἠνέχθησαν μὴ ἀκρι-

18. Proinde jam Marcum etiam consideremus, qui prædicantem quidem Joannem eadem scripsit dixisse, juxta illud: « Venit potentior me post me [31]; » hæc enim æque valent atque ea verba: « Qui post me venturus est, potentior me est [32]; » non amplius vero eadem, dum inquit: « Non sum idoneus procumbens solvere corrigiam calceamentorum ejus [33]. » Aliud est etenim gestare calceamenta, jam scilicet soluta a pedibus calceati; aliud etiam, procumbentem solvere corrigiam calceamentorum ejus. Proinde consequens est, nullo e Evangelistis vel fallente, vel mentiente, ut dicerent qui credunt, utraque Baptistam diversis temporibus dixisse secundum aliam et aliam mentem motum. Non enim de iisdem rebus varie locuti sunt Evangelistæ, ut quidam expositores putant, accu-

[28] I Cor. XII, 4. [29] Act. VIII, 15 et seq. [30] Act. XIX, 2 et seq. [31] Marc. I, 7. [32] Matth. III, 11. [33] Marc. I, 7.

(46) Pro ὤνησαν perperam in codd. Regio et Barberino legitur ὧν ἦσαν.

(47) *Οὕτως καὶ τὸ διὰ τοῦ ὕδατος*, etc. Locum hunc profert Basilius libro *De Spiritu sancto*, c. 29. Qui locus, quoniam aliter paulo apud ipsum conceptus est, hic a nobis recitabitur: Ὅς γε (Ὠριγένης) κατὰ τὸ ἕκτον οἶμαι τῶν εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγέλιον Ἐξηγητικῶν, καὶ προσκυνητὸν αὐτὸ (Πνεῦμα ἅγιον) φανερῶς ἀπεφήνατο, οὑτωσὶ γράφων κατὰ λέξιν· Ὅτι τὸ τοῦ ὕδατος λουτρὸν σύμβολον τυγχάνει καθαρσίου ψυχῆς, πάντα ῥύπον τὸν ἀπὸ κακίας ἀποπλυναμένης. Οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ καθ' ἑαυτὸ τῷ ἐμπαρέχοντι ἑαυτὸν τῇ θεότητι τῆς προσκυνητῆς Τριάδος διὰ τῆς δυνάμεως τῶν ἐπικλήσεων χαρισμάτων ἀρχὴν ἔχει καὶ πηγήν.

(48) *Παρά*. Ita codex Bodleianus; Regius et Barberinus, περί.

(49) *Εὐαγγελίῳ*. Deest in codd. Regio et Barberino, sed restituitur e codice Bodleiano.

(50) *Εὑρηκέναι*. Legendum videtur cum Ferrario, εἰρηκέναι.

rate non inquirentes singula dicta vel facta. Atque magnum quidem est gestare Jesu calceamenta, sed magnum etiam est illud, procumbentem ad ipsius corporalia deorsum facta, considerandi causa imaginem inferiorem, solvere obscura quæque mysterii incarnationis, quæ veluti sunt calceamentorum corrigia : unum enim est obscuritatis vinculum, sicut etiam una scientiæ est clavis, quæ ne ipse quidem major inter natos mulierum ex se solvere vel aperire idoneus est; nempe eo solo ligante aperienteque, qui quibus ipse velit, elargitur solvere et aperire corrigiam calceamentorum atque etiam quæ clausa sunt. Quod si mysticus est calceamentorum locus, ne hunc quidem præterire dignum est. Igitur opinor hominis assumptionem, cum carnem et ossa recipit Dei Filius, alterum esse calceamentorum, alterum autem esse descensum ad infernum, **135** quisquis tandem sit ille infernus, et ad carcerem cum Spiritu iter. Illud de descensu ad infernum scribitur in quinto decimo psalmo [34] : « Non derelinques animam meam in infernum. » Et de itinere cum Spiritu ad carcerem apud Petrum in Catholica Epistola : « Mortificatus » enim, inquit, « carne, sed vivificatus Spiritu : in quo etiam profectus spiritibus, qui erant in carcere, prædicavit : qui inobedientes fuerunt quondam, cum exspectabatur Dei lenitas in diebus Noe, cum apparabatur arca [35]. » Qui itaque, ut dignum est utrisque adventibus, orationem habere potest, corrigiam solvere calceamentorum Jesu idoneus est, etiam ipse mente procumbens, pariterque cum descendente in infernum descendens, et a cœlo et a mysteriis divinitatis Christi descendens ad ipsius apud nos adventum necessario factum, cum hominem ligavit. Porro qui hominem

A βοῦντες τῇ μνήμῃ ἕκαστον τῶν εἰρημένων, ἢ γεγενημένων. Μέγα μὲν οὖν τὸ βαστάσαι τοῦ Ἰησοῦ τὰ ὑποδήματα, μέγα δὲ καὶ τὸ ἐπὶ τὰ σωματικὰ αὐτοῦ κάτω που γεγενημένα, κύψαντα ὑπὲρ τοῦ τὴν εἰκόνα κάτω θεάσασθαι, λῦσαι ἕκαστον τῶν περὶ τοῦ μυστηρίου (51) τῆς ἐνσωματώσεως ἀσαφῶν, οἱονεὶ τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων τυγχάνοντα· εἷς γὰρ ὁ τῆς ἀσαφείας δεσμὸς, ὥσπερ καὶ ἡ μία τῆς γνώσεως κλεὶς, ἅτινα οὐδὲ ὁ μείζων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν καθ' αὑτὸν ἱκανὸς λῦσαι, ἢ ἀνοῖξαι, τοῦ δήσαντος καὶ κλείσαντος μόνου δωρουμένου οἷς βούλεται τὸ λῦσαι, καὶ ἀνοῖξαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων, καὶ τὰ κεκλεισμένα. Εἰ δὲ μυστικὸς ὁ περὶ τῶν ὑποδημάτων τόπος, οὐδὲ τοῦτον παρελθεῖν ἄξιον (52). Οἶμαι τοίνυν τὴν μὲν ἐνανθρώπησιν, ὅτε σάρκα καὶ
B ὀστέα ἀναλαμβάνει ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς, τὸ ἕτερον εἶναι τῶν ὑποδημάτων, τὴν δὲ εἰς ᾅδου κατάβασιν, ὅστις ποτέ ἐστιν ὁ ᾅδης (53), καὶ τὴν εἰς φυλακὴν μετὰ τοῦ Πνεύματος πορείαν, τὸ λοιπόν. Περὶ τῆς εἰς ᾅδου καταβάσεως τό· « Οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς τὸν ᾅδην, » ἐν ιε' ψαλμῷ εἴρηται· καὶ περὶ τῆς ἐν φυλακῇ πορείας μετὰ Πνεύματος παρὰ τῷ Πέτρῳ ἐν τῇ καθολικῇ Ἐπιστολῇ· « Θανατωθεὶς γὰρ, φησὶ, σαρκὶ, ζωοποιηθεὶς δὲ Πνεύματι· ἐν ᾧ καὶ τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι πορευθεὶς ἐκήρυξεν, ἀπειθήσασί ποτε, ὅτε ἅπαξ ἐξεδέχετο (54) ἡ τοῦ Θεοῦ μακροθυμία, ἐν ἡμέραις Νῶε κατασκευαζομένης κιβωτοῦ. » Ὁ τοίνυν κατ' ἀξίαν ἀμφοτέρων τῶν ἐπιδημιῶν τοὺς λόγους παραστῆσαι δυνάμενος,
C τὸν ἱμάντα λύειν τῶν Ἰησοῦ ἱκανός ἐστιν ὑποδημάτων, καὶ αὐτὸς τῷ νοῒ κύπτων, καὶ συγκαταβαίνων τῷ καταβεβηκότι εἰς ᾅδου, καὶ ἀπὸ οὐρανοῦ, καὶ τῶν περὶ τῆς θεότητος Χριστοῦ μυστηρίων καταβαίνων ἐπὶ τὴν ἀναγκαίως γεγενημένην παρ' ἡμῖν

[34] Vers. 10. [35] I Petr. III, 18-20.

(51) *Μυστηρίου*. Eodem modo corrigiam calceamenti interpretatur Origenes in Catena Corderiana *in Joannem*, ad capitis I vers. 27.

(52) *Παρελθεῖν ἄξιον*. Sic codex Bodleianus; Regius et Barberin., παρελθετέον.

(53) *Ὅστις ποτέ ἐστιν ὁ ᾅδης*. Varie quippe veterum Patrum disputationibus agitata fuit ea quæstio. Origenes lib. II *Περὶ ἀρχῶν*, c. 11, p. 106, infernum in aliquo terræ loco statuit, ubi diuturnis exercitationibus purgati homines cœlo succedere mereantur. Tertullianus lib. *De anima*, cap. 55, et alibi sæpe, sanctos itidem et impios sub terram in diversa inferorum loca diem judicii exspectaturos detrudi docet; et superiori quidem inferorum contignationi paradisum assignat, inferiori gehennam. Nec mutavit sententiam, cum lib. *De resurr.*, cap. 43, hæc ait : *Paradiso scilicet, non inferis diversurus*; quasi paradisus et inferi non idem sint : inferos quippe usitato modo et recepto pro gehenna hoc loco usurpavit; licet alias, ex ipsius sententia, ad paradisum et gehennam peræque pertineant. His consentit Hebræorum doctrina, qui paradisum illum appellant גן עדן, et, *paradisum inferiorem*; ut a paradiso superiore, cœlo nimirum, distinguant; eamque sedem assignant animis justorum corpore exutis. Unde Josephus præmia sub terra itidem ut pœnas servari docet. Intra terræ viscera inferos quoque collocarunt reliqui ferme Patres Græci et Latini, Ignatius, Irenæus, Gregorius Nyssenus, Theodoretus, Hieronymus, Victorinus martyr, et alii. At multum hic æstuat Augustinus : duplicem siquidem infernum, superiorem et inferiorem statuit; animas autem diem judicii exspectantes secretis iis latibulis contineri, et piorum quidem in superiore loco : impiorum in inferiore : quibus vix stare deinde potest. Cum autem de inferorum loco non constiterit apud veteres, ita neque de Christi ad inferos descensu certa sententia fuit : at quamvis de inferorum sede inter ipsos non conveniret, neque certo constaret utram inferorum partem Christus adiisset, nemo tamen ad inferos Christum descendisse negabat.
D Clara est sententia Origenis, lib. II *Contra Celsum*, p. 419, ubi ait de Christo : γυμνῇ σώματος γενόμενος ψυχῇ ταῖς γυμναῖς σωμάτων ὡμίλει ψυχαῖς· et homil. 15 *in Genes.*, p. 101, ipsum scribit *pro salute mundi usque ad inferna descendisse, et inde protoplastum revocasse*; et homil. 6 *in Exod.*, p. 149 : *Sed et nos puto aliquando terra devoratos in inferni penetralibus retinebat, et propter ea Dominus noster descendit non solum usque ad terras, sed usque ad inferiora terræ*; et lib. VI *in Epist. ad Rom.*, cap. VI, n. 6 : *Sed et inferni locus, in quo animæ detinebantur a morte, etiam ipsa mors appellatur*. Sed hæ fluctuationes Ecclesiæ catholicæ definitionibus sopitæ demum ac compositæ sunt; a qua qui dissentiunt, miris expositionibus descensus Christi ad inferos gratiam hodieque elevant. HUETIUS.

(54) *Ἅπαξ ἐξεδέχετο*. Codex Bodleianus, ἀπεξεδέχετο.

αὐτοῦ ἐπιδημίαν, ὅτε τὸν ἄνθρωπον ὑπεδήσατο (55). Ὁ δὲ τὸν ἄνθρωπον ὑποδησάμενος καὶ τὸν νεκρὸν ὑπεδήσατο· « Εἰς τοῦτο γὰρ Ἰησοῦς ἀπέθανε, καὶ ἀνέστη, ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ· » καὶ διὰ τοῦτο ζῶντα καὶ νεκρὸν ὑπεδήσατο, τουτέστι τὸν ἐν γῇ, καὶ τὸν ἐν ᾅδου, ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ. Τίς οὖν ἄρα ἱκανὸς κύψας λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν τοιούτων ὑποδημάτων, καὶ λύσας μὴ ἐᾶσαι, ἀλλὰ κατὰ δευτέραν ἱκανότητα ἀναλαβεῖν αὐτὰ, καὶ βαστάσαι, διὰ τοῦ ἐν τῇ μνήμῃ περιφέρειν τὰ νενοημένα;

19. Μὴ ἀνεξέταστον δὲ ἐάσθω τὸ χωρὶς τοῦ « κύψας » ὁμοίως παρὰ τῷ Λουκᾷ καὶ Ἰωάννῃ εἰρημένον. Καὶ τάχα ἐνδέχεται μὲν κύψαντα λῦσαι κατὰ τὸ προειρημένον· δυνατὸν δὲ καὶ, τὸ ἀνάστημα τοῦ ἀπὸ τοῦ Λόγου ἐπάρματος φυλάττοντα, εὑρεῖν τὴν λύσιν τῶν ἐν τῷ ζητεῖσθαι δεδεμένων ὑποδημάτων· ἵνα, τὰ αὐτά τις λύσας τῶν χωριστῶν ὑποδημάτων, ἴδῃ Λόγον γυμνὸν τῶν ὑποδεεστέρων καθ' αὐτὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ.

20. Οὐ ταυτὸν δὲ τὸ « μὴ εἶναι ἱκανὸν » τῷ « μὴ εἶναι ἄξιον, » ἀναγράφει ὁ Ἰωάννης· δυνατὸν γὰρ μὴ ὄντα ἄξιον γενέσθαι ἱκανόν· δυνατὸν δὲ καὶ ἄξιον ὄντα μηδέπω εἶναι ἱκανόν. Εἰ γὰρ καὶ πρὸς τὸ συμφέρον δίδοται τὰ χαρίσματα, καὶ οὐ μόνον κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως, φιλανθρώπου ἂν εἴη Θεοῦ ἔργον, προορωμένου βλάβην ἀπὸ οἰήματος ἐπακολουθήσοντος, ἢ φυσιώσεως, τὸ καὶ τῷ ἀξίῳ ποτὲ μὴ διδόναι τὴν ἱκανότητα. Οἰκεῖον δὲ τῆς χρηστότητος τοῦ Θεοῦ νικᾷν ἐν τῷ εὐεργετεῖν τὸν εὐεργετούμενον προλαμβάνοντα τὸν ἐσόμενον ἄξιον, καὶ πρὶν γένηται ἄξιος κοσμοῦντα αὐτὸν τῇ ἱκανότητι, ἵνα μετὰ τὴν ἱκανότητα ἔλθῃ ἐπὶ τὸ γενέσθαι ἄξιος, καὶ μὴ πάντως (57) ἀπὸ τοῦ εἶναι ἄξιος φθάνων τὸν δωρούμενον, καὶ προλαβὼν αὐτοῦ τὰς χάριτας, ἔλθῃ ἐπὶ τὸ γενέσθαι ἱκανός. Ὁ τοίνυν Ἰωάννης φησὶ παρὰ μὲν τοῖς τρισὶν οὐκ εἶναι ἱκανὸς, παρὰ δὲ τῷ Ἰωάννῃ οὐκ εἶναι ἄξιος. Οὐκ ἀποκλείεται δὲ ὅς γε ἔλεγεν οὐδέπω ὢν ἱκανὸς γεγονέναι ἱκανὸς, εἰ καὶ μὴ ἄξιός πω ἦν· καὶ πάλιν ὅτε ἔλεγεν οὐκ εἶναι ἄξιος οὐκ ὢν ἄξιος, ἐφθακέναι ἐπὶ τὸ γεγονέναι ἄξιος· εἰ μὴ ἄρα τις ἐρεῖ ἐπὶ τὸ κατ' ἀξίαν τῆς λύσεως καὶ βαστάξεως (58) αὐτῶν, μὴ χωροῦσαν τὴν θνητὴν φύσιν ἥκειν ποτὲ, ἀληθευόμενον ἔχειν τὸ μηδέποτε γενέσθαι ἱκανὸν λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων, καὶ ἄξιον τοῦ αὐτοῦ· ὅσα δὲ ἐὰν χωρήσωμεν, ἔτι ὑπολείπεται τὰ μηδέπω νενοημένα· « Ἐπεὶ ὅταν συντελέσῃ ἄνθρωπος, τότε ἄρχεται· καὶ ὅταν παύσῃ (59), τότε ἀπορηθήσεται, » κατὰ τὴν Ἰησοῦ υἱοῦ Σειρὰχ Σοφίαν.

A ligavit, etiam mortuum ligavit: « In hoc enim Jesus mortuus est, et resurrexit, ut et mortuis et viventibus dominetur [36]; » [(56) ob eamque causam et vivum et mortuum ligavit, id est et eum qui in terra, et eum qui est apud inferos, ut et in vivis dominetur et in mortuis.] Quis ergo idoneus est procumbens solvere corrigiam talium calceamentorum, eaque soluta non dimittere, sed ex altera idoneitate ea recipere et gestare, eo quod circumferat in memoria quæ intellexerit?

19. Nec illud sinatur intactum, Lucam, similiterque Joannem vocem, « procumbens [37], » omisisse. Et fortassis quidem contingit ut qui procubuerit, solvat, juxta id quod est dictum; sed facile factu B est etiam ut qui observat altitudinem intervalli et spatii exsistentis a Λόγῳ [Filio Dei,] inveniat calceamentorum solutionem, quæ, cum quis ea quærit, ligata apparent, ut ea quis cum solverit calceamenta, quæ separabilia sunt, videat Λόγον [Dei Filium] per se nudum rebus inferioribus.

136 20. Perscribit autem Joannes [38]: « Non sum ego dignus, » quod idem non est cum illis verbis [39]: « Non sum ego idoneus; » fieri enim potest ut qui dignus non sit, sit idoneus; contra qui dignus sit, nondum sit idoneus. Si enim etiam ad id quod expedit data sunt dona [40], nec id tantum ex proportione fidei, Dei humanum genus amantis officium erit prævidentis nocumentum ex elatione vel C inflatione insecutura, ne digno quidem aliquando idoneitatem dare. Accommodatum est autem ad naturam bonitatis Dei, vincere in conferendis beneficiis eum in quem beneficia conferuntur, anticipareque eum, qui dignus futurus est, atque ornare idoneitate, ut post idoneitatem assequatur esse dignus: ne talis dignu omnino cum fuerit, præveniens Deum munera largientem, ipsiusque gratias anticipans, ad hoc pertingat ut sit idoneus. Ergo apud tres evangelistas se non esse idoneum inquit Baptista, apud Joannem autem non esse dignum. Nec profecto qui dixit se nondum exsistere idoneum, excluditur, qui factus fuerit postea idoneus, etiam si nondum dignus esset; qui vicissim cum dixit se non esse dignum, cum non esset dignus, non ex- D cluditur, quin ad hoc non pertigerit ut esset dignus. Nisi forte quis dicturus est, eo quod mortalis natura non capax sit neque possit illo pertingere aliquando ut calceamenta ipsa solvere atque gestare possit, ut dignum est ipsis, Joannem vera narrantem habere illud, ut nunquam fuerit idoneus ac ne dignus quidem solvere corrigiam calceamentorum pro dignitate ipsius Christi; quia, quamvis multa cognitione percepimus, adhuc relinquantur tamen

[36] Rom. xiv, 9. [37] Marc. i, 7. [38] Joan. i, 27. [39] Marc. i, 7. [40] Rom. xii, 6.

(55) *Ὑπεδήσατο*. In codice Bodleiano legitur ὑπεδύσατο, sicque legit Ferrarius; vertit enim *subinduit;* male, nam alluditur ad ὑποδήματα. Idem codex Bodleianus mox habet ὑποδησάμενος, et paulo post bis ὑπεδύσατο.

(56) Hæc a Ferrario prætermissa, e Perionio supplevimus.

(57) *Πάντως*. Codex Bodleianus, πάντα.

(58) *Καὶ βαστάξεως*. In codd. Regio et Barberino deest *καί*.

(59) Codex Bodleianus, παύσηται.

multa nondum intellecta : « Quoniam cum absolverit homo, tunc incipit : et cum quieverit, tunc incertus erit, » juxta Jesu filii Sirach Sapientiam [41].

21. Adhuc de calceis hunc in modum apud tres evangelistas nominatis disseramus, illos conferentes cum illo calceo qui apud discipulum Joannem numero singulari nominatur: « Non sum » enim « ego, » inquit, « dignus, ut solvam ejus corrigiam calceamenti [42]. » Fortassis igitur victus a Dei gratia munus accepit (nondum alioqui, quantum in se erat, dignus exsistens) solvendi corrigiam alterius calceamentorum, cum perspexisset illius inter homines adventum, de quo et testificatur. Sed quoniam deficiebat illi comprehensio rerum quæ secuturæ erant, nescienti an Jesus esset etiam illo venturus quo futurum erat ut ipse ex carcere decollatus accederet, an alium oporteret exspectare, ob hanc causam dubitationem illam, quæ nobis postea apertius declaratur, etiam innuens, inquit illud : « Non sum ego dignus, **137** ut solvam ejus corrigiam calceamenti. » Quod si quis existimarit curiosius hoc a nobis dictum fuisse, is in idem congregabit quod dictum est de calceamentis et calceamento, ut veluti dicat : Haudquaquam dignus sum solvere corrigiam, ne in principio quidem, unius calcei; vel etiam hunc in modum in unum adduci possunt quæ quatuor evangelistæ dixerunt. Si enim Joannes intelligebat quæ pertinent ad adventum Christi ad nos, dubitabatque de rebus sequentibus, vera narrat dicens se non idoneum qui solvat corrigiam calceamentorum; nec enim utraque solvit qui unum solverit. Vera etiam narrat dicens, « corrigiam calceamenti, » quoniam, ut prædictum est, etiamnum dubitat de eo, an ipse sit ille venturus, et etiam ille exspectandus, an alter.

A 21. Ἔτι περὶ τῶν ὑποδημάτων τῶν παρὰ τοῖς τρισὶν οὕτως ὀνομασθέντων εὐαγγελισταῖς διαλάβωμεν, συγκρίνοντες ἐκεῖνα τῷ παρὰ τῷ μαθητῇ Ἰωάννῃ ἑνικῶς ὀνομασθέντι· « Οὐκ εἰμὶ » γάρ, φησίν, « ἐγὼ ἄξιος ἵνα λύσω αὐτοῦ τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος. » Τάχα οὖν νικώμενος ὑπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος δωρεὰν εἴληφε, (μηδέπω ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ ἄξιος ὢν λῦσαι τὸν ἱμάντα τοῦ ἑτέρου τῶν ὑποδημάτων,) νοήσας αὐτοῦ τὴν ἐν ἀνθρώποις ἐπιδημίαν, περὶ ἧς καὶ μαρτυρεῖ. Ἐπεὶ δὲ ἔλειπεν αὐτῷ ἡ περὶ τῶν ἑξῆς κατάληψις, οὐκ εἰδότι πότερον Ἰησοῦς ἐστιν ὁ κἀκεῖ ἐρχόμενος, ὅπου ἀπὸ τῆς φυλακῆς γίνεσθαι ἔμελλεν ἀποκεφαλισθεὶς, ἢ ἕτερον προσδοκᾷν ἐχρῆν, διὰ τοῦτο τὴν σαφέστερον ὕστερον ἐπαπόρησιν ἡμῖν δηλουμένην καὶ νῦν αἰνιττόμενος,
B φησὶ τό· « Οὐκ εἰμὶ ἐγὼ ἄξιος ἵνα λύσω αὐτοῦ τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος. » Ὁ δὲ οἰόμενος περιεργότερον τοῦτο εἰρῆσθαι, εἰς ταυτὸν συνάξει τὸ τῶν ὑποδημάτων καὶ τοῦ ὑποδήματος, ἵνα οἱονεὶ λέγῃ· Οὐδαμῶς ἄξιός εἰμι λῦσαι τὸν ἱμάντα, οὐδὲ κατὰ τὴν ἀρχὴν, κἂν τοῦ ἑνὸς ὑποδήματος· ἢ καὶ οὕτως δυνατὸν εἰς ἓν συνάγεσθαι τὰ παρὰ τοῖς τέσσαρσιν (60) εἰρημένα. Εἰ γὰρ ὁ Ἰωάννης συνίει μὲν τὰ περὶ τῆς ἐνταῦθα αὐτοῦ ἐπιδημίας, ἐπηπόρει (61) δὲ περὶ τῶν ἑξῆς, ἀληθεύει λέγων καὶ τὸ μὴ εἶναι ἱκανὸν λύειν τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων· οὐ γὰρ λύει ἀμφότερα λύσας τοῦ ἑνός. Ἀληθεύει δὲ λέγων καὶ « τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος, » ἐπεὶ, ὡς προείρηται, ἔτι διαπορεῖ περὶ τοῦ, πότερον αὐτός ἐστιν ἐρχόμενος,
C ἢ ἕτερος, ὁ κἀκεῖ προσδοκητέος.

22. Quin, quod ad id attinet; « In medio vestri stat, quem vos nescitis [43], » hæc disserenda sunt de Filio Dei Λόγῳ, per quem omnia facta sunt, subsistente substantialiter secundum subjectum, et idem exsistente cum sapientia. Hic enim per universam orbis machinam permeat, ut quæ semper fiunt, per ipsum fiant : et de universis, quæcunque protuleris, semper verum erit : « Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil [44]; » et illud : « Omnia in sapientia fecisti [45]. » Quod si per omnem creationem atque universam mundi fabricam permeat, in medio scilicet etiam eorum stat qui interrogabant : « Quid ergo baptizas, si tu non es ille Christus, neque Elias, neque propheta ille [46] ? » In medio, inquam, stat Λόγος ipse, [hoc est ratio,] et Filius Dei a Patre firmatus ubique. Vel verba ea, « in medio vestri stat, » sic intelligantur, quia homines vos estis rationis compotes, idcirco « in medio vestri stat, » eo quod in medio sit totius corporis ea animæ pars præstantissima, principatum quam vocant, Scripturis inviolatæ fidei ostendentibus

22. Καὶ περὶ τοῦ δέ· « Μέσος (62) ὑμῶν ἕστηκεν, ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε, » ταῦτα διαληπτέον περὶ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ Λόγου, δι' οὗ τὰ πάντα γέγονεν, ὑφεστηκότος οὐσιωδῶς κατὰ τὸ ὑποκείμενον τοῦ αὐτοῦ ὄντος τῇ σοφίᾳ. Οὗτος γὰρ δι' ὅλης πεφοίτηκε τῆς κτίσεως, ἵνα ἀεὶ τὰ γινόμενα δι' αὐτοῦ γένηται, καὶ περὶ παντὸς οὑτινοσοῦν ἀεὶ ἀληθὲς ἦν τό· « Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδέν· » καὶ τό· « Πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας. » Εἰ δὲ δι' ὅλης τῆς κτίσεως πεφοίτηκε, δῆλον, ὅτι καὶ τῶν πυνθανομένων· « Τί οὖν βαπτίζεις, εἰ σὺ οὐκ εἶ ὁ Χριστὸς, οὐδὲ Ἠλίας, οὐδὲ ὁ προφήτης; » Μέ-
D σος ἕστηκεν ὁ αὐτὸς καὶ βέβαιος ὢν Λόγος, ὑπὸ τοῦ Πατρὸς ἐστηριγμένος πανταχοῦ. Ἢ τό· « Μέσος ὑμῶν ἕστηκεν, » ἀκουέσθω, ὅτι ὑμῶν τῶν ἀνθρώπων, διὰ τὸ εἶναι ὑμᾶς λογικοὺς, « μέσος ὑμῶν ἑστὼς, » τῷ τοῦ παντὸς σώματος ἐν μέσῳ εἶναι τὸ ἡγεμονικὸν, ἀποδείκνυται κατὰ τὰς Γραφὰς ἐν τῇ καρδίᾳ τυγχάνον. Οἱ τοίνυν ἔχοντες τὸν Λόγον ἐν μέσῳ ἑαυτῶν, μὴ διαλαμβάνοντες δὲ περὶ τῆς φύσεως αὐτοῦ, μηδὲ ἀπὸ ποίας πηγῆς καὶ ἀρχῆς ἐλή-

[41] Eccli. xviii, 6. [42] Joan. i, 27. [43] Joan. i, 26. [44] ibid. 3. [45] Psal. ciii, 24. [46] Joan. i, 25.

(60) Codex Regius, perperam, περὶ τοῦ τέσσαρσιν.

(61) Codex Bodleianus, ἐνηπόρει.

(62) Idem, Περὶ δὲ τοῦ· Μέσος, etc.

λυθε, μηδ' ὅπως ποτὲ συνέστησεν αὐτοῖς (63), οὗτοι A μέσον αὐτὸν ἔχοντες οὐκ ἴσασιν· ὁ δὲ Ἰωάννης αὐτὸν οἶδε. Τὸ γάρ· «Ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε,» ὀνειδιστικῶς λεγόμενον (64) πρὸς τοὺς Φαρισαίους, ἐμφαίνει τῷ λόγῳ τὸ ἐπιμελῶς ἐγνωκέναι τὸν ὑπ' ἐκείνων (65) ἀγνοούμενον. Δι' ὃ καὶ γινώσκων αὐτὸν ὁ Βαπτιστὴς, οἶδεν ὀπίσω αὐτοῦ ἐρχόμενον, τὸν ἐν μέσῳ τυγχάνοντα, τουτέστι μεθ' αὐτὸν καὶ τὴν ὑφ' αὐτοῦ ἐν τῷ βαπτίσματι διδασκαλίαν ἐπιδημοῦντα τοῖς κατὰ Λόγον ἀπολουσαμένοις. Οὐ ταὐτὸν δὲ σημαίνεται ἐκ τῆς «ὀπίσω» φωνῆς ἐνθάδε, καὶ ὅταν ὁ Ἰησοῦς πέμπῃ ἡμᾶς ὀπίσω ἑαυτοῦ· ἐκεῖ μὲν γὰρ, ἵνα κατ' ἴχνη βαίνοντες αὐτοῦ φθάσωμεν πρὸς τὸν Πατέρα, ὀπίσω αὐτοῦ γίνεσθαι κελευόμεθα· ἐνθάδε δὲ (66), ἵνα δηλωθῇ τὸ μετὰ τὰς Ἰωάννου διδασκαλίας (ἐπεὶ ἐλήλυθεν οὗτος, «ἵνα πάντες πιστεύσωσι δι' αὐτοῦ») B τοῖς προευτρεπισαμένοις ἐπιδημεῖν, προκεκαθαρμένοις διὰ τῶν ἡττόνων, πρὸς (67) τὸν τέλειον λόγον. Προηγουμένως μὲν οὖν ἕστηκεν ὁ Πατὴρ ἄτρεπτος, καὶ ἀναλλοίωτος ὤν· ἕστηκε δὲ καὶ ὁ Λόγος αὐτοῦ ἀεὶ ἐν τῷ σώζειν, κἂν γένηται σὰρξ, κἂν μέσος ᾖ ἀνθρώπων, οὐ καταλαμβανόμενος, ἀλλ' οὐδὲ βλεπόμενος· ἕστηκε δὲ καὶ διδάσκων, προκαλούμενος πάντας ἐπὶ τὸ πίνειν ἀπὸ τῆς ἀφθόνου πηγῆς αὐτοῦ· «Εἱστήκει» γὰρ «ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἔκραξε λέγων· Ἐάν τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω.»

eam in corde exsistere. Qui igitur in sui ipsorum medio Λόγον [hoc est rationem] habent, cum interim non disserant vel de ipsius natura, vel a quo fonte et principio venerit, neque tandem quomodo confirmaverit ipsos, hi in medio sui ipsorum Λόγον [et rationem] se habere nesciunt. At Joannes ipsum novit: hoc enim, «quem vos nescitis,» contumeliose dictum ad Pharisæos, ostendit Joannem accurate agnovisse quem illi ignorarent. Quam ob causam etiam Baptista, ipsum agnoscens, novit post se venturum, in medio exsistentem, hoc est post se, et post doctrinam a se in baptismo datam, advenientem ad eos qui secundum Sermonem [seu **138** rationem] abluti fuerint. Non idem autem significatur hoc in loco per vocem «post» et quando Jesus mittit nos post seipsum; illic enim post ipsum esse jubemur, ut incedentes per ipsius vestigia, perveniamus ad Patrem; hoc vero in loco, ut declararetur Jesum post Joannis doctrinas (quandoquidem hic venit, «ut omnes crederent per ipsum [47-86]») accedere ad eos qui antea præparati fuissent atque purificati per inferiora ad perfectum λόγον [seu rationem]. Præcipue itaque stat Pater immutabilis et inalterabilis exsistens: stat autem et Sermo ipsius semper, dum servat, etiam si fiat caro, etiamsi in medio sit hominum, non comprehensus, sed neque visus: stat autem et docens, invitans omnes ad bibendum a fonte suo abundanti: «Stabat enim Jesus, et clamabat dicens: Si quis sitit, veniat ad me, et bibat [87].»

23. Ὁ δὲ Ἡρακλέων τό· «Μέσος ὑμῶν ἕστηκε,» C φησὶν, ἀντὶ τοῦ «Ἤδη πάρεστι, καὶ ἔστιν ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ ἐν ἀνθρώποις,» καὶ ἐμφανής ἐστιν ἤδη πᾶσιν ὑμῖν· διὰ τούτων δὲ περιαιρεῖ τὸ (68) παρασταθὲν περὶ τοῦ διαπεφοιτηκέναι αὐτὸν δι' ὅλου τοῦ κόσμου. Λεκτέον γὰρ πρὸς αὐτόν· Πότε γὰρ οὐ πάρεστι; πότε δ' οὐκ ἔστιν ἐν τῷ κόσμῳ; καὶ ταῦτα τοῦ Εὐαγγελίου λέγοντος· «Ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω (69).» Καὶ διὰ τοῦτο καὶ οὗτοι, πρὸς οὓς ὁ λόγος, ὁ «ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε,» οὐκ οἴδασιν αὐτὸν, ἐπεὶ οὐδέπω τοῦ κόσμου ἐξεληλύθασιν, ὁ δὲ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω. Ποῖον δὲ χρόνον διέλειπε τοῦ ἐν ἀνθρώποις εἶναι; Ἢ οὐκ ἐν Ἡσαΐᾳ ἦν λέγοντι· «Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με·» καί· «Ἐμφανὴς ἐγενόμην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσι;» D Λεγέτωσαν δὲ εἰ μὴ καὶ ἐν Δαυῒδ ἦν, οὐκ ἀφ' αὐτοῦ λέγοντι· «Ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ·» καὶ ὅσα ἐκ προσώπου Χριστοῦ ἐν Ψαλμοῖς ἀναγέγραπται; Καὶ τί με δεῖ καθ' ἕκαστον ἀποδεικνύναι δυσεξαρίθμητον ὄντως (70) παραστῆσαι ἐναργῶς δυνάμενον, ὅτι ἀεὶ

23. At Heracleon, «In medio vestri stat,» interpretatur: «Jam adest, et est in mundo, et inter nos omnes homines» jam visibilis est: qua interpretatione tollit quod docuimus, nempe quod ipse discurrat ac permeet per totum mundum. Dicendum enim ad illum: Quando enim non adest? quando autem non est in mundo? præsertim Evangelio dicente: «In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, [et mundus eum non cognovit [88].]» Et ob hanc causam hi etiam ad quos est sermo ille, «quem vos nescitis,» nesciunt eum, quoniam nondum e mundo egressi fuerant, mundus vero eum non cognovit. Sed quo tempore cessavit inter homines esse? An non erat in Isaia dicente: «Spiritus Domini super me, propterea quod unxit me [89];» et: «Manifestus factus sum in his qui me non quærebant [90]?» Rursus dicant an in Davide non erat, non a semetipso dicente: «Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus [91],» et quæcunque in Psalmis ex persona Christi scripta sunt? Cumque evidenter docere queam Jesum semper inter homines esse, ad convincendum non

[47-86] Joan. I, 7. [87] Joan. VII, 37. [88] Joan. I, 10. [89] Isai. LXI, 1 [90] Isai. LXV, 1. [91] Psal. II, 6.

(63) *Συνέστησεν αὐτοῖς*. Legendum vel συνέστησεν αὐτούς, vel συνέστηκεν αὐτοῖς.

(64) Codex Bodleianus, recte, λεγόμενον. Regius, male, γενόμενον.

(65) Editio Huetii habet, ἐμφαίνει τὸν λόγον, τῷ ἐπιμελῶς ἐγνωκέναι τὸ ὑπ' ἐκείνων, sed codex Bodleianus ut in nostro textu.

(66) *Ἐνθάδε δέ*. Sic codex Bodleianus; Regius, ἐνθάδε.

(67) *Πρός*. Ita codex Bodleianus; male Regius, καί.

(68) *Περιαιρεῖ τό*. Sic codex Bodleianus; Regius, περιῄρεῖτο.

(69) *Καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω*. Hæc verba, quæ in codice Regio omissa sunt, restituuntur e codice Bodleiano.

(70) Codex Bodleianus, δυσεξαριθμήτου ὄντος.

recte Heracleonem exponendo, « in medio vestri stat, » exposuisse, « Jam adest, et est in mundo, et in homine, » quid opus est me singulatim argumenta congerere, cum ea vix enumerari queant? Non absurde tamen apud eum dicitur, quod verba illa, « qui post me venturus est, » declarant Joannem præcursorem Christi exsistere : vere enim non secus atque servus præcurrit Dominum. **139** Longe vero simplicius ea verba interpretatus est : « Non sum ego dignus, ut solvam ejus corrigiam calceamenti [92], » perinde quasi fateatur Baptista his verbis se neque dignum qui ultima officia in Christum conferat. Attamen post hanc expositionem satis probabiliter subjunxit : Non sum ego idoneus ut mei gratia descendat a magnitudine et carnem accipiat, ceu calceamentum, de qua rationem reddere ego non valeo, neque enarrare, vel solvere de ipsa dispensationem. Rursus minus prudenter atque animosius Heracleon ipse, cum per calceum interpretatus esset mundum, ad rem magis impiam transit, nempe ad enuntiandum, hæc omnia intelligi etiam oportere de mundi Fabricatore, intelligendo per Joannem, personam Fabricatoris mundi. Existimat enim mundi Opificem inferiorem Christo exsistentem, hoc per hæc verba fateri, quod est omnium impiissimum. Nam Pater qui misit illum, viventium Deus (ut etiam ipse Jesus testatur [93]), nempe Abraham, Isaac et Jacob, et idcirco Dominus cœli et terræ, quod ea fecerit, hic etiam solus bonus [94] et major est misso [95]. Quod si minus prudenter, ut antea diximus, ab Heracleone excogitatum est, omnem etiam mundum calceamentum esse Jesu, non arbitror oportere ut illi assentiamur. Quomodo enim cum tali intelligentia servabitur illud : « Cœlum mihi sedes est, terra autem subsellium pedum meorum [96], » quod testimonium sic sumit Jesus perinde quasi Pater id dixerit? « Non enim juraveritis, inquit, per cœlum, quoniam sedes est Dei ; neque per terram, quoniam subsellium pedum ejus est [97]. » Proinde quomodo, si docuerimus totum mundum intelligendum esse calceamentum Jesu, illud intelligetur : « Nonne cœlum, et terram ego impleo, dicit Dominus [98]? » Verumtamen dignum est ut inspiciamus utrum quia Sermo et Sapientia, hoc est Filius Dei, per totum mundum permeet, Pater vero sit in Filio, ut apposuimus; verba intelligenda sint an præcipue circumcingens omnem creaturam, propterea quod Filius sit in ipso, donaverit Servatori, quasi post se secundo, et Deo Λόγῳ exsistenti, per totam creaturam permeare. Ac potissimum his qui

A ἐν ἀνθρώπῳ (71) ἦν, πρὸς τὸ ἐλέγξαι οὐχ ὑγιῶς εἰρημένον τό· « Ἤδη πάρεστι, καὶ ἔστιν ἐν κόσμῳ, καὶ ἐν ἀνθρώπῳ, » εἰς διήγησιν παρὰ τῷ Ἡρακλέωνι τοῦ· « Μέσος ὑμῶν ἕστηκεν; » Οὐκ ἀπιθάνως δὲ παρ' αὐτῷ λέγεται, ὅτι τὸ, « ὀπίσω μου ἐρχόμενος, » τὸ πρόδρομον εἶναι τὸν Ἰωάννην τοῦ Χριστοῦ δηλοῖ· ἀληθῶς γὰρ ὡσπερεὶ οἰκέτης ἐστὶ προτρέχων τοῦ Κυρίου. Πολὺ δὲ ἁπλούστερον τό· « Οὐκ εἰμὶ ἄξιος ἵνα λύσω αὐτοῦ τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος, » ἐξείληφεν, ὅτι οὐδὲ τῆς ἀτιμοτάτης ὑπηρεσίας τῆς πρὸς τὸν Χριστὸν ἄξιος εἶναι διὰ τούτων ὁ Βαπτιστὴς ὁμολογεῖ. Πλὴν μετὰ ταύτην τὴν ἐκδοχὴν οὐκ ἀπιθάνως ὑποβέβληκε τό· Οὐκ ἐγώ εἰμι ἱκανὸς, ἵνα δι' ἐμὲ κατέλθῃ ἀπὸ μεγέθους, καὶ σάρκα λάβῃ, ὡς ὑπόδημα, περὶ ἧς ἐγὼ λόγον ἀποδοῦναι οὐ δύναμαι, οὐδὲ διηγήσασθαι, B ἢ ἐπιλῦσαι τὴν περὶ αὐτῆς οἰκονομίαν. Ἁδρότερον δὲ καὶ μεγαλοφυέστερον ὁ αὐτὸς Ἡρακλέων κόσμον τὸ ὑπόδημα ἐκδεξάμενος, μετέστη ἐπὶ τὸ ἀσεβέστερον ἀποφήνασθαι ταῦτα πάντα δεῖν ἀκούεσθαι καὶ περὶ τοῦ προσώπου τούτου (72) διὰ τοῦ Ἰωάννου νοουμένου. Οἴεται γὰρ τὸν Δημιουργὸν τοῦ κόσμου ἐλάττονα ὄντα τοῦ Χριστοῦ, τοῦτο ὁμολογεῖν διὰ τούτων τῶν λέξεων, ὅπερ ἐστὶ πάντων ἀσεβέστατον· ὁ γὰρ πέμψας αὐτὸν Πατὴρ, ὁ τῶν ζώντων Θεὸς, ὡς αὐτὸς Ἰησοῦς μαρτυρεῖ, τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ τοῦ Ἰσαὰκ, καὶ τοῦ Ἰακὼβ, ὁ διὰ τοῦτο Κύριος τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι πεποίηκεν αὐτὰ, οὗτος καὶ μόνος ἀγαθὸς, καὶ μείζων τοῦ πεμφθέντος (73). Εἰ δὲ καὶ, ὡς προειρήκαμεν, ἁδρότερον νενόηται καὶ C πᾶς ὁ κόσμος ὑπόδημα εἶναι τοῦ Ἰησοῦ τῷ Ἡρακλέωνι, ἀλλ' οὐκ οἶμαι δεῖν συγκατατίθεσθαι. Πῶς γὰρ μετὰ τῆς τοιαύτης ἐκδοχῆς σωθήσεται τό· « Οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου, » μαρτυρούμενον ὡς περὶ τοῦ Πατρὸς εἰρημένον ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ; « Μὴ γὰρ ὀμόσητε, φησὶ, τὸν οὐρανὸν, ὅτι θρόνος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, μηδὲ τὴν γῆν, ὅτι ὑποπόδιόν ἐστι τῶν ποδῶν αὐτοῦ. » Πῶς δὲ, μετὰ τοῦ τὸν ὅλον κόσμον ὑπόδημα νοεῖσθαι τοῦ Ἰησοῦ παραστῆσαι, νοήσεται τό· « Οὐχὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ, λέγει Κύριος; » Πλὴν ἄξιον ἐπιστῆσαι πότερον, τῷ τὸν Λόγον καὶ τὴν Σοφίαν διαπεφοιτηκέναι δι' ὅλου τοῦ κόσμου, τὸν δὲ Πατέρα ἐν τῷ Υἱῷ εἶναι, ὡς παρεθέμεθα τὰ ῥητὰ δεῖ νοῆσαι· ἢ ὁ προηγουμένως περιζωσάμενος πᾶσαν τὴν κτίσιν, παρὰ τὸ D τὸν Υἱὸν εἶναι ἐν αὐτῷ, ἐχαρίσατο τῷ Σωτῆρι ὡς μετ' αὐτὸν δευτέρῳ, καὶ Θεῷ Λόγῳ τυγχάνοντι, δι' ὅλης ἐφθακέναι (74) τῆς κτίσεως. Καὶ μάλιστα τοῖς δυναμένοις κατανοεῖν τὴν τοῦ τηλικούτου οὐρανοῦ ἀδιάλειπτον κίνησιν, ἀπὸ ἀνατολῶν ἐπὶ δυσμὰς συμπεριάγοντος (75) ἑαυτῷ τὸ τοσοῦτο τῶν ἀστέρων πλῆθος, ἄξιον ἔσται ζητήσεως περὶ τοῦ, τίς ἡ ἐνυπάρ-

[92] Joan. I, 27. [93] Matth. XXII, 32. [94] Luc. XVIII, 19. [95] Joan. XIV, 28. [96] Isai. LXVI, 1. [97] Matth. V, 34, 35. [98] Jerem. XXIII, 24.

(71) Idem cod., ἀνθρώποις.

(72) *Καὶ περὶ τοῦ προσώπου τούτου*, etc. Sic habent codices mss. Regius, Barberinus et Bodleianus, a quibus non recessit Perionius; aliter tamen legendum esse suadet ipse orationis contextus et Ferrarii interpretatio. Huetius sic emendavit : Καὶ περὶ τοῦ δημιουργοῦ τοῦ κόσμου, τοῦ προσώπου τούτου διὰ τοῦ Ἰωάννου νοουμένου.

(73) *Οὗτος καὶ μόνος ἀγαθὸς, καὶ μείζων τοῦ πεμφθέντος*. Joan. XIV, 28 : Πορεύομαι πρὸς τὸν Πατέρα· ὅτι ὁ Πατήρ μου μείζων μου ἐστί. Adi *Origeniana*.

(74) *Ἐφθακέναι*. Forte legendum πεφοιτηκέναι.

(75) *Συμπεριάγοντος*. Sic codex Bodleianus; editio Huetii, συμπεριάγοντα.

χουσα δύναμις τοσαύτη, καὶ τηλικαύτη τῷ παντὶ κόσμῳ. Ἕτερον γὰρ παρὰ τὸν (76) Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν ταύτην τολμῆσαι εἰπεῖν, μήποτε οὐκ ἔστιν εὐσεβές.

24. *Ταῦτα ἐν Βηθαρᾷ* (77) *ἐγένετο πέραν τοῦ Ἰορδάνου, ὅπου ἦν Ἰωάννης βαπτίζων.* Ὅτι μὲν σχεδὸν ἐν πᾶσι τοῖς ἀντιγράφοις κεῖται· « Ταῦτα ἐν Βηθανίᾳ ἐγένετο, » οὐκ ἀγνοοῦμεν, καὶ ἔοικε τοῦτο καὶ ἔτι πρότερον γεγονέναι· καὶ παρὰ Ἡρακλέωνι γοῦν Βηθανίαν ἀνέγνωμεν. Ἐπείσθημεν δὲ μὴ δεῖν « Βηθανίᾳ » ἀναγινώσκειν, ἀλλὰ Βηθαβαρᾷ, γενόμενοι ἐν τοῖς τόποις (78) ἐπὶ ἱστορίαν τῶν ἰχνῶν Ἰησοῦ, καὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ τῶν προφητῶν. Βηθανία γάρ, ὡς ὁ αὐτὸς εὐαγγελιστής φησι, ἡ πατρὶς Λαζάρου, καὶ Μάρθας, καὶ Μαρίας, ἀπέχει τῶν Ἱεροσολύμων σταδίους δεκαπέντε· ἧς πόῤῥω ἐστὶν ὁ Ἰορδάνης ποταμός, ὡς ἀπὸ σταδίων πλατεῖ λόγῳ ρπ'· ἀλλ' οὐδὲ ὁμώνυμος τῇ Βηθανίᾳ τόπος ἐστὶν περὶ τὸν Ἰορδάνην. Δείκνυσθαι δὲ λέγουσι παρὰ τῇ ὄχθῃ τοῦ Ἰορδάνου τὰ Βηθαρᾶ, ἔνθα ἱστοροῦσι τὸν Ἰωάννην βεβαπτικέναι· ἔστι τε ἡ ἑρμηνεία τοῦ ὀνόματος ἀκόλουθος τῷ βαπτίσματι τοῦ ἑτοιμάζοντος Κυρίῳ λαὸν κατεσκευασμένον· μεταλαμβάνεται γὰρ εἰς *οἶκον κατασκευῆς*· ἡ δὲ Βηθανία εἰς *οἶκον ὑπακοῆς*. Ποῦ γὰρ ἀλλαχόσε ἐχρῆν βαπτίζειν τὸν ἀποσταλέντα ἄγγελον πρὸ προσώπου τοῦ Χριστοῦ κατασκευάσαι τὴν ὁδὸν αὐτοῦ ἔμπροσθεν αὐτοῦ, ἢ εἰς τὸν τῆς κατασκευῆς οἶκον; Ποία δὲ οἰκειοτέρα πατρὶς τῇ τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐκλεξαμένῃ μὴ ἀφαιρουμένην αὐτῆς Μαριάμ, καὶ τῇ περισπωμένῃ διὰ τὴν Ἰησοῦ ὑποδοχὴν Μάρθᾳ, καὶ τῷ τούτων ἀδελφῷ, φίλῳ ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος εἰρημένῳ, Λαζάρῳ, ἢ Βηθανία ὁ τῆς ὑπακοῆς οἶκος; Οὐ καταφρονητέον οὖν τῆς περὶ τὰ ὀνόματα ἀκριβείας τῷ ἀπαραλείπτως βουλομένῳ συνιέναι τὰ ἅγια γράμματα. Τὸ μέντοιγε ἡμαρτῆσθαι ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς ἀντιγράφοις τὰ περὶ τῶν ὀνομάτων πολλαχοῦ, καὶ ἀπὸ τούτων ἄν τις πεισθείη ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις· ἡ περὶ τοὺς ὑπὸ τῶν δαιμονίων καταχρημνιζομένους καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ συμπνιγομένους χοίρους οἰκονομία ἀναγέγραπται γεγονέναι ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Γερασηνῶν. Γέρασα δὲ τῆς Ἀραβίας ἐστὶ πόλις, οὔτε θάλασσαν οὔτε λίμνην πλησίον ἔχουσα. Καὶ οὐκ ἂν οὕτως προφανὲς ψεῦδος καὶ εὐέλεγκτον οἱ εὐαγγελισταὶ εἰρήκεσαν, ἄνδρες ἐπιμελῶς γινώσκοντες τὰ περὶ τὴν Ἰουδαίαν. Ἐπεὶ δὲ

A dispicere queunt tanti cœli indeficientem motum, ut quod circumducat ab oriente in occidentem usque tantam stellarum multitudinem, dignum erit quæsitu quænam sit ea vis tanta et talis in **140** toto mundo exsistens. Nam aliud hanc dicere audere præter Patrem et Filium, fortasse non est pium.

24. *Hæc in Bethabara facta sunt, trans Jordanem, ubi erat Joannes baptizans* [99]. Quod in omnibus fere exemplaribus ponatur: « Hæc in Bethania facta sunt, » non ignoramus, et videtur hoc etiam antea factum fuisse: unde apud Heracleonem etiam Bethaniam legimus. Sed persuasi sumus non « Bethania, » sed « Bethabara » esse legendum, cum ad loca pervenissemus, ut Jesu discipulorumque ejus ac B prophetarum vestigia inspiceremus. Bethania namque, ut ipse inquit evangelista [1], patria Lazari, et Mariæ, et Marthæ, quindecim stadiis a Hierosolymis distat, qua Jordanes fluvius, lato computo, abest stadiis circiter octoginta supra centum, sed neque locus est circa Jordanem qui nomen commune habeat cum Bethania. Dicunt autem ostendi circa tumulos Jordanis Bethabara, ubi historiæ dicunt Joannem baptizasse; estque nominis interpretatio consequens baptismati præparantis Domino populum instructum [2]. Est enim, si interpreteris, *domus instructionis:* Bethania vero, *domus obedientiæ.* Nam profecto ubi baptizare opus erat ei qui missus fuerat ante faciem Christi ad præparandum viam ipsius coram ipso [3], quam in domo instru- C ctionis? Quænam vero magis propria est patria ipsi Mariæ, quæ elegerat bonam partem a se non auferendam [4], et Marthæ in diversa distractæ propter suscipiendum Jesum [5], atque ipsarum fratri Lazaro, qui a Servatore amicus dicitur [6], quam Bethania obedientiæ domus? Itaque contemnenda non est accurata circa nomina diligentia ei qui voluerit probe intelligere sanctas litteras. Peccatum equidem frequenter fuisse in gentilium exemplaribus, indeque errata in Evangeliis translata facile quis credat. Dispensatio namque circa porcos e rupe præcipitatos, et in mari suffocatos a dæmoniis scribitur facta [7] fuisse in loco Gerasenorum. Gerasa autem urbs est Arabiæ, neque mare neque stagnum in propinquo habens. Nec mendacium adeo aper- D tum, quodque facile redargui posset, dixissent evangelistæ, viri diligenter agnoscentes regionem Judææ. Quoniam **141** vero in paucis exemplaribus

[99] Joan. I, 28. [1] Joan. I, 1, 18. [2] Luc. I, 17. [3] ibid. 76. [4] Luc. X, 41. [5] ibid. 43. [6] Joan. XI, 11; Matth. VIII, 28, 32. [7] Marc. V, 1, 13; Luc. VIII, 26, 33, 37.

(76) Editio Huetii, περὶ τόν, etc., male.

(77) *Ταῦτα ἐν Βηθαρᾷ.* Origenes in Catena quadam Regia *in Joan.* I, 28: Χρὴ δὲ γινώσκειν, ὅτι τὰ ἀκριβῆ τῶν ἀντιγράφων Βηδαβαρᾷ περιέχει. Ἡ γὰρ Βηθανία οὐχὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου, ἀλλ' ἐγγύς που τῶν Ἱεροσολύμων ἐστίν. Infra scriptum aliquando reperias, Βηθαραβᾶ, aliquando Βηθαβαρᾶ, quæ vera lectio est, et quam secutum esse Origenem certum est, juxta codicum Græcorum fidem Joann. I, 28. Hanc enim vocem vertit, οἶκος κατασκευῆς, a בית et ברא, quod aliquando redditur κατασκευάζειν, ut Isaiæ XL, 28, בורא קצוה ארץ LXX verterunt: ὁ κατασκευάσας τὰ ἄκρα τῆς γῆς. Ita et Isaiæ XLIII, 7. Quod si scripsisset Βηθαραβᾶ, exposuisset, « domus humilis, » vel « domus vesperæ, » quemadmodum exponit Hieronymus in libro *De locis Hebraicis.* Vertit utrobique Ferrarius, *Bethabara,* adeo ut sic ipsius habuisse codicem dubium non sit, inquit Huetius. Verumtamen in codice Bodleiano nec non in codice Barberino utrobique legitur Βηθαρᾶ, non Βηθαβαρᾶ.

(78) *Γενόμενοι ἐν τοῖς τόποις,* etc. Id tum primum videtur contigisse, cum Alexandria pulsus Cæsareæ domicilium statuit. HUETIUS.

invenimus, « in locum Gadarenorum, » ad hoc etiam est dicendum, Gadaram quidem civitatem esse Judææ, circa quam celeberrima balnea sunt, haudquaquam vero in ea esse stagnum vel mare præcipitiis adjacens. At Gergesa, a qua Gergesæi, urbs est antiqua juxta stagnum quod nunc Tiberiadis vocamus, juxta quam rupes est stagno adjacens, e qua ostenditur porcos a dæmonibus in præceps delatos fuisse. Interpretatur autem Gergesa *habitatio ejicientium*, fortasse cognomentum sortita prophetica illius rei, quam locorum cives erga Servatorem fecerunt obsecrantes eum ut e finibus suis excederet [8]. Tale subinde erratum in lege et prophetis circa nomina licet cernere, ut accurate perspeximus ab Hebræis edocti, cum ipsorum exemplaribus nostra comparantes, quæ testimonium habent ab editionibus Aquilæ, et Symmachi, et Theodotionis, quæ nondum sunt depravatæ. Pauca igitur apponemus in studiosorum gratiam, quo in his diligentius versentur. Unus filiorum Levi primus in pluribus exemplaribus Geson nominatus est [9], pro eo quod est Gerson, ejusdem nominis exsistens cum primogenito Moysis, nomine vere utrisque posito, quod geniti fuissent in terra aliena habitantes. Rursus Judæ secundus apud nos quidem Aunan esse dicitur [10], apud Hebræos vero Onan, quod est, Labor ipsorum. Ad hæc in profectionibus filiorum Israel in Numerorum libro invenimus [11], quod profecti sunt ex Sochoth, et castra fixerunt in Buthan, cum Hebraicum pro Buthan Æman habeat. Et quid me opus est tardantem plura apponere, cum veritatem, quæ est in nominibus, cuivis volenti tum inquirere, tum agnoscere sit in promptu? Sed in primis ea Scripturarum loca suspecta habere debemus, ubi pariter complurium nominum est enarratio, veluti in libro Jesu Nave sunt quæ ad divisionem hæreditatis pertinent: et in primo Paralipomenon a principio per ordinem

ἐν ὀλίγοις εὕρομεν « εἰς τὴν χώραν τῶν Γαδαρηνῶν, » καὶ πρὸς τοῦτο λεκτέον· Γάδαρα γὰρ πόλις μέν ἐστι τῆς Ἰουδαίας, περὶ ἣν τὰ διαβόητα θερμὰ τυγχάνει, λίμνη δὲ κρημνοῖς παρακειμένη οὐδαμῶς ἐστιν ἐν αὐτῇ ἡ θάλασσα (79). Ἀλλὰ Γέργεσα, ἀφ' ἧς οἱ Γεργεσαῖοι, πόλις ἀρχαία περὶ τὴν νῦν καλουμένην Τιβεριάδα λίμνην, περὶ ἣν κρημνὸς παρακείμενος τῇ λίμνῃ, ἀφ' οὗ δείκνυται τοὺς χοίρους ὑπὸ τῶν δαιμόνων καταβεβλῆσθαι. Ἑρμηνεύεται δὲ ἡ Γέργεσα (80) *παροικία ἐκβεβληκότων*, ἐπώνυμος οὖσα τάχα προφητικῶς οὗ περὶ τὸν Σωτῆρα πεποιήκασι παρακαλέσαντες αὐτὸν μεταβῆναι ἐκ τῶν ὁρίων αὐτῶν οἱ τῶν χοίρων (81) πολῖται. Τὸ δ' ὅμοιον περὶ τὰ ὀνόματα σφάλμα πολλαχοῦ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν ἔστιν ἰδεῖν, ὡς ἠκριβώσαμεν ἀπὸ Ἑβραίων μαθόντες, καὶ τοῖς ἀντιγράφοις αὐτῶν τὰ ἡμέτερα συγκρίναντες, μαρτυρηθεῖσιν ὑπὸ τῶν μηδέπω διαστραφεισῶν ἐκδόσεων Ἀκύλου, καὶ Θεοδοτίωνος, καὶ Συμμάχου. Ὀλίγα τοίνυν παραθησόμεθα ὑπὲρ τοῦ τοὺς φιλομαθεῖς ἐπιστρεφεστέρους γενέσθαι περὶ ταῦτα. Εἷς τῶν υἱῶν Λευῒ ὁ πρῶτος Γεσὼν ἐν τοῖς πλείστοις τῶν ἀντιγράφων ὠνόμασται, ἀντὶ τοῦ Γηρσὼν, ὁμώνυμος τυγχάνων τῷ πρωτοτόκῳ Μωϋσέως, ἑκατέρων διὰ τὴν παροικίαν (82) ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ γεννηθέντων τοῦ ὀνόματος ἑτοίμως κειμένου. Πάλιν τῷ Ἰούδᾳ παρ' ἡμῖν μὲν ὁ δεύτερος Αὐνὰν εἶναι λέγεται, παρὰ δὲ Ἑβραίοις Ὠνάν ἐστι, Πόνος αὐτῶν (83). Πρὸς τούτοις ἐν ταῖς ἀπάρσεσι τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς εὕρομεν, ὅτι ἀπῆραν ἐκ Σοχὼθ, καὶ παρενέβαλον εἰς Βουθάν· τὸ δὲ (84) Ἑβραϊκὸν, ἀντὶ Βουθὰν, Αἰμὰν λέγει. Καὶ τί με δεῖ διατρίβοντα πλείονα παρατίθεσθαι, παρόντος τῷ βουλομένῳ τοῦ ἐξετάζειν καὶ γινώσκειν τὰ κατὰ τὰ ὀνόματα ἀληθῆ; Μάλιστα δὲ ὑποπτευτέον τοὺς τόπους τῶν Γραφῶν, ἔνθα κατάλογός ἐστιν ἅμα ὀνομάτων πλειόνων, ὡς ἐν τῷ Ἰησοῦ τὰ περὶ τῆς κληροδοσίας, καὶ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Παραλειπομένων ἀρχῆθεν ἑξῆς μέχρι τοῦ ἐγγύς που ὑπὲρ τὸν Λαυ (85) ... Ὁμοίως δὲ καὶ ἐν

[8] Matth. III, 34; Marc. V, 17; Luc. VIII, 37. [9] Gen. XLVI, 11; Exod. VI, 16; Num. III, 17; XXVI, 57; I Paral. VI, 1, 16; Exod. II, 22; I Paral. XXIII, 15. [10] Gen. XXXVIII, 4; XLVI, 12; Num. XXVI, 19; I Paral. II, 3. [11] Num. XXXIII, 6.

(79) *Ἐν αὐτῇ ἡ θάλασσα*. Editio Huetii in textu habet ἐν αὐτῇ θάλασσα. Cæterum Origenis observationi adde Gadara civitatem fuisse Judæorum, quibus ut vetitum erat porcos edere, ita superfluum fuisset alere.

(80) *Ἑρμηνεύεται δὲ ἡ Γέργεσα*. Infra tom. X *in Joann.*, num. 10: Ὥσπερ τὰ Γέργεσα, ἔνθα παρεκάλεσαν αὐτὸν μεταβῆναι ἐκ τῶν ὁρίων αὐτῶν οἱ τῶν χοίρων πολῖται, ἑρμηνεύεται, Παροικία ἐκβεβληκότων. Quasi ex hac expulsione id nominis tum primum sortita fuerit. Vocabulum illud derivat Origenes a גור, unde מגור, « habitatio, » et גרש, « expulit: » unde fieri debuit, « Gergeresa, » non « Gergesa. » At Matth. VIII, 28, τὴν χώραν τῶν Γεργεσηνῶν reperio; « Gergesa » autem nusquam reperio. HUETIUS.

(81) *Χοίρων*. Ita codex Regius et reliqui, cum Perionio; et infra tom. X *in Joann.*, num. 10, οἱ τῶν χοίρων πολῖται. Ferrarius utrobique χωρίων, quod malim. HUETIUS.

(82) *Διὰ τὴν παροικίαν*, etc. A גר « peregrinus, » et שם « ibi. » Exod. II, 22: « Quæ peperit ei filium, quem vocavit Gersam, dicens: Advena fui in terra aliena. » Hieronymus *De nomin. Hebraic.*: « Gerson, ejectio eorum, sive, advena ibi, aut advena pupillæ. » ID.

(83) *Παρὰ δὲ Ἑβραίοις Ὠνάν ἐστι, Πόνος αὐτῶν*. Ab און, cum affixo plurali feminino. Hieronymus *De nomin. Hebraic.*: « Onan, mœror eorum. »

(84) *Παρενέβαλον εἰς Βουθάν· τὸ δέ*, etc. Hic hariolatus est Perionius pro Βουθάν scribendum Αἰθάν. Sed omnino retinendum Βουθάν, quod editiones omnes τῶν Ο' præferunt, Num. XXXIII, 6, ex Hebraico באתם, *in Etham*. Itaque pro Αἰμάν, quod sequitur apud Origenem, legendum videtur Αἰθάμ, id enim Hebraici codices perpetuo consensu habent. HUETIUS.

(85) *Ἐγγύς που ὑπὲρ τὸν Λαυ*. Postremam hanc vocem non reddit Ferrarius, sive quod ex ipsius abfuerit codice, sive quod vocem nihili quomodo redderet non habuerit. Quid si legamus: ὑπὲρ τὸν Σαούλ, vel ὑπὲρ τὸν Δᾶδ, contracte pro Δαυῒδ. Sensus erit: Suspecta debent esse loca, ubi complura nomina recensentur: velut in Jesu Nave, et in primo Paralipomenωn, ab initio libri ad eum circi-

τῷ Ἔσδρᾳ. Καὶ οὐ καταφρονητέον τῶν ὀνομάτων, A πραγμάτων σημαινομένων ἀπ' αὐτῶν χρησίμων τῇ τῶν τόπων ἑρμηνείᾳ. Οὐκ εὔκαιρον δὲ νῦν τὸν περὶ τῆς θεωρίας τῶν ὀνομάτων ἐξετάσαι λόγον, ἀφέμενον τῶν προκειμένων.

25. Ἴδωμεν τοίνυν τὰ τῆς εὐαγγελικῆς λέξεως. Ἰορδάνης μὲν ἑρμηνεύεται (86) *κατάβασις αὐτῶν*. Τούτῳ δὲ, ἵν' οὕτως εἴπω, γειτνιᾷ τὸ ὄνομα τοῦ Ἰαρὲδ, ὃ καὶ αὐτὸ ἑρμηνεύεται *καταβαίνων*, ἐπειδήπερ γεγένηται τῷ Μαλελεὴλ, ὡς ἐν τῷ Ἐνὼχ γέγραπται (87) (εἴ τῳ φίλον παραδέχεσθαι ὡς ἅγιον τὸ βιβλίον), ταῖς ἡμέραις τῆς τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ καταβάσεως ἐπὶ τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων· ἥντινα κατάβασιν αἰνίσσεσθαί τινες ὑπειλήφασι τὴν τῶν ψυχῶν κάθοδον ἐπὶ τὰ σώματα, θυγατέρας ἀνθρώπων B τροπικώτερον τὸ γήϊνον σκῆνος λέγεσθαι ὑπειληφότες. Εἰ δὴ τοῦθ' οὕτως ἔχει, τίς ἂν εἴη ποταμὸς κατάβασις αὐτῶν, ἐφ' ὃν ἐρχόμενον καθαίρεσθαι δεῖ οὐχ ἰδίαν κατάβασιν καταβεβηκότα, ἀλλὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων, ἢ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν διορίζων τοὺς ὑπὸ Μωϋσέως κληροδοτουμένους ἀπὸ τῶν διὰ Ἰησοῦ τὰς οἰκείας ἀπολαμβανόντων μερίδας; Τούτου δὴ τοῦ διὰ τοῦ καταβεβηκότος ποταμοῦ τὰ ὁρμήματα εὐφραίνουσιν, ὡς ἐν Ψαλμοῖς εὕρομεν, τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ τὴν αἰσθητὴν Ἱερουσαλὴμ (οὐ γὰρ ἔχει παρακείμενον ποταμόν), ἀλλὰ τὴν ἄμωμον τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν, οἰκοδομουμένην ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν προφητῶν, ὄντος ἀκρογωνιαίου Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Ἰορδάνην μέντοιγε νοητέον τοῦ C Θεοῦ Λόγον τὸν γενόμενον σάρκα, καὶ σκηνώσαντα ἐν ἡμῖν, Ἰησοῦν δὲ τὸν κληροδοτήσαντα ὃ ἀνείληφεν ἀνθρώπινον· ὅπερ ἐστὶ καὶ ἀκρογωνιαῖος λίθος, ὁ καὶ αὐτὸς ἐν τῇ θεότητι τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ γενόμενος, τῷ ἀνειλῆφθαι ὑπ' αὐτοῦ λούεται, καὶ τότε χωρεῖ τὴν ἀκέραιον καὶ ἄδολον περιστερὰν τοῦ Πνεύματος, συνδεδεμένην αὐτῷ, καὶ μηκέτι ἀποπτῆναι δυναμένην· « Ἐφ' ὃν γάρ, φησὶν, ἐὰν ἴδῃς τὸ Πνεῦμα καταβαῖνον καὶ μένον ἐπ' αὐτὸν, οὗτός ἐστιν ὁ βαπτίζων ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. » Διὰ τοῦτο λαβὼν τὸ Πνεῦμα μένον ἐπ' αὐτὸν Ἰησοῦν, ἐν αὐτῷ μείναντι βαπτίζειν τοὺς προσερχομένους (88) αὐτῷ δυνηθῇ. Πέραν δὲ τοῦ Ἰορδάνου, κατὰ τὰ ἔξω τῆς Ἰουδαίας νεύοντα κλίματα, ἐν τῇ Βηθαραβᾷ (89) βαπτίζει ὁ Ἰωάννης, πρόδρομος ὢν τοῦ ἐληλυθότος καλέσαι οὐ δικαίους, D ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς, διδάσκοντος μὴ χρείαν ἔχειν τοὺς ἰσχύοντας ἰατροῦ (90), ἀλλὰ τοὺς κακῶς ἔχοντας·

usque ad ea quæ in principio sunt super... Similiter autem in Esdra. **142** Nec vero parvipendenda sunt nomina, cum res utiles ex eis significentur locorum interpretatione. Cæterum haud est nunc opportunum instituere sermonem de ratione nominum, omittendo quæ sunt proposita.

25. Quamobrem videamus quæ ad evangelicam lectionem spectant. Jordanes quidem interpretatur *descensus ipsorum*. Huic autem, ut ita dicam, vicinum est nomen Iared, quod et ipsum interpretatur *descendens*, quoniam genitus est Malaleeli, ut in libro Enoch est scriptum (si cui placet admittere librum ut sanctum), his diebus, cum filii Israel descenderent ad filias hominum : quo descensu quidam suspicati sunt innui animarum ad corpora descensum ; filias hominum metaphorice terrenum habitaculum dici existimantes. Si igitur hoc sic se habet, quis erit fluvius descensus ipsorum, ad quem non descendentem proprio descensu, sed descensu hominum, quicunque venerit, purificatione egeat, nisi Servator noster, disterminans eos qui a Moyse hæreditatem acceperint, ab his qui proprias partes acceperunt per Jesum? Hujus igitur impetus, qui sunt per fluvium descendentem, lætificant, ut in Psalmis est scriptum [12], civitatem Dei, non Jerusalem sub sensum cadentem (nec enim Jerusalem habet adjacentem fluvium), sed inculpatam Dei Ecclesiam ædificatam super fundamentum apostolorum et prophetarum, summo angulari lapide Christo Jesu exsistente Domino nostro [13]. Jordanes itaque intelligendus est ille Dei Sermo qui factus est caro et habitavit in nobis [14]; Jesus, inquam, qui quidquid assumpsit humanum, hæreditarium fecit : quod est etiam summus angularis lapis, quod etiam ipsum in divinitate Filii Dei factum, ex eo quod ab ipso assumptum fuerit, lavatur, et tum capit simplicem et sine dolo columbam Spiritus, sibi colligatam, nec amplius avolare valentem : « Super quem enim, inquit, videris Spiritum descendentem, et manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto [15]. » Propter hoc, qui acceperit Spiritum manentem super ipsum Jesum, baptizare poterit ad se accedentes, Spiritu sancto in ipso permanente. Sed trans Jordanem, in partibus extra Judæam vergentibus, in Bethabara baptizat Joannes, præcursor illius exsistens qui venit **143** non justos, sed peccatores ad resipiscentiam

[12] Psal. XLV, 5. [13] Ephes. II, 20. [14] Joan. I, 14. [15] ibid. 33.

ter locum ubi res Saulis vel res Davidis commemorantur : hoc est, ad caput usque decimum ; ab hoc enim loco infrequentiores sunt prolixæ illæ nominum propriorum enumerationes. HUETIUS.

(86) *Ἰορδάνης μὲν ἑρμηνεύεται*, etc. A ירד, « descendit. » Hieronymus *De nominib. Hebraic.*: « Jarden, descensio eorum, vel, vide Judicium. » Alii dictum putant Jordanem a duobus fontibus Jor et Dan, unde hic amnis profluit ; quo modo nomina sua adepti sunt Dordona et Tamesis. ID.

(87) *Ὡς ἐν τῷ Ἐνὼχ γέγραπται*, etc. Locus habetur libro primo Enochi, *Περὶ τῶν ἐγρηγόρων*, e quo fragmentum profert Scaliger ad Euseb. En verba : Καὶ ἐγένετο, ὅτε ἐπληθύνθησαν οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, ἐγεννήθησαν αὐτοῖς θυγατέρες ὡραῖαι, καὶ ἐπεθύμησαν αὐτὰς οἱ ἐγρήγοροι... Ἦσαν δὲ οὗτοι σʹ, οἱ καταβάντες ἐν ταῖς ἡμέραις Ἰαρέδ. Hunc librum Græce scriptum habuit Scaliger, aliaque ejusdem auctoris falsa et supposita, quemadmodum discimus ex Scaligerianis. ID.

(88) *Προσερχομένους*. Ita codex Bodleianus ; Regius, ἐρχομένους.

(89) *Βηθαραβᾷ*. Codex Barberinus, Βηθαρᾷ, sed omnino legendum ut supra Βηθαβαρᾷ.

(90) *Ἰατροῦ*. Sic codex Bodleianus ; Regius ἰατρῶν.

vocaturus [16], quippe docet non opus sanis medico, sed male habentibus [17]. Etenim in remissionem peccatorum datur lavacrum [18].

26. Cæterum probabile est aliquem, qui non intellexerit diversas de Servatore notiones, offensum iri pro explicata Jordanis interpretatione, eo quod Joannes dicat: « Ego baptizo in aqua: sed qui post me venturus est, is est me fortior: ipse vos baptizabit in Spiritu sancto [19]. » Ad quem sic est dicendum: quod ut sermo Dei potabilis exsistens, aliquibus quidem aqua, aliquibus vero vinum lætificans cor hominis [20], nonnullis etiam sanguis est propter illud: « Nisi biberitis sanguinem meum, non habebitis in vobis ipsis vitam [21]; » quin cibus dictus, non eadem ratione consideratur panis vivens et caro; sic ipsum exsistere aliquibus quidem aquæ baptisma, et spiritus, et ignis, aliquibus etiam baptisma sanguinis. De quo ultimo baptismate inquit, ut quidam dixerunt, hoc: « Baptismate ego baptizari habeo, et aliquomodo coarctor, donec illud perfectum fuerit [22]! » Huic consona discipulus Joannes scripsit in Epistola [23], dicens, spiritum, aquam et sanguinem tria esse quæ facta fuerint unum. Cumque viam et ostium se esse fateatur [24], palam est omnino eum non esse ostium cui sit via, nec amplius viam esse illi cui sit ostium. Quotquot ergo initiantur primis elementis sermonum Dei, accedentes ad vocem « clamantis in deserto: Dirigite viam Domini [25]; » accedentes, inquam, trans Jordanem, ad vocem exsistentem apud domum præparationis, diligenter præparent se, ut præcedenti præparatione percipere queant spiritualem sermonem, qui imprimitur per illuminationem spiritus. Continenter igitur rei propositæ colligentes quæ ad Jordanem pertinent, accuratius consideremus fluvium. Deus igitur per Moysen traducit populum per mare Rubrum [26], cum fecisset ut aqua ipsis murus esset a dextris et a sinistris. Jesus vero traducit eum per Jordanem [27]. Cum legisset autem Scripturam Paulus, non amplius secundum carnem illi militans (noverat enim legem spiritualem esse) spiritualiter docet nos interpretari quæ contigerunt in transitu maris Rubri, dicens in priore ad Corinthios Epistola [28]: « Nolo vos ignorare, fratres, omnes patres nostros sub nube fuisse, omnesque per mare transisse, et omnes in Moyse baptizatos fuisse in nube, et in mari, et omnes eumdem cibum **144** spiritualem comedisse, et omnes eumdem potum spiritualem bibisse: bibebant enim ex spirituali sequente eos petra: at vero illa petra erat Christus. » Quibus consequenter petamus etiam nos ut a Deo accipiamus intelligentiam spiritualem transitus Jordanis per Jesum, dicentes de hoc etiam dicere potuisse Paulum: Nolo vos ignorare, fratres, quod omnes patres nostri per Jordanem transierunt, et omnes in Jesu baptizati fuerunt

A καὶ γὰρ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν τὸ λουτρὸν δίδοται.

26. Εἰκὸς δέ τινα τὰς διαφόρους ἐπινοίας τοῦ Σωτῆρος μὴ νενοηκότα προσκόψειν τῇ ἀποδοθείσῃ τῇ περὶ τοῦ Ἰορδάνου ἑρμηνείᾳ, διὰ τὸ λέγειν τὸν Ἰωάννην· « Ἐγὼ βαπτίζω ἐν ὕδατι· ὁ δὲ ἐρχόμενος μετ' ἐμὲ ἰσχυρότερός μου ἐστίν· αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. » Πρὸς ὃν λεκτέον ὅτι ὥσπερ ποτὸν τυγχάνων ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, οἷς μέν ἐστιν ὕδωρ, ἑτέροις δὲ οἶνος εὐφραίνων καρδίαν ἀνθρώπου, ἄλλοις δὲ αἷμα διὰ τό· « Ἐὰν μὴ πίητέ μου τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς· » ἀλλὰ καὶ τροφὴ λεγόμενος οὐ κατὰ τὸ αὐτὸ νοεῖται ἄρτος ζῶν καὶ σάρξ· οὕτως ὁ αὐτός ἐστι βάπτισμα ὕδατος, καὶ πνεύματος, B καὶ πυρὸς, τισὶ δὲ καὶ αἵματος. Περὶ δὲ τοῦ τελευταίου βαπτίσματος, ὥς τινες, φησὶν ἐν τῷ· « Βαπτίσματι δὲ ἔχω (91) βαπτισθῆναι, καὶ πῶς συνέχομαι, ἕως ὅτου τελεσθῇ! Τούτῳ τε συμφώνως ἐν τῇ Ἐπιστολῇ ὁ μαθητὴς Ἰωάννης τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ αἷμα ἀνέγραψε τὰ τρία εἰς ἓν γινόμενα. Καὶ ὁδὸς δήπου καὶ θύρα εἶναι ὁμολογῶν, σαφής ἐστι μηδέπω τυγχάνων θύρα ᾧ ἔτι ὁδός ἐστι, καὶ μηκέτι ὁδὸς ᾧ δὴ θύρα. Πάντες οὖν οἱ στοιχειούμενοι τῇ ἀρχῇ τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ, τῇ φωνῇ « τοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ βοῶντος· Εὐθύνατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, » προσιόντες, πέραν τοῦ Ἰορδάνου τυγχανούσῃ παρὰ τῷ οἴκῳ τῆς κατασκευῆς, εὐτρεπιζέσθωσαν πρὸς τὸ δυνηθῆναι διὰ τῆς προετοιμασίας χωρῆσαι τὸν πνευματικὸν λόγον, ἐγγινόμενον διὰ τοῦ φωτισμοῦ τοῦ πνεύ- C ματος. Ἐχομένως δὴ τοῦ προκειμένου τὰ περὶ τοῦ Ἰορδάνου συνάγοντες ἀκριβέστερον τὸν ποταμὸν νοήσωμεν. Ὁ Θεὸς τοίνυν διὰ Μωσέως διαβιβάζει τὸν λαὸν τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν, αὐτὸ τὸ ὕδωρ αὐτοῖς ποιήσας τεῖχος ἐκ δεξιῶν καὶ ἐξ εὐωνύμων, διὰ δὲ τοῦ Ἰησοῦ τὸν Ἰορδάνην. Ἐντυχὼν δὲ τῇ Γραφῇ ὁ Παῦλος, οὐκέτι κατὰ τὴν σάρκα στρατευόμενος αὐτῆς (ᾔδει γὰρ ὅτι ὁ νόμος πνευματικός ἐστι)· πνευματικῶς διδάσκει ἡμᾶς ἐξειληφέναι τὰ τῆς κατὰ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν διόδου, λέγων ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους προτέρᾳ· « Οὐ θέλω γὰρ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, ὅτι οἱ πατέρες ἡμῶν πάντες ὑπὸ τὴν νεφέλην ἦσαν, καὶ πάντες διὰ τῆς θαλάσσης διῆλθον, καὶ πάντες εἰς τὸν Μωϋσῆν ἐβαπτίσαντο ἐν τῇ νεφέλῃ, D καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ πάντες τὸ αὐτὸ βρῶμα πνευματικὸν ἔφαγον, καὶ πάντες τὸ πνευματικὸν ἔπινον πόμα· ἔπινον γὰρ ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας· ἡ πέτρα δὲ ἦν ὁ Χριστός. » Οἷς ἀκολούθως καὶ ἡμεῖς αἰτήσωμεν λαβεῖν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ τὸ νοῆσαι πνευματικῶς τὴν διὰ Ἰησοῦ δίοδον τοῦ Ἰορδάνου, λέγοντες, ὅτι εἶπεν ἂν καὶ περὶ ταύτης ὁ Παῦλος· Οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, ὅτι οἱ πατέρες ἡμῶν πάντες διὰ τοῦ Ἰορδάνου διῆλθον, καὶ πάντες εἰς τὸν Ἰησοῦν ἐβαπτίσαντο ἐν τῷ πνεύματι, καὶ τῷ ποταμῷ. Τύπος δὲ ὁ διαδεξάμενος ἦν Μωσῆν Ἰησοῦς τοῦ διαδεξαμένου τὴν διὰ τοῦ νόμου οἰκονομίαν τῷ

[16] Matth. IX, 12. [17] ibid. 13. [18] Marc. I, 4; Luc. III, 3. [19] Matth. III, 11. [20] Psal. CIII, 15. [21] Joan. VI, 54. [22] Luc. XII, 50. [23] I Joan. V, 8. [24] Joan. X, 9, et XIV, 6. [25] Joan. I, 23. [26] Exod. XIV, 22. [27] Jos. III, 15, 16. [28] Cap. X, vers. 1 seq.

(91) *Βαπτίσματι δὲ ἔχω.* Ita Bodleianus codex; Regius pro βαπτίσματι habet βάπτισμα.

εὐαγγελικῷ κηρύγματι Ἰησοῦ τοῦ Χριστοῦ· διόπερ, εἰ καὶ πάντες ἐκεῖνοι εἰς Μωσῆν βαπτίζονται ἐν τῇ νεφέλῃ καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ, πικρὸν μέν τι ἔχει καὶ ἁλμυρὸν τὸ ἐκείνων βάπτισμα, ἔτι φοβουμένων τοὺς ἐχθροὺς παρ' αὐτῶν, καὶ ἀναβοώντων πρὸς τὸν Κύριον καὶ τῷ Μωσῇ λεγόντων· « Παρὰ τὸ μὴ ὑπάρχειν μνήματα ἐν Αἰγύπτῳ, ἐξήγαγες ἡμᾶς θανατῶσαι ἐν τῇ ἐρήμῳ· τί τοῦτο ἐποίησας ἡμῖν, ἐξαγαγὼν ἐξ Αἰγύπτου; » Τὸ δὲ εἰς Ἰησοῦν βάπτισμα, ἐν τῷ ἀληθῶς γλυκεῖ καὶ ποτίμῳ ποταμῷ, πολλὰ ἔχει παρ' ἐκεῖνο ἐξαίρετα, ἤδη τρανουμένης καὶ πρέπουσαν τάξιν λαμβανούσης τῆς θεοσεβείας· κιβωτὸς γὰρ τῆς Διαθήκης Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν καὶ ἱερεῖς καὶ Λευῖται πορεύονται, τοῦ λαοῦ ἑπομένου τοῖς θεραπευταῖς τοῦ Θεοῦ, κἀκείνου δὲ τοῖς χωροῦσι τὴν περὶ ἁγνείας ἐντολήν. Ἰησοῦς δὲ λέγει τῷ λαῷ (91*)· « Ἁγνίσασθε εἰς τὴν αὔριον, ποιήσει ἐν ἡμῖν Κύριος θαυμάσια· » καὶ τοῖς ἱερεῦσι μετὰ τῆς κιβωτοῦ τῆς Διαθήκης κελεύει προπορεύεσθαι ἔμπροσθεν τοῦ λαοῦ, ὅτε καὶ τὸ μυστήριον τῆς τοῦ Πατρὸς πρὸς τὸν Υἱὸν (92) οἰκονομίας ἐμφαίνεται, ὑπερυψούμενον ὑπ' αὐτοῦ διδόντος χάρισμα, « ἵν' ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός. » Διὰ γὰρ τούτων δηλοῦται ἐν τῷ *Ἰησοῦ* ἀναγεγραμμένῳ ταῦτα· « Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς Ἰησοῦν· Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ ἄρξομαι ὑψῶσαί σε κατενώπιον τῶν υἱῶν Ἰσραήλ· » καὶ ἀκουστέον τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ λέγοντος τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ· « Προσάγετε ὧδε, καὶ ἀκούσετε τὸ ῥῆμα Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν· ἐν τούτῳ γνώσεσθε, ὅτι Θεὸς ζῶν ἐν ὑμῖν ἐστιν. Ἐν γὰρ τῷ βαπτίσασθαι εἰς Ἰησοῦν γνωσόμεθα, ὅτι Θεὸς ζῶν ἐν ἡμῖν ἐστι. Κἀκεῖ μὲν τὸ Πάσχα ποιήσαντες, ἐν Αἰγύπτῳ, ἀρχὴν τῆς ἐξόδου ποιοῦνται· παρὰ δὲ τῷ Ἰησοῦ μετὰ τὴν δίοδον τοῦ Ἰορδάνου, τῇ δεκάτῃ τοῦ πρώτου μηνὸς κατεστρατοπέδευσαν ἐν Γαλγάλοις, ὅτε πρῶτον ἔδει λαβόντα τὸ πρόβατον (93) ἐπονομάσαι τοὺς εὐωχηθησομένους μετὰ τὸ Ἰησοῦ βάπτισμα. Καὶ τῇ ἀκροτόμῳ πέτρᾳ (94) ὑπὸ Ἰησοῦ οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ, ὅποι ποτὲ ἀπερίτμητοι ἦσαν τῶν ἐξεληλυθότων ἐξ Αἰγύπτου, περιτέμνονται· τὸν δὲ ὀνειδισμὸν τῆς Αἰγύπτου ἀφελεῖν Κύριος ὁμολογεῖ τῇ ἡμέρᾳ τοῦ εἰς Ἰησοῦν βαπτίσματος, ὅτε Ἰησοῦς περιεκάθαιρεν τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ. Γέγραπται γάρ· « Καὶ εἶπε Κύριος τῷ Ἰησοῦ υἱῷ Ναυῆ· Ἐν τῇ σήμερον ἡμέρᾳ ἀφεῖλον τὸν ὀνειδισμὸν Αἰγύπτου ἀφ' ὑμῶν. » Τότε ἐποίησαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ τὸ Πάσχα τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ τοῦ μηνὸς πολλῷ τοῦ ἐν Αἰγύπτῳ ἱλαρώτερον, ὅτε καὶ ἔφαγον ἀπὸ τοῦ σίτου τῆς ἁγίας γῆς ἄζυμα,

A in spiritu et in fluvio. At Jesus Moysi succedens figura fuit Jesu Christi, qui evangelica prædicatione illi œconomiæ, quæ per legem erat, successit; quamob causam, etiamsi omnes in Moyse baptizantur in nube et in mari, amarum attamen nonnihil et falsum habet illorum baptisma, adhuc timentium inimicos ab ipsis, et clamantium ad Dominum dicentiumque Moysi [29]: « Propterea quod non essent monumenta in Ægypto, eduxisti nos, ut interficeres in eremo: [quid hoc facere voluisti, ut educeres nos ex Ægypto? »] At vero baptisma in Jesu, in fluvio vere dulci et potabili, multa eximia præ illo baptismate habet, nimirum quia jam clareret acciperetque decentem ordinem Dei cultus. Arca enim Testamenti Domini Dei nostri, et sacerdotes et levitæ B præcedunt, sequente populo, sequenteque illo cultores Dei. Cæterum his qui percipiunt mandatum de sanctificatione, dicit Jesus; nempe populo [30]: « Sanctificamini in crastinum, faciet in vobis Dominus mirabilia. » Quin sacerdotibus etiam præcipit cum arca Testamenti præcedere coram populo, quando etiam mysterium ostenditur œconomiæ Patris ad Filium superexaltatum ab ipso, qui dedit illi hoc munus, « ut in nomine Jesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur quod Jesus Christus Dominus est ad gloriam Dei Patris [31]. » Per hæc enim declarantur illa, quæ sunt in libro qui inscriptus est *Jesu Nave*: « Et dixit Dominus ad Jesum: In die C hac incipiam exaltare te coram filiis Israel [32]. » Et audiendus est Dominus noster dicens filiis Israel [33]: « Accedite huc, et audietis verbum Domini Dei nostri: in hoc agnoscetis Deum viventem in vobis esse. » Cum enim baptizamur in Jesu, agnoscimus Deum viventem in nobis esse. Et illic quidem, nempe in Ægypto, facientes Pascha, principium exitus faciunt; at vero apud Jesum post transitum Jordanis [34] decima primi mensis castrametati sunt in Galgalis: **145** quando primum oportebat, qui accepisset ovem, convocare convivaturos post baptisma Jesu. Petra autem acutissima circumciduntur filii Israel a Jesu [35], nimirum quod omnes filii eorum qui egressi fuerant ex Ægypto, incircumcisi essent, et opprobrium Ægypti fatetur Dominus se D auferre in die baptismatis in Jesu, quando Jesus undequaque purificavit filios Israel. Scriptum est enim [36]: « Et dixit Dominus ad Jesum filium Nave: In die hac devolvi a vobis probrum Ægypti. » Tunc fecerunt filii Israel pascha quartadecima die mensis [37], longe quam in Ægypto hilarius, quando etiam

[29] Exod. XIV, 11. [30] Jos. III, 5, 6. [31] Philipp. II, 9, 11. [32] Jos. III, 7. [33] ibid. 9, 10. [34] Jos. IV, 19. [35] Jos. V, 2, 8. [36] ibid. 9. [37] ibid. 10-12.

(91*) Paraphrastice interpres vertit hunc locum, qui sic ad litteram reddi potest: ... *et Levitæ præcedunt, sequente populo cultores Dei, sequenteque illo eos qui percipiunt mandatum de sanctificatione: Dicit autem Jesus populo* EDIT.

(92) *Υἱόν*. Ita codex Bodleianus; Regius, Ἰησοῦν.

(93) *Ὅτε πρῶτον ἔδει λαβόντα τὸ πρόβατον*, etc. Pascha intelligit, Jos. V, 10.

(94) *Καὶ τῇ ἀκροτόμῳ πέτρᾳ*. Et Jos. V, 2, et Exod. IV, 25, habetur צר, quæ vox et *petram* et *gladium* sonat. Quem autem intellectum hic habeat, grammatici certant. Varius quidem est hodie circumcisionis ritus apud Judæos, sed ferro fere utuntur. At silicem tamen olim adhibuisse negare non ausim. HUETIUS.

comederunt e frumento terræ sanctæ azyma, et novum cibum meliorem manna. Neque enim cum terram promissionis acceperint, vilioribus cibat eos Deus; neque duce tali Jesu inferiorem panem assequuntur. Hoc etiam perspicuum erit consideranti veram sanctamque terram, nimirum supernam Jerusalem. Hanc ob causam in illo etiam Evangelio illud ponitur [38]: « Patres vestri in deserto manducaverunt manna, et mortui sunt. Qui hunc vero panem manducaverit, is victurus est in æternum. » Manna etenim illud, etiamsi erat panis a Deo datus, erat tamen panis profectus et augmenti, his suppeditatus qui etiamnum indigerent pædagogis, eratque panis convenientissimus his qui sub tutoribus et curatoribus erant [39]. At vero panis recens demessus, mediatore Jesu, in terra sancta e frumento terræ, ea quæ alii laboraverunt metentibus ipsius discipulis [40], illo pane longe vitalior erat: qui distribuitur iis qui recipere possunt paternam hæreditatem propter perfectionem. Quocirca, qui etiamnum illo pane eruditur et instituitur rationabiliter mortem suscipere potest; at vero qui pertigerit ad panem illo posteriorem manducaveritque ipsum, is profecto in æternum vivet. Hæc autem omnia non intempestive apposita fuisse reor, inquirentes de baptismate quod efficiebatur a Joanne apud Jordanem in Bethabara.

A καὶ νέᾳ τροφῇ τοῦ μάννα κρείττονα. Οὐ γὰρ ὅτε τὴν κατ' ἐπαγγελίαν γῆν ἀπειλήφασι, τοῖς ἐλάττοσιν αὐτοὺς ἐστιᾷ Θεός· οὐδὲ διὰ τοῦ τηλικούτου Ἰησοῦ ὑποδεεστέρου ἄρτου τυγχάνουσι. Τό τ' ἔσται σαφὲς τῷ τὴν ἀληθῆ ἁγίαν νοήσαντι γῆν, καὶ τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ. Διὰ τοῦτο καὶ ἐν τῷ αὐτῷ Εὐαγγελίῳ κεῖται· « Οἱ πατέρες [ὑμῶν] ἐν τῇ ἐρήμῳ ἔφαγον τὸ μάννα, καὶ ἀπέθανον· ὁ φαγὼν τοῦτον τὸν ἄρτον, ζήσει εἰς τὸν αἰῶνα. » Τὸ μὲν γὰρ μάννα, εἰ καὶ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ διδόμενος, ἄρτος ἦν προκοπῆς, ἄρτος τοῖς ἔτι παιδαγωγουμένοις χορηγούμενος, ἄρτος τοῖς ὑπὸ (95) ἐπιτρόπους καὶ οἰκονόμους ἁρμονιώτατος. Ὁ καὶ ἐν τῇ ἁγίᾳ γῇ νέος ἀπὸ τοῦ σίτου τῆς γῆς, Ἰησοῦ προξενοῦντος, θεριζόμενος, ἄλλων μὲν κεκοπιακότων (96), τῶν δὲ μαθητῶν αὐτοῦ θεριζόντων, ἄρτος ἦν ἐκείνου B ζωτικώτερος, τοῖς τὴν πατρῴαν κληρονομίαν διὰ τὴν τελειότητα ἀπολαβεῖν (97) δυναμένοις ἀποδιδόμενος. Διόπερ ὁ μὲν ἐκείνῳ ἔτι παιδευόμενος (98) τῷ ἄρτῳ, τῷ λόγῳ θάνατον δέξασθαι δύναται· ὁ δὲ φθάσας ἐπὶ τὸν μετ' ἐκεῖνον ἄρτον, φαγὼν αὐτὸν, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. Ταῦτα δὲ πάντα οὐκ ἀκαίρως οἶμαι παρατεθεῖσθαι, τοῦ παρὰ τῷ Ἰορδάνῃ βαπτίσματος, ἐν Βηθαρᾷ (99) ὑπὸ τοῦ Ἰωάννου γινομένου, ἐξεταζομένου.

27. Sed hoc etiam observandum est, quod Elias subvehendus turbine in cœlum, acceptum pallium suum involvens, percusserit aquam, quæ huc et huc divisa est; et transierunt ambo, ipse scilicet, et Eliseus [41], aptior enim qui subveheretur, factus est baptizatus in Jordane, quoniam transitum per aquam admirabiliorem, vocavit Paulus [42], ut superius posuimus, baptisma. **146** Propter hunc igitur ipsum Jordanem capit Eliseus per Eliam donum illud quod cupierat accipere dicens: « Sit, quæso, duplex portio spiritus tui super me [43]. » Et fortassis hanc ob causam duplex accepit donum in spiritu Eliæ super se ipsum, quoniam bis transivit Jordanem: semel quidem cum Elia [44], secundo autem cum accepto pallio Eliæ « percussit aquam, et dixit: Ubi est Deus Eliæ etiam ipse? Et percussit aquas, et divisit huc et huc [45]. »

28. At si quis offendatur hoc dicto, « percussit aquam, » propter ea quæ superius a nobis sunt tradita de Jordane, nempe quod Jordanis figura fuerit sermonis Filii Dei, qui humilem se reddidit æque ac nos; dicendum est perspicuum esse apud Apostolum, quod Christus sit petra, quæ bis percutitur virga, ut bibere possint e spirituali sequente eos petra [46]. Est igitur ille verbero qui in dubitatione, antequam discat quod quæritur, contraria

27. Ἔτι δὲ καὶ τοῦτο παρατηρητέον, ὅτι μέλλων ἀναλαμβάνεσθαι Ἠλίας ἐν συσσεισμῷ ὡς εἰς τὸν οὐρανὸν, λαβὼν τὴν μηλωτὴν αὐτοῦ, καὶ εἰλήσας C ἐπάταξε τὸ ὕδωρ, ὅπερ διῃρέθη ἔνθα καὶ ἔνθα· καὶ διέβησαν ἀμφότεροι, δηλονότι αὐτὸς καὶ ὁ Ἐλισσαῖος· ἐπιτηδειότερος γὰρ πρὸς τὸ ἀναληφθῆναι γεγένηται ἐν τῷ Ἰορδάνῃ βαπτισάμενος, ἐπεὶ τὴν δι' ὕδατος παραδοξοτέραν διάβασιν βάπτισμα, ὡς προπαρεθέμεθα, ὠνόμασεν ὁ Παῦλος. Διὰ τὸν αὐτὸν δὴ τοῦτον Ἰορδάνην χωρεῖ ὃ βεβούληται χάρισμα διὰ Ἠλίου ὁ Ἐλισσαῖος λαβεῖν, εἰπών· « Γενηθήτω δὴ διπλᾶ ἐν πνεύματί σου ἐπ' ἐμέ. » Καὶ τάχα διὰ τοῦτο διπλοῦν ἔλαβε τὸ χάρισμα ἐν πνεύματι Ἠλίου ἐφ' ἑαυτὸν, ἐπεὶ δὶς (1) διῆλθε τὸν Ἰορδάνην, ἅπαξ μὲν μετὰ τοῦ Ἠλίου, δεύτερον δὲ ὅτε λαβὼν τὴν μηλωτὴν τοῦ Ἠλίου « ἐπάταξε τὸ ὕδωρ, καὶ εἶπε· Ποῦ ὁ Θεὸς Ἠλίου ἀφφω (2); καὶ ἐπάταξε τὰ ὕδατα, καὶ διεῖλεν ἔνθα καὶ ἔνθα. »

D 28. Ἐὰν δέ τις προσκόπτῃ τῷ, « ἐπάταξε τὸ ὕδωρ, » διὰ τὰ παραδεδομένα ἡμῖν περὶ τοῦ Ἰορδάνου, ὅς τύπος ἦν τοῦ τὴν κατάβασιν ἡμῶν καταβάντος λόγου· λεκτέον, ὅτι παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ σαφῶς ἡ πέτρα Χριστὸς ἦν, ἥτις τῇ ῥάβδῳ δὶς πλήσσεται, ἵνα δυνηθῶσι πιεῖν ἀπὸ τῆς πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας. Ἔστιν οὖν τις καὶ ἀγαπώντων πληγὴ ἐν τῇ ἐπαπορήσει, πρὶν μαθεῖν τὸ ζητούμενον, τὰ ἐναντία

[38] Joan. VI, 49, 52. [39] Galat. IV, 2. [40] Joan. IV, 38. [41] IV Reg. II, 8, 11. [42] I Cor. X, 2. [43] IV Reg. II, 9. [44] ibid. 8. [45] ibid 14. [46] I Cor. X, 4; Num. XX, 11.

(95) Ὑπό. Ita codex Bodleianus; Regius, ἀπό.

(96) *Κεκοπιακότων*. Sic codex Bodleianus; Regius, κεκληκότων.

(97) *Ἀπολαβεῖν*. In codice Regio legitur δεῖ ἀπολαβεῖν, sed δεῖ omnino superfluum est et παρέλκει.

(98) *Ἔτι παιδευόμενος*. Sic codex Bodleianus; Regius, ἐπιπαιδευόμενος.

(99) *Βηθαρᾷ*. Legendum, ut supra, Βηθαβαρᾷ.

(1) *Δίς*. Deest in editione Huetii, sed restituitur e codice Bodleiano.

(2) *Ποῦ ὁ Θεὸς Ἠλίου ἀφφω;* Non assecuti sunt hæc contextus Hebraici verba LXX Senes, אף הוא, « etiam ipse. » Ita Deus Levit. XXVI, 16, 24, 41, de se ipse dicit: אף אני, « etiam ego. »

προφερομένων τῷ τοῦ λόγου συμπεράσματι, ὧν ἀπαλλάττων ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ὅπου μὲν διψῶσι δίδωσι ποτὸν, ὅπου δὲ τὸ ἄβατον (3) ἡμῖν καὶ ἀχώρητον διὰ τὸ βάθος, διόδευτον τῇ διαιρέσει τοῦ λόγου παρασκευάζει, τῶν πλείστων τῷ διαιρετικῷ λόγῳ ἡμῖν σαφηνιζομένων. Ἔτι δὲ εἰς τὸ παραδέξασθαι τὴν περὶ τοῦ ποτιμωτάτου καὶ χαριστικωτάτου Ἰορδάνου ἑρμηνείαν, χρήσιμον παραθέσθαι τόν τε ἀπὸ τῆς λέπρας καθαριζόμενον Ναιμὰν τὸν Σύρον, καὶ τὰ λεγόμενα περὶ τῶν παρὰ τοῖς πολεμίοις τῆς θεοσεβείας ποταμῶν. Περὶ μὲν οὖν Ναιμὰν γέγραπται, ὅτι ἦλθεν ἵππῳ καὶ ἅρματι, καὶ ἔστη ἐπὶ θύραις οἴκου Ἐλισαιὲ, καὶ ἀπέστειλεν Ἐλισαιὲ ἄγγελον πρὸς αὐτὸν, λέγων· « Πορευθεὶς λοῦσαι ἑπτάκις ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, καὶ ἐπιστρέψει ἡ σάρξ σου σοὶ, καὶ καθαρισθήσῃ (4). » Ὅτε καὶ θυμοῦται Ναιμὰν οὐ νοῶν, ὅτι ὁ Ἰορδάνης ἡμῶν ἐστιν ὁ ἀπολύων τοὺς διὰ τὴν λέπραν ἀκαθάρτους τῆς ἀκαθαρσίας καὶ ἰώμενος, οὐχὶ δὲ ὁ προφήτης· προφήτου γὰρ ἔργον πέμψαι ἐπὶ τὸ θεραπεῦον. Μὴ συνιεὶς τοίνυν τὸ τοῦ Ἰορδάνου μέγα μυστήριον ὁ Ναιμάν φησιν· « Ἰδοὺ δὴ ἔλεγον (5), ὅτι πάντως ἐξελεύσεται πρός με, καὶ στήσεται, καὶ ἐπικαλέσεται ἐν ὀνόματι Κυρίου Θεοῦ αὐτοῦ, καὶ ἐπιθήσει τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ τὸν τόπον, καὶ ἀποσυνάξει τὸ λεπρόν· » τὸ γὰρ ἐπιθεῖναι τὴν χεῖρα τῇ λέπρᾳ, καὶ καθαρίσαι, μόνου τοῦ Κυρίου μου Ἰησοῦ ἔργον ἦν, οὐ μόνον εἰπόντος τῷ μετὰ πίστεως ἀξιώσαντι· « Ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι, » τό· « Θέλω, καθαρίσθητι. » Πρὸς γὰρ τῷ λόγῳ καὶ ἥψατο αὐτοῦ, καὶ ἐκαθαρίσθη ἀπὸ τῆς λέπρας αὐτοῦ. Ἔτι δὴ πλανώμενος ὁ Ναιμὰν, καὶ οὐχ ὁρῶν ὅσον ἀπολείπονται οἱ ἕτεροι τοῦ Ἰορδάνου ποταμοὶ πρὸς θεραπείαν τῶν πεπονθότων, ἐπαινεῖ τοὺς τῆς Δαμασκοῦ ποταμοὺς Ἀρβανὰ (6) καὶ Φαρφὰ, λέγων· « Οὐχὶ ἀγαθὸς Ἀρβανὰ καὶ Φαρφὰ ποταμοὶ Δαμασκοῦ ὑπὲρ πάντα τὰ ὕδατα Ἰσραήλ; Οὐχὶ πορευθεὶς, λούσομαι ἐν αὐτοῖς, καὶ καθαρισθήσομαι; » Ὥσπερ γὰρ οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ Θεὸς ὁ Πατὴρ, οὕτως ἐν ποταμοῖς οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ ὁ Ἰορδάνης, καὶ λέπρας ἀπαλλάξαι δυνάμενος τὸν μετὰ πίστεως τὴν ψυχὴν λουόμενον εἰς τὸν Ἰησοῦν. Οἶμαι δὲ διὰ τοῦτον κλαίειν ἀναγεγράφθαι πᾶσι τοῖς Βαβυλῶνος ποταμοῖς καθεζομένους τοὺς μνησθέντας τῆς Σιών· ἄλλων γὰρ ὑδάτων γευσάμενοι μετὰ τὸν ἅγιον Ἰορδάνην οἱ διὰ τὴν κακίαν αἰχμαλωτευθέντες, εἰς ὑπόμνησιν καὶ ποθὴν ἔρχονται (7) τοῦ οἰκείου καὶ σωτηρίου ποταμοῦ. Διόπερ ἐπὶ τῶν ποταμῶν Βαβυλῶνός φασιν· « Ἐκεῖ ἐκαθίσαμεν » (καὶ δῆλον ὅτι διὰ τὸ μὴ δύνασθαι στῆναι) « καὶ ἐκλαύσαμεν. » Καὶ ὁ Ἱερεμίας δὲ ἐπιπλήσσει τοῖς θέλουσιν Αἰγύπτιον ὕδωρ πιεῖν, καὶ καταλείπουσι τὸ ἐξ οὐρανοῦ καταβαῖνον, καὶ ἐπώνυμον τῆς καταβάσεως τυγχάνον, τὸν Ἰορδάνην, λέγων· « Τί σοὶ καὶ τῇ ὁδῷ Αἰγύπτου τοῦ πιεῖν ὕδωρ Γηῶν, καὶ τοῦ

profert sermonis conclusioni, a quibus liberans nos Deus interdum quidem sitientibus dat potum, interdum vero quod invium nobis et imperceptibile est propter profunditatem, pervium illud præparat divisione sermonis, cum quamplurima ex ratione dividendi nobis manifestentur. Ad hæc ut admittamus interpretationem de potabilissimo et gratiarum pleno Jordane, utile nobis erit apponere Naaman illum Syrum a lepra mundatum, et quæ dicuntur de fluminibus apud hostes cultus divini. Atque de Naaman quidem scriptum est [47], quod venerit cum equitatu et curru, et steterit ante fores domus Elisei, quodque miserit Eliseus nuntium ad illum, dicens: « Profectus lavare in Jordane septies, et restituetur tibi caro tua, et mundaberis [48]. » Quando etiam commovetur indignatione Naaman [49], non intelligens quod Jordanis noster is sit qui immundos ob lepram liberat ab immunditia sanatque, non ille propheta; quandoquidem prophetæ officium est mittere ad illud quod sanitatem affert. Non intelligens igitur Jordanis magnum mysterium, Naaman inquit [50]: « En quidem cogitaram: Omnino exibit ad me, et stans invocabit nomen Domini Dei sui, imponetque manum suam ad locum et curabit lepram. » Etenim manum lepræ imponere et curare solius Domini mei Jesu officium est, qui non tantum dixit cum fide pronuntianti: « Si vis, potes me mundare, » — « Volo, mundus esto [51]: » præterquam quod enim locutus est, **147** tetigit etiam eum, et mundatus fuit a lepra sua. Errans etiam Naaman, nec videns quantum cæteri fluvii Jordane sint inferiores quantum attinet ad curandum eos qui morbo affecti sunt, laudat Damasci fluvios, Arbana, et Pharpha, dicens [52]: « Annon bonus est Arbana, et Pharpha fluvii Damasci præ omnibus aquis Israelis? Nonne profectus lavabor in eis et mundabor? » Ut enim nullus bonus, nisi unus, nempe Deus Pater [53], sic inter fluvios nullus est bonus, nisi Jordanis, etiam a lepra liberare valens eum qui cum fide lavat animam in Jesu. Proinde meum est judicium, scriptum fuisse omnes sedentes super flumina Babylonis [54] propter hunc flere, memoria repetentes Sion. Deducti enim ob vitium in captivitatem, cum alias degustassent aquas post sanctum Jordanem, in memoriam desideriumque veniunt proprii et salutaris fluvii. Propterea de fluviis Babylonis inquiunt: « Illic sedimus » (nimirum stare nequentes) « et flevimus. » Quando etiam Jeremias minatur volentibus Ægyptiam aquam bibere, et relinquentibus aquam e cœlo descendentem, et descensus agnomen habentem Jordanem, dicens [55]: « Nunc igitur quid est tibi in via Ægypti, ut bibas aquam

[47] IV Reg. v, 9. [48] ibid. 10. [49] ibid. 11. [50] ibid. 17; Marc. x, 18; Luc. viii, 19. [54] Psal. cxxxvi, 1. [51] Matth. viii, 2. [52] IV Reg. v, 12. [53] Matth. xix, [55] Jerem. ii, 18.

(3) Editio Huetii, ἅμα, codex Bodleianus, ἄβατον, sicque legit Ferrarius.

(4) Editio Huetii, καθαρισθῇ, codex Bodleianus, καθαρισθήσῃ.

(5) Δὴ ἔλεγον. Sic codex Bodleianus; Regius, διέλεγον.

(6) Codex Bodleianus bis habet Ἀρβανά, Regius utrobique, Ἀβανά.

(7) Εἰς ὑπόμνησιν καὶ ποθὴν ἔρχονται. Sic recte habet codex Bodleianus, atque ita legit Ferrarius; Perionius vero, ex perversa codicis Regii scriptura, ποθέν.

Geon, et ut bibas aquam fluviorum ? » vel, ut Hebraicum habet, « bibere aquam Seor, » de qua nunc propositum non est dicere.

29. Quod autem non de his fluminibus, quæ sensu percipiuntur, præcipuus sit sermo Spiritui loquenti in Scripturis a Deo inspiratis, id licet etiam cernere ex his quæ ab Ezechiel prophetantur ad Pharaonem regem Ægypti [56], [quæ sic habent : « En ego ad te, o Pharao, rex Ægypti,] draconem magnum, sedentem in medio fluviorum, te ipsumque alloquentem : ***Mihi sunt fluvii, et ego feci eos***, et dabo laqueos in maxillas tuas, et agglutinabo pisces fluvii [(10) cum pennis tuis, teque e medio flumine tuo reducam, et omnes pisces fluminis,] et dejiciam te celeriter : et omnes pisces fluvii coram facie terræ tuæ cadent, et **148** non congregaberis, et non ornaberis. » Quem serpentem corporalem, in corporali Ægypti fluvio visum fuisse prodiderunt unquam historiæ ? Proinde vide ne forte fluvius Ægypti locus sit draconis inimici nostri, qui ne Moysen quidem puerum interficere quivit. Ut autem draco est in Ægypti fluvio, sic Deus est in fluvio lætificante civitatem Dei [57] ; nam Pater est in Filio [58]. Hanc ob causam qui ad ipsum pergunt ut laventur, probrum deponunt ex Ægypto ductum, aptioresque fiunt ut subvehantur, et mundantur a lepra, duplicationemque donorum ac-

A πιεῖν ὕδωρ ποταμῶν ; » ἤ, ὡς τὸ Ἑβραϊκὸν ἔχει, « τοῦ πιεῖν ὕδωρ Σιὼν (8), » περὶ οὗ οὐ νῦν πρόκειται λέγειν.

29. Ὅτι δὲ οὐ περὶ αἰσθητῶν ποταμῶν ὁ προηγούμενος λόγος ἐστὶ τῷ ἐν ταῖς θεοπνεύστοις Γραφαῖς λαλοῦντι Πνεύματι, καὶ ἀπὸ τῶν ἐν τῷ Ἐζεκιὴλ ἐπὶ Φαραὼ βασιλέα Αἰγύπτου προφητευομένων ἔστιν ἰδεῖν, οὕτως ἐχόντων· « Ἰδοὺ ἐγὼ ἐπὶ σὲ, Φαραὼ, βασιλεῦ Αἰγύπτου (9), τὸν δράκοντα τὸν μέγαν, τὸν ἐγκαθήμενον ἐν μέσῳ ποταμῶν, αὐτὸν λέγοντα· *Ἐμοί εἰσιν οἱ ποταμοὶ, καὶ ἐγὼ ἐποίησα αὐτούς*· καὶ ἐγὼ δώσω παγίδας εἰς τὰς σιαγόνας σου, καὶ προσκολλήσω τοὺς ἰχθύας τοῦ ποταμοῦ πρὸς τὰς πτέρυγάς σου, καὶ ἀνάξω σε ἐκ μέσου τοῦ ποταμοῦ σου, καὶ πάντας τοὺς ἰχθύας τοῦ ποταμοῦ, καὶ καταβαλῶ σε ἐν τάχει· B καὶ πάντας τοὺς ἰχθύας τοῦ ποταμοῦ ἐπὶ προσώπου τοῦ πεδίου σου πέσῃ, καὶ οὐ μὴ συναχθῇς, καὶ οὐ μὴ περισταλῇς. » Ποῖος γὰρ σωματικὸς δράκων (11) ἐν τῷ σωματικῷ τῆς Αἰγύπτου ποταμῷ ὀφθεὶς ἱστόρηταί ποτε ; Ἀλλὰ μήποτε χωρίον ἐστὶ (12) τοῦ ἐχθροῦ ἡμῶν δράκοντος ὁ τῆς Αἰγύπτου ποταμὸς, μηδὲ παιδίον ἀποκτεῖναι Μωϋσέα δυνηθείς. Ὥσπερ δὲ δράκων ἐν τῷ Αἰγυπτίῳ ἐστὶ ποταμῷ, οὕτως ὁ Θεὸς ἐν τῷ εὐφραίνοντι τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ ποταμῷ· ὁ Πατὴρ γὰρ ἐν τῷ Υἱῷ. Διὰ τοῦτο οἱ γενόμενοι ἐν αὐτῷ ἐπὶ τῷ λούσασθαι τὸν ὀνειδισμὸν ἀποτίθενται τῆς Αἰγύπτου, καὶ ἐπιτηδειότεροι πρὸς τὸ ἀναλαμβάνεσθαι γίνονται,

[56] Ezech. xxix, 3 et seq. [57] Psal. xlv, 5. [58] Joan. x, 38 et xiv, 10.

(8) *Ἢ, ὡς τὸ Ἑβραϊκὸν ἔχει, τοῦ πιεῖν τὸ ὕδωρ Σιών*. Varietas hæc lectionis pertinet ad illud : τοῦ πιεῖν ὕδωρ Γηῶν, non ad hoc, τοῦ πιεῖν ὕδωρ ποταμῶν. Codices Regius, Bodleianus, Barberinus et Perionius habent Σιών, ita ut nos edidimus : at Ferrarius, « bibere aquam Seor, » recte, Hebraice enim est שחור, unde Σῖρις, quo nomine Nilus appellatur, ab aquarum nigrore, unde a Græcis quibusdam Μέλας proprio nomine dictus est. LXX reddiderunt Γηῶν, ex vetusto errore, jam inde ab antiquis deducto temporibus, quo Phison et Gehon Ganges esse et Nilus existimabantur. At accuratioribus recentiorum hominum studiis compertum est quatuor capita fluvii paradisum irrigantis ea fuisse Tigrim et Euphratem, tum alveos illos duos, per quos Euphrates Tigridi permistus in sinum Persicum erumpit. Adi Josephi Scaligeri *De emendat. temp.* librum quintum, et epist. 441, qui Calvinum sententiæ hujus auctorem et inventorem laudat. Vulgata : « Ut bibas aquam turbidam ? » quod factum videtur ex Græco τῶν Ο', apud quos pro ὕδωρ Γηῶν, perperam fortasse lectum est, ὕδωρ Γήϊον. Huetius.

(9) *Προφητευομένων ἔστιν ἰδεῖν οὕτως ἐχόντων· Ἰδοὺ ἐγὼ ἐπὶ σὲ, Φαραὼ, βασιλεῦ Αἰγύπτου*. Hæc desiderantur in codice Regio, sed restituuntur e codice Bodleiano.

(10) Hæc ex interpretatione Perionii supplevimus.

(11) *Ποῖος γὰρ σωματικὸς δράκων*, etc. Origenes lib. iv *contra Celsum*, num. 50, p. 542 : Τίς δ' ἀναγιγνώσκων δράκοντα ἐν τῷ Αἰγυπτίῳ ποταμῷ ζῶντα, καὶ τοὺς ἰχθύας ἐμφωλεύοντας αὐτοῦ ταῖς φολίσιν, ἢ ἀπὸ τῶν προχωρημάτων τοῦ Φαραὼ πληρούμενα τὰ Αἰγύπτου ὄρη, οὐ προάγεται αὐτόθεν πρὸς τὸ ζητῆσαι, τίς ὁ τοσούτων δυσωδῶν προχωρημάτων αὐτοῦ πληρῶν τὰ Αἰγυπτίων ὄρη· καὶ τίνα τὰ τῶν Αἰγυπτίων ὄρη· καὶ τίνες οἱ ἐν Αἰγύπτῳ ποταμοὶ, περὶ ὧν αὐχῶν λέγει ὁ προειρημένος Φαραώ· « Ἐμοί εἰσιν οἱ ποταμοὶ, καὶ ἐγὼ ἐποίησα αὐτούς· » καὶ τίς ὁ ἀνάλογον τοῖς ἀποδειχθησομένοις ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας πο- C ταμοῖς δράκων· καὶ τίνες οἱ ἐν ταῖς φολίσιν αὐτοῦ ἰχθύες ; Καὶ τί με δεῖ ἐπὶ πλείονα κατασκευάζειν τὰ μὴ δεόμενα κατασκευῆς ; ἐφ' οἷς λέγεται τό· « Τίς σοφὸς, καὶ συνήσει ταῦτα ; ἢ συνετὸς, καὶ ἐπιγνώσεται αὐτά ; » Ezech. xxix, 3, et xxxii, 2, pro eo quod LXX reddunt δράκων, Hebraice habetur התנים, quod non dracones solum, sed cete etiam, grandiores pisces et serpentes significat. In his recensetur crocodilus, quem hoc loco designavit Ezechiel. Hæc autem bellua Ægypti regem expressit, quemadmodum eadem Ægyptiaci regni postmodum typus fuit et symbolum. Certe post adjectam Romano imperio Ægyptum, nummis suis crocodilum Augustus appingi voluit. Quid quod *Pharaonem* Ægyptiace crocodilum significare conjici ex eo potest, quod פרעון apud Arabes, qui multa ab Ægyptiis cum ipsa significatione vocabula mutuati sunt, crocodilum sonet. Nam quod scribit Josephus, *Antiq.* lib. viii, cap. 2, « Pharaonem, » apud Ægyptios regem si- D gnificare, vix cuiquam probet qui animadvertit, quam sæpe « rex Pharao » in sacris libris legatur. Nec simile est « Abba pater, » quod exstat Marc. xiv, 36, Rom. vii, 15, et Galat. iv, 6. Id enim geminarunt Hebræi Græca utentes loquela, ut majorem affectus vim ea voce declararent, quam pueri patrem appellantes usurpant. Verius non est quod dant nominis illius etymon Philo *Allegor.* 2, Origenes *homil.* 6 *in Genes.* n. 2, p. 77, et Hieronymus *De nominib. Hebraic.*, ab Hebræo nempe פרע, cum « Pharao, » reddunt, σκεδαστής, « exterminator dissipans : » hujus enim vocis veriloquium ab Ægyptiis petendum est, non ab Hebræis. Addit Ezechiel : הרבץ בתוך יאריו, « cubans in medio fluminum suorum : » in undis enim fere quietem capere solitus est crocodilus ; Ammianus lib. xxii : « Noctibus quiescens per undas, diebus humi vescitur. » Huetius.

(12) *Ἀλλὰ μήποτε χωρίον ἐστὶ*, etc. Origenes homil. 5 *in Isaiam*, n. 3, p. 115, a : « Vivit Rex malignus in pectore nostro, quandiu vivit Pharao Zabulus. »

καὶ ἀπὸ τῆς μιαρωτάτης λέπρας καθαρίζονται, καὶ διπλασιασμὸν χωροῦσι χαρισμάτων, καὶ ἕτοιμοι πρὸς Πνεύματος ἁγίου παραδοχὴν γίνονται, ἄλλῳ ποταμῷ οὐκ ἐφιπταμένης τῆς πνευματικῆς περιστερᾶς. Διόπερ θεοπρεπέστερον νοήσαντες τὸν Ἰορδάνην, καὶ τὸ ἐν αὐτῷ λουτρὸν, καὶ τὸν Ἰησοῦν ἐν αὐτῷ λουόμενον, καὶ τὸν τῆς κατασκευῆς οἶκον, ὅσον δεόμεθα τῆς τοιαύτης ὠφελείας ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἀρυσώμεθα.

30. *Τῇ ἐπαύριον βλέπει τὸν Ἰησοῦν ἐρχόμενον πρὸς αὐτόν.* Πρότερον ἡ μήτηρ τοῦ Ἰησοῦ, ἅμα τῷ συλλαβεῖν αὐτὸν, τῇ μητρὶ τοῦ Ἰωάννου καὶ αὐτῇ ἐγκύμονι τυγχανούσῃ, ἐπεδήμει, ὅτε μορφούμενος τῷ μορφουμένῳ ἀκριβέστερον τὴν μόρφωσιν χαρίζεται, σύμμορφον ἐνεργῶν αὐτὸν γενέσθαι τῇ δόξῃ αὐτοῦ, ὥστε διὰ τὸ κοινὸν τῆς μορφῆς (13) Ἰωάννην τε Χριστὸν ὑπονοεῖσθαι τυγχάνειν, καὶ Ἰησοῦν Ἰωάννην ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν νομίζεσθαι, παρὰ τοῖς μὴ διακρίνουσι τὴν εἰκόνα ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν εἰκόνα· νῦν δὴ ὁ Ἰησοῦς μετὰ τὰ προεξετασθέντα μαρτύρια Ἰωάννου περὶ αὐτοῦ, αὐτὸς βλέπεται ὑπὸ τοῦ Βαπτιστοῦ ἐρχόμενος πρὸς αὐτόν. Παρατηρητέον δὲ, ὅτι ἐκεῖ μὲν διὰ τὴν τοῦ Μαρίας ἀσπασμοῦ φωνὴν ἐληλυθυῖαν εἰς τὰ ὦτα τῆς Ἐλισάβετ, σκιρτᾷ τὸ βρέφος Ἰωάννης ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς μητρὸς, τότε, ὡς ἀπὸ τῆς γῆς (14), λαμβανούσης Πνεῦμα ἅγιον· « Ἐγένετο γὰρ, φησὶν, ὡς ἤκουσε τὸν ἀσπασμὸν τῆς Μαρίας ἡ Ἐλισάβετ, ἐσκίρτησε τὸ βρέφος ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς, καὶ ἐπλήσθη Πνεύματος ἁγίου ἡ Ἐλισάβετ, καὶ ἀνεφώνησε κραυγῇ μεγάλῃ, καὶ εἶπεν. » Ἔνθα δὲ « Βλέπει ὁ Ἰωάννης τὸν Ἰησοῦν ἐρχόμενον πρὸς αὐτὸν, καὶ λέγει· Ἴδε ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· » ἀκοῇ δὲ τῇ περὶ τῶν κρειττόνων πρότερόν τις παιδεύεται, καὶ μετὰ ταῦτα αὐτόπτης αὐτῶν γίνεται. Ὅτι μέντοιγε εἰς τὴν μόρφωσιν ὠφέληται ὁ Ἰωάννης ἀπὸ τοῦ ἔτι μορφουμένου τοῦ Κυρίου, γενομένου ἐν τῇ μητρὶ πρὸς τὴν Ἐλισάβετ, τῷ κεκρατηκότι τῶν εἰρημένων περὶ τοῦ φωνὴν μὲν εἶναι τὸν Ἰωάννην, λόγον δὲ τὸν Ἰησοῦν, δῆλον ἔσται· μεγάλη γὰρ φωνὴ γίνεται ἐν τῇ Ἐλισάβετ πληρωθείσῃ Πνεύματος ἁγίου διὰ τὸν ἀσπασμὸν τῆς Μαρίας, ὡς αὐτὴ ἡ λέξις παρίστησιν οὕτως ἔχουσα· « Καὶ ἀνεφώνησε κραυγῇ μεγάλῃ, » δῆλον ὅτι ἡ Ἐλισάβετ, « καὶ εἶπεν. » Ἡ γὰρ φωνὴ τοῦ ἀσπασμοῦ τῆς Μαρίας, γενομένη ἐν τοῖς ὠσὶ τῆς Ἐλισάβετ, ἐπλήρωσε τὸν Ἰωάννην ἑαυτῆς· διόπερ σκιρτᾷ ὁ Ἰωάννης, καὶ οἱονεὶ στόμα τοῦ υἱοῦ καὶ προφῆτις ἡ μήτηρ γίνεται, ἀναφωνοῦσα κραυγῇ μεγάλῃ, καὶ λέγουσα· « Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου. » Ἤδη οὖν δύναται δῆλος ἡμῖν γίνεσθαι καὶ ἡ μετὰ σπουδῆς πορεία τῆς Μαρίας εἰς τὴν ὀρεινὴν, καὶ ἡ εἴσοδος εἰς τὸν οἶκον Ζαχαρίου, καὶ ὁ ἀσπασμὸς ὃν ἀσπάζεται τὴν Ἐλισάβετ. Ἵνα γὰρ μεταδῷ ἀφ' ἧς ἔχει, ἐξ οὗ συνείληφε, δυνάμεως τῷ

A cipiunt, atque etiam fiunt ad Spiritus sancti receptionem parati, nimirum ad aliud flumen non advolante columba. Quamobrem magnificentius considerato Jordane, ipsiusque lavacro ac Jesu qui in ipso lavatur, tum [Bethabara hoc est] domo instructionis, tantum utilitatis a fluvio hauriamus, quantum egemus.

30. *Postero die videt Joannes Jesum venientem ad se* [59]. Prius Jesu mater, simul atque ipsum concepit, ad Joannis matrem, eamque uterum ferentem pergit, quando qui formatur accuratiorem formationem donat ei qui formabatur, conformem illum efficiens suæ gloriæ, adeo ut ob formam communem, Joannes crederetur esse Christus, et item B Christus Joannes esse a mortuis excitus putaretur [60] apud eos qui non discernunt inter imaginem et inter eum qui est secundum imaginem; nunc autem ipse Jesus post ea, quæ antea accurate examinavimus, testimonia Joannis de ipso, videtur a Baptista veniens ad illum. Sed obiter observandum est quod illic per vocem salutationis Mariæ, quæ pervenit ad aures Elisabeth, exsilit Joannes infans in utero matris, tum veluti a sancta Maria sumentis Spiritum sanctum: « Evenit enim, inquit [61], ut audivit salutationem Mariæ Elisabeth, **149** subsilivit infans in utero ejus, et repleta est Spiritu sancto Elisabeth, et exclamavit voce magna, et dixit. » Hic autem « Videt Joannes Jesum ad seC ipsum venientem, et dicit: Ecce ille Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi [62]: » in rebus etenim præstantibus, per auditum primum quis eruditur, deinde oculatus testis ipsarum rerum fit. Sed profecto adjuvari Joannem ad formationem a Domino, qui adhuc cum formaretur perrexit in matre ad Elisabetham, ei perspicuum erit qui tenuerit quæ disseruimus, dum diceremus Joannem esse vocem, Jesum vero sermonem: magna enim vox fit in Elisabeth repleta Spiritu sancto ob Mariæ salutationem, ut lectio ipsa docet hunc in modum habens: « Et exclamavit voce magna [63], » scilicet Elisabeth, « et dixit. » Vox enim salutationis Mariæ, quæ pervenit ad aures Elisabeth, replevit Joannem se ipsa; quam ob causam subsiliit Joannes, materque D veluti os filii et prophetissa efficitur, voce magna exclamans ac dicens: « Benedicta tu inter mulieres, et benedictus ille fructus ventris tui [64]. » Jam vero a nobis aperte perspici potest tum Mariæ iter ad montana cum festinatione [65], tum ingressus in domum Zachariæ, ac deinde salutatio qua salutat Elisabeth. Hæc enim omnia eveniunt, ut Maria faciat participem Joannem (etiamnum in utero matris exsistentem) ejus potentiæ quam habet ab eo

[59] Joan. I, 29. [60] Luc. III, 15; Matth. XIV, 2; Marc. VI, 14, 16; Luc. IX, 8. [61] Luc. I, 41, 42. [62] Joan. I, 29. [63] Luc. I, 42. [64] ibid. [65] ibid. 39, 40.

(13) Pro μορφῆς codex Bodleianus habet Γραφῆς, male.

(14) Ἀπὸ τῆς γῆς. In margine codicis Bodleiani legitur: Οὕτω καὶ ἐν τῷ ἀντιγράφῳ γράφεται, γῆς. Alia manu: τάχα ἀπὸ τῆς ἁγίας Μαρίας. Quam conjecturam secutus est in sua interpretatione Ferrarius.

quem conceperat, qui quidem Joannes et ipse participem facturus erat matrem illius gratiæ propheticæ quam acceperat. Et decentissime profecto in montana tales dispensationes perficiuntur, cum nihil magni capi possit ab his hominibus qui valles ob humilitatem vocandi sunt. Ideo hoc in loco, post Joannis testimonia, primum quidem quod dicitur a Joanne clamante ac theologum agente [66], alterum vero ad sacerdotes et levitas ab Hierosolymis a Judæis missos [67], tertium ad eos qui ex Pharisæis exsistentes acerbius interrogarunt [68], Jesus jam videtur ab eo qui testimonium perhibuerat venienti ad se, adhuc proficientem melioremque evadentem; cujus profectus et ad meliora progressus, nota est ea dies, quæ postera dicitur; veluti enim in sequenti illuminatione et in postera die propter ea quæ præcesserant, Jesus venit, non tantum ignotus [69], tanquam qui in medio steterit etiam nescientium, sed jam etiam veniens conspicuus ei qui hæc antea annuntiarat. Prima ergo die testimonia **150** fiunt. Altera Jesus ad Joannem venit [70]. Tertia autem [71] Joannes (cum staret cum duobus discipulis, intuitusque esset Jesum ambulantem, ac dixisset : «Ecce Agnus ille Dei») præsentes admonet, uti sequantur Filium Dei. Jam in quarta die [72], cum exire vellet in Galilæam, ille qui exiit ad quærendum quod perierat [73], invenit Philippum, et dicit ei : «Sequere me [74].» Die vero tertia, post quartam, quæ sexta est in earum numero quas a principio recensuimus, nuptiæ fiunt in Cana Galilææ [75], de quibus videbimus cum ad locum hunc pervenerimus. Illud etiam obiter observandum quod Maria illa præstantior venit ad Elisabeth inferiorem, et Filius Dei ad Baptistam, ex quibus id utilitatis capimus ut impigri simus ad ferendam opem inferioribus et ad mediocritatem conservandam.

31. Quoniam autem apud Joannem discipulum, unde ad Baptistam Joannem veniat Servator, non dicitur, hoc discimus ex his quæ Matthæus scripsit [76] : « Tunc advenit Jesus a Galilæa ad Jordanem ad Joannem, ut baptizaretur ab illo. » At Marcus etiam locum Galilææ addidit dicens : « Et evenit in diebus illis ut veniret Jesus a Nazareth Galilææ, et baptizaretur a Joanne in Jordane [77]. » Porro Lucas locum quidem reticuit unde Jesus advenit, prætermittendo quæ alii scripserant, sed quod ab illis non didicimus, ipse nos docet [78], quod nempe post baptismum ascendenti ipsi apertum est cœlum, et descendit Spiritus sanctus corporea specie, sicut columba. Rursus dicente Matthæo [79], Dominum prohibitum a Joanne dicente Ser-

160 1. « Postea descendit Capharnaum ipse, et mater ejus, et fratres ejus, et discipuli ejus; et ibi manserunt non multis diebus. Instabat autem Pascha Judæorum, et ascendit Hierosolymam Jesus, et reperit in templo eos qui vendebant boves, et oves, et columbas, et mensarios sedentes : eumque fecisset quasi flagellum ex funiculis, omnes ejecit e templo, oves simul, ac boves ; et mensariorum æs effudit, et mensas subvertit, et his qui columbas vendebant dixit : Auferte ista hinc, nec facite domum Patris mei, domum mercatus. Recordati vero sunt discipuli ejus quod scriptum est : Zelus domus tuæ exedit me. Responderunt ergo Judæi, et dixerunt ei : Quod signum nobis ostendis quandoquidem ista agis ? Respondit Jesus, et dixit eis : Destruite templum Dei, et in tribus diebus suscitabo illud. Dixerunt ergo Judæi : Quadraginta et sex annis ædificatum est templum hoc, et tu in tribus diebus suscitabis illud? At ille dicebat de templo corporis sui. Cum ergo suscitatus esset e mortuis, recordati sunt discipuli ejus quod hoc dixisset, et crediderunt Scripturæ, et sermoni, quem dixerat Jesus. Cum autem esset Hierosolymis in Pascha, in die festo, multi crediderunt in nomen ejus, videntes signa ejus, quæ edebat. Ipse autem Jesus non credebat semetipsum eis, eo quod ipse nosset omnes, nec opus haberet ut aliquis testaretur de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine [58]. » Numeri qui in ipso Numerorum libro scripti fuerunt, juxta quamdam proportionem convenientem unicuique rei, Scriptura digni habiti sunt. Inquirendum autem est an unus ex Moysis libris Numerorum inscriptione notatus, rationem numerorum eximie doceat eos,

[58] Joan. II, 12 seqq.

(57) Codex Bodleianus ἐν αὐτῇ, etc.; Regius, perperam, ἐν αὐτοί, etc. Apud utrumque locus est manifeste mendosus. Ita videtur legisse Ferrarius : Ἐν αὐτῇ Ἀριθμῶν βίβλῳ ἀναγεγραμμένοι ἀριθμοί. Quidni legatur : Αὐτοὶ ἀναγεγραμμένοι ἀριθμοὶ, κατά τινα ἀναλογίαν ἁρμόζουσαν ἑκάστῳ πράγματι, Γραφῆς ἠξιώθησαν, ἐξεταστέον δὴ μήποτε, etc.? Certe ejusmodi lectio minus absona videtur, et, si cui placet, vertenda erit : « Si litteris consignati Numeri, juxta quamdam unicuique rei congruam proportionem,

qui hujuscemodi accurate investigare valent. Hæc autem ad te initio decimi **161** tomi dicuntur a me, frequenter in Scriptura numerum denarium eximia prærogativa impertitum observante, ut tibi quoque licet diligenter considerare, tum speranti etiam fore, ut aliquid majus a Deo in hunc tomum accipias; quod ut contingat, pro viribus præbere nos ipsos Deo tentemus, qui cupit optima largiri. Sed incipiendus hinc est liber : « Postea descendit Capharnaum ipse, et mater ejus, et fratres ejus, et discipuli ejus, et manserunt ibi non multis diebus [59]. » Etiam cæteri tres qui Evangelia scripserunt, inquiunt Dominum in Galilæam secessisse post ipsius contra diabolum certamen, Matthæus autem et Lucas, prius cum venisset Nazareth, postea illa relicta profectum habitasse Capharnaum. Matthæus vero et Marcus causam etiam quamdam dicunt cur ipse inde discesserit, nempe quia audisset Joannem ab Herode in carcerem conjectum fuisse. Habent autem se sic verba, Matthæi quidem [60] : « Tunc omittit illum diabolus, et ecce angeli accedebant, et ministrabant ei. Cum audisset autem Jesus Joannem traditum esse, secessit in Galilæam; et, relicta Nazareth, profectus habitavit in Capharnao maritima, in finibus Zabulon et Nephthalim, ut impleretur quod dictum fuerat per Isaiam prophetam, dicentem : Terra Zabulon, et terra Nephthalim : » et post ea, quæ dicta sunt in Isaia, dicit : « Ex eo tempore cœpit Jesus prædicare, et dicere : Resipiscite, instat enim regnum cœlorum. » Marcus vero : « Et erat, inquit, in deserto quadraginta dies et quadraginta noctes, et tentabatur a Satana : eratque cum feris, et angeli ministrabant illi. Postquam autem traditus est Joannes, venit Jesus in Galilæam, prædicans Evangelium Dei, nempe : Impletum est tempus, instatque regnum Dei. Resipiscite, et credite Evangelio [61]. » Deinde cum enarrasset de Andrea et de Petro, Jacoboque ac Joanne, scribit hæc : « Et ingressus est Capharnaum, et statim sabbatis docebat in Synagoga. » Lucas vero : « Et cum consummasset, inquit, tentationem diabolus, recessit ab illo usque ad tempus. Et reversus est Jesus in virtute Spiritus in Galilæam, et fama exiit per universam regionem de ipso, et ipse docebat in synagogis eorum, et glorificabatur ab omnibus. Et venit in Nazara, ubi erat nutritus, intravitque **162** secundum consuetudinem suam die sabbatorum in Synagogam [62]. » Cumque docuisset quæ in Nazaris ab ipso dicta fuerant [63], furoremque

A βίβλων Μωσέως ἐπιγεγραμμένη Ἀριθμοὶ, ἐξαιρέτως τὸν περὶ ἀριθμῶν τοῖς τὰ τοιαῦτα ἐξιχνεύειν δυναμένοις διδάσκει λόγον. Ταῦτα δέ μοι ἐν ἀρχῇ τοῦ δεκάτου τόμου λέγεται πρὸς σὲ, πολλαχοῦ ὁρῶντι τῆς Γραφῆς διαφερούσης προνομίας τετυχότα τὸν δέκα ἀριθμὸν, ὡς ἔνεστι καὶ σοὶ ἐπιμελῶς κατανοεῖν, ἐλπίζοντι τὸ λήψεσθαι ἀπὸ Θεοῦ πλέον τι καὶ εἰς τοῦτον τὸν τόμον· ὅπερ ἵνα ὑπαρχθῇ, κατὰ δύναμιν, ἐμπαρέχειν ἑαυτοὺς τῷ δωρεῖσθαι τὰ κάλλιστα βουλομένῳ Θεῷ πειρώμεθα. Ἀρκτέον δὲ τοῦ βιβλίου ἐντεῦθεν· « Μετὰ τοῦτο κατέβη εἰς Καφαρναοὺμ αὐτὸς, καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, καὶ οἱ ἀδελφοὶ, καὶ οἱ μαθηταὶ, καὶ ἐκεῖ ἔμεινεν οὐ πολλὰς ἡμέρας. » Καὶ οἱ λοιποὶ τρεῖς (58) γράψαντες τὰ Εὐαγγέλια μετὰ τὸν πρὸς τὸν διάβολον ἀγῶνα τοῦ Κυρίου, εἰς τὴν Γαλιλαίαν
B φασὶν αὐτὸν ἀναχεχωρηκέναι, Ματθαῖος δὲ καὶ Λουκᾶς, πρότερον γενόμενον ἐν Ναζάροις, μετὰ ταῦτα καταλελοιπότα αὐτὰ ἐλθόντα κατῳκηκέναι εἰς Καφαρναούμ. Ὁ δὲ Ματθαῖος καὶ Μάρκος καὶ αἰτίαν τινὰ λέγουσι τοῦ αὐτὸν ἐκεῖθεν ἀνακεχωρηκέναι, τὸ ἀκηκοέναι, ὅτι Ἰωάννης παρεδόθη. Ἔχει δὲ οὕτως τὰ ῥητὰ, τοῦ μὲν Ματθαίου· « Τότε ἀφίησιν αὐτὸν ὁ διάβολος, καὶ ἰδοὺ ἄγγελοι προσῆλθον, καὶ διηκόνουν αὐτῷ (59). Ἀκούσας δὲ, ὅτι Ἰωάννης παρεδόθη, ἀνεχώρησεν εἰς Γαλιλαίαν, καὶ καταλιπὼν τὴν Ναζαρὲθ, ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς Καφαρναοὺμ τὴν παραθαλασσίαν, ἐν ὁρίοις Ζαβουλὼν καὶ Νεφθαλεὶμ, ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος· Γῆ Ζαβουλὼν καὶ γῆ Νεφθαλεὶμ (60)· » καὶ μετὰ τὰ ἐν
C τῷ Ἡσαΐᾳ ῥητὰ, λέγει· « Ἀπὸ τότε ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς κηρύσσειν, καὶ λέγειν· Μετανοεῖτε, ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. » Ὁ δὲ Μάρκος· « Καὶ ἦν, φησὶν, ἐν τῇ ἐρήμῳ τεσσαράκοντα ἡμέρας καὶ τεσσαράκοντα νύκτας (61), πειραζόμενος ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ· καὶ ἦν μετὰ τῶν θηρίων, καὶ οἱ ἄγγελοι διηκόνουν αὐτῷ. Μετὰ δὲ τὸ παραδοθῆναι τὸν Ἰωάννην, ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν Γαλιλαίαν, κηρύσσων τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ, ὅτι πεπλήρωται ὁ καιρὸς, καὶ ἤγγικεν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ. Μετανοεῖτε, καὶ πιστεύετε τῷ Εὐαγγελίῳ. » Ἔπειτα, διηγησάμενος καὶ περὶ Ἀνδρέου, καὶ Πέτρου, Ἰακώβου τε καὶ Ἰωάννου, ἀναγράφει ταῦτα· « Καὶ εἰσπορευόμενος εἰς Καφαρναοὺμ, καὶ εὐθέως τοῖς σάββασιν ἐδίδασκεν εἰς τὴν συναγωγήν. » Ὁ δὲ Λουκᾶς·
D « Καὶ συντελέσας, φησὶ, τὸν πειρασμὸν ὁ διάβολος, ἀπέστη ἀπ' αὐτοῦ ἄχρι καιροῦ. Καὶ ὑπέστρεψεν ὁ Ἰησοῦς ἐν τῇ δυνάμει τοῦ Πνεύματος εἰς τὴν Γαλιλαίαν, καὶ φήμη ἐξῆλθε καθ' ὅλης τῆς περιχώρου περὶ αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ἐδίδασκεν ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν, δοξαζόμενος ὑπὸ πάντων. Καὶ ἦλθεν εἰς Νά-

[59] Joan. II, 12. [60] Cap. IV, v. 11 seqq. [61] Marc. I, 13 seqq. [62] Luc. IV, 15 seqq. [63] ibid. 21 seqq.

Scriptura digni habiti sunt, certe inquirendum est num forte unus, etc. »

(58) *Καὶ οἱ λοιποὶ τρεῖς*. Sic codex Bodleianus, optime; male vero codex Regius, καὶ οἱ λοιποὶ γάρ. Huic perversæ lectioni originem dedit littera Γ numeralis pro τρεῖς.

(59) *Αὐτῷ*. Deest in codice Regio, sed revocatur e codice Bodleiano.

(60) *Καὶ γῆ Νεφθαλεὶμ*. Hæc desiderantur in codice Regio, sed restituuntur e Bodleiano.

(61) *Καὶ τεσσαράκοντα νύκτας*. Deest in codice Bodleiano, nec lectum est ab interprete Ferrario.

ζαρα, «οὗ ἦν τεθραμμένος, καὶ εἰσῆλθε κατὰ τὸ εἰωθὸς αὐτῷ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων εἰς τὴν συναγωγήν.» Παραστήσας δὲ τὰ ἐν Ναζάροις αὐτῷ εἰρημένα, καὶ τὸν κατ' αὐτοῦ θυμὸν τῶν ἐν τῇ συναγωγῇ, ἐκβαλλόντων αὐτὸν ἔξω τῆς πόλεως, καὶ ἀγαγόντων «ἕως ὀφρύος τοῦ ὄρους, ἐφ' οὗ αἱ πόλεις αὐτῶν ᾠκοδόμηντο, ὥστε κατακρημνίσαι αὐτὸν,» καὶ «ὡς διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν ὁ Κύριος ἐπορεύετο,» ἐπισυνάπτει ταῦτα· «Καὶ κατῆλθεν εἰς Καφαρναοὺμ πόλιν τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἦν διδάσκων αὐτοὺς ἐν τοῖς σάββασι.»

A eorum qui erant in Synagoga adversus ipsum, ut qui ejecissent eum e civitate, ac duxissent «usque ad supercilium montis, super quem civitas illorum erat ædificata, ut præcipitarent eum,» et ut «transiens per medium illorum ibat,» superaddit hæc: «Et descendit Capharnaum civitatem Galilææ, et docebat illos sabbatis [64].»

2. Τὴν περὶ τούτων (62) ἀλήθειαν ἀποκεῖσθαι ἐν τοῖς νοητοῖς, μὴ λυομένης τῆς διαφωνίας ἀφεῖσθαι τῆς περὶ τῶν Εὐαγγελίων πίστεως, ὡς οὐκ ἀληθῶν, οὐδὲ θειοτέρῳ Πνεύματι γεγραμμένων (63), ἢ ἐπιτετευγμένως ἀπομνημονευθέντων· ἑκατέρως γὰρ λέγεται συντετάχθαι ἡ τούτων Γραφή. Λεγέτωσαν γὰρ ἡμῖν οἱ παραδεχόμενοι τὰ τέσσαρα Εὐαγγέλια, καὶ τὴν δοκοῦσαν διαφωνίαν οἰόμενοι μὴ λύεσθαι διὰ τῆς ἀναγωγῆς, πρὸς ταῖς προειρημέναις ἡμῖν ἐπαπορήσεσι περὶ τῶν τεσσαράκοντα τοῦ πειρασμοῦ ἡμερῶν οὐδαμῶς δυναμένων χώραν ἔχειν παρὰ τῷ Ἰωάννῃ, πότε γέγονεν ἐν τῇ Καφαρναοὺμ ὁ Κύριος· εἰ γὰρ μετὰ τὰς ἓξ τοῦ ὅτε ἐβαπτίσθη ἡμέρας (τῇ ἕκτῃ γενομένης τῆς κατὰ τὸν ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας γάμον οἰκονομίας), δῆλον ὅτι οὔτε πεπείρασται (64), οὔτε ἐν Ναζάροις ἐγένετο, οὔτε Ἰωάννης πω παρεδέδοτο. Μετὰ οὖν τὴν Καφαρναοὺμ, ἔνθα ἔμεινεν οὐ πολλὰς ἡμέρας, τοῦ Πάσχα τῶν Ἰουδαίων ἐγγὺς ὄντος, ἀνέβη Ἱεροσόλυμα, ὅτε ἐκβάλλει ἐκ τοῦ ἱεροῦ τά τε πρόβατα καὶ τοὺς βόας, καὶ ἐκχέει τῶν κερματιστῶν τὰ κέρματα. Ἔοικε δὲ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ὁ τῶν Φαρισαίων ἄρχων Νικόδημος νυκτὸς πρὸς αὐτὸν ἀρχὴν (65) ἐληλυθέναι, καὶ ἀκηκοέναι ταῦτα ἃ ἔξεστιν ἐκ τοῦ Εὐαγγελίου λαβεῖν. «Μετὰ δὲ ταῦτα ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὴν Ἰουδαίαν γῆν, καὶ ἐκεῖ διέτριβε μετ' αὐτῶν, καὶ ἐβάπτιζε καθ' ὃν καιρὸν ἦν καὶ Ἰωάννης βαπτίζων ἐν Αἰνὼν ἐγγὺς τοῦ Σαλεὶμ (66), ὅτι ὕδατα πολλὰ ἦν ἐκεῖ, καὶ παρεγίνοντο, καὶ ἐβαπτίζοντο. Οὔπω γὰρ ἦν βεβλημένος εἰς τὴν φυλακὴν ὁ Ἰωάννης,» ὅτε καὶ ἐγένετο ζήτησις ἐκ τῶν μαθητῶν Ἰωάννου μετὰ Ἰουδαίων περὶ καθαρισμοῦ, καὶ ἦλθον πρὸς τὸν Ἰωάννην λέγοντες περὶ τοῦ Σωτῆρος τό· «Ἴδε οὗτος βαπτίζει, καὶ πάντες ἔρχονται πρὸς αὐτόν.» Ἀκηκόασιν ἀπὸ τοῦ Βαπτιστοῦ λόγους, οὓς ἔστιν ἀπ' αὐτῆς τῆς Γραφῆς ἀκριβέστερον λαβεῖν. Εἰ δὲ πυνθανομένοις ἡμῖν περὶ τοῦ, πότε γέγονε (67) πρῶτον ἐν τῇ Καφαρναοὺμ ὁ Χριστὸς, τῇ λέξει Ματθαίου καὶ τῶν λοιπῶν δύο ἀκολουθοῦντες φήσουσι μετὰ τὸν πειρασμὸν, ὅτε, καταλείπων τὴν Ναζαρὲθ, ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς Καφαρναοὺμ τὴν παραθαλασσίαν· πῶς

2. Veritatem de hisce rebus oportet repositam esse in his quæ animo cernuntur, aut si dissonantia non solvatur, recedere a fide Evangeliorum, tanquam quæ vere non sint scripta per Spiritum, B neque sint diviniora neque optimo ordine commentata; utroque enim modo dicitur Scriptura ordinata fuisse. Dicant enim nobis qui recipiunt quatuor Evangelia, et existimant apparentem dissonantiam non dissolvi per anagogen, præter prædictas a nobis dubitationes de quadraginta diebus tentationis, qui minime locum habere possunt apud Joannem, quando fuit in Capharnao Dominus. Nam si post sex dies ab eo tempore, postquam baptizatus est Jesus, fuit in Capharnao (sexta die facta dispensatione et miraculo in nuptiis, in Cana Galilææ) perspicuum est, neque tentatum fuisse, neque in Nazaris fuisse, neque Joannem adhuc traditum fuisse. Itaque post Capharnaum, ubi mansit non multos dies, cum Pascha esset Judæorum in pro- C pinquo [65], ascendit Hierosolymam, quando e templo ejecit tum oves, tum boves, et mensariorum æra effudit. Videtur autem Nicodemus, Pharisæorum princeps, noctu ad ipsum principio venisse Hierosolymam, audisseque quæ licet ex Evangelio accipere [66]. «Post hæc» autem «venit Jesus, et discipuli ejus in terram Judæam, et illic morabatur cum eis, ac baptizabat, quo tempore erat et Joannes baptizans in Ænon juxta Salim, quia aquæ multæ erant illic, et veniebant, ac baptizabantur. Nondum enim conjectus fuerat in carcerem Joannes,» quando et orta quæstio est ex discipulis Joannis de purificatione cum Judæis, et venerunt ad Joannem dicentes de Servatore: «Ecce is baptizat, et omnes veniunt ad eum [67].» Audierant enim Baptistæ D verba quæ accuratius ex ipsa Scriptura [68] licet assumere. **163** Quod si interrogantibus nobis quando primum fuit in Capharnao Christus, qui lectionem Matthæi reliquorumque duorum sequuntur, dicent, post tentationem, quando relicta Nazareth profectus habitavit in Capharnao, quæ est civitas maritima [69]: quomodo simul verum esse dicent et illud quod

[64] Luc. IV, 29-31. [65] Joan. II, 12-15. [66] Joan. III, 1 seqq. [67] ibid. 22-26. [68] Joan. I, 15 seqq. [69] Matth. IV, 11, 13.

(62) *Τὴν περὶ τούτων*, etc. Scribendum δεῖ τὴν περὶ τούτων, etc. Hic et sæpe alibi litteræ fidem detrahit Origenes, quam anagogicis suis expositionibus conciliare nititur. Vide præfationem nostram ad tomum secundum.

(63) *Οὐδὲ θειοτέρῳ Πνεύματι γεγραμμένων*. Sic recte habet codex Bodleianus, perperam vero Regius, οὐδὲ θειοτέρων πνεύματι γεγραμμένον.

(64) *Οὔτε πεπείρασται*. Sic codex Bodleianus; Regius, ὅτε πεπείρασται.

(65) *Ἀρχήν*. Sic codex Bodleianus; Regius, ἄρχων.

(66) *Σαλείμ*. Ita codex Bodleianus; Regius, Ἀλίμ, male.

(67) *Πότε γέγονε*. Sic codex Bodleianus; Regius omisit πότε.

apud Matthæum, et Marcum dictum est, Jesum scilicet secessisse in Galilæam [70], tanquam qui audisset Joannem traditum fuisse; et illud, quod positum est apud Joannem [71], scilicet nondum fuisse Baptistam conjectum in carcerem, sed baptizare in Ænon juxta Salim; id quod ponitur post mansionem Domini in Capharnao [72], et post ascensum ad Hierosolymam, indeque ad Judæam descensum [73], ac post multas alias œconomias et dispensationes? Quin si de aliis compluribus diligenter quis exquisierit Evangelia de dissonantia secundum historiam, quam singulatim tentabimus pro virili ob oculos ponere, vertigine affectus, vel renuet confirmare Evangelia tanquam vera, et judicio suo sibi eligens quod voluerit, alicui ipsorum Evangeliorum adhærebit, non audens funditus infirmare de Domino nostro fidem; vel admittens quatuor esse Evangelia, veritatem ipsorum non in formis et characteribus corporalibus esse adjunget.

3. Ut autem aliquam considerationem sententiæ ac voluntatis Evangeliorum de hisce rebus sumamus, nobis hoc est dicendum. Esto quibusdam Spiritu Deum videntibus, hujusque sermones ad sanctos, atque præsentiam, qua illis se offert, præcipuis temporibus profectus ipsorum (atque hi plures numero exsistant, et diversis in locis, nec similibus omnino beneficiis affecti); esto, inquam, propositum his singulis sua renuntiare, quæ Spiritu tum de Deo, tum de sermonibus ejus, ac de apparitionibus ad sanctos vident, ita ut hic quidem renuntiet quæ dicuntur, vel aguntur a Deo in tali loco huic justo, ille vero quæ alius per oracula vel audierit, vel receperit, et alius præter duos prædictos velit nos de aliquo tertio docere. Esto autem etiam aliquis quartus, perinde atque hi tres faciens, conferantque hi quatuor inter se de quibusdam quæ Spiritus illis suggesserit, et de aliis brevi oratione renuntient, adeo ut hujusmodi sint illorum narrationes: Visus est Deus huic hoc tempore, hoc in loco, et hæc illi fecit: hunc in modum si illi **164** apparuerit tali forma, et manu duxit ad hunc locum, ubi hæc fecit. Secundus eodem tempore quo hæc dicta sunt facta fuisse apud primum, referat Deum visum fuisse in quadam urbe cuipiam secundo (quem ipse velit) exsistenti in loco valde remoto a loco prioris, et alios eodem tempore sermones a Deo huic quem secundum posuimus, habitos fuisse dicat. Similiter de tertio et quarto existimandum est. Consentiant autem hi, ut prædiximus, inter se vera de Deo nuntiantes, deque ipsius erga aliquos beneficiis, in quibusdam narrationibus quas ipsi renuntient. Ei igitur qui existimat horum scriptionem esse historiam, vel per imaginem historiæ ad res quasdam veras accommodari, quique arbitratur Deum esse

A ἅμα ἀληθῆ εἶναι ἐροῦσι τό τε παρὰ τῷ Ματθαίῳ καὶ Μάρκῳ εἰρημένον, ὡς διὰ τὸ ἀκηκοέναι αὐτὸν περὶ τοῦ Ἰωάννου παραδοθέντος, εἰς τὴν Γαλιλαίαν ἀναχωρήσαντος· καὶ τὸ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ μετὰ καὶ ἄλλας οἰκονομίας πρὸς τῇ ἐν Καφαρναοὺμ μονῇ κείμενον, καὶ τὴν εἰς Ἱεροσόλυμα (68) ἄνοδον, τήν τε εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐκεῖθεν κάθοδον, ὅτι οὔπω βεβλημένος ἦν εἰς φυλακὴν ὁ Ἰωάννης, ἀλλ' ἐβάπτιζεν ἐν Αἰνὼν ἐγγὺς τοῦ Σαλείμ; Καὶ ἐπὶ ἄλλων δὲ πλειόνων εἴ τις ἐπιμελῶς ἐξετάζοι τὰ Εὐαγγέλια περὶ τῆς κατὰ τὴν ἱστορίαν ἀσυμφωνίας, ἥντινα καθ' ἕκαστον πειρασόμεθα κατὰ τὸ δυνατὸν παραστῆσαι, σκοτοδινιάσας ἤτοι ἀποστήσεται τοῦ κυροῦν ὡς ἀληθῶς τὰ Εὐαγγέλια, καὶ ἀποκληρωτικῶς ἑνὶ αὐτῶν προσθήσεται, μὴ τολμῶν πάντη ἀθετεῖν τὴν περὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν πίστιν· ἢ
B πρόσιέμενος τὰ τέσσαρα, εἶναι ἀληθὲς αὐτῶν οὐκ ἐν τοῖς σωματικοῖς χαρακτῆρσιν.

3. Ὑπὲρ δὲ τοῦ ποσὴν ἐπίνοιαν τοῦ βουλήματος τῶν Εὐαγγελίων περὶ τῶν τοιούτων λαβεῖν, καὶ τοῦτο ἡμῖν λεκτέον. Ἔστω τισὶ προκείμενον βλέπουσι τῷ πνεύματι τὸν Θεὸν, καὶ τοὺς τούτου πρὸς τοὺς ἁγίους λόγους, τήν τε παρουσίαν, ἣν πάρεστιν αὐτοῖς ἐξαιρέτοις καιροῖς τῆς προκοπῆς αὐτῶν ἐπιφαινόμενος (πλέοσιν οὖσι τὸν ἀριθμὸν, καὶ ἐν διαφόροις τόποις, οὐχ ὁμοειδεῖς τε πάντη εὐεργεσίας εὐεργετουμένοις), ἑκάστῳ ἰδίᾳ ἀπαγγεῖλαι, ἃ βλέπει τῷ πνεύματι περὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν λόγων αὐτοῦ, τῶν τε πρὸς τοὺς
C ἁγίους ἐμφανειῶν, ὥστε τόνδε μὲν περὶ τῶνδε τῷδε τῷ δικαίῳ κατὰ τόνδε τὸν τόπον λεγομένων ὑπὸ Θεοῦ, καὶ πραττομένων ἀπαγγέλλειν· τόνδε δὲ περὶ τῶν ἑτέρων χρησμῳδουμένων, καὶ ἐπιτελουμένων, ἢ ἄλλον περί τινος τρίτου παρὰ τοὺς προειρημένους δύο θέλειν ἡμᾶς διδάσκειν. Ἔστω δέ τις καὶ τέταρτος τὸ ἀνάλογον τοῖς τρισὶ περί τινος ποιῶν. Συμφερέσθωσαν δὲ οἱ τέσσαρες οὗτοι περί τινων ὑπὸ τοῦ πνεύματος αὐτοῖς ὑποβαλλομένων ἀλλήλοις, καὶ περὶ ἑτέρων ἐν ὀλίγῳ παραγγελλέτωσαν, ὥστε εἶναι τοιαύτας αὐτῶν τὰς διηγήσεις· « Ὤφθη ὁ Θεὸς τῷδε κατὰ τόνδε τὸν καιρὸν ἐν τῷδε τῷ τόπῳ, καὶ τάδε αὐτῷ πεποίηκεν· οὕτως εἰ αὐτῷ ἐπιφαινόμενος τοιῷδε τῷ σχήματι, καὶ ἐχειραγώγησε εἰς τόνδε (69) τὸν τόπον, ἔνθα πεποίηκε τάδε. Ὁ δεύτερος κατὰ τὸν αὐτὸν τοῖς εἰρημένοις γε-
D γονέναι παρὰ τῷ προτέρῳ χρόνον ἔν τινι πόλει ἀπαγγελλέτω (70) τὸν Θεὸν ὦφθαι, ᾧ καὶ αὐτὸς νοεῖ, τίνι δευτέρῳ ὄντι ἐν πολὺ ἀπεσχοινισμένῳ τόπῳ παρὰ τὸν τόπον τὸν τοῦ προτέρου, καὶ ἑτέρους λόγους ἀναγραφέτω κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν εἰρῆσθαι, ᾧ κατὰ τὴν ὑπόθεσιν εἰλήφαμεν δευτέρῳ. Τὰ δὲ παραπλήσια περὶ τοῦ τρίτου καὶ τοῦ τετάρτου νοητέον. Συμφερέσθωσαν δὲ, ὡς προειρήκαμεν, οὗτοι τὰ ἀληθῆ ἀπαγγέλλοντες περὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν πρός τινας εὐεργεσιῶν αὐτοῦ ἀλλήλοις, ἐπί τινων ἀπαγγελλομένων ὑπ' αὐτῶν διη-

[70] Ibid. 12; Marc. I, 14. [71] Joan. III, 23, 24. [72] Joann. II, 12, 13, seq [73] Joan. III, 22.

(68) *Εἰς Ἱεροσόλυμα.* Sic codex Bodleianus; Regius omisit εἰς.
(69) *Εἰς τόνδε.* Sic habet codex Bodleianus; in Regio deest εἰς.
(70) *Ἀπαγγελλέτω.* Sic codex Bodleianus; Regius, ἀπαγγέλλεται.

γήσεων. Δόξει τοίνυν τῷ ἱστορίαν εἶναι νομίζοντι τὴν A τούτων γραφὴν ἢ διὰ εἰκόνος ἱστορικῆς πρός τινα τὰ ὄντα παραστῆσαι πράγματα (71), καὶ τὸν Θεὸν ὑπολαμβάνοντι κατὰ περιγραφὴν εἶναι ἐν τόπῳ, μὴ δυνάμενον τῷ αὐτῷ πλείονας ἑαυτῷ ἐμποιῆσαι φαντασίας πλείοσιν, ἐν πλείοσι τόποις, καὶ πλείονα ἅμα λέγειν, δυνατὸν (72) εἶναι ἀληθεύειν οὓς ὑπεθέμην τέσσαρας, τῷ ἀδύνατον εἶναι ἐν τῷδέ τινι τῷ τεταγμένῳ καιρῷ τὸν Θεὸν εἶναι, ὅτε καὶ κατὰ περιγραφὴν αὐτὸν νενοημένον ἐν τόπῳ εἶναι, καὶ τῷδε, καὶ τῷδε λέγειν τάδε, καὶ τάδε, καὶ ποιεῖν τάδε, καὶ τὰ τούτοις ἐναντία, καί, φέρε εἰπεῖν, καθεζόμενον ἅμα, καὶ ἑστῶτα εἶναι· εἰ ὁ μὲν τῷδε τῷ καιρῷ λέγων (73) αὐτὸν ἑστῶτα τάδε τινὰ εἰρηκέναι, ἢ πεποιηκέναι ἐν τῷδε τῷ τόπῳ, ὁ δὲ καθεζόμενον.

4. Ὥσπερ οὖν ἐπὶ τούτων, ὧν ὑπεθέμην, ἐκληφθεὶς B ὁ νοῦς τῶν ἱστορικῶν, χαρακτῆρι βουληθέντων ἡμᾶς διδάξαι τὰ ὑπὸ τοῦ νοῦ αὐτῶν τεθεωρημένα, οὐδεμίαν ἂν εὑρεθείη ἔχων διαφωνίαν, εἰ οἱ τέσσαρες εἶεν σοφοί· οὕτω νοητέον καὶ ἐπὶ τῶν τεσσάρων ἔχειν εὐαγγελιστῶν, καταχρησαμένων μὲν πολλοῖς τῶν κατὰ τὸ τεράστιον καὶ παραδοξότατον τῆς δυνάμεως Ἰησοῦ πεπραγμένοις καὶ εἰρημένοις, ἔσθ' ὅπου καὶ προσυφανάντων τῇ Γραφῇ μετὰ λέξεως, ὡς περὶ αἰσθητῶν (74), τὸ καθαρῶς νοητῶς αὐτοῖς τετρανωμένον. Οὐ καταγινώσκω δήπου καὶ τό, ὡς κατὰ τὴν ἱστορίαν, ἑτέρως γενόμενον, πρὸς τὸ χρήσιμον τούτων μυστικοῦ σκοποῦ μετατιθέναι πως αὐτούς, ὥστε εἰπεῖν τὸ ἐν τόπῳ γενόμενον, ὡς ἐν ἑτέρῳ· ἢ τὸ ἐν τῷδε τῷ καιρῷ, ὡς ἐν ἄλλῳ, καὶ τὸ οὑτωσὶ ἀπαγγελλό- C μενον (75) μετά τινος παραλλαγῆς αὐτοὺς πεποιηκέναι. Προέκειτο γὰρ αὐτοῖς, ὅπου μὲν ἐνεχώρει, ἀληθεύειν πνευματικῶς ἅμα καὶ σωματικῶς· ὅπου μὴ ἐνεδέχετο ἀμφοτέρως, προκρίνειν τὸ πνευματικὸν τοῦ σωματικοῦ, σωζομένου πολλάκις τοῦ ἀληθοῦς πνευματικοῦ ἐν τῷ σωματικῷ, ὡς ἂν εἴποι τις, ψευδεῖ· ὡς εἰ καὶ ἀπὸ τῆς ἱστορίας λέγοιμεν, ὅτι ὁ Ἰακὼβ φάσκων τῷ Ἰσαάκ· « Ἐγὼ Ἡσαῦ ὁ πρωτότοκός σου υἱός, » κατὰ μὲν τὸ πνευματικὸν ἠλήθευε, μεταλαβὼν τῶν πρωτοτοκίων ἤδη ἐν τῷ ἀδελφῷ παραπολλυμένων, καὶ διὰ τῆς στολῆς τῶν τε ἐριφίων δερμάτων τὸν ἔξωθεν χαρακτῆρα τοῦ Ἡσαῦ ἀναλαβών, καὶ γενόμενος χωρὶς τῆς αἰνούσης τὸν Θεὸν φωνῆς Ἡσαῦ, ἵνα χώραν λάβῃ πρὸς τὸ εὐλογηθῆναι ὕστερον ὁ Ἡσαῦ. Τάχα γὰρ εἰ μὴ ηὐλόγητο Ἰακὼβ ὡς Ἡσαῦ, οὐκ ἂν D οὐδὲ Ἡσαῦ καθ' ἑαυτὸν δέξασθαι τὴν εὐλογίαν οἷός τε ἦν. Καὶ ὁ Ἰησοῦς τοίνυν πολλά ἐστι ταῖς ἐπινοίαις, ὧν ἐπινοιῶν εἰκὸς τοὺς εὐαγγελιστὰς διαφόρους ἐννοίας λαμβάνοντας, ἔσθ' ὅτε καὶ συμφερομένους ἄλλους (76) περί τινων ἀναγεγραφέναι τὰ Εὐαγγέλια· οἷον ἀληθὲς εἰπεῖν τά, ὡς πρὸς τὴν λέξιν, ἀντικείμενα περὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, ὅτι γέγονεν ἐκ Δαυΐδ, καὶ οὐ γέγονεν

A in loco secundum circumscriptionem, eodem tempore nequeuntem plures de ipso ingenerare visiones pluribus, in pluribus locis, nec plura etiam simul dicere, videbitur impossibile esse ut hi quatuor, quos supposuimus, vera narrent ex eo, quod facile factu non sit Deum esse in hoc quodam certo tempore, quia etiam consideratus fuerit esse in loco secundum circumscriptionem, et huic, et illi hæc, et illa dicere, et facere hæc, et his contraria, et, ut ita dicam, sedentem simul et stantem esse; siquidem unus dicat hoc tempore eum stantem hæc dixisse, et hæc fecisse in hoc loco, alius vero sedentem.

4. Ut igitur sensus perceptus historicorum, charactere et forma in his quos supposui velle nos dicere, quæ mens ipsorum perspexerit, nullam inveniretur habere dissonantiam, si quatuor fuerint sapientes; sic etiam in quatuor evangelistis rem se habere intelligendum est, abutentibus multis tum dictis Jesu, juxta illius prodigiosam et admirabilissimam potentiam; interdum etiam attexentibus ad Scripturam cum dictione veluti de sensibilibus, quod illis puro ac solo intellectu manifestatum erat. Non reprehendo autem ipsos aliquo pacto transposuisse ad utilitatem mysticæ considerationis harum rerum, id quod, quantum attinet ad historiam, alio modo factum fuerat, ita ut quod uno loco factum fuerat, tanquam in alio gestum sit, narrarent; **165** vel quod uno tempore, tanquam in alio; et illud, quod uno modo pronuntiatum fuerat, cum quadam alteratione referrent. Propositum enim illis erat vera narrare, et spiritualiter et corporaliter, ubi liceret; ubi autem non contingebat utrumque, rem præferre spiritualem rei corporeæ, servata sæpe veritate spirituali in corporali, ut aliquis diceret, mendacio. Quemadmodum si etiam ex historia diceremus Jacob dicentem Isaac: « Ego sum Esau primogenitus tuus filius [74], » secundum intellectum quidem spiritualem narrasse vera (participem factum primogeniturarum, quæ in fratre jam perierant, et recepta forma et figura Esau externa per vestem hædinarum pellium), atque factum Esau sine voce laudante Deum, ut deinde locum inveniret Esau ad benedictionem consequendam. Nam fortasse, ni benedictus fuisset Jacob tanquam Esau, ne Esau quidem capere quivisset ex se benedictionem. Jesus igitur multa est secundum varias notiones, ex quibus probabile est evangelistas notiones sumentes diversas, interdum etiam alias de quibusdam consentien-

[74] Gen. XXVII, 19.

(71) *Ἡ διὰ εἰκόνος ἱστορικῆς πρός τινα τὰ ὄντα παραστῆσαι πράγματα.* Sic cod. Bodl.; Regius perperam habet, ἴδια εἰκόνος ἱστορικῆς προσθοιτὸν ὄντα παραστῆσαι τὰ πράγματα.

(72) *Δυνατόν.* Videtur scribendum ἀδύνατον, uti legit Ferrarius.

(73) *Λέγων.* Omnino scribendum est λέγοι.

(74) *Ὡς περὶ αἰσθητῶν.* Forte scribendum ὡσπερεὶ αἰσθητόν, etc.

(75) Codex Bodleianus, οὑτωσὶ ἀπαγγελλόμενον· codex Regius, male, οὕτως εἰ ἐπαγγελλόμενον. Mox codex Bodleianus, recte, πεποιηκέναι, Regius, πεπονηκέναι.

(76) *Ἄλλους.* Scribendum videtur ἀλλήλοις.

tes scripsisse Evangelia. Verbi gratia: Verum est, quod ad textum attinet, contraria dicere de Domino nostro, nempe eum genitum ex David, et non genitum ex David. Verum etenim est genitum fuisse ex David (ut etiam Apostolus inquit [75]: « genitum ex semine David secundum carnem), si ad corpus ipsius referamus; falsum autem hoc ipsum est, si de diviniore ipsius potentia intellexerimus eum genitum fuisse ex semine David. Declaratus namque Filius Dei fuit cum potentia [76]. Et fortassis hanc ob causam sanctæ prophetiæ aliquoties eum servum, aliquoties autem eum Filium prædicant; servum quidem propter servi formam, et quia ex Davide; Filium vero Dei propter potentiam suam primogenitam: sic verum est dicere eum hominem et non hominem: hominem quidem, propter illud quod mortis est capax; cæterum non hominem, propter illud quod homine est divinius. Ego autem arbitror etiam Marcionem respuentem doctrinam sanam, et rejicientem ipsius ex Maria ortum, enuntiasse eum juxta divinam naturam genitum ex Maria non fuisse, et hanc ob causam ausum fuisse delere hos locos ex Evangelio; cui simile quiddam passi fuisse hi videntur qui illius humanitatem tollunt, solam illius divinitatem admittentes, **166** atque his contrarii, qui divinitatem ejus obliterant, hominem eum hominum omnium justissimum et sanctissimum fassi. Quin qui introducunt opinionem quia non intellexerint eum qui « seipsum ad mortem usque humiliavit obediens factus usque ad crucem [77], » et solam ejus eam partem, quæ perturbationibus vacat, quæque superior est quovis tali casu imaginaverunt, pro virili sua eo homine qui hominum omnium sit justissimus, privare nos volunt, qui non possumus per ipsum servari: ut enim « per unum hominem mors, » sic et « per unum hominem » vitæ justificatio [78]. Neque enim utilitatem percepissemus ex Filio Dei, si, remoto homine, talis esset qualis erat in principio apud Patrem Deum, neque hominem assumpsisset, qui omnium primus et omnibus honorabilior, ac longe omnibus purior valeret ipsum capere; post quem poterimus unusquisque nostrum tantum ac talem, qualis erat, ipsum capere, si locum magnitudini ejus convenientem in anima nostra præparaverimus. Hæc autem omnia mihi dicta sunt declarare volenti, via spiritualis intelligentiæ, apparentem Evangeliorum dissonantiam.

A ἐκ Δαυῒδ. Ἀληθὲς μὲν γὰρ τὸ, γέγονεν ἐκ Δαυῒδ (ὡς καὶ ὁ Ἀπόστολός φησι· « τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαυῒδ κατὰ σάρκα »), εἰ τὸ σωματικὸν αὐτοῦ ἐκλάβομεν· ψευδὲς δὲ αὐτὸ τοῦτο, εἰ ἐπὶ τῆς θειοτέρας δυνάμεως ἀκούομεν τὸ γεγονέναι αὐτὸν ἐκ σπέρματος Δαυῒδ· ὡρίσθη γὰρ Υἱὸς Θεοῦ ἐν δυνάμει. Καὶ τάχα διὰ τοῦτο αἱ ἅγιαι προφητεῖαι ὅπου μὲν δοῦλον, ὅπου δὲ Υἱὸν αὐτὸν ἀναγορεύουσι· δοῦλον μὲν διὰ τὴν δούλου μορφὴν, καὶ τὸν ἐκ σπέρματος Δαυῒδ· Υἱὸν δὲ Θεοῦ κατὰ (77) τὴν πρωτότοκον αὐτοῦ δύναμιν· οὕτως αὐτὸν ἀληθὲς εἰπεῖν ἄνθρωπον, καὶ οὐκ ἄνθρωπον· ἄνθρωπον κατὰ τὸ θανάτου δεκτικόν· οὐκ ἄνθρωπον δὲ κατὰ τὸ ἀνθρώπου θειότερον. Ἐγὼ δ' οἶμαι καὶ τὸν Μαρκίωνα (78) παρεκδεξάμενον ὑγιεῖς λόγους, ἀθετοῦντα αὐτοῦ τὴν ἐκ Μαρίας γένεσιν, κατὰ τὴν B θείαν αὐτοῦ φύσιν ἀποφήνασθαι, ὡς ἄρα οὐκ ἐγεννήθη ἐκ Μαρίας, καὶ διὰ τοῦτο τετολμηκέναι περιγράψαι τούτους τοὺς τόπους ἀπὸ τοῦ Εὐαγγελίου· ᾧ παραπλήσιον πεπονθέναι φαίνονται οἱ ἀναιροῦντες αὐτοῦ τὴν ἀνθρωπότητα, καὶ μόνην αὐτοῦ τὴν θεότητα παραδεξάμενοι, οἵ τε τούτοις ἐναντίοι, καὶ τὴν θεότητα αὐτοῦ περιγράψαντες, τὸν δὲ ἄνθρωπον ὡς ἅγιον καὶ δικαιότατον πάντων ἀνθρώπων ὁμολογήσαντες. Καὶ οἱ τὴν δόκησιν δὲ εἰσάγοντες, « τὸν ταπεινώσαντα αὐτὸν μέχρι θανάτου, καὶ ὑπήκοον γενόμενον μέχρι σταυροῦ » μὴ νοήσαντες, μόνον δὲ τὸ ἀπαθὲς τὸ κρεῖττον παντὸς τοιούτου συμπτώματος φαντασθέντες, ἀποστερεῖν ἡμᾶς τὸ ὅσον ἐφ' ἑαυτοῖς θέλουσι τοῦ πάντων ἀνθρώπων δικαιοτάτου ἀνθρώπου, οὐ δυναμένους δι' ἐκείνου σώζεσθαι (79)· C ὡς γὰρ « δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ὁ θάνατος, οὕτως καὶ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου » ἡ τῆς ζωῆς δικαίωσις. Οὐκ ἂν χωρὶς τοῦ ἀνθρώπου χωρησάντων ἡμῶν τὴν ἀπὸ τοῦ λόγου ὠφέλειαν, μένοντος ὁποῖος ἦν τὴν ἀρχὴν πρὸς τὸν Πατέρα Θεὸν, καὶ μὴ ἀναλαβόντος (80) ἄνθρωπον, τὸν πάντων πρῶτον, καὶ πάντων τιμιώτερον, καὶ πάντων μᾶλλον καθαριώτερον αὐτὸν χωρῆσαι δυνάμενον· μεθ' ὃν καὶ ἡμεῖς δέξασθαι οἷοί τε αὐτὸν ἐσόμεθα, ἕκαστος τοσοῦτον καὶ τοιοῦτον, ὁποῖος ἦν, αὐτῷ ποιοῦμεν καὶ πηλίκην χώραν (81) ἐν τῇ ψυχῇ ἡμῶν. Ταῦτα δέ μοι (82) πάντα εἴρηται τῆς ἐμφαινομένης διαφωνίας τῶν Εὐαγγελίων παραστῆσαι θέλοντι ὁδῷ τῆς πνευματικῆς ἐκδοχῆς.

5. In eumdem autem locum hujusmodi etiam exemplo utendum est, scilicet Paulum carnalem se esse venditum sub peccato dicere [79], nec quidquam

D 5. Εἰς δὲ τὸν αὐτὸν τόπον καὶ τοιούτῳ παραδείγματι χρηστέον, ὅτι Παῦλος ὁ μὲν σαρκικὸς πεπρᾶσθαι λέγει ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν, καὶ οὐδὲν ἀνακρίνειν οἷός τε

[75] Rom. I, 3. [76] Ibid. 4. [77] Philipp. II, 8. [78] I Cor. XV, 21. [79] Rom. VII, 14, 15.

(77) *Καὶ τὸν ἐκ σπέρματος Δαυῒδ· Υἱὸν δὲ Θεοῦ κατά*, etc. Ita cod. Bodl.; Regius pro καὶ τόν habet τήν, et omisit vocem Θεοῦ.

(78) *Ἐγὼ δ' οἶμαι καὶ τὸν Μαρκίωνα*, etc. Vesanam hanc de Christo opinionem ex inquinatis Cerdonianorum lacunis hauserat Marcio. Vide quæ de eo et ejus opera corruptis Scripturæ locis adnotavit Epiphanius hæres. XLI, cap. 1; hæres. XLII, cap. 8, 9, 11, et alibi passim. HUETIUS.

(79) *Οὐ δυναμένους δι' ἐκείνου σώζεσθαι*. Sic habent codices Barberinus et Regius; Bodleianus vero, οὐ δυναμένου δι' ἑαυτοῦ σώζεσθαι, quam lectionem male secutus est Ferrarius.

(80) *Ἀναλαβόντος*. Sic codex Bodleianus; Regius et Barberinus, ἀναλαβόντα.

(81) *Αὐτῷ ποιοῦμεν καὶ πηλίκην χώραν*. Forte legendum εἰ αὐτῷ ποιοῦμεν καὶ τηλίκην χώραν.

(82) *Ταῦτα δέ μοι*. Hæc desiderantur in codice Regio, sed restituuntur e codicibus Bodleiano et Barberino. Mox pro τῆς ἐμφαινομένης scribendum videtur τὰς ἐμφαινομένας.

ἦν (83)· ὁ δὲ πνευματικὸς ἀνακρίνειν πάντα, καὶ A ὑπ' οὐδενὸς ἀνακρίνεσθαι. Καὶ τοῦ μὲν σαρκικοῦ εἰσι φωναί· « Οὐ γὰρ ὃ θέλω, τοῦτο πράσσω, ἀλλ' ὃ μισῶ, τοῦτο ποιῶ· » τοῦ δὲ πνευματικοῦ· Ὃ θέλω πράσσω, καὶ ὃ μισῶ οὐ ποιῶ. Ἀλλὰ καὶ ὁ ἁρπαγεὶς ἕως τρίτου οὐρανοῦ, καὶ ἀκούσας ἄῤῥητα ῥήματα, ἕτερος ἦν παρὰ τὸν λέγοντα· « Περὶ τοῦ τοιούτου καυχήσομαι, ὑπὲρ δὲ ἐμαυτοῦ οὐ καυχήσομαι. » Εἰ δὲ καὶ τοῖς Ἰουδαίοις ὡς Ἰουδαῖος γίνεται, ἵνα Ἰουδαίους κερδήσῃ· καὶ τοῖς ὑπὸ νόμον, ὡς ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον κερδήσῃ (84)· τοῖς τε ἀνόμοις, ὡς ἄνομος, μὴ ὢν ἄνομος Θεοῦ, ἀλλ' ἔννομος Χριστοῦ, ἵνα κερδήσῃ τοὺς ἀνόμους· καὶ τοῖς ἀσθενέσιν ἀσθενής, ἵνα τοὺς ἀσθενεῖς κερδήσῃ, δῆλον, ὅτι ἐξεταστέον αὐτοῦ τοὺς λόγους, ἰδίᾳ μὲν τοὺς Ἰουδαίους, ἰδίᾳ δὲ ὅτε ἐστὶν ὡς ὑπὸ νόμον, καὶ ἄλλοτε ὅτε ἐστὶν ὡς ἄνομος, ἔσθ' ὅτε B δὲ ὅτε γίνεται ἀσθενής. Οἷον ἃ λέγει κατὰ συγγνώμην, οὐ κατ' ἐπιταγήν, ἀσθενὴς ὢν λέγει· « Τίς γάρ, φησίν, ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; » Ὅτε δὲ ξύρεται, καὶ προσφορὰν προσφέρει, ἢ τὸν Τιμόθεον περιτέμνει, Ἰουδαῖος γίνεται· ὅτε δὲ Ἀθηναίοις φησίν· « Εὗρον βωμόν, ἐν ᾧ ἐγέγραπτο, Ἀγνώστῳ Θεῷ· ὃ οὖν ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε, τοῦτο ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν· » καὶ τό· « Ὡς καί τινες τῶν καθ' ὑμᾶς ποιητῶν εἰρήκασι· Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν, » τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος γίνεται, εὐσέβειαν μαρτυρῶν τοῖς ἀσεβεστάτοις, καὶ τῷ εἰπόντι· « Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα· τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν, » καταχρησάμενος πρὸς ὃ ἐβούλετο. Τάχα δ' ἔσθ' ὅπου τοῖς μὴ Ἰουδαίοις, ὑπὸ νόμον δέ, ὑπὸ νόμον γίνεται.

A dijudicare posse; spiritualem vero omnia dijudicare posse, et a nemine judicari [80]. Et carnalis quidem hæ sunt voces: « Non enim quod volo, hoc facio, sed quod odi, hoc facio [81]; » spiritualis vero: Quod volo, hoc facio, et quod odi, non facio. Quin etiam qui raptus fuit usque ad tertium cœlum, et audivit arcana verba [82], diversus erat ab eo qui dicebat: « Pro hac re gloriabor, pro me ipso autem non gloriabor [83]. » Sin vero etiam Judæis sit quasi Judæus, ut Judæos lucrifaciat; et his qui sub lege erant, tanquam sub lege esset, ut eos qui sub lege erant, lucrifaceret [84]; et his qui sine lege erant, tanquam esset sine lege, cum non esset sine lege Deo, sed obnoxius legi Christi, ut lucrifaceret exleges; et infirmis infirmus, ut infirmos lucrifaceret, B perspicuum est inquirendas esse diligenter rationes hujus rei, idque privatim in singulis sive cum efficitur tanquam Judæus, sive cum tanquam sub lege, sive cum est quasi sine lege, sive interdum etiam efficitur infirmus. Verbi gratia, illa quæ dicit propter veniam non propter **167** imperium [85], tanquam infirmus exsistens dicit: « Quis enim, inquit, infirmatur, et ego non infirmor [86]? » Cum autem tondetur, et oblationem offert, vel Timotheum circumcidit, fit Judæus [87]. Quando autem Atheniensibus inquit: « Inveni aram in qua scriptum erat: Ignoto Deo. Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego vobis annuntio [88]; » et illud: « Sicut et quidam vestratium poetarum dixerunt: Hujus enim et genus sumus [89], » his qui sine lege erant, fit tanquam sine lege, pietatem testibus firmans impiissimis, et illo qui dicit: « Ab Jove principium, » illo illius hemistichio, « Nam hujus progenies etiam sumus, » abusus ad id quod volebat. Fortasse vero interdum his, qui non sunt Judæi, sed sub lege, fit sub lege.

6. Ταῦτα δὲ οὐ μόνον εἰς τὰ περὶ τοῦ Σωτῆρος C χρήσιμα ἡμῖν ἐστι τὰ παραδείγματα, ἀλλὰ καὶ εἰς τὰ περὶ τῶν μαθητῶν, περὶ ὧν καὶ αὐτῶν ἐστί τις κατὰ τὸ ῥητὸν διαφωνία. Τάχα γὰρ τῇ ἐπινοίᾳ εὑρισκόμενος ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἀδελφοῦ Σίμων Ἀνδρέου, καὶ ἀκούων· « Σὺ κληθήσῃ Κηφᾶς, » ἕτερός ἐστι παρὰ τὸν ὁρώμενον ἅμα τῷ ἀδελφῷ ὑπὸ τοῦ περιπατοῦντος παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας Ἰησοῦ, καὶ ἀκούοντα ἅμα ἐκείνῳ τῷ Ἀνδρέᾳ· « Δεῦτε ὀπίσω μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων. » Ἔπρεπε γὰρ τῷ Θεῷ (85) λογικώτερον ἀπαγγέλλοντι περὶ τοῦ γενομένου σαρκὸς Λόγου, καὶ τὴν γένεσιν διὰ τοῦτο μὴ ἀναγράψαντι τοῦ ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν Λόγου, μηδὲ τὸν παρὰ τῇ θαλάσσῃ εὑρημένον, καὶ ἐκεῖθεν καλούμενον εἰπεῖν, ἀλλὰ τὸν εὑρισκόμενον ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ μείναντος παρὰ τῷ D Ἰησοῦ τῇ δεκάτῃ ὥρᾳ, καὶ διὰ τὸ οὕτως εὑρίσκεσθαι εὐθέως λαμβάνοντα τὸ Κηφᾶς. Ὁ γὰρ ὁρώμενος ὑπὸ τοῦ περιπατοῦντος παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλι-

6. Cæterum hæc exempla non solum utilia nobis sunt in rebus Servatoris, verum etiam in rebus discipulorum, de quibus etiam ipsis est quædam secundum textum dissonantia. Nam fortasse Simon, qui a suo fratre Andrea invenitur, et audit: « Tu vocaberis Cephas [90], » cogitatione diversus est ab eo qui videtur cum fratre a Jesu deambulante juxta mare Galilææ; diversus etiam ab eo qui cum illo Andrea pariter audit: « Venite post me, et faciam vos piscatores hominum [91]. » Decebat enim ut qui renuntiabat solidiori ratione de Λόγῳ, [hoc est de Filio Dei,] qui factus est caro, qui etiam ortum hanc ob causam non scripsit Filii Dei exsistentis in principio apud Deum, ne inventum quidem apud mare, indeque vocatum dicere, sed narrare inventum a fratre, qui mansit apud Jesum hora decima, qui etiam eo quod sic inventus fuerit, mox acceperit nomen Cephæ. Nam qui viditur a deambulante juxta mare Galilææ, vix aliquando etiam post illud

[80] I Cor. II, 15. [81] Rom. VII, 15, 19. [82] II Corinth. XII, 3. [83] ibid. 5. [84] I Cor. IX, 20, seq. [85] I Cor. III, 36. [86] II Cor. I, 29. [87] Act. XVI, 3; XXI, 24, 26. [88] Act. XVII, 23. [89] ibid. 28 [90] Joan. I, 41, 42. [91] Matth. IV, 18, 19; Marc. I, 16, 17.

(83) Codex Regius, ἀνακρίνει οἷός τε ᾖ, male; Bodleianus autem et Barberinus ut in nostro textu.

(84) *Καὶ τοῖς ὑπὸ νόμον, ὡς ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον κερδήσῃ.* Ita cod. Bodl.; male vero codex Regius, καὶ τοῖς ὑπὸ νόμον κερδήσῃ.

(85) *Θεῷ.* Hæc vox παρέλκει, et omnino est resecanda.

accipit : « Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam [91] ». »Et Jesum quidem apud Joannem agnoscunt baptizare Pharisæi in discipulis ejus, cum aliis rebus præcipuis etiam hoc faciens : at apud tres Jesus haudquaquam baptizat. Insuper Baptista Joannes apud ejusdem nominis evangelistam perseverat non conjectus in carcerem. Contra apud Matthæum fere tentato Jesu in carcerem traditur; quam ob causam secedit etiam Jesus in Galilæam, cavens trudi in carcerem : **168** quando ne carceri quidem traditus invenitur Baptista apud Joannem. Proinde quis adeo sapiens et in tantum idoneus est, ut totum Jesum ex quatuor evangelistis discat, quique valeat unamquamque rem privatim agnoscere, omnesque Christi videre vel peregrinationes, vel sermones, vel opera? Ac convenienter quidem præsenti loco existimamus sexto die Servatorem, quando factum est negotium illud nuptiarum in Cana Galilææ, descendisse Capharnaum, quod interpretatur *ager consolationis*, cum matre, et fratribus, et discipulis. Ad agrum namque consolationis post epulum illud vino celebre cum matre, cumque discipulis venire Servatorem necesse erat consolaturum discipulos, atque eam animam quæ ex Spiritu sancto conceperat, et eos qui illic utilitatem perceperunt : consolaturum, inquam, e fructibus in agro pleno futuris.

A λαίας μόλις ποτὲ καὶ ὕστερον λαμβάνει τό· « Σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν. » Καὶ ὁ μὲν παρὰ τῷ Ἰωάννῃ Ἰησοῦς γινώσκεται παρὰ τοῖς Φαρισαίοις βαπτίζων ἐν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, βαπτίζων (86) καὶ μετὰ τῶν ἄλλων ἐξαιρέτων καὶ τοῦτο ποιῶν· ὁ δὲ παρὰ τοῖς τρισὶν Ἰησοῦς οὐδαμῶς βαπτίζει. Ἔτι δὲ καὶ ὁ Βαπτιστὴς Ἰωάννης μέχρι πολλοῦ παρὰ τῷ ὁμωνύμῳ εὐαγγελιστῇ διαρκεῖ, μὴ βεβλημένος εἰς φυλακήν. Ὁ δὲ παρὰ τῷ Ματθαίῳ σχεδὸν Ἰησοῦ πειραζομένου εἰς τὴν φυλακὴν παραδίδοται· δι' ὃν καὶ ἀναχωρεῖ ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν Γαλιλαίαν περιιστάμενος τὸ γενέσθαι ἐν τῇ φυλακῇ· ἀλλ' οὐδὲ εὑρίσκεται ἐν τῷ Ἰωάννῃ ὁ Βαπτιστὴς παραδιδόμενος εἰς φυλακήν. Τίς δ' οὕτως σοφὸς, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ἱκανὸς, B ὡς πάντα τὸν Ἰησοῦν ἀπὸ τῶν τεσσάρων εὐαγγελιστῶν μαθεῖν, καὶ ἕκαστον ἰδίᾳ χωρῆσαι νοῆσαι (87), καὶ πάσας αὐτοῦ τὰς καθ' ἕκαστον τόπον ἰδεῖν ἐπιδημίας, καὶ λόγους, καὶ ἔργα; Καὶ ἃ μέντοιγε κατὰ τὸν (88) προκείμενον τόπον, ἀκολούθως νομίζομεν τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ τὸν Σωτῆρα (89), ὅτε γεγένηται ἡ κατὰ τὸν γάμον οἰκονομία ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας, καταβεβηκέναι ἅμα τῇ μητρὶ, καὶ τοῖς ἀδελφοῖς, καὶ τοῖς μαθηταῖς εἰς τὴν Καφαρναοὺμ, ὅπερ ἑρμηνεύεται *ἀγρὸς παρακλήσεως* (90). Ἐχρῆν γὰρ μετὰ τὴν ἐν τῷ οἴνῳ εὐωχίαν καὶ εἰς τὸν τῆς παρακλήσεως ἀγρὸν ἅμα τῇ μητρὶ, καὶ τοῖς μαθηταῖς ἐληλυθέναι τὸν Σωτῆρα, παρακαλέσοντα ἐπὶ τοῖς ἐν τῷ πλήρει ἀγρῷ ἐσομένοις καρποῖς τοὺς μαθητευομένους καὶ τὴν συνειληφυῖαν ψυχὴν (91) ἐκ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἢ τοὺς ἐκεῖ ὠφελημένους.

7. Quærendum attamen quare ad nuptias fratres ejus non vocentur; sed neque erant illic; nec enim dictum est : In Capharnaum autem descendunt cum ipso, et matre sua, et discipulis. Insuper quærendum quare nunc non ingrediuntur Capharnaum, neque ascendunt ad ipsam, sed descendunt. Quare vide an hoc in loco per fratres intelligendæ sint hæ potentiæ quæ cum ipso descenderunt, quæ etiam ad nuptias vocatæ non sunt ob ea quæ prædiximus, cum infra et in locis humilioribus juventur ii qui Christi habentur discipuli, et alterius generis homines; quoniam, si vocatur mater ejus, sint quidam proficientes et fructificantes, ad quos etiam descendit Dominus ipse cum ministris verbi Dei et discipulis, tales adjuvans, matre sibi etiam assistente. Sane qui appellantur Capharnaum, videntur non capere diuturniorem Jesu, eorumque, qui cum ipso descenderant, apud se consuetudinem, unde manent quidem apud ipsos non multis diebus. Nam ager consolationis infernæ non capit illuminationem de multis dogmatibus, rerum tenuium cum sit capax.

C 7. Ζητητέον μέντοιγε διὰ τί εἰς μὲν τὸν γάμον οὐ καλοῦνται οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ· ἀλλ' οὐδὲ ἦσαν ἐκεῖ, οὐ γὰρ εἴρηται· εἰς δὲ τὴν Καφαρναοὺμ καταβαίνουσι μετ' αὐτοῦ, καὶ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, καὶ τῶν μαθητῶν. Ἔτι δὲ ἐξεταστέον διὰ τί νῦν οὐκ εἰσέρχονται εἰς τὴν Καφαρναοὺμ, μηδὲ ἀναβαίνουσιν εἰς αὐτὴν, ἀλλὰ καταβαίνουσιν. Ὅρα οὖν εἰ ἐνταῦθα τοὺς ἀδελφοὺς ἀντὶ τῶν συγκαταβεβηκυιῶν αὐτῷ δυνάμεων ἐκληπτέον, οὐ καλουμένων εἰς τὸν γάμον καθ' ἃς εἴπαμεν διηγήσεις, κατωτέρω δὲ ἐν ὑποδεεστέροις τῶν χρηματιζόντων μαθητῶν τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἄλλου εἴδους ὠφελημένων· ὅτι, εἰ καλεῖται μήτηρ αὐτοῦ, εἰσί τινες καρποφοροῦντες, πρὸς οὓς αὐτός τε καταβαίνει ὁ Κύριος σὺν τοῖς ὑπηρέταις τοῦ Λόγου, καὶ μαθηταῖς, τοὺς τοιούτους ὠφελῶν, D καὶ τῆς μητρὸς αὐτῷ συμπαρούσης. Ἐοίκασί γε οἱ καλούμενοι Καφαρναοὺμ μὴ χωρεῖν τὴν ἐπιπλεῖον διατριβὴν παρ' αὐτοῖς τοῦ Ἰησοῦ, καὶ τῶν συγκαταβαινόντων αὐτῷ· ὅθεν μένουσι μὲν παρ' αὐτοῖς οὐ μὴν πολλὰς ἡμέρας· τὸν γὰρ περὶ πλειόνων (92) δογμάτων φωτισμὸν ὁ τῆς κατωτέρω παρακλήσεως

[91] Matth. XVI, 18.

(86) *Βαπτίζων*. Deest in cod. Bodleian. et videtur resecandum.

(87) *Ἰδίᾳ χωρῆσαι νοῆσαι*. Ita codex Bodleianus; Regius, διαχωρῆσαι νοῆσαι.

(88) *Καὶ ἃ μέντοιγε κατὰ τόν*, etc. Ita legitur in omnibus nostris mss.; Huetius vero legendum putavit κατὰ μέντοιγε τόν, etc.

(89) Post Σωτῆρα codex Bodleianus addit πεποιηκέναι, sed omnino redundat.

(90) *Καφαρναοὺμ, ὅπερ ἑρμηνεύεται Ἀγρὸς παρακλήσεως*. Hieronymus *De nominib. Hebr.*; *Capharnaum, ager, vel villa consolationis*. A כפר *pagus*, et נחם, *consolatus est*.

(91) *Συνειληφυῖαν ψυχήν*. Ita codex Bodleianus; Regius, συνειληφυῖαν αὐτὴν ψυχὴν, etc.

(92) *Περὶ πλειόνων*, etc. In editione Huetii deest περί, quod restituitur e codice Bodleiano.

ἀγρὸς οὐ χωρεῖ, ὀλιγωτέρων τυγχάνων δεκτικός. Παραθετέον δὲ πρὸς τὸ θεωρῆσαι διαφορὰς τῶν ἐπιπλεῖον ἢ ἔλαττον δεχομένων τὸν Ἰησοῦν ἐν τῷ· « Ἐκεῖ ἔμειναν οὐ πολλὰς ἡμέρας, » τὸ ἐν τῷ κατὰ Ματθαῖον τῷ ἀναστάντι ἐκ νεκρῶν μεμαθητευμένοις λεγόμενον, καὶ ἀποστελλομένοις μαθητεῦσαι πάντα τὰ ἔθνη, οὕτως ἔχον· « Ἰδοὺ, μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος· » τοῖς μὲν γὰρ πάντα ὅσα ἐνδέχεται φύσιν ἀνθρωπίνην γνῶναι ἔτι ἐνταῦθα τυγχάνουσαν εἰσομένοις λέγεται δεικτικῶς τό· « Ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι· » καὶ περὶ πάσης τῆς ἐν τοῖς θεωρουμένοις (93) ἀνατολῆς ἡμέρας πλείονας ποιούσης τοῖς μακαριωτάτοις τό· « Πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος· » περὶ δὲ τῶν ἐν Καφαρναοὺμ, πρὸς οὓς, ὡς ὑποδεεστέρους καταβαίνουσιν, οὐ μόνον ὁ Ἰησοῦς, ἀλλὰ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, καὶ οἱ μαθηταί· « Ἐκεῖ ἔμειναν οὐ πολλὰς ἡμέρας. »

8. Εἰκὸς δὲ οὐκ ἀλόγως ζητήσειν τινὰς, εἰ μετὰ πάσας τὰς ἡμέρας τούτου τοῦ αἰῶνος οὐκ ἔτι ἔσται ὁ εἰπών· « Ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν, » μετὰ τῶν χωρησάντων αὐτὸν, « ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος· » τὸ γὰρ *ἕως*, οἱονεὶ περιγραφήν τινα δηλοῖ χρόνου. Λεκτέον δὲ καὶ πρὸς τοῦτο, ὅτι οὐ ταὐτόν ἐστι τὸ, « Μεθ' ὑμῶν εἰμι (94), » τῷ, Ἐν ὑμῖν εἰμι. Τάχα οὖν κυριώτερον λέγοιμεν οὐκ ἐν τοῖς μαθητευομένοις εἶναι τὸν Σωτῆρα, ἀλλὰ μετ' αὐτῶν, ὅσον τῷ νῷ οὐκ ἐφθάκασιν (95) ἐπὶ τὴν τοῦ αἰῶνος συντέλειαν. Ἐπὰν δὲ τὴν τοῦ κόσμου σταυρωθέντος αὐτοῖς τὴν συντέλειαν αὐτοῦ ἐνστᾶσαν τὸ ὅσον ἐπὶ τῇ αὐτῶν παρασκευῇ θεωρήσωσι, τότε οὐκ ἔτι μετ' αὐτῶν, ἀλλ' ἐν αὐτοῖς γενομένου τοῦ Ἰησοῦ, ἐροῦσι τὸ, « Οὐκ ἔτι ζῶ ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός· » καὶ τὸ, « Εἰ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ; » Ταῦτα δὲ λέγομεν, τηρουμένης πως ἰδίᾳ καὶ τῆς παριστάσης ἐκδοχῆς τὸ, « πάσας τὰς ἡμέρας » λέγεσθαι, τὰς « ἕως συντελείας τοῦ αἰῶνος, » κατὰ τὰ ἐφικτὰ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει καταλαβεῖν ἔτι ἐνταῦθα τυγχανούσῃ· ἔστι γὰρ καὶ ἐκείνης τῆς ἑρμηνείας τηρουμένης ἐπιστῆσαι τῷ (96) *ἐγὼ*, ἵνα ὁ μὲν ἕως τῆς συντελείας μετὰ τῶν ἀποστελλομένων μαθητεύειν πάντα τὰ ἔθνη ᾖ ὁ κενώσας ἑαυτὸν, καὶ τὴν τοῦ δούλου μορφὴν λαβών· ὡσπερεὶ δὲ τοῦτο (97) ἕτερος ἐν τῇ καταστάσει ὢν, τῇ πρὸ τοῦ κενῶσαι ἑαυτὸν, μετὰ τὴν συντέλειαν τοῦ αἰῶνος, γένηται μετὰ τούτων, « ἕως » ὑπὸ τοῦ Πατρὸς « τεθῶσι πάντες οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ, » μετὰ ταῦτα « ὅτε παραδίδωσιν » ὁ Υἱὸς « τὴν βασιλείαν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, » τοῦ Πατρὸς ἐροῦντος

A Præterea ut videamus differentiam eorum qui plus vel minus suscipiunt Jesum, addendum est verbis illis: « Illic manserunt non multis **169** diebus [92], » illud quod dicitur a Domino resuscitato ex mortuis apud Matthæum, discipulis missis ad docendum omnes gentes, sic habens: « Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi [93]. » Namque agnituris quidem omnia quæcunque agnoscere potest humana natura, dum hic degit, dicitur demonstrative hoc: « Ego vobiscum sum: » de omni vero ortu, et illuminatione, quæ his exoritur, qui speculantur, quæque dies plures ob oculos ponit beatissimis, illud: « Omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi; » de his autem qui sunt in Capharnao, ad quos, utpote infra exsistentes, B descendunt non solum Jesus, verum etiam mater ejus, et fratres ejus, et discipuli, dicitur: « Illic manserunt non multis diebus. »

8. Credibile autem est aliquos non sine causa quæsituros an post omnes hujus sæculi dies non amplius futurus sit cum his qui eum acceperint usque ad consummationem sæculi, ille qui dixit: « Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi; » nam particula *usque* veluti circumscriptionem quamdam denotat temporis. Proinde ad hoc etiam est dicendum, non idem esse, « Vobiscum sum, » et, In vobis sum. Quamobrem fortasse magis proprie diceremus, non in discipulis C Servatorem esse, sed cum ipsis, quantum mente non prævenerint consummationem sæculi. Cum vero instantem consummationem mundi viderint sibi crucifixi, quantum ad illorum conatum attinet, tunc non amplius cum ipsis, sed in ipsis exsistente Jesu, dicent illud: « Non amplius vivo ego, sed vivit in me Christus [94], » et illud: « An experimentum quæritis loquentis in me Christi [95]? » Hæc autem dicimus, observata privatim a nobis aliquo modo ea expositione quæ docet, « omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi » dici juxta ea quæ humana natura comprehendere potest, dum hoc in mundo exsistit; nam possumus etiam, servata illa interpretatione, notare vocabulum *ego*, ut usque ad consummationem cum his qui mittentur ad do- D cendum omnes gentes [96], sit ille, qui evacuavit seipsum, forma servi sumpta [97]: tanquam autem ab hoc alius in statu præcedenti suam exinanitionem, post consummationem sæculi sit cum istis, « donec » a Patre « positi fuerint omnes inimici ejus subsellium pedum ejus [98] » post hæc, « cum tradiderit »

[92] Joan. II, 12. [93] Matth. XXVIII, 20. [94] Galat. II, 20. [95] II Cor. XIII, 3. [96] Matth. XXVIII, 19. [97] Philipp. II, 7. [98] Hebr. X, 13.

(93) *Λέγεται δεικτικῶς.... ἐν τοῖς θεωρουμένοις.* Hæc omnia desunt in codice Regio, ac proinde in editione Huetii; sed restituuntur e codice Bodleiano.

(94) Codex Bodleianus restituit τῷ, Ἐν ὑμῖν εἰμι, quod desideratur in codice Regio.

(95) *Ὅσον τῷ νῷ οὐκ ἐφθάκασιν.* Ita optime habet codex Bodleianus; male vero Regius, ὅσων τῷ νῷ οὐκ ἐφθακόσιν.

(96) *Τῷ.* Sic codex Bodleianus; Regius, τό.

(97) *Τοῦτο.* Lege τούτου. Totum hunc locum Ferrarius videtur legisse: ὥσπερ εἰ εἶπε τοῦτο· vertit enim, *tanquam si hoc dixisset, quod sit cum his post consummationem sæculi alius, exsistens in statu præcedenti suam exinanitionem.*

Filius « regnum Deo, et Patri [99], » **170** Patre dicente illis : « Ecce ego vobiscum sum [1]. » Utrum vero omnibus diebus usque ad hoc tempus, an simpliciter omnibus diebus, an non omnibus, sed omni, potest qui velit considerare. Nunc enim quæ proposita sunt nos non permittunt usque adeo ab oratione digredi.

9. Sane Heracleon ipse enarrans : « Postea descendit in Capharnaum [2], » alterius rursus dispensationis principium inquit declarari, voce *descendit* non otiose dicta; et inquit Capharnao significari hæc extrema mundi, hæc materialia, ad quæ descendit. « Et quia non aptus, inquit, esset locus, nihil ea in civitate vel fecisse, vel locutus fuisse dicitur. » Quamobrem si in reliquis evangelistis scriptum fuisset, nihil in Capharnao Dominum nostrum vel fecisse vel dixisse, fortasse dubitassemus recipere ipsius interpretationem. Nunc autem Matthæus quidem Dominum nostrum, relicta Nazareth, profectum habitasse Capharnaum civitatem maritimam [3], et exinde initium prædicandi fecisse inquit, dicentem : « Resipiscite, instat enim regnum cœlorum [4]. » Marcus vero [5], postquam tentasset Dominum diabolus, postquam traditus fuisset Joannes in carcerem, nobis annuntiat Dominum advenisse in Galilæam prædicantem Evangelium Dei ; ingrediuntur etiam Capharnaum post electionem quatuor piscatorum ad functionem muneris apostolici, statimque sabbatis docuit in synagoga, et obstupescebant super doctrina illius. Quin etiam actionem quamdam eum fecisse in Capharnao scribit, statim enim inquit [6] : « Erat in synagoga eorum homo spiritui immundo obnoxius, et exclamavit dicens : Ah quid rei nobis tecum est, Jesu Nazarene? venisti ad perdendum nos? novi te, quis sis, nimirum ille Filius Dei. Et increpavit illum Jesus dicens : Obmutesce, et exi ab homine. Et cum discerpsisset eum spiritus immundus, exclamassetque voce magna, exiit ab eo. Et obstupuerunt omnes. » Et socrus Simonis liberatur in Capharnao a febri. Ad hæc Marcus inquit [7] vesperi curatos fuisse omnes male habentes, et qui a dæmoniis agitabantur. Quin etiam Lucas similia cum Marco loquitur [8] de Capharnao, dicens : « Et venit in Capharnaum civitatem Galilææ, ibique docebat illos sabbatis. Et stupebant super **171** doctrina ejus, quia cum potestate conjunctus erat sermo ipsius. Et in synagoga erat homo habens spiritum dæmonis immundi, et exclamavit voce magna dicens : Eia, quid tibi nobiscum est, Jesu Nazarene? venisti ad perdendum nos? scio te quis sis, Sanctus ille Dei. Et increpavit illum Jesus, dicens : Obmutesce, et exi ab eo. Et cum projecisset illum dæmonium in medium, exiit ab illo, nihilque illi nocuit. » Et postea narrat [9], quomodo surgens Dominus e synagoga ingressus est in domum Si-

A αὐτοῖς τό· « Ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι. » Πότερον δὲ, πάσας ἡμέρας ἕως τοῦδε τοῦ χρόνου, ἢ ἁπλῶς, πάσας τὰς ἡμέρας, τοῦδε πάσας (98), ἀλλὰ πᾶσαν, ἔνεστι σκοπεῖν τῷ βουλομένῳ. Νῦν γὰρ ἡμᾶς οὐκ ἀπαιτεῖ τὰ προκείμενα ἐπὶ τοσοῦτον παρεκβῆναι τοῦ λόγου.

9. Ὁ μέντοιγε Ἡρακλέων τὸ, « Μετὰ τοῦτο κατέβη εἰς Καφαρναοὺμ, » αὐτὸς διηγούμενος, ἄλλης πάλιν οἰκονομίας ἀρχήν φησι δηλοῦσθαι, οὐκ ἀργῶς τοῦ *κατέβη* εἰρημένου· καί φησι τὴν Καφαρναοὺμ σημαίνειν ταῦτα τὰ ἔσχατα τοῦ κόσμου, ταῦτα τὰ ὑλικὰ εἰς ἃ κατῆλθε· καὶ διὰ τὸ ἀνοίκειον, φησὶν, εἶναι τὸν τόπον, οὐδὲ πεποιηκώς τι λέγεται ἐν αὐτῇ, ἢ λελαληκώς. Εἰ μὲν οὖν μηδὲ ἐν τοῖς λοιποῖς Εὐαγ-
bus. Qua de re sæpius cum disseruerimus, nunc ad hoc testibus non egemus. Ac fortasse non abs re assimilavi asinæ voces quæ circumsteterunt Sermonem, ducentes ipsum ad animam : nam et animal esse asina onera gestans, et multum ponderis onusque grave, declaratur ex Scriptura, præsertim Veteris Instrumenti, ut perspicuum est inspicienti quæ apud Judæos fiunt. Sed non sic pullus, ut asina, gestat onera : quamvis enim grave sit omne onus litteræ non valentibus id, quod spiritus habet, sursum tendens, ac levissimum capere, minus tamen oneris habet Instrumentum Novum quam Vetus. Proinde quosdam novi, qui asinam quidem alligatam esse interpretarentur ex circumcisione credentes, quos a multis vinculis solvissent hi qui sincere per Filium Dei spiritualiter edocti fuere ; pullum vero, gentiles, qui antequam Jesu sermonem susciperent, extra omne impositum jugum exsistentes, nullo coercebantur freno, sed soluti erant ac voluptatis amantes. Quamvis autem hi non disseruerint de præcedentibus et sequentibus turbis, non improbabile tamen fuerit dicere præcedentes esse Moysen et prophetas ; sequentes vero, sanctos apostolos : de quibus omnibus, quam ingrediantur Hierosolymam, et in quam domum habentem multos vendentes et ementes expulsos a Filio Dei, quantum ad hunc sermonem spectat, quærendum est. Et fortasse superna Jerusalem **191** ad quam ascendet Dominus, aurigæ instar ducens eos qui ex circumcisione et ex gentibus credunt ; præcedentibus eum et sequentibus vel prophetis et apostolis, vel ministrantibus ipsi angelis (possunt quippe ita exponi ex iis qui ipsum præcedunt et sequuntur) ; superna, inquam, Jerusalem nunc dici potest quæ ante ipsius ascensum ea continebat quæ dicuntur « spiritualia nequitiæ in cœlestibus [97], » nimirum vel Chananæos, et Chettæos, et Amorrhæos, et hostes populi, et omnino alienos, cum illic etiam aliquo modo impleri posset prophetia dicens : « Terra vestra deserta, civitates vestræ igni succensæ : ipsam regionem vestram coram vobis alieni devorant [98]. » Hi enim sunt qui cœlestem Patris domum, Jerusalem sanctam, domum precationis inquinantes, speluncam etiam fecerunt latronum, non aliorum quam sui ipsorum, qui argentum habent adulteratum, dantes accedentibus obolos, et collyba, vilia et contemptibilia numismata. Hi sunt qui dum cum animabus luctantur, pretiosiora ab illis auferunt deprædanturque præstantiora, ut dent ea quæ nullius sunt pretii. Attamen profecti discipuli inveniunt asinam alligatam, et non habentem Jesum, propter impositum legi velamen, et solvunt. Quin invenitur et pullus cum ea ; quoniam utraque ante Jesum perierant : dico autem tam eos

A Καὶ τάχα οὐκ ἀλόγως ὄνῳ εἴκασα (76) τὰς περιστάσας φωνὰς τὸν ἄγοντα αὐτὸν (77) εἰς τὴν ψυχὴν λόγον· ἀχθοφόρον γὰρ τὸ ζῶον, πολὺ δὲ τὸ ἄχθος καὶ φορτίον βαρὺ δηλοῦται ἀπὸ τῆς λέξεως, καὶ μάλιστα τῆς παλαιοτέρας, ὡς δῆλον τῷ ἐφιστάντι τοῖς ὑπὸ Ἰουδαίων γινομένοις. Οὐχ οὕτως δὲ ὁ πῶλος ἀχθοφόρος, ὡς ἡ ὄνος· εἰ γὰρ καὶ βαρὺ πᾶν τὸ τοῦ γράμματος φορτίον ἐστὶ, τὸ ἀνώφορον καὶ κουφότατον τοῦ πνεύματος χωρεῖν μὴ δυναμένοις, ἀλλά γε ἔλαττον ἔχει βάρος τὸ καινὸν γράμμα παρὰ τὸ πρεσβύτερον. Οἶδα δέ τινας τὴν μὲν δεδεμένην ὄνον ἐξειληφότας τοὺς ἐκ περιτομῆς πιστεύοντας, πολλῶν δεσμῶν ὑπὸ τῶν γνησίως τῷ λόγῳ πνευματικῶς μεμαθητευμένων ἀπολυομένους, τὸν δὲ πῶλον τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, ἀνέτους πρὶν παραδέξωνται τὸν
B Ἰησοῦ λόγον, καὶ ἔξω παντὸς ἐπικειμένου ζυγοῦ, κατὰ τὸ ἀφηνιαστικὸν καὶ φιλήδονον γεγενημένους. Εἰ καὶ μὴ εἰρήκασι δὲ οὗτοι τοὺς προάγοντας (78) καὶ ἀκολουθοῦντας ὄχλους, οὐκ ἀπίθανόν ἐστιν ἐφαρμόσαι τοὺς μὲν προάγοντας Μωϋσεῖ καὶ τοῖς προφήταις, τοὺς δὲ ἐπακολουθοῦντας τοῖς ἱεροῖς ἀποστόλοις· οἵτινες ἅπαντες εἰσέρχονται εἰς ποίαν Ἱεροσόλυμα, ὅσον κατὰ τοῦτον τὸν λόγον ζητητέον, καὶ οἶκον τὸν (79) ἔχοντα πωλοῦντας καὶ ἀγοράζοντας πολλοὺς ἐξελαυνομένους ὑπὸ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Καὶ τάχα ἡ ἄνω Ἱερουσαλὴμ, εἰς ἣν ἀναβιβάσεται ὁ Κύριος, ἡνιοχῶν τοὺς ἐκ περιτομῆς, καὶ ἐθνῶν πιστεύοντας, προαγόντων αὐτὸν, καὶ ἀκολουθούντων, ἤτοι προφητῶν, καὶ ἀποστόλων, ἢ τῶν διακονούντων αὐτῷ ἀγγέλων (80) (δύνανται
C γὰρ καὶ οὕτω δηλοῦσθαι ἀπὸ τῶν προαγόντων, καὶ ἀκολουθούντων αὐτῷ)· λέγεται νῦν ἣ εἶχε πρὸ τῆς ἀνόδου αὐτοῦ τὰ λεγόμενα « πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, » ἢ τοὺς Χαναναίους, καὶ Χετταίους, καὶ Ἀμοῤῥαίους, καὶ τοὺς λοιποὺς πολεμίους τοῦ λαοῦ, καὶ ἁπαξαπλῶς τοὺς ἀλλοτρίους, κἀκεῖ πως δυναμένης τῆς προφητείας πεπληρῶσθαι λεγούσης· « Ἡ γῆ ὑμῶν ἔρημος, αἱ πόλεις ὑμῶν πυρίκαυστοι, τὴν χώραν ὑμῶν ἐνώπιον ὑμῶν ἀλλότριοι κατεσθίουσιν αὐτήν. » Οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ τὸν οὐράνιον τοῦ Πατρὸς οἶκον, τὴν ἁγίαν Ἱερουσαλὴμ, τὸν οἶκον τῆς προσευχῆς μολύνοντες, καὶ σπήλαιον λῃστῶν ποιήσαντες, οὐκ ἄλλων ἢ ἑαυτῶν, ἀργύριον ἔχοντες ἀδόκιμον, καὶ διδόντες ὀβολοὺς, καὶ κόλλυβα
D τοῖς προσιοῦσιν, εὐτελῆ καὶ εὐκαταφρόνητα νομίσματα. Οὗτοί εἰσιν οἱ λαμβάνοντες ἀπὸ τῶν ψυχῶν, ἐν τῷ παλαίειν αὐταῖς, τὰ τιμιώτερα, καὶ συλῶσι τὰ κρείττονα, ἵνα δῶσι τὰ μηδενὸς ἄξια. Πλὴν πορευθέντες οἱ μαθηταὶ εὑρίσκουσι τὴν δεδεμένην ὄνον, καὶ λύουσι διὰ τὸ ἐπικείμενον κάλυμμα τῷ νόμῳ Ἰησοῦν οὐκ ἔχουσαν· καὶ ὁ πῶλος δὲ μετ' αὐτῆς εὑρίσκεται· ἐπεὶ ἀμφότερα πρὸ Ἰησοῦ (81) ἦν ἀπολωλότα· λέγω δὲ οἱ ἐκ περιτομῆς, καὶ οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ὕστερον πιστεύσαντες. Πῶς δὲ οὗτοι εὐθὺς πάλιν ἀποστέλλον-

[97] Ephes. VI, 12. [98] Isai. I, 7.

(76) Codex Regius, εἴκασε, male.
(77) Idem, αὐτάς, male.
(78) Codex Regius, τοὺς προάγοντας Μωσεῖ, etc., sicque multa omisit quæ ex Bodleiano codice hic restituuntur.

(79) *Καὶ οἶκον τόν*. Hæc desiderantur in codice Regio.
(80) Codex Regius, ἀπ' ἀγγέλων, male.
(81) Idem codex, πρὸς Ἰησοῦν, male.

ται μετὰ τὸ ἐπικαθεσθέντα τὸν Ἰησοῦν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα ἀναβεβηκέναι, οὐκ ἀκίνδυνον εἰπεῖν, μυστικὸν γὰρ ἐχόμενον τῆς περὶ τῶν ἁγίων εἰς ἀγγέλους μεταβολῆς, ἀποσταλησομένους κατὰ τὸν μετὰ τοῦτον αἰῶνα, παραπλησίως τοῖς εἰς διακονίαν ἀποσταλησομένοις λειτουργικοῖς πνεύμασι διὰ τοὺς κατά γε ταῦτα μέλλοντας κληρονομεῖν ζωὴν αἰώνιον. Εἰ δὲ ἡ ὄνος καὶ ὁ πῶλος τὰ παλαιὰ καὶ τὰ καινὰ εἴη γράμματα, οἷς ὁ Λόγος ὀχεῖται τοῦ Θεοῦ, οὐ πάνυ τι χαλεπὸν ἔσται παραστῆσαι πῶς ἀποστέλλονται τοῦ Λόγου ἐν αὐτοῖς φανέντος, οὐ [*f.* οὐδὲ] μένουσι μετὰ τὸ εἰσελθεῖν εἰς Ἱεροσόλυμα τὸν Λόγον ἐν τοῖς ἀποβεβληκόσι πάντας τοὺς πωλοῦντας, καὶ ἀγοράζοντας λογισμούς. Ἐγὼ δὲ οἶμαι μὴ μάτην κώμην τε εἶναι τὸν τόπον τοῦτον, ὅπου ἦν ἡ δεδεμένη ὄνος, καὶ ὁ πῶλος, καὶ τοῦτο ἀνώνυμον· κώμη γὰρ ὡς πρὸς τὸν ἐν οὐρανῷ πάντα κόσμον ἡ πᾶσά ἐστι γῆ, ὅπου ἐστὶν, ἡ δεδεμένη ἡ ὄνος καὶ ὁ πῶλος· καὶ ἡ κώμη αὐτάρκως χωρὶς προσθήκης ἑτέρου ὀνόματος καλουμένη. Ἀπὸ Βηθφαγῆς δὲ ὁ Ματθαῖός φησιν ἀποστέλλεσθαι τοὺς παραληψομένους τὴν ὄνον καὶ τὸν πῶλον, ἥτις τόπος ἦν ἱερατικὸς, *Οἶκος σιαγόνων* ἑρμηνευόμενος. Καὶ ταῦτα μὲν κατὰ δύναμιν εἰς τὰ παρὰ τῷ Ματθαίῳ λεκτέον, τοῦ ὁλοκλήρου καὶ παρὰ ταῦτα ἀκριβεστέρου λόγου εὐκαιρότερον, ὅταν εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον ἡμῖν λέγειν δοθῇ, λεχθησομένου. Ὁ δὲ Μάρκος καὶ ὁ Λουκᾶς πῶλον δεδεμένον, ἐφ' ὃν οὐδεὶς πω ἀνθρώπων ἐκάθισεν, εὑρῆσθαί φησι κατὰ τὴν πρόσταξιν τοῦ Κυρίου ὑπὸ τῶν δύο μαθητῶν, ὅντινα λύσαντες ἤγαγον πρὸς τὸν Κύριον. Προστίθησι δὲ ὁ Μάρκος, ὅτι εὗρον τὸν πῶλον δεδεμένον πρὸς θύραν ἔξω ἐπὶ τοῦ ἀμφόδου. Τίς δὲ ἔξω; οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, οἳ ἦσαν ξένοι τῶν Διαθηκῶν, καὶ ἀλλότριοι τῆς ἐπαγγελίας τοῦ Θεοῦ, ἐπὶ τοῦ ἀμφόδου, καὶ οὐχὶ ὑπὸ στέγην ἢ οἰκίαν ἀναπαυόμενοι, δεδεμένοι ταῖς ἰδίαις ἁμαρτίαις, καὶ λυόμενοι ὑπὸ τῆς προειρημένης διπλῆς ἐπιστήμης τῶν Ἰησοῦ γνωρίμων. Οἱ δὲ δεσμοὶ τοῦ δεδεμένου πώλου, καὶ αἱ ἁμαρτίαι περὶ (82) τὸν ὑγιῆ γεγενημέναι λόγον ἐλεγχόμεναι ὑπ' αὐτοῦ, θύρας τυγχάνοντος ζωῆς, πρὸς ἐκείνην λέγω δὴ τῆς θύρας (83) ἦσαν οὐχ ἔνδον, ἀλλ' ἔξω· τάχα γὰρ ἔνδον τῆς θύρας δεσμὸς γενέσθαι τῆς κακίας οὐ δύναται. Ἑστήκασι δέ τινες παρὰ τῷ δεδεμένῳ πώλῳ, ὡς ὁ Μάρκος φησὶν, οἶμαι, ὅτι οἱ δήσαντες αὐτὸν, ὡς Λουκᾶς ἀναγράφει, εἶπαν οἱ κύριοι τοῦ πώλου πρὸς τοὺς μαθητάς· « Τί λύετε τὸν πῶλον; » Κύριοι γὰρ οἱ ὑποτάξαντες, καὶ δήσαντες τὸν ἡμαρτηκότα, παράνομοι, οἵτινες οὐ δύνανται ἀντιβλέψαι τῷ ἀληθῶς Κυρίῳ ἀφέλκοντι τοῦ δεσμοῦ αὐτῶν τὸν πῶλον. Ὅτι οὖν φασιν οἱ μαθηταί· « Ὁ Κύριος αὐτοῦ χρείαν ἔχει, » μηδὲν δυνηθέντων τῶν πονηρῶν κυρίων ἀποκρίνεσθαι, ἄγουσι πρὸς τὸν Ἰησοῦν τὸν πῶλον γυμνὸν, ἐπιρρίπτουσι τὸν ἴδιον κόσμον, ἵνα τοῖς ἐπιβληθεῖσι τῶν μαθητῶν ἱματίοις ἐπικαθεσθεὶς ὁ Κύριος ἀναπαύσηται. Τὰ δὲ λοιπὰ ἐκ τῶν εἰρημένων παρὰ τῷ Ματθαίῳ

A qui ex circumcisione quam eos qui ex gentibus postea crediderunt. Verum enimvero quomodo mox rursus hi mittuntur, postquam insidens asinæ Dominus Jerosolymam ascendit, dici non potest sine periculo, res alioqui mystica, et conjuncta mutationi sanctorum in angelos mittendos in futuro sæculo, perinde atque illi administratorii spiritus [56], qui mittuntur in ministerium eorum qui hæreditatem sortientur vitæ æternæ propter hæc. Quod si asina et pullus litteræ veteres et novæ sunt, quibus Sermo ille Dei vehitur, haud admodum difficile fuerit ostendere, postquam insederit super illis Sermo, et postquam ingressus fuerit Jerosolymam, quomodo remittantur non manentes inter eos qui ejecerunt a se cogitationes omnes B vendentes et ementes. Arbitror vero ego non frustra etiam vicum, eumque sine nomine, esse locum hunc, ubi alligata asina erat et pullus. Vicus enim comparatione totius ornatus, qui est in cœlo, universa est terra, ubi est alligata asina et pullus : et vicus contentus vocari absque adjectione alterius nominis. A Bethphage vero Matthæus inquit [57] missos **192** fuisse, qui assumerent asinam et pullum. Sane hæc Bethphage locus est sacerdotalis, quem si interpreteris, vocare possis *domum maxillarum.* Et hæc quidem habuimus, quæ dissereremus pro virili de his quæ sunt apud Matthæum ; pleniorem atque accuratiorem sermonem habituri, nacti commodiorem occasionem interpretandi Evangelium a Matthæo traditum. At Marcus et Lucas [58] C pullum alligatum, super quem nullus unquam hominum sedisset, repertum dicunt juxta Domini jussionem a duobus discipulis, quem solutum ad Dominum duxerint. Addit autem Marcus repertum pullum alligatum ad januam foris in bivio. Sed quis foris erat, nisi gentiles, extranei a Testamentis, et alieni a promissione Dei [59]; in bivio, non sub tecto domove acquiescentes, propriis peccatis vincti, et soluti a prædicta duplici scientia familiarium Jesu ? Vincula vero alligatæ asinæ, et peccata facta circa sanam doctrinam redarguta ab ipso, qui erat janua vitæ [60], respectu illius januæ vitæ, non erant intra januam, sed foris. Nam fortassis intra januam fieri nequit vinculum vitiositatis. D Steterunt autem, ut Marcus scribit, quidam apud alligatum pullum, nimirum qui ligaverunt ipsum, pulli domini, ut Lucas scribit, dixeruntque ad discipulos : « Cur pullum solvitis ? » Domini enim qui subjecerant et ligaverant peccatorem, iniqui et exleges sunt, qui respicere nequeunt in verum Dominum liberantem pullum a vinculis ipsorum. Quoniam ergo inquiunt discipuli : « Dominus illo opus habet, » nihil valentibus pravis dominis respondere, ducunt ad Jesum pullum nudum, et substernunt proprium ornamentum, ut injectis vestimentis

[56] Hebr. I, 14. [57] Matth. XXI, 1, 2. [58] Marc. XI, 2, 4, 7 ; Luc. XIX, 30, 32, 35. [59] Ephes. II, 12. [60] Joan. X, 9.

(82) Codex Bodleianus, περί · Regius, παρά.
(83) *Τῆς θύρας.* Scribendum videtur, τὴν θύραν.

discipulorum insidens Jesus quiescat. Cætera ex his quæ dicta sunt apud Matthæum, non admodum obscura erunt: nempe quonam pacto « veniunt Jerosolymam [61], et ingressus in templum cœpit ejicere vendentes et ementes in templo: » vel [62], « ut appropinquavit, intuitus civitatem, flevit super illam; cumque ingressus esset in templum, cœpit ejicere vendentes. » In aliquibus etenim habentibus in se templum, ejicit omnes vendentes et ementes in templo; in aliis vero non admodum parentibus sermoni Dei, tantum facit initium ejiciendi vendentes et ementes. Præter hos vero sunt etiam tertii, in quibus cœpit ejicere tantum vendentes, **193** non etiam ementes. Verum apud Joannem [63] omnes ejiciuntur flagello ex funiculis plicato, una cum ovibus et bobus. Inspice vero diligenter an alterationes rerum scriptarum dissonantiæque dissolvi possint tropo anagogico: nimirum unoquoque evangelistarum diversas actiones Sermonis describente in diversis animarum moribus, non eadem, sed similia quædam perficientes. Quin differentia etiam illa quæ videtur esse de ascensionibus Domini ad Jerosolymam apud Joannem, qui Evangelium, quod in manibus habemus, aliter quam tres, scripsit, ut exposuimus in verbis ipsorum, sic solum servari potest, Joanne similia asserente, et dicente, pro excisis ab arboribus ramis, vel frondibus ex agris et stratis in via, ramos palmarum multam turbam, quæ venerat ad diem festum [64], accepisse et processisse obviam ei clamantem: « Benedictus qui venit in nomine Domini, » et: « Rex ille Israelis [65]. » Cæterum ab ipso Jesu inquit Joannes [66] repertum asellum, super quem sedit Christus; majus quiddam nobis ob oculos ponens per hunc asellum sic tropice dictum qui beneficium majus accepit « non ab hominibus, neque per homines, sed per Jesum Christum [67]. » Quinne Joannes quidem ipse protulit prophetiam iisdem verbis, sed pro ea dixit: « Noli timere, filia Sion: ecce rex tuus venit sedens super pullum asinæ [68], » pro eo, quod est: « Ascendens super subjugalem, et pullum novum [68*]. » Illud vero: « Noli timere, filia Sion, » haudquaquam dictum est. Verumtamen cum exposuerint omnes propheticum sermonem, videamus an non necessario gaudendum sit filiæ Sion, atque hac præstantiori filiæ Jerusalem non solum valde gaudere, verum etiam prædicare necesse sit regem suum advenientem, justum, et servantem, et mansuetum, eo quod super subjugalem et pullum novum ascenderit. Quisquis igitur ipsum receperit, non in posterum formidabit diversæ sectæ homines eloquentiæ viribus armatos, qui currus Ephraim dicuntur, et a Deo exscindi [69], quique multos lædunt, Jerusalem habitare et intendere volentes sanæ doctrinæ: non formidabit

A οὐ πάνυ τι ἔσται ἀσαφῆ, τίνα τρόπον « ἔρχονται εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ εἰσελθὼν εἰς τὸ ἱερὸν ἤρξατο ἐκβάλλειν τοὺς πωλοῦντας καὶ ἀγοράζοντας ἐν τῷ ἱερῷ, » ἢ « ὡς ἤγγισεν, ἰδὼν τὴν πόλιν, ἔκλαυσεν ἐπ' αὐτὴν, καὶ εἰσελθὼν εἰς τὸ ἱερὸν, ἤρξατο ἐκβάλλειν τοὺς πωλοῦντας. » Ἐν οἷς μὲν γὰρ τῶν ἐχόντων (84) τὸ ἱερὸν ἐν αὐτοῖς, ἐκβάλλει πάντας τοὺς πωλοῦντας καὶ ἀγοράζοντας ἐν τῷ ἱερῷ· ἐν ἑτέροις δὲ μὴ σφόδρα πειθομένοις τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ μόνον τὴν ἀρχὴν ποιεῖται τοῦ ἐκβάλλειν τοὺς πωλοῦντας καὶ ἀγοράζοντας. Τρίτοι δέ εἰσι παρὰ τούτους, ἐν οἷς ἤρξατο ἐκβάλλειν μόνους τοὺς πωλοῦντας, οὐχὶ δὲ καὶ τοὺς ἀγοράζοντας. Οἱ δὲ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ πάντες ἅμα τοῖς προβάτοις καὶ τοῖς βουσὶ τῷ πλακέντι ἐκ σχοινίων φραγελλίῳ ἐκβάλλονται. Ἐπίστησον δὲ ἐπιμελῶς,
B εἰ δυνατὸν ὡς τάς γε ἐναλλαγὰς τῶν γεγραμμένων, καὶ τὰς διαφωνίας διαλύεσθαι παρὰ τὸν τῆς ἀναγωγῆς τρόπον, ἑκάστου τῶν εὐαγγελιστῶν διαγράφοντος διαφόρους τοῦ Λόγου ἐνεργείας ἐν διαφόροις ἤθεσι ψυχῶν, οὐ τὰ αὐτὰ, ἀλλά τινα παραπλήσια ἐπιτελούσας. Καὶ ἡ δοκοῦσα δὲ διακοπὴ τῶν εἰς Ἱεροσόλυμα ἀνόδων τοῦ Ἰησοῦ παρὰ τῷ τὸ ἐν χερσὶν Εὐαγγέλιον ἀναγράψαντι ἑτέρως παρὰ τοὺς τρεῖς, ὡς ἐξεθέμεθα τὰς λέξεις αὐτῶν, οὕτω μόνως σώζεσθαι δύναται τοῖς παραπλησίοις πράγμασιν ἐπιπεσόντος τοῦ Ἰωάννου, ἀντὶ τῶν κοπτομένων ἀπὸ τῶν δένδρων κλάδων, ἢ στιβάδων ἐκ τῶν ἀγρῶν, καὶ στρωννυμένων ἐν τῇ ὁδῷ, βάϊα τῶν φοινίκων εἰληφέναι, λέγοντος τὸν πολὺν ἐξεληλυθέναι εἰς τὴν ἑορτὴν ὄχλον, καὶ ἐξεληλυθέναι εἰς ἀπάντησιν αὐτῷ κεκραγότα
C « Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου, » καὶ, « Ὁ Βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ. » Πλὴν οὗτος ὑπ' αὐτοῦ φησι τοῦ Ἰησοῦ εὑρίσκεσθαι τὸ ὀνάριον, ἐφ' ὃ καθίζεται ὁ Χριστὸς, πλέον τι περὶ τούτου (85) τροπικώτερον δηλουμένου ὀναρίου παριστὰς, μείζονα εὐεργεσίαν χωρήσαντος τὴν « οὐκ ἀπὸ ἀνθρώπων, οὐδὲ δι' ἀνθρώπων, ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Οὐδὲ Ἰωάννης δὲ αὐτολεξεὶ τὸ προφητικὸν ἐξέθετο, ἀλλ' ἀντ' αὐτοῦ τό· « Μὴ φοβοῦ, θύγατερ Σιὼν, ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεται, καθήμενος, » ἀντὶ τοῦ· « Ἐπιβεβηκὼς (85*) ἐπὶ πῶλον ὄνου, καὶ ἐπὶ ὑποζύγιον καὶ πῶλον νέον. » Τὸ δέ· « Μὴ φοβοῦ, θύγατερ Σιὼν, » οὐδ' ὅλως εἴρηται. Πλὴν ἴδωμεν ὑπὸ πάντων ἐκτεθέντος τοῦ προφητικοῦ λόγου, εἰ μὴ χαίρειν σφόδρα
D θυγατέρα Σιὼν ἀναγκαῖον· τὴν δὲ κρείττονα ταύτης θυγατέρα Ἱερουσαλὴμ οὐ μόνον χαίρειν σφόδρα, ἀλλὰ καὶ κηρύσσειν δεῖ τοῦ βασιλέως αὐτῆς ἐρχομένου τοῦ δικαίου, καὶ σώζοντος, καὶ πρᾴου, διὰ τοῦ ἐπιβεβηκέναι τῷ ὑποζυγίῳ καὶ τῷ νέῳ πώλῳ. Πᾶς γοῦν ὁ δεξάμενος αὐτὸν οὐκέτι φοβηθήσεται τοὺς τῶν ἑτεροδόξων ὡπλισμένους τοῖς πιθανοῖς λόγοις, ἅρματα Ἐφραῒμ λεγόμενα, ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἐξολοθρευόμενα, οὐδὲ τὸν ψευδῆ ἵππον εἰς σωτηρίαν, θηλυμανῆ ἐπιθυμίαν τοῖς αἰσθητοῖς οἰκειουμένην, καὶ πολλοὺς τῶν ἐν Ἱερουσαλὴμ οἰκεῖν θελόντων, καὶ τῷ ὑγιεῖ λόγῳ προσέχειν,

[61] Marc. xi, 15. [62] Luc. xix, 41, 45. [63] Joan. ii, 15. [64] Joan. xii, 12. [65] ibid. 13. [66] ibid. 14. [67] Galat. i, 1. [68] Joan. xii, 15. [68*] Zach. ix, 9. [69] ibid. 10.

(84) *Ἐχόντων*. Sic codex Bodleianus, recte; Regius, male, ἀρχόντων.

(85) Codex Bodleianus, τούτου· Regius, τοῦτο.
(85*) Codex Regius, μεταβεβηκώς. — Locus tur-

βλάπτοντα (85**). Ἔστι δὲ χαίρειν ἄξιον ἐπὶ τῷ ἐξολοθρεύεσθαι ὑπὸ τοῦ ὀχουμένου τῷ ὑποζυγίῳ, καὶ τῷ νέῳ πώλῳ πᾶν τόξον πολεμικὸν, οὐκέτι τῶν πεπυρωμένων βελῶν τοῦ ἐχθροῦ κατισχυόντων τοῦ παραδεξαμένου τὸν Ἰησοῦν εἰς τὸ ἑαυτοῦ ἱερόν· ἔσται δὲ καὶ πλῆθος μετὰ εἰρήνης ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίᾳ, ἄρχοντος τῶν ὑδάτων, ἵνα συντρίψῃ τὰς κεφαλὰς τῶν δρακόντων ἐπὶ τοῦ ὕδατος, καὶ πατήσωμεν τὰ κύματα τῆς θαλάσσης, φθάνοντες ἕως τῶν διεκβολῶν πάντων τῶν ἐπὶ γῆς ποταμῶν. Ὁ μέντοιγε Μάρκος περὶ τῆς ὄνου γράφων φησὶν (86) εἰρῆσθαι ὑπὸ τοῦ Κυρίου, « Ἐφ' ὃν οὐδεὶς οὔπω ἀνθρώπων ἐκάθισε, » δοκεῖ μοι αἰνίττεσθαι τὸ μηδέπω ποτὲ λόγῳ ὑποτεταχέναι ἑαυτοὺς πρὸ τῆς Ἰησοῦ (87) ἐν αὐτοῖς ἐπιδημίας τοὺς ὕστερον πεπιστευκότας. Τάχα γὰρ ἀνθρώπων μὲν οὐδείς πω καθίσας ἐπὶ τὸν πῶλον ἦν, θηρίων δὲ ἢ τῶν ἀλλοτρίων τοῦ λόγου δυνάμεών τινες ἐπεκάθισαν· ἐπεὶ ὁ πλοῦτος τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων καὶ παρὰ τῷ προφήτῃ Ἡσαΐᾳ ἐπὶ ὄνων φέρεσθαι καὶ καμήλων λέγεται διὰ τούτων· « Ἐν τῇ θλίψει καὶ τῇ στενοχωρίᾳ λέων καὶ σκύμνος, ἐκεῖθεν καὶ ἔκγονα ἀσπίδων πετομένων, οἳ ἔφερον ἐπὶ ὄνων καὶ καμήλων τὸν πλοῦτον αὐτῶν. » Πυστέον δὲ πάλιν τῶν ψιλῇ τῇ λέξει προσεχόντων, εἰ μὴ κατ' αὐτοὺς ματαίως ἂν δόξαι γεγράφθαι τό· « Ἐφ' ὃν οὐδεὶς οὔπω ἀνθρώπων ἐκάθισε. » Τίς γὰρ παρὰ ἄνθρωπον καθέζεται ἐπὶ πῶλον; Καὶ ταῦτα μὲν τὰ ἡμέτερα.

A etiam equum fallacem ad salutem [70], hoc est desiderium insanum et rebus sub sensum cadentibus familiare. Ad hæc gaudere dignum est, eo quod ab eo exscindatur arcus bellicus [71], qui vehitur super subjugalem, et pullum novum, non valentibus amplius inimici ignitis sagittis adversus eum, qui receperit **194** Jesum in suum templum. Erit autem in Jerusalem multitudo ex gentibus cum pace [72], Servatoris adventu, imperantis aquis, ut conterat capita draconum in aqua [73], et ut calcentur undæ maris a nobis pervenientibus usque ad exitus fluviorum omnium qui sunt super terram. Cæterum quod Marcus de pullo scribens a Domino dictum fuisse inquit : « Super quem nemo unquam hominum sedit [74], » innuere mihi videtur quod hi qui B postea crediderunt, nunquam rationi antea seipsos subdidissent quam Jesus inter ipsos adveniret. Nam fortassis hominum nemo unquam insederat pullo, cum alioqui ex feris vel ex his potestatibus quæ a ratione alienæ erant, aliquæ insedissent : quandoquidem divitiæ adversariarum potentiarum etiam apud Isaiam prophetam super asinos et camelos ferri dicantur his verbis : « In tribulatione, et angustia leo, et catulus leonis, inde etiam genimina volantium aspidum, ferentium super asinos et camelos divitias suas [75]. » Proinde rursum interrogandi sunt qui nudæ litteræ sunt intenti, an non judicio suo frustra scriptum fuisse videatur : « Super quem nemo unquam hominum sedit. » Quis enim, præter hominem, super pullos asinorum sedet? Et nos quidem sic.

19. Ἴδωμεν δὲ καὶ τὰ Ἡρακλέωνος, ὅς φησι τὴν εἰς Ἱεροσόλυμα (88) ἄνοδον σημαίνειν (89) τὴν ἀπὸ τῶν ὑλικῶν εἰς τὸν ψυχικὸν τόπον, τυγχάνοντα εἰκόνα τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἀνάβασιν τοῦ Κυρίου. Τὸ δέ· « Εὗρεν ἐν τῷ ἱερῷ, » καὶ οὐχὶ τῶν ἄνω οἴεται εἰρῆσθαι, ὑπὲρ τοῦ μὴ τὴν κλῆσιν μόνην νοηθῆναι τὴν χωρὶς Πνεύματος βοηθεῖσθαι ὑπὸ τοῦ Κυρίου· ἡγεῖται γὰρ τὰ μὲν Ἅγια τῶν ἁγίων εἶναι τὸ ἱερὸν, εἰς ἃ μόνος ὁ ἀρχιερεὺς εἰσῄει, ἔνθα οἴομαι αὐτὸν λέγειν τοὺς πνευματικοὺς χωρεῖν· τὰ δὲ τοῦ προνάου, ὅπου καὶ οἱ Λευῖται, σύμβολον εἶναι τῶν ἔξω τοῦ Πληρώματος ψυχικῶν (90), εὑρισκομένων ἐν σωτηρίᾳ· πρὸς τούτοις τοὺς εὑρισκομένους ἐν τῷ ἱερῷ, πωλοῦντας βόας, καὶ πρόβατα, καὶ περιστερὰς, καὶ τοὺς καθημένους κερματιστὰς, ἐξεδέξατο λέγεσθαι ἀντὶ τῶν μηδὲν χάριτι διδόντων, ἀλλ' ἐμπορίαν καὶ κέρδος τὴν τῶν ξένων εἰς τὸ ἱερὸν εἴσοδον νομιζόντων, τοῦ ἰδίου κέρδους καὶ φιλαργυρίας ἕνεκεν, τὰς εἰς τὴν λατρείαν τοῦ Θεοῦ θυσίας χορηγούντων· καὶ τὸ φραγέλλιον δὲ

C 19. Videamus vero quæ Heracleon dicat, inquiens Domini ascensum ad Jerosolymam significare ascensum a materialibus ad animalem locum, imaginem exsistentem Jerosolymæ : illud etiam : « Invenit in templo [76], » non dictum fuisse existimans de locis supernis, ne intelligeremus vocationem solam, sine Spiritus ope, adjuvari a Domino. Existimat enim templum esse Sancta sanctorum, in quæ solus summus pontifex ingrediebatur, quo etiam proficisci spirituales arbitror illum dicere; vestibulum vero, ubi etiam Levitæ erant, arbitratur notam esse earum animarum quæ inveniuntur in salute extra Pleroma. Ad hæc inventos in templo vendentes boves, et oves, et columbas, et sedentes mensarios, dici exposuit pro his qui nihil gratiæ tribuunt, sed mercaturam putant et lucrum ingressum extraneorum D in templum, victimas, proprii lucri et avaritiæ causa, ad cultum Dei suppeditantes. Quin etiam Jesum e funiculis fecisse flagellum, non ab alio

[70] Psal. XXXII, 17. [71] Zach. IX, 10. [72] ibid. [73] Psal. LXXIII, 13. [74] Marc. XI, 2. [75] Isa. XXX, 6. [76] Joan. II, 14.

batus, ut videtur, eoque modo restituendus quo legit interpres, nempe sic : « Μὴ φοβοῦ.... ἔρχεται καθήμενος ἐπὶ πῶλον ὄνου, » ἀντὶ τοῦ, « ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὑποζύγιον καὶ πῶλον νέον. EDIT. PATROL.

(85**) *Τῷ ὑγιεῖ λόγῳ προσέχειν, βλάπτοντα.* Ita cod. Bodl.; Regius, τὸν ὑγιῆ λόγον προσέχειν, βλέποντα.

(86) *Φησίν.* Deest in codice Regio, sed exstat in Bodleiano.

(87) *Ἰησοῦ.* Desideratur in Regio, legitur in Bodleiano.

(88) *Εἰς Ἱεροσόλυμα.* Deest εἰς in codice Regio.

(89) Codex Regius, male, σημαίνει.

(90) *Τῶν ἔξω τοῦ Πληρώματος ψυχικῶν.* De Valentinianorum Pleromate, et iis quæ sunt extra Pleroma disserit Epiphanius ex Irenæo, hæres. XXXI, cap. 16; Tertullianus Universitatem appellat, *adv. Valentin.*, deque ea agit cum hoc, quem dico, libro, tum etiam lib. *De præscript. advers. hæret.*, et lib. *De anim.* Humanum autem genus in tres ordines Valentiniani distribuebant : πνευματικούς, in quorum numerum se ipsi ac Gnosticos referebant; ψυχικούς, de quibus hic Heracleon; et σαρκικούς. Consule Epiphanium hæresi XXXI, cap. 7 et 19 et seq. HUETIUS.

illud accepisse, suo more pronuntiat, flagellum imaginem esse dicens potentiæ et actionis **195** Spiritus sancti efflantis, et expellentis malos; et inquit flagellum, linum, sindonem, et cætera talia, imaginem esse potentiæ, et operationis Spiritus sancti. Postea sibi assumit quod scriptum non est, nimirum quod flagellum ad lignum ligatum erat; quod lignum interpretatus est figuram esse crucis; et inquit hoc ligno consumptos et deletos aleatores, mercatores omnemque malitiam. Nec scio quomodo nugans dicat flagellum ex hisce duabus rebus paratum fuisse, quærens quomodo a Jesu factum fuerit illud: neque enim ex pelle, inquit, mortua illud fecit, ut Ecclesiam præpararet non amplius speluncam latronum et mercatorum, sed domum Patris sui. Dicendum est etiam id, quod maxime est necessarium, de divinitate ex hoc contextu ipsi Heracleoni. Nam si templum quod Jerosolymis erat domum proprii Patris dicit esse Jesus, factumque fuerat templum illud ad gloriam ejus qui cœlum terramque creavit, quomodo non statim edocemur, non putare Filium Dei alicujus alterius filium esse, quam ejus qui cœlum terramque condidit? Ad hanc ergo domum Patris Jesu, tanquam exsistentem domum precationis, etiam Christi apostoli, ut in illorum Actis invenimus [77], ab angelo jubentur profecti stare et loqui populo omnia verba vitæ hujus. Quin etiam per portam speciosam illic precaturi, veluti ad domum precationis, proficiscuntur [78]: haudquaquam hæc facturi, nisi ipsum eumdem cum eo novissent Deum, qui adorabatur ab his qui templum illud Deo consecrarant. Quocirca obedientes Deo magis quam hominibus [79], Petrus et apostoli dicunt: « Deus patrum nostrorum suscitavit Jesum, quem vos interemistis, suspendentes in ligno [80]: » non enim ab alio Deo sciunt excitum Jesum e mortuis, nisi a Deo patrum illorum, quem Christus glorificans, Abraham, et Isaac, et Jacob Deum dicit esse, non mortuorum, sed viventium [81]. Atque etiam quomodo discipuli, si domus non fuisset ejusdem Dei cum Deo Christi, recordati fuissent verborum illorum: « Zelus domus tuæ comedit me, » quæ dicuntur in psalmo sexagesimo octavo? Sic enim ponitur in Propheta, *comedit*, tempore præsenti, et non, *comedit*, tempore præterito. Diligit autem eximie Christus domum Dei in unoquoque nostrum, nolens ipsam fieri domum mercatus, neque volens ut domus precationis spelunca fiat latronum, quippe qui Dei **196** zelantis sit Filius, si candido

A πεποιῆσθαι ἐκ σχοινίων ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ οὐχὶ παρ' ἄλλου λαβόντος, ἰδιοτρόπως ἀπαγγέλλει, λέγων τὸ φραγέλλιον εἰκόνα τυγχάνειν (91) τῆς δυνάμεως, καὶ ἐνεργείας τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκφυσῶντος τοὺς χείρονας· καί φησι τὸ φραγέλλιον, καὶ τὸ λίνον, καὶ τὴν σινδόνα, καὶ ὅσα τοιαῦτα, εἰκόνα τῆς δυνάμεως καὶ τῆς ἐνεργείας εἶναι τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ἔπειτα ἑαυτῷ προσείληφε τὸ μὴ γεγραμμένον, ὡς ἄρα εἰς ξύλον ἐδέδετο τὸ φραγέλλιον, ὅπερ ξύλον (92) τύπον ἐκλαβὼν εἶναι τοῦ σταυροῦ, φησὶ τούτῳ τῷ ξύλῳ ἀνηλῶσθαι, καὶ ἠφανίσθαι τοὺς κυβευτὰς, ἐμπόρους, καὶ πᾶσαν τὴν κακίαν. Καὶ οὐκ οἶδ' ὅπως φλυαρῶν φησιν ἐκ δύο τούτων πραγμάτων φραγέλλιον κατασκευάζεσθαι, ζητῶν τὸ ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ γενόμενον· οὐ γὰρ ἐκ δέρματος, φησὶ, νεκροῦ ἐποίησεν αὐτὸ, B ἵνα τὴν Ἐκκλησίαν κατασκευάσῃ οὐκέτι λῃστῶν καὶ ἐμπόρων σπήλαιον, ἀλλὰ οἶκον τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ. Λεκτέον δὲ τὸ ἀναγκαιότατον περὶ τῆς θεότητος καὶ ἐκ τῶν ῥητῶν τούτων πρὸς αὐτόν. Εἰ γὰρ τὸ ἐν Ἱεροσολύμοις ἱερὸν οἶκον τοῦ ἰδίου Πατρός φησιν εἶναι ὁ Ἰησοῦς, τοῦτο δὲ τὸ ἱερὸν εἰς δόξαν τοῦ κτίσαντος τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν γέγονε, πῶς οὐκ ἄντικρυς διδασκόμεθα μὴ ἑτέρου τινὸς νομίζειν υἱὸν εἶναι παρὰ τὸν ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ; Εἰς τοῦτον (93) οὖν τὸν οἶκον τοῦ Πατρὸς Ἰησοῦ, ὡς οἶκον τυγχάνοντα τῆς προσευχῆς, καὶ οἱ τοῦ Χριστοῦ ἀπόστολοι, ὡς ἐν ταῖς Πράξεσιν αὐτῶν εὕρομεν, ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου κελεύονται πορευθέντες στῆναι, καὶ λαλεῖν τῷ λαῷ πάντα τὰ ῥήματα τῆς C ζωῆς ταύτης. Ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς ὡραίας πύλης ἐκεῖσε προσεύξασθαι, ὡς εἰς οἶκον προσευχῆς, προσέρχονται· οὐκ ἂν τοῦτο ποιήσαντες, εἰ μὴ τὸν αὐτὸν ᾔδεσαν Θεῷ τῷ ὑπὸ τῶν ἐκθειαζόντων τὸν ναὸν ἐκεῖνον (94) προσκυνουμένῳ. Διόπερ καὶ λέγουσιν οἱ πειθαρχοῦντες Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις, Πέτρος καὶ οἱ ἀπόστολοι· « Ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν ἤγειρεν Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς διεχειρίσασθε κρεμάσαντες ἐπὶ ξύλου· » οὐ γὰρ ὑπ' ἄλλου ἴσασιν ἐκ νεκρῶν ἐγηγερμένον Ἰησοῦν Θεοῦ ἢ τοῦ τῶν πατέρων, ὃν καὶ ὁ Χριστὸς δοξάζων Θεὸν τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ φησιν εἶναι, οὐκ ὄντων νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων. Πῶς δὲ καὶ οἱ μαθηταὶ, εἰ μὴ τοῦ αὐτοῦ (95) Θεοῦ Θεῷ τοῦ Χριστοῦ ὁ οἶκος ἦν, ἐμέμνηντο ἂν τοῦ ἐν ξη' ψαλμῷ εἰρημένου (96)· « Ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου D σου καταφάγεταί με; » οὕτω γὰρ κεῖται ἐν τῷ προφήτῃ, καὶ οὐχὶ, *κατέφαγέ* (97) *με*. Ζηλοῖ δὲ μάλιστα ὁ Χριστὸς τὸν ἐν ἑκάστῳ ἡμῶν οἶκον τοῦ Θεοῦ, μὴ βουλόμενος αὐτὸν εἶναι οἶκον ἐμπορίου, μηδὲ τὸν οἶκον τῆς προσευχῆς λῃστῶν σπήλαιον, ἅτε Θεοῦ ζηλωτοῦ Υἱὸς ὤν, ἐὰν εὐγνωμονέστερον ἀκούωμεν τῶν

[77] Act. v, 20. [78] Act. III, 1, 2. [79] Act. v, 29. [80] ibid. 30. [81] Matth. XXII, 32; Marc. XII, 26, 27; Luc. XX, 37, 38.

(91) Codex Regius, male, τυγχάνει.

(92) *Ἐδέδετο τὸ φραγέλλιον, ὅπερ ξύλον.* Hæc in codice Regio desiderantur, sed restituuntur e codice Bodleiano. Observari velim in omnibus mss. nostris ubique legi φραγγέλιον, non φραγέλλιον.

(93) *Τοῦτον.* Sic habet codex Bodleianus; Regius, τόν.

(94) *Ἐκεῖνον.* Ita codex Bodleianus; Regius, ἐκείνου, male.

(95) *Εἰ μὴ τοῦ αὐτοῦ.* In codice Regio omittitur εἰ μή.

(96) *Εἰρημένου.* Deest in codice Regio, sed restituitur e Bodleiano.

(97) *Κατέφαγε.* Sic recte codex Bodleianus, perperam vero Regius, καταφάγεται. Ferrarius legebat καταφαγεῖται.

τοιούτων ἀπὸ τῶν Γραφῶν φωνῶν, κατὰ μεταφορὰν εἰρημένων ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων, εἰς παράστασιν τοῦ μηδὲν ἀλλότριον βούλεσθαι τὸν Θεὸν ἐπιμίγνυσθαι τοῦ βουλήματος αὐτοῦ τῇ ψυχῇ πάντων μὲν ἀνθρώπων, ἐξαιρέτως δὲ τῶν τὰ τῆς θειοτάτης (98) πίστεως παραδέξασθαι θελόντων. Πλὴν τὸν ξη' ψαλμὸν (99) ἔχοντα τό· « Ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου καταφάγεταί με, » καὶ μετ' ὀλίγα· « Ἔδωκαν εἰς τὸ βρῶμά μου χολὴν, καὶ εἰς τὴν δίψαν μου ἐπότισάν με ὄξος » (ἀμφότερα ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ἀναγεγραμμένα), ἰστέον ἐκ προσώπου λέγεσθαι τοῦ Χριστοῦ, οὐδεμίαν ἐμφαίνοντα τοῦ λέγοντος προσώπου μεταβολήν. Σφόδρα δὲ ἀπαρατηρήτως ὁ Ἡρακλέων οἴεται τό· « Ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου καταφάγεταί με, » ἐκ προσώπου τῶν ἐκβληθέντων καὶ ἀναλωθέντων ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος δυνάμεων λέγεσθαι, μὴ δυνάμενος τὸν εἱρμὸν τῆς ἐν τῷ ψαλμῷ προφητείας τηρῆσαι. Νοουμένων (1) γὰρ ἐκ προσώπου τῶν ἐκβληθέντων καὶ ἀναλωθέντων δυνάμεων λέγεσθαι, ἀκόλουθόν ἐστι κατ' αὐτὸν καὶ τό· « Ἔδωκαν εἰς τὸ βρῶμά μου χολὴν, » καὶ ἀπ' ἐκείνων (2) λέγεσθαι, ἐν τῷ αὐτῷ ἀναγεγραμμένον ψαλμῷ· ἀλλ' ὡς εἰκὸς ἐτάραξεν αὐτὸν τό· *καταφάγεταί με*, ὡς μὴ δυνάμενον ὑπὸ Χριστοῦ ἀπαγγέλλεσθαι, οὐχ ὁρῶντα (3) τὸ ἔθος τῶν ἀνθρωποπαθῶν περὶ Θεοῦ καὶ Χριστοῦ λόγων.

20. « Ἀπεκρίθησαν οὖν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ εἶπαν αὐτῷ· Τί σημεῖον δεικνύεις ἡμῖν, ὅτι ταῦτα ποιεῖς; Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. » Οἱ σωματικοὶ καὶ τοῖς αἰσθητοῖς φίλοι δοκοῦσί μοι νῦν δὴ τῶν Ἰουδαίων (4) δηλοῦσθαι· οἵτινες, ἐπὶ τοῖς ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ ἀπελαυνομένοις, ποιοῦσιν οἶκον ἐμπορίου τὸν οἶκον τοῦ Πατρὸς, ἀγανακτοῦντες, πράγμασιν ὑπ' αὐτῶν περιεπομένοις (5), ἀπαιτοῦσι σημεῖον, καθὸ σημεῖον πρεπόντως φανήσεται ὁ Λόγος, ὃν μὴ παραδέχονται ἐκεῖνοι, ταῦτα ποιῶν. Συνάπτων δὲ ὁ Σωτὴρ ὡς ἕνα τῶν περὶ τοῦ ἱεροῦ ἐκείνου τὸν περὶ (6) τοῦ ἰδίου σώματος λόγον, ἀποκρίνεται πρὸς τό· « Τί σημεῖον δεικνύεις, ὅτι ταῦτα ποιεῖς; » τό· « Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. » Εἰ γὰρ καὶ μυρία ὅσα σημεῖα ἄλλα δεικνύναι οἷός τε ἦν, ἀλλ' οὔτι γε πρὸς τὸ, « Ὅτι ταῦτα ποιεῖς, » ἕτερόν τι, ἀλλὰ τὰ κατὰ τὸν (7) ναὸν πρεπόντως ἀντὶ τῶν ἑτέρων παρὰ τὸν ναὸν σημείων ἀπεκρίνατο. Ἀμφότερα μέντοιγε, τό τε ἱερὸν, καὶ τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ, κατὰ μίαν τῶν ἐκδοχῶν τύπος μοι εἶναι φαίνεται τῆς Ἐκκλησίας, τὸ ἐκ λίθων ζώντων οἰκοδομεῖσθαι αὐτὴν, « οἶκον πνευματικὸν εἰς

A animo tales Scripturarum voces audimus, a rebus humanis per metaphoram desumptas, ad demonstrandum quod Deus nolit alieni quidquam a voluntate sua admisceri animæ omnium quidem hominum, sed præcipue eorum qui admittere volunt divinissimam fidem. Attamen sciendum est, psalmum octavum et sexagesimum, habentem : « Zelus domus tuæ comedit me, » et post pauca : « Dederunt in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me aceto » (quæ utraque in Evangeliis sunt scripta [82]) ex persona Christi dici, nullam personæ loquentis ostendentem mutationem. Valde autem inobservanter Heracleon illud : « Zelus domus tuæ comedit me, » dici putat ex persona earum potentiarum quæ ejectæ fuerunt et consumptæ a Servatore, B non valens in psalmo seriem prophetiæ servare. Nam nobis intelligentibus hæc ex ejectarum et consumptarum potentiarum persona dici, consequens est, judicio suo, ut ab illis etiam dicantur verba illa : « Dederunt in escam meam fel, » quæ in eodem scripta sunt psalmo ; sed, ut probabile est, illum turbavit vox *comedit me* (perinde quasi a Christo dici non posset), non videntem morem Scripturarum hominum affectus Deo et Christo tribuentium.

20. « Responderunt ergo Judæi, et dixerunt ei : Quod signum ostendis nobis, quod ista facias? Respondit Jesus, et dixit eis : Destruite templum hoc, et in tribus diebus erigam illud [83]. » Corporis C amantes ac rerum sensibilium, nunc jam mihi videntur innui Judæi, qui ægre ferentes expulsos fuisse a Jesu eos qui domum Patris faciebant domum mercatus rebus ab ipsis gestis, signum postulant, ex quo signo Filius Dei, quem illi non recipiunt, videatur hæc decenter facere. Sed conjungens Servator sermonem de corpore suo, perinde quasi loqueretur de templo illo, interrogantibus : « Quod signum ostendis, quod hæc facias, » respondet : « Destruite templum hoc, et in tribus diebus erigam illud. » Nam quamvis sexcenta alia signa poterat ostendere, certe ad illud, « quod hæc facias, » nullum aliud ostendere poterat : proinde ea quæ ad templum pertinebant, convenienter respondit, pro aliis signis, quæ templum D minime spectabant. Attamen utraque, tum templum, **197** tum corpus Jesu, juxta unam intelligentiam, figura mihi esse videntur Ecclesiæ ; eo quod hæc ædificata sit ex viventibus lapidibus ;

[82] Joan. II, 17 ; XIX, 28, 30. [83] Joan. II, 18, 19.

(98) *Τῶν τὰ τῆς θειοτάτης*. Sic optime codex Bodleianus; Regius, τῶν θειοτάτης.

(99) *Πλὴν τὸν ξη' ψαλμόν*. Sic recte codex Bodleianus ; Regius perperam, πλὴν τῶν ξη' ψαλμῶν.

(1) *Νοουμένων γάρ*, etc. Sic habet codex Bodleianus ; male vero Regius, νοούμενον ἐκ προσώπου.

(2) Codex Regius, ἐπ' ἐκείνων.

(3) *Οὐχ ὁρῶντα*. Ita codex Bodleianus ; Regius, οὐ χωροῦντα.

(4) *Δὴ τῶν Ἰουδαίων*. Forte scribendum διὰ τῶν Ἰουδαίων.

(5) *Πράγμασιν ὑπ' αὐτῶν περιεπομένοις*. Ferrarius legisse videtur ὑπ' αὐτοῦ. Maluisset Huetius, πράγμασιν ὑπ' αὐτῶν μὴ περιεπομένοις.

(6) *Ὡς ἕνα τῶν περὶ τοῦ ἱεροῦ ἐκείνου τὸν περί*, etc. Ita codex Bodleianus; Regius, ὡς ἕνα τὸν περὶ τοῦ ἱεροῦ ἐκείνου τοῦ. Scribendum forte ὡς ἕνα τὸν περὶ τοῦ ἱεροῦ ἐκείνου τῷ περί, etc.

(7) Codex Regius perperam habet ἀλλ' οὔτι γε πρὸς τὸ, « Ὅτι ταῦτα ποιεῖς, » τὰ κατὰ τόν, etc., sicque nonnulla omisit quæ nos e codd. Bodleiano et Barberino restituimus.

facta « domus spiritualis in sacerdotium sanctum [84]; » superædificata « supra fundamentum apostolorum et prophetarum, summo angulari lapide Christo Jesu [85], » revera templum exsistente. Sin vero propter illud : « Vos autem estis corpus Christi, et membra ex parte [86], » videatur junctura et convenientia lapidum templi destrui, dissiparique, ut in primo et vicesimo scriptum est psalmo [87], omnia Christi ossa ab insidiis quæ sunt in persecutionibus et tribulationibus, et ab his qui bellum inferunt unitati templi ob persecutiones, erigetur templum, et suscitabitur corpus tertia die post diem malitiæ in ipso instantem, atque post diem consummationis hac posteriorem [88]. Tertia enim in cœlo novo, et terra nova instabit dies, quando ossa hæc [89], nempe omnis domus Israel, in magna Dominica excitabuntur, morte devicta, adeo ut facta resurrectio Christi a crucis passione, contineat mysterium resurrectionis totius corporis Christi. Ut autem corpus illud Jesu, sensibus obnoxium, cruci affixum est sepultumque, et postea excitum, sic totum sanctorum Christi corpus cum Christo cruci affixum est et nunc non amplius vivit. Unusquisque enim illorum, perinde atque Paulus, in nulla re alia gloriatur præterquam in cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem ipse mundo crucifixus est et mundus illi [90]. Quamobrem non tantum una cum Christo cruci fuit affixus unusquisque ac mundo, sed etiam una cum Christo sepelitur : « Consepulti enim sumus cum Christo, » inquit Paulus [91], addens etiam, veluti ad quempiam resurrectionis arrhabonem pervenisset, « Et cum ipso consurreximus [92] ; » postea in quadam novitate vitæ ambulat, tanquam qui beata illa et perfecta resurrectione nondum resurrexerit. Vel igitur nunc quidem crucifixus fuit, postea vero sepelitur ; vel nunc sepelitur sublatus etiam e cruce, aliquando, quatenus sepultus nunc fuit, resuscitaturus. Cæterum magnum est resurrectionis nostræ mysterium prorsusque contemplatu difficile ; quod cum in aliis multis Scripturarum locis, tum vero etiam apud Ezechielem his verbis annuntiatur [93] : « Et facta est super me manus Domini, et eduxit me in Spiritu Domini, et posuit me in medio campi, et hic erat plenus ossibus hominum : et circumduxit me per ea in gyrum, et ecce multa valde super faciem campi, siccaque vehementer : et dixit ad me : [Fili hominis, si vivent ossa hæc? Et dixi : Domine, **198** Domine, tu scis hæc. Et dixit mihi :] Vaticinare de ossibus istis, et dices eis : Ossa arida, audite verbum Domini ; » et post pauca [94] : « Et locutus est ad me Dominus, dicens : Fili hominis, ossa hæc, domus est universa Israel : et ipsi dicunt : Aruerunt ossa nostra, periit spes

A ἱεράτευμα ἅγιον » γινομένην, ἐποικοδομουμένην « ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων, καὶ προφητῶν, ὄντος ἀκρογωνιαίου Χριστοῦ Ἰησοῦ, » χρηματίζουσαν ναόν. Διὰ δὲ τοῦ· « Ὑμεῖς δέ ἐστε σῶμα Χριστοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέρους, » κἂν λύεσθαι δὲ ἡ τῶν λίθων τοῦ ναοῦ ἁρμονία δοκῇ καὶ διασκορπίζεσθαι, ὡς ἐν κα' ψαλμῷ γέγραπται, πάντα τὰ ὀστᾶ τοῦ Χριστοῦ ὑπὸ τῶν ἐν διωγμοῖς καὶ θλίψεσιν ἐπιβουλῶν, ἀπὸ τῶν προσπολεμούντων. τῇ ἑνότητι τοῦ ναοῦ ἐν διωγμοῖς, ἐγερθήσεται ὁ ναὸς, καὶ ἀναστήσεται τὸ σῶμα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ μετὰ τὴν ἐνεστηκυῖαν ἐν αὐτῷ κακίας ἡμέραν, καὶ τὴν μετὰ ταύτην τῆς συντελείας· τρίτη γὰρ ἐν τῷ καινῷ οὐρανῷ καὶ καινῇ γῇ ἐνστήσεται, ὅτε τὰ ὀστᾶ ταῦτα, πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ ἐν τῇ μεγάλῃ κυριακῇ ἐγερθήσεται, τοῦ θανάτου νενικημένου, B ὥστε καὶ τὴν γενομένην ἀνάστασιν τοῦ Χριστοῦ ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸν σταυρὸν πάθους περιέχειν μυστήριον τῆς ἀναστάσεως τοῦ παντὸς Χριστοῦ σώματος. Ὥσπερ δὲ ἐκεῖνο τὸ αἰσθητὸν τοῦ Ἰησοῦ σῶμα Χριστῷ (8-9) ἐσταύρωται, καὶ τέθαπται, καὶ μετὰ τοῦτο ἐγήγερται, οὕτως τὸ ὅλον τῶν ἁγίων Χριστοῦ σῶμα συνεσταύρωται, καὶ νῦν οὐκέτι ζῇ· ἕκαστος γὰρ τῶν (10), ὡς Παῦλος, ἐν οὐδενὶ ἄλλῳ καυχᾶται ἢ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Χριστοῦ Ἰησοῦ, δι' οὗ αὐτὸς κόσμῳ ἐσταύρωται, καὶ κόσμος αὐτῷ. Οὐ μόνον οὖν Χριστῷ συνεσταύρωται καὶ κόσμῳ ἐσταύρωται, ἀλλὰ καὶ Χριστῷ συνθάπτεται· « Συνετάφημεν γάρ, φησί, τῷ Χριστῷ, » ὁ Παῦλος· καὶ, ὡσπερεὶ ἔν τινι ἀῤῥαβῶνι ἀναστάσεως γενόμενος, λέγει τό· C « Συνανέστημεν αὐτῷ· » ἐπεὶ ἐν καινότητι ζωῆς τινι περιπατεῖ, ὡς κατὰ τὴν ἐλπιζομένην μακαρίαν, καὶ τελείαν ἀνάστασιν μηδέπω ἀναστάς. Ἤτοι οὖν νῦν μὲν ἐσταύρωται, μετὰ δὲ ταῦτα θάπτεται· ἢ νῦν θάπτεται καὶ ἀρθεὶς ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, ποτὲ δὲ, καθὸ νῦν τέθαπται, ἀναστήσεται. Μέγα δέ ἐστι τὸ τῆς ἀναστάσεως, καὶ δυσθεώρητον τοῖς πολλοῖς ἡμῶν μυστήριον, ὅπερ καὶ ἐν ἄλλοις πολλοῖς λέγεται τῶν Γραφῶν τόποις, οὐχ ἧττον καὶ ἐν τῷ Ἐζεκιὴλ διὰ τούτων ἀπαγγέλλεται· « Καὶ ἐγένετο ἐπ' ἐμὲ χεὶρ Κυρίου, καὶ ἐξήγαγέ με ἐν πνεύματι Κυρίου, καὶ ἔθηκέ με ἐν μέσῳ τοῦ πεδίου, καὶ τοῦτο ἦν μεστὸν ὀστῶν ἀνθρωπίνων· καὶ περιήγαγέ με ἐπ' αὐτὰ κυκλόθεν κύκλῳ, καὶ ἰδοὺ πολλὰ σφόδρα ἐπὶ προσώπου τοῦ πεδίου, καὶ ἰδοὺ ξηρὰ σφόδρα· καὶ εἶπε πρός με· D Υἱὲ ἀνθρώπου, εἰ ζήσεται τὰ ὀστᾶ ταῦτα; Καὶ εἶπα· Κύριε, Κύριε, σὺ ἐπίστῃ ταῦτα. Καὶ εἶπε πρός με· Προφήτευσον ἐπὶ τὰ ὀστᾶ ταῦτα, καὶ ἐρεῖς αὐτοῖς· Τὰ ὀστᾶ ξηρὰ, ἀκούσατε λόγον Κυρίου· » καὶ μετ' ὀλίγα· « Καὶ ἐλάλησε Κύριος πρός με, λέγων· Υἱὲ ἀνθρώπου, τὰ ὀστᾶ ταῦτα πᾶς οἶκος Ἰσραήλ ἐστι· καὶ αὐτοὶ λέγουσι· Ξηρὰ γέγονε τὰ ὀστᾶ ἡμῶν, ἀπόλωλεν ἡ ἐλπὶς ἡμῶν, διαπεφωνήκαμεν. » Ποίοις (11) γὰρ ὀστοῖς λέγεται· « Ἀκούσατε λόγον Κυρίου, » ὡς αἰσθανομένοις λόγου Κυρίου, ἅτε οὖσιν ἐν οἴκῳ

[84] I Petr. ii, 5. [85] Ephes. ii, 20, 21. [86] I Cor. xii, 27. [87] vers. 15. [88] II Petr. iii, 3, 10, 13. [89] Ezech. xxxvii, 11. [90] Galat. vi, 14. [91] Rom. vi, 4. [92] ibid. [93] Ezech. xxxvii, 1 seq. [94] ibid. 11.

(8-9) *Χριστῷ*. Deest in codice Regio, sed exstat in Bodleiano.
(10) *Τῶν*. Scribendum τούτων.

(11) *Ποίοις*. Sic codex Bodleianus; Regius, οἴοις.

Ἰσραὴλ, ἢ τῷ Χριστοῦ σώματι, περὶ οὗ ἔλεγεν ὁ Κύριος· « Διεσκορπίσθη πάντα τὰ ὀστᾶ μου, » τῶν σωματικῶν ὀστέων αὐτοῦ μὴ διασκεδασθέντων, ἀλλὰ μηδὲ συντριβέντος τινὸς ἐξ αὐτῶν; Ὅτε δὲ γίνεται αὕτη ἡ ἀνάστασις τοῦ ἀληθινοῦ καὶ τελειοτέρου Χριστοῦ σώματος, τότε τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ τὰ νῦν, ὡς πρὸς τὸ μέλλον, ξηρὰ ὀστᾶ συναχθήσεται, ὀστοῦν πρὸς ὀστοῦν, καὶ ἁρμονία πρὸς ἁρμονίαν, οὐδενὸς τῶν ἐστερημένων ἁρμονίας καταντήσοντος εἰς τέλειον ἄνδρα, « εἰς τὸ μέτρον τῆς ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ· » καὶ τότε πολλὰ μέλη τὸ ἓν ἔσται σῶμα, πάντων τοῦ σώματος μελῶν πολλῶν ὄντων γινομένων ἑνὸς σώματος· τὴν δὲ κρίσιν ποδὸς, καὶ χειρὸς, καὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ἀκοῆς, καὶ ὀσφρήσεως τῶν συμπληρούντων ἰδίᾳ μὲν τὴν κεφαλὴν, ἰδίᾳ δὲ τοὺς πόδας, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν μελῶν, τά τε ἀσθενέστερα, καὶ ταπεινότερα, καὶ ἀσχήμονα, καὶ εὐσχήμονα, μόνου Θεοῦ ἐστι ποιήσασθαι, ὃς συγκεράσει τὸ σῶμα· καὶ τότε μᾶλλον τοῦ νῦν τῷ ὑστεροῦντι περισσοτέραν διδοὺς τιμὴν, ἵνα μηδαμῶς ᾖ σχίσμα ἐν τῷ σώματι, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ ὑπὲρ (12) ἀλλήλων μεριμνῶσι τὰ μέλη, καὶ εἴ τινα εὐπάθειαν ἔχει μέλος, συνευπαθήσῃ πάντα τὰ μέλη, εἴτε δοξάζεται, συγχαίρῃ τὰ πάντα.

nostra, abscissi sumus. » Quibus enim ossibus dicitur : « Audite verbum Domini, » tanquam quæ sentiant verbum Domini, tanquamque quæ sint in domo Israel, nisi Christi corpori, de quo dicebat Dominus [35] : « Dissipata sunt omnia ossa mea, » cum alioqui ossa ipsius corporalia dissipata non fuerint, sed ne unum quidem ex ipsis contritum ? Proinde cum efficitur resurrectio hæc veri et perfectioris corporis Christi, tunc membra Christi, nimirum ossa ea quæ in præsentia, futuri comparatione, sunt arida, conjungentur, os scilicet ad os suum, et junctura ad juncturam [36-36] : nemine, qui privatus sit junctura, occursuro in virum perfectum, « in mensuram ætatis plenitudinis corporis Christi [1-37] ; » et tunc membra multa unum erunt corpus, cum omnia corporis membra, quæ multa sunt, fient unius corporis [38]. At discrimen pedis manusque, atque oculi, ac denique auditus et olfactus, quibus complentur singulatim quidem caput, singulatim vero pedes et cætera membra, tum imbecilliora, tum abjectiora, ac ea quæ putantur indecora, et decora, solius Dei est facere, qui simul temperabit corpus, etiam magis quam nunc copiosiorem honorem addens ei [39], cui deerit, ne dissidium sit in corpore, sed invicem alia pro aliis sollicitudinem eamdem gerant membra ; et si quid patitur unum membrum, simul patientur omnia membra, sive glorificatur unum membrum, simul gaudebunt omnia membra.

21. Ταῦτά μοι οὐκ ἀλλοτρίως τοῦ ἱεροῦ, καὶ τῶν ἀπ' αὐτοῦ ἐξελαυνομένων, περὶ οὗ λέγει ὁ Σωτήρ· « Ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου καταφάγεταί με, » εἴρηται, τῶν τε αἰτούντων σημεῖον Ἰουδαίων αὐτοῖς δειχθῆναι, καὶ τῆς τοῦ Κυρίου πρὸς αὐτοὺς ἀποκρίσεως, συνάπτοντος τὸν τοῦ ναοῦ λόγον τῷ τοῦ (13) ἰδίου σώματος, καὶ φάσκοντος· « Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. Ἀπὸ γὰρ τούτου τοῦ ναοῦ, ὄντος σώματος Χριστοῦ, δεῖ ἀπελαύνεσθαι ταῦτα ὄντα (14) ἄλογα, καὶ ἐμπορικὰ, ἵνα μηκέτι οἶκος ἐμπορίου ᾖ. Καὶ τοῦτον τὸν ναὸν λυθῆναι δεῖ ὑπὸ τῶν ἐπιβουλευόντων τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ, καὶ μετὰ τὸ λυθῆναι τῇ προειρημένῃ ἡμῖν τρίτῃ ἡμέρᾳ (15) ἐγερθῆναι· ὅτε καὶ οἱ μαθηταὶ, ὅτι ἔλεγε πρὶν λυθῆναι τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ ὁ Λόγος, αὐτοῦ μνησθήσονται οὗ ἔλεγε, καὶ πιστεύσουσι (16), τελειουμένης αὐτῶν τότε μετὰ τῆς γνώσεως καὶ τῆς πίστεως, ἀλλὰ καὶ τῷ λόγῳ ὃν εἶπεν ὁ Ἰησοῦς. Καὶ ἕκαστος δὲ τῶν τοιῶνδε, Ἰησοῦ αὐτὸν καθαίροντος, ἀποθέμενος τὰ ἄλογα καὶ τὰ πωλοῦντα, διὰ τὸν τοῦ ἐν αὐτοῖς Λόγου ζῆλον καταλυθήσεται, ἐπὶ τῷ ὑπὸ Ἰησοῦ ἐγερθῆναι, οὐ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, ὅσον ἐπὶ τῇ προκειμένῃ λέξει· οὐ γὰρ γέγραπται· « Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, *καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ* ἐγερῶ αὐτὸν, » ἀλλ' *ἐν τρισὶν ἡμέραις*. Ἐγείρεται γὰρ ἡ

21. Hæc sunt a me dicta, nec præter institutum, de templo, deque ex ipso expulsis, de quo Servator dicit : « Zelus domus tuæ comedit me [40] ; » atque etiam de Judæis petentibus signum sibi ostendi, ac denique de Domini ad ipsos responsione, conjungentis sermonem templi sermoni proprii corporis, et dicentis : « Destruite templum hoc, et in tribus diebus erigam illud [41]. » Ab hoc enim templo, quod est corpus Christi, expellantur hæc oportet quæ rationis capacia non sunt et quæ mercaturam exercent, ut non in posterum sit domus mercaturam exercentium. Destrui etiam hoc templum ab his qui insidiantur sermoni Dei necesse est, cumque dirutum fuerit, tertia, quam prædiximus, die excitari; quando **199** etiam discipuli ejus recordabuntur quod dixerit Filius Dei, antequam destrueretur templum, perfecta tunc cum cognitione fide etiam ipsorum, et credent sermoni, quem dixerit Jesus. Quin unusquisque qui erit hujusmodi, Jesu illum purificante, cum deposuerit quæ aliena sunt a ratione, ac vendentia, propter inhabitantis in se Filii Dei zelum, destruetur, ut a Jesu erigatur : non tertia die, quod ad propositam lectionem attinet; nec enim scriptum est : « Destruite templum hoc, et tertia die illud erigam, » sed, « in tribus diebus. » Erigitur

[35] Psal. xxi, 15. [36-36] Ezech xxxvii, 7. [1-37] Ephes. iv, 13. [38] I Cor. xii, 12, seq. [39] ibid. 24 seq. [40] Psal. lxviii, 10. [41] Joan. ii, 19.

(12) Ὑπέρ. Ita idem codex Bodleianus; Regius, ὑπό.

(13) Τῷ τοῦ. Sic codex Bodleianus; Regius, τῶν τοῦ.

(14) Ὄντα. Sic codex Bodleianus; Regius, τά.

(15) Ἡμέρᾳ. Ita idem codex Bodleianus; Regius, perperam, μετά.

(16) Πιστεύσουσι. Sic codex Bodleianus; Regius, πιστεύουσι.

enim templi erectio, postquam destructum fuerit, prima et secunda die; perficitur autem in totis tribus diebus. Quamobrem, et facta est resurrectio, et erit resurrectio, siquidem « cum Christo consepulti sumus, et cum ipso consurreximus [42]. » Et quoniam non satis est ad integram resurrectionem illud verbum, « consurreximus, » additur : « In Christo omnes vivificabuntur, unusquisque autem in suo ordine : primitiæ Christus, deinde qui sunt Christi, in adventu ejus : postremo finis [43]. » Resurrectionis enim illud est, prima die in paradiso esse Dei; resurrectionis item, quando apparens, inquit : « Ne me tangas, nondum enim ascendi ad Patrem [44]; » at perfecta est resurrectio cum vadit ad Patrem. Quoniam vero quidam confunduntur, cum venerint ad locum de Patre et Filio, adducentes illud : « Invenimur autem et falsi testes Dei, quod testati fuerimus adversus Deum, quod excitaverit Christum quem non excitavit [45]; » et his similia declarantia alium esse eum qui excitavit ab eo qui excitatus fuit; et illud : « Destruite templum hoc, et in tribus diebus erigam illud, » existimantes ex his ostendi numero non differre Filium a Patre, sed utrumque non solum substantia, sed etiam subjecto unum, secundum quasdam intelligentias, non secundum hypostasim diversos dici Patrem et Filium : illis respondere debemus, in primis quidem ea verba quæ præcipue astruant alium esse Filium a Patre, et quod necessario Filius sit Patris Filius, et Pater Filii sit Pater; tum vero non absurdum esse, eum qui fateatur se nihil posse facere nisi quod viderit Patrem facientem [46], quique dicat : « Quidquid autem Pater facit, similiter etiam Filius facit [47], » corpus quod mortuum erat excitasse, Patre hoc illi donante : qui Pater præcipue dicendus est Christum excitasse e mortuis. Sane Heracleon inquit, « in tribus, » **200** pro eo quod est, in tertia, non perscrutatus (quamvis notarit voculas, *in tribus*) quomodo in tribus diebus peragatur resurrectio. Adhuc autem et tertiam diem appellat spiritualem, in qua declarari putant Ecclesiæ resurrectionem. His vero consequens est ut prima dies terrestris, secunda animalis dicatur, non facta Ecclesiæ resurrectione in ipsis. Videntur equidem quæ scripta sunt in Evangelio secundum Matthæum et Marcum de falsis testibus, in fine Evangelii accusantibus Dominum nostrum Jesum Christum, relationem habere ad illud : « Destruite templum hoc, et ego in tribus diebus erigam illud. » Ille enim de templo corporis sui dicebat, quæ illi suspicantes de eo templo dici quod ex lapidibus ædificatum fue-

A τοῦ ναοῦ τῇ πρώτῃ μετὰ τὸ λυθῆναι ἡμέρᾳ καὶ τῇ δευτέρᾳ, τελειοῦται δὲ αὐτοῦ ἡ ἔγερσις ἐν ὅλαις ταῖς τρισὶν ἡμέραις. Διὰ τοῦτο καὶ γέγονεν ἀνάστασις, καὶ ἔσται ἀνάστασις, εἴ γε « συνετάφημεν τῷ Χριστῷ, καὶ συνανέστημεν αὐτῷ. » Καὶ ἐπεὶ οὐκ ἀρκεῖ (17) εἰς τὴν ὅλην ἀνάστασιν τὸ, *συνανέστημεν*, « ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσονται, ἕκαστος δὲ ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι· ἀπαρχὴ Χριστὸς, ἔπειτα οἱ τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ, εἶτα τὸ τέλος. » Ἀναστάσεως γὰρ ἦν καὶ τὸ ἐν τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ γενέσθαι ἐν τῷ παραδείσῳ τοῦ Θεοῦ· ἀναστάσεως δὲ, καὶ ὅτε (18) φαινόμενός φησι· « Μή μου ἅπτου, οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν Πατέρα· » τὸ δὲ τέλειον τῆς ἀναστάσεως ἦν, ὅτε γίνεται πρὸς τὸν Πατέρα. Ἐπεὶ δὲ οἱ συγχεόμενοι ἐν τῷ περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τόπῳ, συνάγοντες τό·
B « Εὑρισκόμεθα δὲ καὶ ψευδομάρτυρες τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἐμαρτυρήσαμεν κατὰ τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἤγειρε τὸν Χριστὸν, ὃν οὐκ ἤγειρε· » καὶ τὰ τούτοις ὅμοια δηλοῦντα ἕτερον εἶναι τὸν ἐγείραντα παρὰ τὸν ἐγηγερμένον· καὶ τό· « Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν· » οἷον τὸ (19) ἐκ τούτων παρίστασθαι μὴ διαφέρειν τῷ ἀριθμῷ τὸν Υἱὸν τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' ἓν, οὐ μόνον οὐσίᾳ, ἀλλὰ καὶ ὑποκειμένῳ τυγχάνοντας ἀμφοτέρους, κατά τινας ἐπινοίας διαφόρους. οὐ κατὰ ὑπόστασιν λέγεσθαι Πατέρα καὶ Υἱόν· λεκτέον πρὸς αὐτοὺς πρῶτον μὲν τὰ προηγουμένως κατασκευαστικὰ ῥητὰ τοῦ ἕτερον εἶναι τὸν Υἱὸν παρὰ τὸν Πατέρα, καὶ ὅτι ἀνάγκη τὸν Υἱὸν Πατρὸς εἶναι Υἱὸν, καὶ τὸν Πατέρα Υἱοῦ Πατέρα. Μετὰ δὲ τοῦτο οὐκ ἄτοπόν ἐστι
C τὸν ὁμολογοῦντα μηδὲν δύνασθαι ποιεῖν, ἐὰν μή τι βλέπῃ τὸν Πατέρα ποιοῦντα, καὶ λέγοντα, ὅτι « Ὃ δ' ἂν ὁ Πατὴρ ποιεῖ, ταῦτα ὁμοίως καὶ ὁ Υἱὸς ποιεῖ, » τὸν νεκρὸν, ὅπερ τὸ σῶμα ἦν, ἐγηγερκέναι, τοῦ Πατρὸς αὐτῷ (20) τοῦτο χαριζομένου, ὃν προηγουμένως λεκτέον ἐγηγερκέναι τὸν Χριστὸν ἐκ νεκρῶν. Ὁ μέντοιγε Ἡρακλέων τὸ, *ἐν τρισὶ*, φησὶν, ἀντὶ τοῦ, ἐν τρίτῃ, μὴ ἐρευνήσας, καίτοιγε ἐπιστήσας τῷ (21) *ἐν τρισὶ*, πῶς ἐν τρισὶν ἡ ἀνάστασις ἐνεργεῖται ἡμέραις. Ἔτι δὲ καὶ τὴν τρίτην φησὶ τὴν πνευματικὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ οἴονται δηλοῦσθαι τὴν τῆς Ἐκκλησίας ἀνάστασιν. Τούτων δὲ ἀκόλουθόν ἐστι πρώτην λέγειν εἶναι τὴν χοϊκὴν ἡμέραν, καὶ τὴν δευτέραν τὴν ψυχικὴν, οὐ γεγενημένης τῆς ἀναστάσεως τῆς Ἐκκλησίας ἐν αὐταῖς. Ἔοικε μὲν τοίνυν τὰ ὑπὸ τῶν ἐν τῷ κατὰ
D Ματθαῖον καὶ Μάρκον ἀναγεγραμμένα Εὐαγγελίῳ (22) ψευδομαρτύρων πρὸς τῷ τέλει τοῦ Εὐαγγελίου κατηγορούντων τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὴν ἀναφορὰν ἔχειν ἐπὶ τό· « Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, κἀγὼ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν· » ὁ μὲν γὰρ ἔλεγε περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ, οἱ δ' ὑπονοοῦντες περὶ τοῦ ἐκ λίθων οἰκοδομηθέντος ναοῦ λέγεσθαι τὰ

18. « Ἀλλ' ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐστιν, ὅτε οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ προσκυνήσουσι τῷ Πατρὶ ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ. » Τοὺς μηδ' ὅλως ἐπαγγελλομένους προσκυνεῖν τῷ Πατρὶ οὐδὲ ὀνομάζεσθαι δεῖ προσκυνητὰς τοῦ Θεοῦ· ἀλλὰ πάντων ἐπαγγελλομένων προσκυνεῖν τῷ Κτίσαντι, εἰ οἱ μὲν (52) μηκέτι ὦσιν ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν πνεύματι, τῷ πνεύματι περιπατεῖν καὶ ἐπιθυμίαν σαρκὸς μὴ ἐπιτελεῖν· οἱ δὲ μὴ ὦσιν ἐν πνεύματι, ἀλλ' ἐν σαρκὶ, καὶ κατὰ σάρκα στρατεύονται· τότε λεκτέον ἀληθινοὺς μὲν προσκυνητὰς τοὺς προσκυνοῦντας τῷ Πατρὶ ἐν Πνεύματι, καὶ μὴ σαρκὶ, καὶ ἐν ἀληθείᾳ, καὶ μὴ ἐν τύποις· οὐκ ἀληθινοὺς δὲ τοὺς μὴ οὕτως ἔχοντας. Καὶ ὁ γράμματι δὲ τῷ ἀποκτιννύντι δεδουλωμένος, πνεύματος δὲ τοῦ ζωοποιοῦντος μὴ μετειληφὼς, μηδὲ τοῖς πνευματικοῖς ἀκολουθῶν τοῦ Νόμου, οὗτος ἂν εἴη ὁ μὴ ἀληθινὸς προσκυνητὴς, καὶ πνεύματι μὴ προσκυνῶν τῷ Πατρί· ὁ δ' αὐτὸς οὗτος ὅλος τῶν τύπων, καὶ τῶν σωματικῶν ὅταν ἐπιτυγχάνειν πάνυ δοκεῖ, τότε ἐν τύπῳ, καὶ οὐκ ἐν ἀληθείᾳ προσκυνεῖ τῷ Θεῷ, διὰ τοῦτο οὐδὲ ἀληθινὸς δυνάμενος χρηματίζειν προσκυνητής. Τάχα δέδοταί ποτε εὐλόγως καὶ τὸν ἀληθινὸν προσκυνητὴν ἐν τῷ πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ προσκυνοῦντα τυπικά τινα ποιεῖν, ἵνα τοὺς τῷ τύπῳ δεδουλωμένους οἰκονομικώτατα ἐλευθερώσας τῶν τύπων προσαγάγῃ τῇ ἀληθείᾳ· ὥσπερ φαίνεται Παῦλος ἐπὶ Τιμοθέου πεποιηκὼς, τάχα δὲ καὶ ἐν Κεγχρεαῖς, καὶ ἐν Ἱεροσολύμοις, ὡς ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων γέγραπται. Τηρητέον δὲ, ὅτι οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ οὐ μόνον ἐν μελλούσῃ ὥρᾳ, ἀλλὰ καὶ ἐν ἐστηκυίᾳ προσκυνοῦσι τῷ Πατρὶ ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ. Ἀλλ' ἐν πνεύματι οἱ προσκυνοῦντες, ὡς εἰλήφασι προσκυνοῦντες, ἐν ἀῤῥαβῶνι πνεύματος ἐπὶ τοῦ παρόντος προσκυνοῦσιν· ἐν πνεύματι δὲ (53) ὅτε πᾶν χωρήσουσι τὸ πνεῦμα προσκυνήσουσι τῷ Πατρί. Εἰ δὲ ὁ βλέπων διὰ κατόπτρου, τὸ ἀληθὲς (54) οὐ βλέπει, ὡς δείκνυται τούτοις τοῖς κατοπτρικοῖς ὑπὸ τῶν περὶ ταῦτα δεινῶν, βλέπει δὲ Παῦλος καὶ οἱ παραπλήσιοι αὐτὸ (55) διὰ κατόπτρου νῦν, δὴ ὅτι (56), ὡς βλέπει, οὕτω καὶ προσκυνεῖ τῷ Θεῷ, καὶ διὰ κατόπτρου προσκυνεῖ· ὅταν δὲ ἔλθῃ ἡ ὥρα ἡ μετὰ τὴν ἐνεστηκυῖαν ἐνστησομένη, τότε ἔσται ἡ προσκύνησις ἐν ἀληθείᾳ πρόσωπον (57) πρὸς πρόσωπον, καὶ οὐκέτι διὰ κατόπτρου θεωρουμένη. »

19. Τὸ μέντοιγε, « ἡμεῖς προσκυνοῦμεν, » ὁ Ἡρακλέων οἴεται εἶναι, ὁ ἐν Αἰῶνι, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἐλθόντες· οὗτοι γὰρ, φησὶν, ᾔδεσαν τίνι προσκυνοῦσι, κατὰ ἀλήθειαν προσκυνοῦντες. Ἀλλὰ καὶ τό· ὅτι « ἡ σωτηρία ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐστὶν, » ἐπεὶ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, φησὶν, ἐγεννήθη, ἀλλ' οὐκ ἐν αὐτοῖς· οὐ γὰρ εἰς πάντας αὐτοὺς εὐδόκησε, καὶ ὅτι ἐξ ἐκείνου τοῦ ἔθνους ἐξῆλθεν ἡ σωτηρία, καὶ ὁ λόγος εἰς τὴν οἰκουμένην· κατὰ δὲ τὸ νοούμενον ἐκ τῶν Ἰου-

A 18. « Sed venit hora, et nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et veritate [17]. » Qui minime se profitentur adorare Patrem, hos ne nominare quidem oportet adoratores Dei : sed ex omnibus profitentibus se adorare mundi Opificem, si quidam non amplius sint in carne, sed in spiritu, spiritu quia ambulent, desideria carnis non perficientes [18]; et aliqui non in spiritu sint, sed in carne; et secundum carnem militent : tunc dicendum est veros adoratores esse eos qui Patrem adorant in spiritu, non in carne; in veritate, non in figuris : non veros vero eos qui sic se non habent. Ille etiam qui non particeps fuerit Spiritus vivificantis, quique spiritualia legis non sequens a littera occidente in servitutem redactus fuerit, hic verus B non erit adorator, nec spiritu adorabit Patrem; imo hic ipse, totus figuris et rebus corporeis addictus, cum se maxime assequi existimaverit, tunc in figura, et non in veritate Deum adorat, idcirco verus adorator esse non valens. Fortasse concessum est aliquando convenienter rationi, ut verus adorator, in spiritu et veritate adorans, quædam faciat quæ in figura sint, ut quos figura irretierit summa dispensatione ab ea liberatos ad veritatem adducat : id quod Timotheo Paulum fecisse apparet, fortassis autem in Cenchris, et Hierosolymis, veluti in apostolorum Actis scriptum est [19]. Observandum vero est veros adoratores non solum in futura hora, verum etiam in præsenti, adorare Patrem in spiritu C et veritate. Sed qui in spiritu adorant, quemadmodum acceperunt adorantes, in arrhabone spiritus nunc adorant : **229** tunc autem in spiritu Patrem adoraturi, cum totum perceperint spiritum. Quod si is qui videt per speculum, non videt verum, uti hæc optime callentes ostendunt his imaginarie videntibus, et per speculum adorat Deum, videtque Paulus nunc per speculum [20], suique similes, perspicuum est Paulum sic adorare Deum quemadmodum videt, atque etiam per speculum adorare Deum; cum vero venerit hora post instantem futura, tunc erit adoratio in veritate, quæ facie ad faciem, non amplius per speculum videtur.

D 19. Sane ea verba, « nos adoramus [21], » Heracleon esse retur eum qui est in Æone, et qui cum ipso venerunt; nam hi, inquit, noverunt quem adorant, secundum veritatem adorantes. Quin illud etiam, « salus ex Judæis est [22], » quoniam in Judæa genitus est, inquit, non inter ipsos; quia in omnes ipsos animi propensionem non habuerit, et quoniam ex illa gente egressa est salus, et sermo in orbem terrarum : juxta intelligentiam vero spiritualem, ex

[17] Joan. IV, 23. [18] Galat. V, 16. [19] Act. XVI, 3, 18; XXI, 24. [20] I Cor. XIII, 12. [21] Joan. IV, 22. [22] ibid.

(52) *Εἰ οἱ μέν*, etc. Sic recte habet codex Bodleianus ; in Regio deest εἰ.

(53) *Ἐν πνεύματι δέ*. Sic codex Bodleianus; Regius. ἐν πνεύματί τι.

(54) *Τὸ ἀληθές*. Sic codex Bodleianus; Regius, καὶ ἀληθές.

(55) *Αὐτό*. Lego αὐτῷ.

(56) *Δὴ ὅτι*. Lego cum Ferrario, δῆλον, ὅτι.

(57) Codex Regius, τῇ πρόσωπον, sed in Bodleiano deest τῇ. Forte legendum ἡ πρόσωπον.

Judæis narrat factam fuisse salutem, quoniam hi similitudines esse existimantur eorum qui sunt in pleromate : sed ostenderet necesse erat ipse, ejusque sequaces, quomodo unusquisque sit similitudo eorum qui sunt in pleromate; modo non sola voce hoc dicant, sed vere hoc sentiant. Præterea enarrans illud, « in spiritu et veritate [23] » adorari Deum, « priores adoratores, inquit, in carne et errore adoraverunt eum, qui Pater non erat : quare eadem etiam ratione decepti fuere omnes qui adorarunt mundi Opificem; » subjungitque Heracleon eos servisse creaturæ, non ei qui in veritate Creator erat, qui est Christus, quandoquidem « omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil [24]. »

20. « Etenim Pater tales quærit, qui ipsum adorent [25]. » Si quærit Pater, per Filium quærit, qui venit ad quærendum et servandum quod perierat[26]: quos purificans et erudiens ratione et sanis dogmatibus, præparat esse veros adoratores. Periisse autem Heracleon inquit in profunda materia erroris rem familiarem Patri, quæ quæritur, ut a familiaribus adoretur. Itaque hunc quidem sermonem [27] si intellexisset de ovium perditione, et de filio qui ab iis quæ patris sunt deciderit, **230** saltem admisissemus ipsius enarrationem : sed nescio quid tandem aperte doceant de perditione spiritualis naturæ, qui ipsum sequuntur, fabulantes, et nihil apertum nos docentes de sæculis vel temporibus, quæ fuere ante ipsam perditionem : neque enim manifestare valent rationem suam : hanc ob causam prætermisimus ipsos sponte, hactenus disputasse contenti.

21. « Spiritus est Deus, et eos qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare [28]. » Cum multi multa de Deo deque ejus essentia enuntiarint, adeo ut quidam illum corporeæ, et tenuis, et cœlestis naturæ dixerint, alii incorporeæ; rursum alii Deum has naturas transcendere dixerint potentia et excellentia essentiæ suæ, operæ pretium est ut videamus an a Scripturis divinis habeamus causas ad dicendum aliquid de Dei essentia. Atque hoc quidem in loco dicitur quasi essentia ejus esse spiritus : « Spiritus enim est Deus, » inquit; in lege vero ignis dicitur; scriptum est enim [29] : « Deus noster ignis consumens est ; » apud Joannem vero lux : « Deus enim, inquit, lux est, et tenebræ in eo non sunt ullæ [30]. » Si ergo simplicius hæc intellexerimus, nihil ultra litteram perscrutantes, occasionem habebimus dicendi Deum esse corpus, cum interim, quæ nos sequantur absurda hoc dicentes vulgarium non sit cernere : quia pauci disseruerint de corporum natura, et maxime de his corporibus quæ or-

A δαίων τὴν σωτηρίαν διηγεῖται γεγονέναι, ἐπείπερ εἰκόνες οὗτοι τῶν ἐν τῷ πληρώματι αὐτῷ εἶναι νομίζονται· ἐχρῆν δὲ αὐτὸν καὶ τοὺς ἀπ' αὐτοῦ ἕκαστον τῶν ἐν τῇ λατρείᾳ δεικνύναι πῶς ἐστιν εἰκὼν τῶν ἐν τῷ πληρώματι· εἴ γε μὴ μόνον φωνῇ τοῦτο λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ ἀληθείᾳ φρονοῦσιν αὐτό. Πρὸς τούτοις τὸ, « ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ » προσκυνεῖσθαι τὸν Θεὸν, ἡγούμενος (58), λέγει, ὅτι « οἱ πρότεροι προσκυνηταὶ ἐν σαρκὶ καὶ πλάνῃ προσεκύνουν τῷ μὴ Πατρὶ, ὥστε καὶ ταυτὸν πεπλανῆσθαι πάντας τοὺς προσκεκυνηκότας τῷ Δημιουργῷ· » καὶ ἐπιφέρει γε ὁ Ἡρακλέων, ὅτι ἐλάτρευον τῇ κτίσει, καὶ οὐ τῷ κατ' ἀλήθειαν Κτίστῃ, ὅς ἐστι Χριστὸς, « εἴ γε πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδέν. »

B 20. « Καὶ γὰρ ὁ Πατὴρ τοιούτους ζητεῖ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτόν. » Εἰ ζητεῖ (59) ὁ Πατὴρ, διὰ τοῦ Υἱοῦ ζητεῖ, τοῦ ἐληλυθότος ζητῆσαι καὶ σῶσαι τὸ ἀπωλολὸς, οὕστινας καθαίρων καὶ παιδεύων τῷ λόγῳ καὶ τοῖς ὑγιέσι δόγμασι, κατασκευάζει ἀληθεῖς τοὺς προσκυνητάς. Ἀπολωλέναι δέ φησιν ὁ Ἡρακλέων ἐν τῇ βαθείᾳ ὕλῃ τῆς πλάνης τὸ οἰκεῖον τῷ Πατρὶ, ὅπερ ζητεῖται, ἵνα ὁ Πατὴρ ὑπὸ τῶν οἰκείων προσκυνῆται. Εἰ μὲν οὖν ἑώρα τὸν περὶ τῆς ἀπωλείας τῶν προβάτων λόγον, καὶ τοῦ ἀποπεσόντος τῶν τοῦ πατρὸς υἱοῦ, κἂν ἀπεδεξάμεθα αὐτοῦ τὴν διήγησιν. Ἐπεὶ δὲ μυθοποιοῦντες οἱ ἀπὸ τῆς γνώμης αὐτοῦ, οὐκ οἶδ' ὅ τι ποτὲ τρανῶς παριστᾶσι (60) περὶ τῆς ἀπολωλυίας πνευματικῆς φύσεως, οὐδὲν σαφὲς διδάσκοντες ἡμᾶς περὶ τῶν πρὸ τῆς ἀπωλείας αὐτῆς C χρόνων, ἢ αἰώνων· οὐδὲ γὰρ τρανοῦν δύνανται ἑαυτῶν τὸν λόγον· διὰ τοῦτο αὐτοὺς ἑκόντες παραπεμψόμεθα, τοσοῦτον ἐπαπορήσαντες.

21. « Πνεῦμα ὁ Θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν, ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν. » Πολλῶν πολλὰ περὶ τοῦ Θεοῦ ἀποφηναμένων, καὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ, ὥστε τινὰς μὲν εἰρηκέναι καὶ αὐτὸν (61) σωματικῆς φύσεως λεπτομεροῦς καὶ αἰθερώδους, τινὰς δὲ ἀσωμάτου, καὶ ἄλλους ὑπὲρ ἐκεῖνα οὐσίας πρεσβείᾳ καὶ δυνάμει, ἄξιον ἡμᾶς ἰδεῖν εἰ ἔχομεν ἀφορμὰς ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν πρὸς τὸ εἰπεῖν τι περὶ οὐσίας Θεοῦ. Ἐνθάδε μὲν οὖν λέγεται οἱονεὶ οὐσία εἶναι αὐτοῦ τὸ πνεῦμα· « Πνεῦμα » γὰρ « ὁ Θεὸς, » φησίν· ἐν δὲ τῷ Νόμῳ πῦρ· γέγραπται D γάρ· « Ὁ Θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον· » παρὰ δὲ τῷ Ἰωάννῃ φῶς· « Ὁ Θεὸς » γὰρ, φησὶ, « φῶς ἐστι, καὶ σκοτία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν οὐδεμία. » Ἐὰν μὲν οὖν ἁπλούστερον τούτων ἀκούσωμεν, μηδὲν πέρα τῆς λέξεως περιεργαζόμενοι, ὥρα ἡμῖν λέγειν σῶμα εἶναι τὸν Θεόν· τίνα δὲ ἡμᾶς διαδέχεται ἄτοπα τοῦτο λέγοντας οὐ τῶν πολλῶν ἐστιν εἰδέναι· ὀλίγοι γὰρ διειλήφασι περὶ τῆς τῶν σωμάτων φύσεως, καὶ μάλιστα τῶν ὑπὸ λόγου καὶ προνοίας

[23] Joan. IV, 23. [24] Joan. I, 3. [25] Joan. IV, 23. [26] Luc. XIX, 10. [27] Luc. XV, 4, 11 seq. [28] Joan. IV, 24. [29] Deut. IV, 24 ; Hebr. XII, 29. [30] I Joan. I, 5.

(58) *Ἡγούμενος*. Legebat Ferrarius διηγούμενος.

(59) *Εἰ ζητεῖ*. Sic codex Bodleianus : Regius, ἐκζητεῖ.

(60) Codex Regius παριστᾶσι, Bodleianus περιστᾶσι.

(61) Codex Bodleianus καὶ αὐτόν, Regius καὶ τόν.

καταχοσμουμένων· χαίτοι τὸ προνοοῦν τῆς αὐτῆς οὐσίας λέγοντες εἶναι τοῖς προνοουμένοις γενιχῷ λόγῳ· τέλειον ὅμως καὶ ἀλλοῖον τοῦ προνοουμένου (62). Παρεδέξαντο δὲ τὰ ἀπαντῶντα τῷ λόγῳ αὐτῶν ἄτοπα οἱ θέλοντες εἶναι σῶμα τὸν Θεὸν (63), ἅτε μὴ δυνάμενοι ἀντιϐλέπειν ἐχ λόγου ἐναργῶς παρισταμένοις (64). Ταῦτα δέ φημι καθ' ὑπεξαίρεσιν τῶν πέμπτην λεγόντων εἶναι φύσιν (65) σωμάτων παρὰ τὰ στοιχεῖα. Εἰ δὲ πᾶν σῶμα ὑλιχὸν ἔχει φύσιν τῷ ἰδίῳ λόγῳ ἄποιον τυγχάνον, τρεπτὴν δὲ, καὶ ἀλλοιωτὴν, καὶ δι' ὅλων μεταϐλητὴν, καὶ ποιότητας χωροῦσαν, ἃς, ἐὰν βούληται αὐτῇ περιτιθέναι ὁ Δημιουργὸς, ἀνάγχη καὶ τὸν Θεὸν ὑλιχὸν ὄντα τρεπτὸν εἶναι, καὶ ἀλλοιωτὸν, καὶ μεταϐλητόν. Καὶ ἐχεῖνοι μὲν οὐχ αἰδοῦνται λέγειν, ὅτι καὶ φθαρτός ἐστι σῶμα ὢν, σῶμα δὲ πνευματιχὸν, καὶ αἰθερῶδες, μάλιστα κατὰ τὸ ἡγεμονιχὸν αὐτοῦ· φθαρτὸν δὲ ὄντα μὴ φθείρεσθαι τῷ μὴ εἶναι τὸν φθείροντα (66) αὐτὸν λέγουσιν. Ἡμεῖς δὲ, διὰ τὸ μὴ ὁρᾷν τὰς ἀχολουθίας, ἐὰν σῶμα αὐτὸν λέγοντες (67), καὶ διὰ τὴν Γραφὴν τοιοῦτόν τι σῶμα, πνεῦμα, καὶ πῦρ καταναλίσχον, καὶ φῶς, τὸ ἀναγχαίως (68) ἑπόμενον τούτοις μὴ παραδε-

A nantur ratione et providentia : quanquam generali sermone dicant providentem et prospicientem ejusdem essentiæ esse cum his quibus prospicitur ; perfectum tamen et diversum ab eo cui prospicitur. Admiserunt autem, quæ repugnabant rationi ipsorum, absurda, qui volunt Deum esse corpus,
231 quia non valerent contra eos qui evidenter et rationabiliter pugnabant, resistere : quæ dico excipiendo eos qui quintam naturam corporum præter elementa esse dicunt. Quod si omne corpus materiale naturam habet propria ratione sine qualitate exsistens, vertibilem autem, et alterabilem et per omnia mutabilem, et qualitates capientem quas illi mundi Opifex imprimere voluerit, etiam necesse est Deum materialem exsistentem, vertibilem esse,
B et alterabilem, et mutabilem ; et illos quidem non pudet dicere Deum corruptibilem esse, corpus cum sit ; sed corpus spirituale et cœleste, præcipue secundum principatum ipsius : corruptibilisque cum sit, idcirco eum non corrumpi, quod non habeat corrumpentem. At nos, eo quod non videamus consequentia, si corpus eum dixerimus, et per Scri-

(62) *Ὅμως καὶ ἀλλοῖον τοῦ προνοουμένου*. Ita legitur in codice Bodleiano ; in Regio autem, ἀλλ' οἷον τὸ προνοούμενον.

(63) *Οἱ θέλοντες εἶναι σῶμα τὸν Θεόν*, etc. Eadem Origenes ratiocinatione utitur lib. II *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 4 : « Si corpus esse pronuntietur Deus, quoniam omne corpus ex materia est, invenietur et Deus esse ex materia : quod si ex materia sit, materia autem sine dubio corruptibilis est, erit ergo jam secundum illos corruptibilis Deus. » A Deo quoque corpus abjudicat homil. 1 et 3 *in Genes.*, et *Comment. in Cantic.* et lib. VI *contra Celsum*. Sed apertissime, lib. I *De princip.*, cap. 1 et 6, et lib. II, cap. 2, 3 et 4, et lib. III, cap. 2, et lib. IV, cap. 2, et in *Anacephal*. In hoc errore fuerunt Seleucus et Hermias, Galatæ, de quibus memoravit Philastrius cap. 5, et juxta nonnullos, Valentinus quoque, et Audius postmodum Audianorum et Anthropomorphitarum pater, de quo Epiphanius hæres. LXX. Scriptum quoque reperimus apud Socratem, Theophilo Alexandrinam Ecclesiam regente, hanc quæstionem iis in locis multorum disputationibus fuisse vexatam, Deusne corpus esset, humanam figuram gerens, an incorporeus ; quam postremam sententiam cum amplexus fuisset Theophilus, monachos Ægyptios adversus eum coiisse, et manu facta hominem invadentes mortem intentasse, ni placitam de Deo opinionem ejuraret, et Origenis libros, unde incorporeum Deum propugnabant nonnulli, damnaret ; quod cum facturum se recepisset, tum demum monachos discessisse. Quid quod ita scribere ausus est Tertullianus *adversus Praxeam*, cap. 7 : « Quis enim negabit Deum corpus esse, etsi Deus spiritus est? Spiritus enim corpus sui generis in sua effigie. Sed et invisibilia illa, quæcunque sunt, habent apud Deum et suum corpus et suam formam, per quæ soli Deo visibilia sunt ; quanto magis quod ex ipsius substantia missum est, sine substantia non erit? » Quæ pluribus locis repetit, et sæpe carpit Augustinus lib. X, *De Genes. ad lit.*, cap. ult., et *Hær.* LXXXVI, ad *Quodvultdeus*, et alibi. Hinc illum cum Melitone vesaniæ hujus reum peragit Gennadius *De dogmat.*, cap. 2. Deos quidem animantes esse statuit Velleius Epicureus apud Ciceronem lib. I *De nat. deor.* Atque id non Epicurum duntaxat, sed et vulgus, et poetas, et præstantissimorum hominum catervam attestari scribit Sextus Empir. *adv. Physic.* Idem quoque Platoni, Aristoteli et Porphyrio persuasum fuit. At a Deo tamen omnem coagmentationem, unde oritur interitus, Epicurus abjudicabat ; unde ait apud Ciceronem Velleius, « Deorum esse non corpus, sed quasi corpus ; non sanguinem, sed quasi sanguinem. » Stoici autem Deum corporeum esse definiebant, ut præter alios auctor est Origenes lib. I, III, IV et VI *contra Celsum*. Ab Epicureis autem et Stoicis profectum hoc commentum, Christianorum, deinceps hæreticorum aliquot mentes occupavit. At Christianæ religionis dogmata cum satis perspecta non haberet Celsus Epicureus, quæ paucorum fuit heterodoxorum sententia, Christianorum omnium esse censuit. Sed hanc ejus imperitiam egregie confutat Adamantius noster lib. VII *contra Celsum*. Consulantur porro in hanc rem nostra *Origeniana*. HUETIUS.

(64) *Παρισταμένοις*. Sic codex Bodleianus ; Regius, παρισταμένου.

(65) *Τῶν πέμπτην λεγόντων εἶναι φύσιν*. Naturam quintam Aristotelis significat ; de qua disserit lib. III *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 6 : « Non enim secundum Græcorum philosophos præter hoc corpus, quod ex quatuor elementis est, aliud quintum corpus, quod per omnia aliud sit, et diversum ab hoc nostro corpore, fides necessario recipit, quoniam neque ex Scripturis sanctis vel suspicionem aliquam proferre de his potest, neque ipsa rerum consequentia hoc recipi patitur. » At quamvis ab Aristotele inducta esse vulgo feratur ista natura, quam Onomacritus ἄριστον στοιχεῖον vocat, eam tamen Plato et Platonici agnoscunt. Testis Proclus *in Timæum*, eamque appellari docet πέμπτον στοιχεῖον, et πέμπτον κόσμον, et σχῆμα πέμπτον. Testis item Simplicius. Essentiam nihilominus illam quintam Platoni fuisse cognitam diserte negavit Atticus, Platonicus philosophus, apud Eusebium lib. XV *Præparat. evangel.*, cap. 7. Huic porro Peripateticorum quintæ essentiæ a Xenarcho impugnatæ Alexander Aphrodisæus patrocinatus est. HUETIUS.

(66) *Φθείροντα*. Sic codex Bodleianus ; Regius, φθείραντα.

(67) *Λέγοντες*. Videtur legendum λέγωμεν.

(68) *Ἀναγχαίως*. Sic codex Bodleianus ; Regius, perperam, ἀνάγχαις.

pturam tale corpus, nempe spiritum et ignem consumentem, et lucem, quæ necessario hanc opinionem sequantur absurda non admittentes, erubescemus veluti fatui dicentes contra aperta et evidentia. Omnis enim ignis opus habens ut alatur, corruptibilis est, et omnis spiritus, si simpliciter intelligamus spiritum corpus cum sit, accipit, quod ad suam naturam attinet, mutationem in rem crassiorem; ergo his fiet, ut vel servantes verba, tot absurda et inexplicabilia de Deo admittamus; vel eadem via incedendum est, quemadmodum etiam in pluribus faciemus, exquirendumque quid innui et declarari possit, cum Deus dicitur spiritus, vel ignis, vel lux.

A χόμενοι, ἀσχημονήσομεν (69) ὡς ἠλίθιοι καὶ παρὰ τὰ ἐναργῆ λέγοντες· πᾶν γὰρ πῦρ τροφῆς δεόμενον φθαρτόν ἐστι. καὶ πᾶν πνεῦμα, εἰ ἁπλούστερον ἐκλαμβάνομεν τὸ πνεῦμα, σῶμα τυγχάνον, ἐπιδέχεται ὅσον ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ φύσει τὴν εἰς τὸ παχύτερον μεταβολήν· ὥρα οὖν ἐν τούτοις, ἤτοι τηροῦντας τὰς λέξεις τὰ τοσαῦτα ἄτοπα παραδέξασθαι καὶ δύσφημα περὶ τοῦ Θεοῦ, ἢ ἐφοδεῦσαι, ὥσπερ καὶ ἐπὶ ἄλλων πλειόνων ποιοῦμεν, καὶ ἐξετάσαι τί δύναται δηλοῦσθαι ἀπὸ τοῦ λέγεσθαι πνεῦμα, ἢ πῦρ, ἢ φῶς εἶναι τὸν Θεόν.

22. Ac principio dicendum est, ut oculos, et palpebras, et aures, et manus, et brachia, atque etiam alas, et pedes, scripta de Deo invenientes, transmutamus quæ scripta fuerint in allegoriam, spretis his qui Deo similem hominibus formam attribuunt, hocque jure facimus; sic etiam nobis idem faciendum esse in prædictis nominibus: ac profecto id liquet ex re quæ videtur nobis magis in usu esse: « Deus » enim « lux est, » secundum Joannem, « et tenebræ in eo non sunt ullæ [31]. » Quomodo autem lux ipse intelligendus sit pro virili cordatius consideremus. **232** Dupliciter lux dicitur, tum corporaliter, tum spiritualiter, hoc est, quæ mente cernitur, et ut Scripturæ dicerent, quæ sub visum non cadit; seu, ut gentiles, invisibilis. Et corporalis sane lucis manifestum exemplum est illud his qui hanc Scripturam accipiunt: « Omnibus autem filiis Israel erat lux in omnibus, in quibus versabantur [32]; » spiritualis vero exemplum est apud quemdam prophetam ex duodecim [33]: « Seminate vobis ipsis justitiam, vindemiate fructum vitæ, illuminate vobis ipsis lumen cognitionis. » Rursus similiter per comparationem et proportionem bifariam dicentur tenebræ: quarum, quæ communius dicuntur, exemplum est illud [34]: « Et vocavit Deus lucem diem, et tenebras vocavit noctem; » tenebrarum vero intelligibilium hoc est exemplum [35]: « Populo qui sedebat in tenebris et umbra mortis, lux orta est eis. »

22. Καὶ πρῶτον λεκτέον, ὅτι, ὥσπερ ὀφθαλμοὺς, καὶ βλέφαρα, καὶ ὦτα, καὶ χεῖρας, καὶ βραχίονας,
B καὶ πόδας (70) εὑρίσκοντες γεγραμμένα τοῦ Θεοῦ, ἔτι δὲ καὶ πτέρυγας, μεταλαμβάνομεν εἰς ἀλληγορίαν τὰ γεγραμμένα, καταφρονοῦντες τῶν μορφὴν ἀνθρώπων παραπλήσιον παρατιθέντων τῷ Θεῷ, καὶ εὐλόγως γε τοῦτο πράττομεν· οὕτως καὶ ἐπὶ τῶν εἰρημένων ὀνομάτων τὸ ἀκόλουθον ἡμῖν ποιητέον· καὶ δῆλόν γε ἀπὸ τοῦ φαινομένου ἡμῖν πρακτικωτέρου· « Φῶς γάρ ἐστιν ὁ Θεὸς, » κατὰ τὸν Ἰωάννην, « καὶ σκοτία οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ οὐδεμία. » Πῶς δὴ φῶς αὐτὸν νοητέον κατὰ τὸ δυνατὸν συνετώτερον (71) ἐπισκεψόμεθα. Διχῶς γὰρ τὸ φῶς ὀνομάζεται, σωματικῶς τε καὶ πνευματικῶς, ὅπερ ἐστὶ νοητὸν, καὶ ὡς μὲν αἱ Γραφαὶ ἂν λέγοιεν, ὁρατὸν, ὡς δ' ἂν Ἕλληνες ὀνομάσαιεν, ἀόρατον (72). Καὶ τοῦ γε σωματικοῦ παράδειγμα ὁμολογούμενον τοῖς τὴν ἱστορίαν παραδεχομένοις τό·
C « Πᾶσι δὲ τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ ἦν φῶς, ἐν πᾶσιν οἷς κατεγίνοντο· » τοῦ δὲ νοητοῦ καὶ πνευματικοῦ ἔν τινι τῶν δώδεκα· « Σπείρατε ἑαυτοῖς εἰς δικαιοσύνην, τρυγήσατε εἰς καρπὸν ζωῆς, φωτίσατε ἑαυτοῖς φῶς γνώσεως. » Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ σκότος κατ' ἀναλογίαν διχῶς λεχθήσεται· καὶ τοῦ μὲν κοινότερον λεγομένου παράδειγμα· « Καὶ ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τὸ φῶς ἡμέραν, καὶ τὸ σκότος ἐκάλεσε νύκτα· » τοῦ δὲ νοητοῦ· « Ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου, φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς. »

23. His sic habentibus, dignum est cernere quid nobis conveniat intelligere de Deo, cum lux dicitur in qua nullæ sunt tenebræ [36]: utrum Deus lux est illuminans corporeos oculos, an intelligibiles; de quibus et Propheta dicit [37]: « Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte. » Existimo autem apertum cuicunque esse nos haudquaquam dicturos, Deum solis officium facere, si alii cedat munus illustrandi eorum oculos qui dormituri non sunt in morte: ergo illuminat Deus eorum mentem quos dignos judicat propria illuminatione. Quod si men-

23. Τούτων οὕτως ἐχόντων, ἄξιον ἰδεῖν τί ἁρμόζει νοεῖν ἡμᾶς περὶ Θεοῦ λεγομένου φῶς, ἐν ᾧ οὐδεμία ἐστὶ σκοτία. Ἆρα γὰρ σωματικοὺς ὀφθαλμοὺς ὁ Θεὸς
D φωτίζον φῶς ἐστιν, ἢ τοὺς νοητοὺς, περὶ ὧν καὶ ὁ Προφήτης φησί· « Φώτισον τοὺς ὀφθαλμούς μου, μήποτε ὑπνώσω εἰς θάνατον; » Νομίζω δὲ προφανὲς παντί τῳ (73) εἶναι, ὅτι οὐκ ἂν τὸ τοῦ ἡλίου ἔργον ποιεῖν λέγοιμεν τὸν Θεὸν, ἑτέρῳ παραχωροῦντα φωτίζειν τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν μὴ ὑπνωσομένων εἰς θάνατον· οὐκοῦν φωτίζει ὁ Θεὸς τὸν νοῦν ὧν κρίνει ἀξίους εἶναι τοῦ οἰκείου φωτισμοῦ. Εἰ δὲ νοῦ ἐστι φω-

[31] I Joan. I, 5. [32] Exod. X, 23. [33] Ose. X, 12. [34] Gen. I, 5. [35] Isa. IX, 2. [36] I Joan. I, 5. [37] Psal. XII, 4.

(69) Ἀσχημονήσομεν. Sic codex Bodleianus; Regius, ἀσχημονήσωμεν.

(70) *Καὶ χεῖρας, καὶ βραχίονας, καὶ πόδας.* Sic codex Bodleianus; Regius, χεῖράς τε καὶ πόδας.

(71) Regius codex, κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν συνετώτερον, sed in Bodleiano non comparet ἡμῖν.

(72) Ἀόρατον. Sic codex Bodleianus; Regius, ἀσώματον.

(73) *Παντί τῳ.* Ita Bodleianus codex, optime; Regius, perperam, παντὶ τό, cujus loco legendum censebat Huetius παντὶ τοῦτο.

τιστικός, κατὰ τὸ λεγόμενον· « Κύριος φωτισμός μου, » A ἀνάγκη αὐτὸν νοητὸν τυγχάνοντα, καὶ ἀόρατον, καὶ ἀσώματον, τοῦ νοῦ ἀοράτου ἡμᾶς αὐτὸν ὑπολαμβάνειν φῶς εἶναι ἀσώματον, τῷ μήποτε καὶ « πῦρ καταναλίσκον » λεγόμενον εἶναι Θεὸν, σωματικὸν πῦρ σωμάτων ἀναλωτικὸν εἶναι δοκεῖν, οἷον ξύλων, καὶ χόρτου, καὶ καλάμης· εἰ δὲ ἐν ἡμῖν ἐστιν ἰδεῖν ξύλα, καὶ χόρτον, καὶ καλάμην, μήποτε τὸ ἀναλωτικὸν τῆς τοιαύτης ὕλης πῦρ ὁ Θεός ἐστιν ἡμῶν, « πῦρ » λεγόμενος εἶναι « καταναλίσκον· » καὶ πρέπον γε τῷ Κυρίῳ ἐστὶ τὸ ἀναλίσκον τὰ τοιαῦτα (74), καὶ ἐξαφανίζειν τὰ χείρονα· οὗ γινομένου ἀλγηδόνας οἶμαι καὶ πόνους γίνεσθαι οὐκ ἀπό τινος σωματικῆς ἐπαφῆς περὶ τὰ ἡγεμονικά, ἔνθα συνέστη ἡ τοῦ καταναλίσκεσθαι ἀξία οἰκοδομή. Φῶς οὖν ὀνομάζεται ὁ Θεὸς, ἀπὸ τοῦ σωματικοῦ φωτὸς μεταληφθεὶς εἰς ἀόρατον καὶ B ἀσώματον φῶς, διὰ τὴν ἐν τῷ φωτίζειν νοητοὺς ὀφθαλμοὺς δύναμιν οὕτω λεγόμενος· « πῦρ » τε προσαγορεύεται « καταναλίσκον, » ἀπὸ τοῦ σωματικοῦ πυρὸς, καὶ καταναλωτικοῦ τῆς τοιᾶσδε ὕλης νοούμενος. Τοιοῦτόν τι μοι φαίνεται καὶ περὶ τὸ πνεῦμα ὁ Θεός· ἐπεὶ γὰρ εἰς τὴν (75) μέσην καὶ κοινότερον καλουμένην ζωὴν ὁρῶντες τοῦ περὶ ἡμᾶς πνεύματος, τὴν καλουμένην σωματικώτερον πνοὴν ζωῆς ζωοποιούμεθα ἀπὸ τοῦ πνεύματος, ὑπολαμβάνω ἀπ' ἐκείνου εἰλῆφθαι τὸ πνεῦμα λέγεσθαι τὸν Θεὸν πρὸς τὴν ἀληθινὴν ζωὴν ἡμᾶς ἄγοντα· τὸ πνεῦμα γὰρ κατὰ τὴν Γραφὴν λέγεται ζωοποιεῖν, φανερὸν ὅτι ζωοποίησιν οὐ τὴν μέσην, ἀλλὰ τὴν θειοτέραν· καὶ γὰρ τὸ γράμμα ἀποκτείνει, καὶ ἐμποιεῖ θάνατον, C οὐ τὸν κατὰ τὸν χωρισμὸν τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος, ἀλλὰ τὸν κατὰ τὸν (76) χωρισμὸν τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ Κυρίου αὐτοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

24. Μήποτε δὲ καὶ τό· « Ἀντανελεῖς τὸ πνεῦμα αὐτῶν, καὶ ἐκλείψουσι· » καὶ, « Ἐξαποστελεῖς τὸ πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς, » βέλτιον ἐκληψόμεθα ἀπὸ τοῦ Πνεύματος, καὶ ὑπολαμβάνοιμεν (77), ὅτι ὁ στερισκόμενος τοῦ θείου Πνεύματος χοϊκὸς γίνεται, ἐπιτήδειόν τε ἑαυτὸν ποιήσας πρὸς παραδοχὴν αὐτοῦ, καὶ λαβὼν αὐτὸ ἀνακτισθήσεται καὶ ἀνακαινισθήσεται (78).

tis est illustrator, juxta illud quod dicitur [38] : « Dominus illuminatio mea, » necesse est ipsum qui mente cernitur, qui sub visum non cadit, qui est expers corporis, ipsius mentis, quæ sub visum non cadit, lucem esse corpore carentem, quod Deus « ignis consumens » dictus [39], nequaquam corporalis ignis esse videatur, qui consumat corpora, veluti ligna, fenum, stipulam [40]; sed si cernantur in nobis ligna, fenum, stipula, sit Deus noster ignis, talis materiæ consumptor, qui dicitur « ignis consumens; » deceatque profecto Dominum talia consumere delereque pejora, quo facto dolores arbitror laboresque oriri nullo corporeo tactu circa principatus et partes animæ præstantissimas, ubi structura fuerit digna quæ consummetur. Lux ergo Deus nominatur, translatione sumpta a luce corporea ad invisibilem et incorpoream lucem, **233** sic dictus propter vim illuminandi oculos intelligibiles. Appellatur etiam « ignis consumens [41], » consideratione habita ab eo igne qui est corporeus et consumptor talis materiæ. Simile quiddam mihi videtur esse Deus, cum spiritus dicitur [42] : quoniam enim vivificatione ea quæ media est, et quæ communiori vocabulo vita appellatur, dicta etiam corporalis flatus vitæ, viventes vivificamur a spiritu; inde sumptum fuisse arbitror, ut Deus ducens nos ad vitam veram, spiritus dicatur. Spiritus enim, more sacræ Scripturæ, dicitur id quod vivificat [43], non ea vivificatione, quæ est media, sed diviniori; etenim littera occidit [44-49], et ingenerat mortem, non eam quæ est separatio animæ a corpore, sed mortem quæ animam a Deo et Domino suo et sancto Spiritu separat.

24. Vide igitur ne forte illud : « Auferes spiritum ab eis, et deficient [50]; » et illud : « Emittes spiritum tuum, et creabuntur, et renovabis faciem terræ [51], » melius exponeremus de divino Spiritu, existimantes quod qui privatur divino Spiritu, terrenus efficiatur; cum contra qui aptum seipsum fecerit ad susceptionem ipsius, et eum acceperit, renovetur et denuo creetur. Hujusmodi quiddam est

[38] Psal. xxvi, 1. [39] Hebr. xii, 29. [40] I Cor. iii, 12. [41] Hebr. xii, 29. [42] Joan. iv, 24. [43] II Cor. iii, 6. [44-49] ibid. [50] Psal. ciii, 29. [51] ibid. 30.

(74) *Τοῦ νοῦ ἀοράτου ἡμᾶς αὐτὸν ὑπολαμβάνειν φῶς..... καὶ πρέπον γε τῷ Κυρίῳ ἐστὶ τὸ ἀναλίσκον τὰ τοιαῦτα*, etc. Sic hunc locum, in codice Regio misere luxatum et hiatibus plenum, sanitati restituimus partim ex codice Bodleiano, partim ex Barberino.

(75) *Ἐπεὶ γὰρ εἰς τὴν*, etc. Locus hic curatione indiget, quam ex codicibus nostris mss. vix sibi quis spondere possit. Ad marginem codicis Barberini et Bodleiani legitur : Ἐπεὶ γὰρ οἱ τὴν μέσην καὶ κοινότερον καλουμένην ζωὴν ζῶντες τοῦ περὶ ἡμᾶς πνεύματος, τὴν καλουμένην σωματικώτερον πνοὴν ζωῆς, ζωοποιούμεθα, etc., quam lectionem secutus videtur Ferrarius. Perionius pro ὁρῶντες legisse videtur ὑπιόντος, sic autem totum locum interpretatus est : « Quoniam enim cum in mediam, et in eam, quæ sæpius vita appellatur, spiritus qui nos ambit, intrat eo spiritu vitæ, qui crassior dicitur, vivi efficimur a spiritu, » etc. In codice Regio pro ὁρῶντες legitur ὀπῶντες, at participium ὀπῶν- D τες Græcum non est : ὑπιόντος quod legisse videtur Perionius, sensu caret, itemque ὁρῶντες codd. Bodleiani et Barberini. Aliis ergo pro ὁρῶντες scribendum videtur ὁρῶντος, ac vertunt ad hunc modum : « Tale quid mihi videtur et de illo : Spiritus est Deus. » Nam quia cum spiritus noster spectet ad mediam, et vulgarius appellatam vitam, quæ magis corporaliter vocatur flatus vitæ, vivificamur a spiritu; inde sumptum fuisse arbitror, ut Deus, qui nos ducit ad veram vitam, spiritus dicatur. Spiritus enim secundum Scripturam dicitur vivificare, plane non vivificatione media, sed ea, quæ divinior est. »

(76) *Κατὰ τόν*. Deest in codice Regio.

(77) *Καὶ ὑπολαμβάνοιμεν*. Καὶ desideratur in codice Regio.

(78) *Ἀνακαινισθήσεται*. Sic recte habent codd. Bodleianus et Barberinus, in Regio perperam legitur σωθήσεται.

illud [82] : « Insufflavit in faciem ejus flatum vitæ, et factus est homo in animam viventem : » adeo ut et inspirationem, et flatum vitæ, et vitam animæ spiritualiter intelligamus. Quoniam autem vis prædicta nacta animam sancti, quasi domunculam aptam, seipsam exhibet ad permanendum, ut ita loquar, in ea, et propter hoc illud scriptum esse etiam existimandum est [83] : « Inhabitabo in eis, et deambulabo inter ipsos, et ero illis Deus, et ipsi erunt mihi populus : » multa sane exercitatione egemus, ut perfecti et exercitati in his quæ Paulus [84] vocat sensoria, dijudicare possimus bona et mala, vera et falsa, videreque intelligibilia, quo diligentius, et ut Deo magis est decens, **234** juxta vires humanæ naturæ, intelligere possimus, quomodo Deus sit lux, quomodo ignis, quomodo spiritus. Quin in Regum tertio talia quædam de Deo suggerit Domini spiritus ad Eliam factus; dixit enim : « Egredieris cras, et stabis coram Domino in monte, et ecce præteribit Dominus, et ventus magnus, et fortis, diffindens montes, et confringens petras coram Domino : non in vento Dominus » (in aliis vero exemplaribus invenimus : In spiritu Domini) : « post ventum commotio, non in commotione Dominus; et post commotionem ignis, non in igne Dominus ; post ignem autem, vox auræ tenuis [85] ; » et fortasse in quantis oporteat nos versari pro cognoscendo atque apprehendendo Domino, declaratur per hæc verba, quæ non est præsentis temporis enarrare. Quemnam autem decuit de Deo dicere nobis quisnam sit, præter Filium? Nam « Patrem nemo novit, nisi Filius [86], » ut etiam nos, revelante Filio, agnoscamus quonam pacto Deus sit Spiritus, et contendamus Deum adorare in spiritu vivificante, non in littera occidente, eumque colere in veritate, non amplius in figuris et exemplaribus, perinde atque angeli, qui non exemplaribus et umbra cœlestium Deo deserviunt [87], sed rebus intelligibilibus et supercœlestibus : summum illum Sacerdotem secundum ordinem Melchisedech pro orantium atque egentium salute, habentes ducem cultus mystici atque ineffabilis visionis.

25. Sane in ea verba : « Spiritus est Deus [88], » inquit Heracleon : « Immaculata enim, et pura, et invisibilis est divina ipsius natura. » Sed hæc cum

A Τοιοῦτον δ' ἂν εἴη καὶ τό· « Ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς, καὶ ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν· » ὥστε καὶ τὸ ἐμφύσημα, καὶ τὴν πνοὴν τῆς ζωῆς, καὶ τὴν ζωὴν τῆς ψυχῆς πνευματικὸν (79) ἀκούειν ἡμᾶς. Ἐπεὶ δὲ ἡ προειρημένη δύναμις οἷον οἰκητήριον ἐπιτήδειον εὑροῦσα τὴν τοῦ ἁγίου ψυχὴν, ἐπιδίδωσιν ἑαυτὴν τῇ ἐν αὐτῇ, ἵν' οὕτως εἴπω, μόνῃ γεγράφθαι νομιστέον τό· « Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἔσομαι αὐτοῖς Θεὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός· » πλείονος μέντοιγε συγγυμνασίας δεόμεθα εἰς τὸ τελειωθέντας ἡμᾶς, καὶ τὰ λεγόμενα παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ αἰσθητήρια γεγυμνασμένους (80), διακριτικοὺς γενέσθαι ἀγαθῶν τε καὶ κακῶν, ἀληθῶν τε καὶ ψευδῶν, καὶ θεωρητικοὺς νοητῶν, ἵνα δυνηθῶμεν ἐπιμελέστερον καὶ
B θεοπρεπέστερον κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον ἀνθρωπίνῃ φύσει νοῆσαι πῶς ἐστιν ὁ Θεὸς φῶς, καὶ πῦρ, καὶ πνεῦμα. Καὶ ἐν τῇ τρίτῃ δὲ τῶν Βασιλειῶν τὸ γενόμενον πνεῦμα Κυρίου πρὸς Ἠλίαν τοιάδε τινὰ ὑποβάλλει περὶ Θεοῦ· εἶπε γάρ· « Ἐξελεύσῃ αὔριον, καὶ στήσῃ ἔναντι Κυρίου ἐν τῷ ὄρει· ἰδοὺ παρελεύσεται Κύριος, καὶ πνεῦμα μέγα, καὶ κραταιὸν, διαλύον ὄρη, καὶ συντρίβον πέτρας ἐνώπιον Κυρίου· οὐκ ἐν τῷ πνεύματι Κύριος » (ἐν δὲ ἄλλοις εὕρομεν (81)· Ἐν τῷ πνεύματι Κυρίου)· « μετὰ τὸ πνεῦμα συσσεισμὸς, οὐκ ἐν τῷ συσσεισμῷ Κύριος· καὶ μετὰ τὸν συσσεισμὸν πῦρ, οὐκ ἐν τῷ πυρὶ Κύριος· καὶ μετὰ τὸ πῦρ φωνὴ αὔρας λεπτῆς· » καὶ τάχα γε ἐν ὅσοις δεήσει γίνεσθαι περὶ τῆς καταλήψεως τοῦ Κυρίου
C δηλοῦται διὰ τούτων, ἅπερ οὐ τοῦ παρόντος ἂν εἴη (82) καιροῦ διηγήσασθαι. Τίνα δὲ ἔπρεπε λέγειν ἡμῖν περὶ τοῦ Θεοῦ, ὅστις ἐστὶν, ἢ τὸν Υἱόν (83) ; « Οὐδεὶς γὰρ ἔγνω τὸν Πατέρα εἰ μὴ ὁ Υἱὸς, » ἵνα καὶ ἡμεῖς, ἀποκαλύπτοντος τοῦ Υἱοῦ, γνῶμεν πῶς πνεῦμά ἐστιν ὁ Θεὸς, καὶ φιλοτιμησώμεθα ἐν πνεύματι τῷ ζωοποιοῦντι, καὶ μὴ γράμματι τῷ ἀποκτείνοντι (84), προσκυνεῖν τὸν Θεὸν, καὶ ἐν ἀληθείᾳ σέβειν αὐτὸν, καὶ μηκέτι τύποις, μηδὲ σκιαῖς (85), καὶ ὑποδείγμασιν, ὥσπερ οὐδὲ οἱ ἄγγελοι ὑποδείγμασι καὶ σκιᾷ περὶ ἀνθρώπων (86) λατρεύουσι τῷ Θεῷ, ἀλλὰ τοῖς νοητοῖς καὶ ἐπουρανίοις, τὸν κατὰ τὴν τάξιν τοῦ Μελχισεδὲκ ἀρχιερέα ὁδηγὸν ἔχοντες ὑπὸ τῶν δεομένων σωτηρίας λατρείας, καὶ μυστικῆς καὶ ἀποῤῥήτου θεωρίας.

25. Εἰς μέντοιγε τό· « Πνεῦμα ὁ Θεὸς, » ὁ Ἡρα-
D κλέων φησίν· « Ἄχραντος γὰρ, καὶ καθαρὰ, καὶ ἀόρατος ἡ θεία (87) φύσις αὐτοῦ. » Οὐχ οἶδα δὲ εἰ ἐδί-

[82] Gen. II, 7. [83] II Cor. VI, 16 ; Levit. XXVI, 12. [84] Hebr. V, 14. [85] III Reg. XIX, 11, 12. [86] Matth. XI, 27. [87] Hebr. VIII, 5. [88] Joan. IV, 24.

(79) *Πνευματικόν*. Forte scribendum πνευματικῶς.

(80) Codd. Bodleianus et Barberinus, γεγυμνασμένους; Regius, γεγυμνασμένα.

(81) Codex Bodleianus, εὑρίσκομεν.

(82) *Ἅπερ οὐ τοῦ παρόντος ἂν εἴη*. Ita cod. Bodleianus ; Regius perperam omisit οὐ.

(83) *Τίνα δὲ ἔπρεπε λέγειν ἡμῖν περὶ τοῦ Θεοῦ, ὅστις ἐστὶν, ἢ τὸν Υἱόν*; Sic habet codex Regius, sensusque apertus est ; Ferrarius vero cum legeret, uti habetur in codd. Bodleiano et Barberino, Τινὰ δὲ ἔπρεπε λέγειν ἡμῖν περὶ τοῦ Θεοῦ, ὅστις ἐστὶν, ἢ τοῦ Υἱοῦ, omnia perturbavit vertendo : « Decuit autem nos aliqua de Deo dicere, quisnam sit, vel de Filio (nam Patrem nemo agnovit, nisi Filius), ut etiam nos, » etc.

(84) Codex Bodleianus, ἀποκτιννύντι.

(85) *Μηδὲ σκιαῖς*. Deest in eodem codice Bodleiano.

(86) *Περὶ ἀνθρώπων*. Ita legitur in textu trium nostrorum mss. In margine codicis Bodleiani emendatur his verbis τῶν ἐπουρανίων, rursumque alia manu, ὥσπερ οἱ ἄνθρωποι. Priorem conjecturam secutus est in sua interpretatione Ferrarius.

(87) Codd. Regius et Barberinus, καὶ θεία.

ἔαξεν ἡμᾶς ταῦτα εἰπὼν, πῶς ὁ Θεὸς πνεῦμά ἐστι· τὸ δέ· « Τοὺς προσκυνοῦντας ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν, » σαφηνίζειν νομίζων φησίν· « Ἀξίως τοῦ προσκυνουμένου πνευματικῶς, οὐ σαρκικῶς· καὶ γὰρ αὐτοὶ τῆς αὐτῆς φύσεως ὄντες τῷ Πατρὶ πνεῦμά εἰσιν, οἵτινες κατὰ ἀλήθειαν, καὶ οὐ κατὰ πλάνην προσκυνοῦσι, καθὸ καὶ ὁ Ἀπόστολος διδάσκει λέγων λογικὴν λατρείαν τὴν τοιαύτην θεοσέβειαν. » Ἐπιστήσωμεν δὲ (88) εἰ μὴ σφόδρα ἐστὶν ἀσεβὲς ὁμοουσίους τῇ ἀγεννήτῳ φύσει καὶ παμμακαρίᾳ εἶναι λέγειν τοὺς προσκυνοῦντας ἐν πνεύματι (89) τῷ Θεῷ, οὓς πρὸ βραχέος εἶπεν αὐτὸς ὁ Ἡρακλέων ἐκπεπτωκότας, τὴν Σαμαρεῖτιν λέγων πνευματικῆς φύσεως οὖσαν ἐκπεπορνευκέναι (90). Ἀλλ' οὐχ ὁρῶσιν οἱ ταῦτα λέγοντες, ὅτι παντὸς τῶν ἐναντίων καὶ τῶν αὐτῶν δεκτικόν. Εἰ δὲ ἐδέξατο τὸ πορνεῦσαι ἡ πνευματικὴ φύσις, ὁμοούσιος οὖσα τῇ ἀγεννήτῳ, ἀνόσια καὶ ἄθεα καὶ ἀσεβῆ ἀκολουθεῖ τῷ λόγῳ τῷ κατ' αὐτοὺς περὶ Θεοῦ· οὐδὲ φαντασιωθῆναι ἀκίνδυνόν ἐστιν ἀλλήλοις. Πειθόμενοι τῷ Σωτῆρι λέγοντι· « Ὁ Πατὴρ ὁ πέμψας με μείζων μου ἐστί, » καὶ διὰ τοῦτο μὴ ἐνεγκόντι μηδὲ τὴν, ἀγαθὸς, προσηγορίαν τὴν κυρίαν, καὶ ἀληθῆ, καὶ τελείαν παραδέξασθαι αὐτῷ προσφερομένην, ἀλλὰ ἀναφέροντι αὐτὴν εὐχαρίστως τῷ Πατρὶ μετ' ἐπιτιμήσεως πρὸς τὸν βουλόμενον (91) ὑπερδοξάζειν τὸν Υἱὸν, πάντων μὲν τῶν γενητῶν ὑπερέχειν, οὐ συγκρίσει, ἀλλ' ὑπερβαλλούσῃ ὑπεροχῇ φαμεν τὸν Σωτῆρα, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὑπερεχόμενον (92) τοσοῦτον ἢ καὶ πλέον ἀπὸ τοῦ Πατρὸς, ὅσῳ ὑπερέχει αὐτὸς καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα τῶν λοιπῶν, οὐ τῶν τυχόντων· ὅση γὰρ δοξολογία τοῦ ὑπερέχοντος θρόνων, κυριοτήτων, ἀρχῶν, ἐξουσιῶν, καὶ

dixerit, haud scio an docuerit nos quomodo Deus sit spiritus. Illud etiam : « Adorantes oportet adorare in spiritu et veritate [59]; » ratus se declarare, inquit : « Pro dignitate ejus qui adoratur spiritualiter, non carnaliter : etenim ipsi ejusdem naturæ cum Patre exsistentes sunt spiritus, qui secundum veritatem et non secundum errorem adorant, quemadmodum et Apostolus docet dicens « rationabilem cultum [60], » talem Dei cultum. »
235 Sed adnotabimus an non valde sit impium dicere quod adorantes Deum in spiritu [et veritate,] ejusdem sint essentiæ cum ingenita illa et undequaque beata natura, quos paulo ante dixerat ipse Heracleon lapsos fuisse, cum Samaritidem diceret spiritualis exsistentem naturæ, meretricatam fuisse. Sed hæc dicentes non vident omnino contrariorum rem eamdem esse capacem. Quod si spiritalis natura, quæ ejusdem est ac divina substantiæ, fornicari potuit, profana, et impia, et irreligiosa de Deo consequuntur ex eorum ratione : ac ne sine periculo quidem [conferri possunt] hæc inter se atque imaginari. Obtemperantes Servatori dicenti [61] : « Pater qui misit me, major me est, » nec ideo toleranti admittere oblatam sibi boni appellationem, propriam, et veram, et perfectam, sed gratiose admodum referenti eam ad Patrem [62], cum increpatione illius qui volebat glorificare Filium, dicimus, non comparatione, sed exuberanti excellentia omnibus quæ facta sunt, antecellere Servatorem, et Spiritum sanctum, qui tanta aut majore præstantia a Patre superatur, quanta ipse atque Spiritus sanctus reliqua, non quælibet, superant. Quanta enim

[59] Joan. IV, 24. [60] Rom. XII, 1. [61] Joan. XIV, 28. [62] Marc. X, 18; Luc. XVIII, 19.

(88) *Ἐπιστήσωμεν δέ*, etc. Origenes hic impietatis arguit Heracleonem, qui ejusdem esse ac Deum essentiæ fingebat quicunque ipsum spiritu adorarent. Qui ergo vera sit intentata adversus eum criminatio ab Hieronymo epist. 59, ad Avit., cap. 4 : « Ne parvam putaremus, inquit, impietatem esse eorum quæ præmiserat, in ejusdem voluminis (*Περὶ ἀρχῶν*) fine conjungit omnes rationabiles naturas, id est, Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, angelos, potestates, dominationes, cæterasque virtutes, ipsum quoque hominem secundum animæ dignitatem unius esse substantiæ. » « Intellectualem, inquit, rationabilemque naturam « sentit Deus, et unigenitus Filius ejus, et Spiritus « sanctus; sentiunt angeli, et potestates, cæteræque « virtutes; sentit interior homo noster, qui ad ima« ginem et similitudinem Dei conditus est. Ex quo « concluditur Deum, et hæc quodammodo unius esse « substantiæ. » Sed Origenes vocem addens, « quodammodo, » impietatis reprehensionem a se removet. « Unum addit, » inquit Hieronymus, « verbum, *quodammodo*, ut tanti sacrilegii crimen effugeret. » Quidni potius ut opinionis hujus neutiquam affinem se declararet? Sic in libro *De martyrio*, num. 47, Ἔτι δὲ καὶ ἐφιλοζώει ἄνθρωπος, πεῖσμα λαβὼν περὶ οὐσίας λογικῆς ψυχῆς, ὡς ἐχούσης τι συγγενὲς Θεῷ. Quod si e Dei substantia delibatam censuisset animam, non affine aliquid habere, sed ipsius particulam esse dixisset. Affine autem cum eo quidpiam habet, quod ad ejus imaginem condita sit, quod lumine divino vultus ipsius signatus sit, quod mortis expers et beatitatis æternæ capax sit. Hoc etiam crimine se purgat Origenes quod animam corporatam esse decrevit. Qui enim corporea res pars esse Dei corpore carentis, qualem esse defendit Origenes, dici poterit? Nec minus hoc utile quod Hieronymus ep. 82, ad Marcellinum et Anapsychiam, germanam Origenis sententiam ab hac ipsi afficta distinguit. « Super animæ statu, inquit, memini vestræ quæstiunculæ, imo maxime ecclesiasticæ quæstionis, utrum lapsa de cœlo sit, ut Pythagoras philosophus, omnesque Platonici et Origenes putant; an a propria Dei substantia, ut Stoici, Manichæus, et Hispaniæ Priscilliani hæreses suspicantur. » Hæc observavit Huetius, cujus vide insuper *Origenianorum* lib. II, quæst. 1, num. 7.

(89) *Ἐν πνεύματι.* Ferrarius legebat ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ τῷ Θεῷ.

(90) Codd. Bodleianus et Barberinus, ἐκπεπορνευκέναι, Regius πεπορνευκέναι. Mox codex Bodleianus habet, Ἀλλ' οὐχ' ὁρῶσιν οἱ ταῦτα λέγοντες, ὅτι παντὸς τῶν ἐναντίων καὶ τῶν αὐτῶν δεκτικόν. Εἰ δὲ ἐδέξατο τὸ πορνεῦσαι ἡ πνευματικὴ φύσις, ὁμοούσιος οὖσα τῇ ἀγεννήτῳ, ἀνόσια, etc., sicque sanitati omnia restituuntur. Modo pro καὶ τῶν αὐτῶν legas καὶ τὸ αὐτό.

(91) Codex Regius perperam habet ἀναφέροντι τὴν εὐχαρίστως τῷ πνεύματι μετ' ἐπιτιμήσεως πρὸς ὃν βουλόμενον.

(92) *Ὑπερεχόμενον.* Videtur legendum ὑπερεχομένους. Hæc autem et sequentia, in quibus Filius substantia, dignitate, potestate, divinitate, et sapientia Patri neutiquam æquiparandus statuitur, expenduntur in *Origenianis*, lib. II, quæst. 2, num. 7.

sit doxologia Filii antecedentis thronos, dominationes, principatus, potestates, atque omne nomen quod nominatur non solum in hoc sæculo, verum etiam in futuro [63], et præterea sanctos angelos, ac spiritus, et animas justas .... etiam dicere. Sed tamen cum ipse tantis ac talibus naturis præstet essentia, antiquitate, et potestate, ac divinitate, atque sapientia (est enim animatum Verbum), Patri nulla re comparatur. Est enim imago **236** ejus bonitatis, splendorque non Dei, sed ejus gloriæ, ejusque lucis æternæ; et radius, non Patris, sed ejus potestatis; sinceraque præpotentis ejus gloriæ fluxio, et speculum immutabilis ejusdem operationis [64], per quod speculum Paulus et Petrus eisque similes Deum vident, dicentis : « Qui vidit me, vidit Patrem meum, qui misit me [65]. »

26. « Dicit ei mulier : Scio Messiam venturum esse, qui dicitur Christus : cum venerit ille, annuntiabit nobis omnia [66]. » Dignum est ut videamus quonam pacto Samaritis, nihil plus admittens quam quinque Moysis libros, Christi adventum exspectat, veluti tantum a lege nuntiatum : ac profecto consentaneum est eam futurum hujus adventum sperasse ex benedictione quam Judæ Jacob dedit dicens [67] : « Juda, te laudabunt fratres tui : manus tuæ in cervice hostium tuorum : genu flectent tibi filii patris tui ; » et post pauca : « Non deficiet dux de Juda, et princeps de femoribus ejus, donec venerint reposita illi, et ipse exspectatio gentium [68]. » Quin verisimile est Samaritanos ex prophetiis Balaam idem sperasse, et ex hac præsertim [69] : « Egredietur homo ex semine ejus, et dominabitur gentibus multis, et exaltabitur regnum Gog, et regnum ejus augebitur : Deus deducet eum ex Ægypto : gloria ejus veluti gloria unicornis : devorabit gentes inimicorum suorum, et crassities illorum medulla privabit, et jaculis suis inimicum impetet : decumbens requievit ut leo, et ut catulus leonis : quis excitabit eum ? benedicentes te benedicentur, et exsecrantes te exsecrati sint. » Quin in sequentibus etiam inquit ipse Balaam [70] : « Apparebo illis, et non nunc : beatifico et non approximat : orietur astrum ex Jacob, et exsurget homo ex Israel, et vulnerabit duces Moab, et captivos ducet omnes filios Seth, et erit Edom hæreditas : et erit hæreditas Esau inimicus ejus, et Israel fecit in fortitudine, et excitabitur ex Jacob, et perdet servatum ex urbe. » Inspicies vero num forte Samaritanis quoque complaceat ut Moysis benedictio ad Judam, referatur ad Christum, sic habens [71] : « Exaudi, Domine, vocem Juda, et ad

A παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι, πρὸς τούτοις καὶ ἁγίων ἀγγέλων, καὶ πνευμάτων, καὶ ψυχῶν δικαίων,... καὶ λέγειν (93). Ἀλλ' ὅμως τῶν τοσούτων καὶ τηλικούτων ὑπερέχων οὐσίᾳ, καὶ πρεσβείᾳ, καὶ δυνάμει, καὶ θειότητι (ἔμψυχος γάρ ἐστι Λόγος), καὶ σοφίᾳ, οὐ συγκρίνεται κατ' οὐδὲν τῷ Πατρί (94). Εἰκὼν γάρ ἐστι τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ, καὶ ἀπαύγασμα οὐ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τῆς δόξης αὐτοῦ, καὶ τοῦ ἀϊδίου φωτὸς αὐτοῦ, καὶ ἀτμὶς (95) οὐ τοῦ Πατρὸς, ἀλλὰ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, καὶ ἀπόῤῥοια εἰλικρινὴς τῆς παντοκρατορικῆς δόξης αὐτοῦ, καὶ ἔσοπτρον ἀκηλίδωτον τῆς ἐνεργείας αὐτοῦ, δι' οὗ ἐσόπτρου Παῦλος, καὶ Πέτρος, καὶ οἱ παραπλήσιοι αὐτοῖς βλέπουσι τὸν Θεὸν λέγοντος (96)·
B « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν Πατέρα τὸν πέμψαντά με. »

26. « Λέγει αὐτῷ ἡ γυνή· Οἶδα, ὅτι Μεσσίας ἔρχεται ὁ λεγόμενος Χριστός· ὅταν ἔλθῃ ἐκεῖνος, ἀναγγελεῖ ἡμῖν ἅπαντα. » Ἄξιον ἰδεῖν πῶς ἡ Σαμαρεῖτις πλεῖον τῆς Πεντατεύχου Μωϋσέως μηδὲν προσιεμένη, τὴν παρουσίαν Χριστοῦ, ὡς ἀπὸ τοῦ νόμου μόνου κηρυσσομένην, προσδοκᾷ· καὶ εἰκός γε ἐκ τῆς εὐλογίας τοῦ Ἰακὼβ τῆς πρὸς τὸν Ἰούδαν ἐλπίζειν αὐτοῦ ἔσεσθαι καὶ τὴν ἐπιδημίαν λέγοντος· « Ἰούδα, σὲ αἰνέσαισαν οἱ ἀδελφοί σου· αἱ χεῖρές σου ἐπὶ νώτου τῶν ἐχθρῶν σου· προσκυνήσουσί σοι υἱοὶ τοῦ πατρός σου· » καὶ μετ' ὀλίγα·
C « Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν. » Εἰκὸς δὲ καὶ ἐκ τῶν προφητειῶν τοῦ Βαλαὰμ τὸ αὐτὸ αὐτοὺς ἐλπίζειν, τῆς τε· « Ἐξελεύσεται ἄνθρωπος ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ, καὶ κυριεύσει ἐθνῶν πολλῶν, καὶ ὑψωθήσεται ἡ Γὼγ βασιλεία, καὶ αὐξηθήσεται ἡ βασιλεία αὐτοῦ· Θεὸς ὡδήγησεν αὐτὸν ἐξ Αἰγύπτου, ὡς δόξα μονοκέρωτος αὐτῷ· ἔδεται ἔθνη ἐχθρῶν αὐτοῦ, καὶ τὰ πάχη αὐτῶν ἐκμυελιεῖ, καὶ ταῖς βολίσιν αὐτοῦ κατατοξεύσει ἐχθρόν· κατακλιθεὶς (97) ἀνεπαύσατο ὡς λέων, καὶ ὡς σκύμνος· τίς ἀναστήσει αὐτόν; οἱ εὐλογοῦντές σε εὐλόγηνται, καὶ οἱ καταρώμενοί σε κεκατήρανται. » Καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς δέ φησιν αὐτὸς Βαλαάμ· « Δείξω αὐτοῖς, καὶ οὐχὶ νῦν· μακαρίζω, καὶ
D οὐκ ἐγγίζει· ἀνατελεῖ ἄστρον ἐξ Ἰακὼβ, καὶ ἀναστήσεται ἄνθρωπος ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ θραύσει τοὺς ἀρχηγοὺς Μωὰβ, καὶ προνομεύσει πάντας τοὺς υἱοὺς Σὴθ, καὶ ἔσται Ἐδὼμ κληρονομία· καὶ ἔσται κληρονομία (98) Ἡσαῦ ὁ ἐχθρὸς αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ ἐποίησεν ἐν ἰσχύϊ, καὶ ἐξεγερθήσεται ἐξ Ἰακὼβ, καὶ ἀπολεῖ σωζόμενον ἐκ πόλεως. » Ἐπιστήσεις δὲ εἰ καὶ ἡ τοῦ Μωϋσέως πρὸς Ἰούδαν εὐλογία εἰς Χριστὸν ἀνα-

[63] Ephes. I, 21. [64] Sap. VII, 25, 26. [65] Joan. XII, 45. [66] Joan. IV, 25. [67] Gen. XLIX, 8. [68] ibid. 10. [69] Num. XXIV, 7 et seq. [70] ibid. 17 et seq. [71] Deut. XXXIII, 7.

(93) *Καὶ λέγειν*. Hiatus est in mss. Quid autem desit, aliis divinandum relinquo.

(94) *Οὐ συγκρίνεται κατ' οὐδὲν τῷ Πατρί*. Novatianus, seu quisquis auctor est libri *De Trinitate*, qui Operibus Tertulliani adjungi solet, cap. 17 : « Quamvis enim se ex Deo Patre Deum esse meminisset, nunquam se Deo Patri aut comparavit, aut contulit, memor se esse ex suo Patre, et hoc ipsum quod est, habere se, quia Pater dedisset. » HUETIUS.

(95) *Καὶ ἀτμίς*. Perionius legit, καὶ ἀκτίς, sed ex Sap. VII, 25, omnino retinendum ἀτμίς.

(96) Codd. Bodleianus et Barberinus, λέγοντος· Regius, λέγοντα, male.

(97) Codex Regius, καὶ κατακλιθείς.

(98) Idem codex Regius, ἡ κλη‹ρ›ονομία

φέρεσθαι καὶ τοῖς Σαμαρεῦσιν ἂν συνδοκοίη, οὕτως ἔχουσα· « Εἰσάκουσον, Κύριε, φωνὴν Ἰούδα, καὶ εἰς τὸν λαὸν αὐτοῦ ἔλθοις ἄν· αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἅμα κρίνουσιν αὐτῷ, καὶ βοηθὸς ἐκ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ (99) ἔσῃ. » Ἐπεὶ δὲ αὐχοῦσι πατριάρχην Σαμαρεῖς τὸν Ἰωσήφ, ἐφίστημι μήποτε τήν τε τοῦ Ἰακὼβ εἰς τὸν Ἰωσὴφ τινες εὐλογίαν αὐτῷ, καὶ τὴν τοῦ Μωϋσέως ἐκδέξονται λέγεσθαι εἰς τὴν Χριστοῦ παρουσίαν. Τῷ δὲ βουλομένῳ ἐξέσται ἀπ' αὐτῆς τῆς Γραφῆς λαβεῖν τὰ ῥητά· καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Σωτὴρ, εἰδὼς Μωϋσέα πολλὰ ἀναγεγραφότα τῆς περὶ Χριστοῦ προφητείας (1), φησὶ τοῖς Ἰουδαίοις· « Εἰ ἐπιστεύετε Μωϋσεῖ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί· περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψε. » Τυπικῶς μὲν οὖν καὶ αἰνιγματωδῶς ἀναφερόμενα εἰς τὸν Χριστὸν τῶν ἀναγεγραμμένων ἐν τῷ Νόμῳ πλεῖστα ὅσα ἔστιν εὑρεῖν· γυμνότερα δὲ καὶ σαφέστερα ἐγὼ οὐχ ὁρῶ ἐπὶ τοῦ παρόντος ἄλλα τινὰ παρὰ ταῦτα. Μεσσίας μέντοιγε Ἑβραϊστὶ, καλεῖται. ὅπερ οἱ μὲν Ἑβδομήκοντα, *Χριστός*, ἡρμήνευσαν· ὁ δὲ Ἀκύλας, *Ἠλειμμένος*.

27. Θεωρητέον καὶ τό· « Ὅταν ἔλθῃ ἐκεῖνος, ἀναγγελεῖ ἡμῖν ἅπαντα, » πότερον ἀπὸ παραδόσεως τῇ Σαμαρείτιδι εἴρηται, ἢ ἀπὸ τοῦ Νόμου. Οὐκ ἀγνοητέον μέντοιγε, ὅτι, ὥσπερ ἀπὸ Ἰουδαίων ἀνέστη ὁ Ἰησοῦς Χριστὸς εἶναι (2) οὐ μόνον λέγων, ἀλλὰ καὶ ἀποδεικνύς· οὕτως ἀπὸ Σαμαρέων Δοσίθεός (3) τις ἀναστὰς ἔφασκεν ἑαυτὸν εἶναι τὸν προπεφητευμένον Χριστὸν, ἀφ' οὗ δεῦρο μέχρι εἰσὶν οἱ Δοσιθεινοὶ (4), φέροντες καὶ βίβλους τοῦ Δοσιθέου, καὶ μύθους τινὰς περὶ αὐτοῦ διηγούμενοι, ὡς μὴ γευσαμένου θανάτου, ἀλλ' ἐν τῷ βίῳ που τυγχάνοντος. Καὶ ταῦτα μὲν ὡς πρὸς τὴν λέξιν. Ἀλλὰ καὶ ἡ ἑτερόδοξος παρὰ τῇ πηγῇ τοῦ Ἰακὼβ, φρέατι ὑπ' αὐτῆς εἶναι νομιζομένῳ, γνώμη (5), ὃν ὑπολαμβάνει εἶναι τελειότερον Λόγον, τοῦτον Χριστὸν ὀνομάζουσά φησιν· « Ὅταν ἔλθῃ ἐκεῖνος, ἀναγγελεῖ ἡμῖν ἅπαντα· » παρὼν δὲ αὐτῇ ὁ προσδοκώμενος, καὶ ἐλπιζόμενος, φησὶ τό· « Ἐγώ εἰμι ὁ λαλῶν σοι. » Ὅρα δὲ καὶ τὸν Ἡρακλέωνα τί φησί· λέγει γὰρ, ὅτι « Προσεδέχετο ἡ Ἐκκλησία τὸν Χριστὸν, καὶ ἐπέπειστο περὶ αὐτοῦ, ὅτι τὰ πάντα μόνος ἐκεῖνος ἐπίσταται. »

28. « Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Ἐγώ εἰμι ὁ λαλῶν σοι· καὶ ἐπὶ τοῦτο ἦλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ ἐθαύμαζον, ὅτι μετὰ γυναικὸς ἐλάλει· οὐδεὶς μέντοιγε εἶπε· Τί ζητεῖς, ἢ τί λαλεῖς μετ' αὐτῆς; » Ζητητέον εἴ που ὁ Χριστὸς ἑαυτὸν εὐηγγελίσατο, καὶ συγκριτέον ταῦτα ἀλλήλοις, ὥσπερ· « Ἐγώ εἰμι ὁ μαρτυρῶν περὶ ἐμαυτοῦ, καὶ μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ ὁ πέμψας με Πατήρ· » καὶ ἐν τῷ· « Εἰ ἐπιστεύετε Μωϋσεῖ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί· περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψε· » καὶ εἴ τι

A populum ejus, quæso, venias : manus ejus simul judicant eum, et adjutor sibi ab inimicis ejus eris. » Sed quoniam gloriantur Samaritani de patriarcha Joseph, **237** inspicio num forte aliqui et benedictionem Jacob ad Joseph, et benedictionem Moysis accipiant dici de Christi adventu. Poterit autem quisquis voluerit ex ipsa Scriptura sumere verba. Quin Servator ipse sciens Moysen multa de Messiæ prophetia scripsisse, ad Judæos inquit : « Si Moysi crederetis, crederetis etiam mihi, de me enim ille scripsit [72]. » Quamobrem quamplurima invenire licet scripta in lege tum typice aperte, tum obscure, quæ referantur ad Christum. Apertiora vero alia et manifestiora præter hæc, ego in præsentia non video. Messias quidem lingua Hebræorum dicitur, quod Septuaginta interpretati sunt, *Christus*; B Aquilas vero, *Unctus*.

27. Intuendum et illud : « Cum venerit ille, annuntiabit nobis omnia [73], » utrum ex traditione id dixerit Samaritis, an ex lege. Nec sane ignorandum est, ut Jesus seipsum non solum esse ex Judæis Messiam dicebat, sed etiam demonstrabat; sic Dositheum etiam quemdam exstitisse ex Samaritanis, qui seipsum diceret Messiam prophetatum, a quo usque nunc Dositheini sunt, libros Dosithei circumferentes, et fabulas quasdam enarrantes de eo, perinde quasi ille non perierit, sed alicubi in C hac vita degat. Et hæc quidem, quod ad lectionis seriem attinet. Quin etiam diversæ sectæ mulier apud fontem Jacob, quem puteum putabat, quem mente suspicatur esse perfectiorem Λόγον, [id est « Sermonem, »] hunc Christum nominans inquit : « Cum venerit ille, annuntiabit nobis omnia; » præsens autem cum esset ille qui et exspectabatur et sperabatur : « Ego sum, qui tecum loquor, » inquit [74]. Sed vide quid Heracleon dicat; inquit enim : « Exspectabat Ecclesia Christum, et persuasum habebat solum illum omnia nosse. »

28. « Dicit illi Jesus : Ego sum qui loquor tecum. Et interim venerunt discipuli ejus, mirabanturque quod cum muliere loqueretur ; nemo tamen dixit : Quid quæris, aut cur loqueris cum ea [75]? » Inquirere D debemus sicubi Christus evangelizaverit seipsum, locaque inter se conferre, veluti : « Ego sum, qui de meipso testimonium fero, et testatur de me, qui misit me, Pater [76]; » et illud : « Si crederetis Moysi, crederetis etiam mihi, de me enim ille scripsit [77], » et si quid horum **238** simile dictum est

[72] Joan. v, 46. [73] Joan. IV, 25. [74] ibid. 26. [75] ibid. 26, 27. [76] Joan. v, 31, 37. [77] ibid. 46.

(99) Codex Regius, αὐτῶν.

(1) *Προφητείας*. In margine codicis Bodleiani admonetur forte legendum παρουσίας.

(2) *Χριστὸς εἶναι*. In editione Huetii deest Χριστὸς, sed restituitur e codd. Bodleiano et Barberino.

(3) *Δοσίθεος*, etc. Origenes lib. I *contra Celsum*, num. 57, et lib. VI, num. 11 ; Tract. XXVII *in Matth.*, pag. 851, et homil. 25 *in Luc.*, pag. 962; Tertullianus *De præscr. adv. hæreticos*, cap. 45; Epiphanius hæres. XIII ; Philastrius cap. 4, et alii plerique. HUETIUS.

(4) *Δοσιθεινοί*. Δοσιθεηνοί appellantur ab Origene lib. VI *contra Celsum*, num. 11, et *Dositheani* Tract. XXVII *in Matth.* veteris interpretationis, pag. 851 ; Δοσίθεοι ab Epiphanio, Theodoreto et Damasceno. ID.

(5) *Γνώμη*. Ferrarius legebat γυνή.

in aliquo Evangelio. Verumtamen, quod ad lectionis seriem attinet, ab ipso hinc discimus, quod mitis et humilis corde [78] sit, talibus de rebus disserere non spernens cum muliere aquam gerente, et ob multam paupertatem ex urbe egressa ac laborante in haurienda aqua. Ac profecto mirantur discipuli supervenientes, qui præviderant magnitudinem divinitatis in ipso, miranturque quomodo tantus cum muliere loqueretur; sed nos, jactantia ac superbia ducti, simplices despicimus, obliti illud singulatim ad quemvis hominem pertinere: « Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram [79], » et memoria non repetentes fingentem in utero, et fingentem singulatim corda hominum omnium, et intelligentem in omnia opera eorum [80], non agnoscimus quod abjectorum et parvulorum Deus est auxiliator, et susceptor infirmorum, succurrens desperantibus, et eos qui deplorati sunt servans. Utitur autem hac muliere veluti apostola ad eos qui erant in urbe, in tantum eam sermonibus inflammans, ut dimissa hydria sua mulier abierit in civitatem, dixeritque hominibus: « Venite, videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcunque feci: an hic est ille Christus? Tunc ex urbe exierunt, et venerunt ad ipsum [81]; » atque mulierem hanc non posthabens, apertissime seipsum ostendit Sermo Dei Filius, adeo ut cum venissent apostoli, mirarentur si cum hac femella, et quæ facile decipi posset, dignaretur colloqui Sermo Filius Dei. Attamen omnia præclare fieri a Sermone persuasi discipuli, non increpant Jesum, nec dubitant de disputatione ejus cum Samaritide, vel de Samaritidis collocutione cum Jesu: fortassis vero etiam obstupuerant de multa bonitate Filii Dei condescendentis animæ spernenti Sion, et spem in montem Samariæ habenti; quam ob causam scriptum est: « Mirabantur, quod cum muliere loqueretur [82]. » Heracleon vero in ea verba: « Ego sum, qui loquor tecum [83], » inquit, Samaritidi, quoniam persuasa fuerat Christum, cum venisset, omnia illi annuntiaturum, dicere Jesum hæc verba: « Scito illum quem tu exspectas, (6) [me esse, qui tecum loquor; » et cum seipsum eum esse qui venturus exspectaretur, confessus esset,] inquit etiam Heracleon, « Venerunt ad eum discipuli **239** quorum causa venerat in Samariam. » At quonam pacto discipulorum causa in Samariam venerat, qui cum illo prius fuerant?

29. « Reliquit igitur mulier hydriam suam, et ci-

A τούτοις παραπλήσιον ἔν τινι τῶν Εὐαγγελίων εἴρηται. Πλὴν ὅσον ἐπὶ τῷ ῥητῷ μανθάνομεν ἀπ' αὐτοῦ καὶ ἐντεῦθεν, ὅτι πρᾶός ἐστι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, μὴ ὑπερηφανῶν περὶ τηλικούτων πραγμάτων διαλέγεσθαι ὑδροφόρῳ γυναικὶ διὰ πολλὴν πενίαν ἐξιούσῃ τῆς πόλεως (7), καὶ καμνούσῃ εἰς τὸ ὑδρεύσασθαι. Θαυμάζουσί γε καὶ οἱ μαθηταὶ ἐπελθόντες προτεθεωρηκότες τὸ μέγεθος τῆς ἐν αὐτῷ θεότητος, καὶ θαυμάζουσι τίνα τρόπον ὁ τηλικοῦτος μετὰ γυναικὸς ἐλάλει· ἡμεῖς δὲ, ὑπὸ ἀλαζονείας καὶ ὑπὸ ὑπερηφανίας ἀγόμενοι, τοὺς εὐτελεστέρους ὑπερορώμεθά τε, ἐπιλανθανόμενοι τοῦ καθ' ἕκαστον ἄνθρωπον εἶναι τό· « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν (8), » καὶ μὴ μεμνημένοι τοῦ πλάσσοντος ἐν κοιλίᾳ, καὶ πλάσσοντος κατὰ μόνας τὰς καρδίας
B πάντων ἀνθρώπων, καὶ συνιέντος εἰς πάντα τὰ ἔργα αὐτῶν οὐ γινώσκομεν, ὅτι ταπεινῶν ἐστιν ὁ Θεὸς, καὶ ἐλαττόνων βοηθὸς, καὶ ἀντιλήπτωρ ἀσθενούντων, ἀπηλπισμένων σκεπαστὴς, καὶ ἀπεγνωσμένων Σωτήρ. Οἱονεὶ δὲ καὶ ἀποστόλῳ πρὸς τοὺς ἐν τῇ πόλει χρῆται τῇ γυναικὶ ταύτῃ, ἐπὶ τοσοῦτον ἐξάψας αὐτὴν διὰ τῶν λόγων, ἕως, ἀφεῖσα τὴν ὑδρίαν αὐτῆς, ἡ γυνὴ ἀπελθοῦσα εἰς τὴν πόλιν εἴπῃ τοῖς ἀνθρώποις· « Δεῦτε, ἴδετε ἄνθρωπον, ὃς εἶπέ μοι πάντα ὅσα ἐποίησα (9)· μήτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός; » Ὅτε (10) ἐξῆλθον ἐκ τῆς πόλεως, καὶ ἤρχοντο πρὸς αὐτὸν, καὶ τῇ τοιᾷδε μὲν μὴ ὑστερῶν τότε σαφέστατα ἐμφανίζει (11) ἑαυτὸν ὁ Λόγος, ὡς ἐλθόντας τοὺς μαθητὰς θαυμάζειν εἰ καὶ αὕτη ἠξίωται θῆλύς τις εὐεξαπάτητος οὖσα
C τυχεῖν (12) τῆς ὁμιλίας πρὸς αὐτὴν τοῦ Λόγου. Πλὴν πειθόμενοι καλῶς ὑπὸ τοῦ Λόγου πάντα γίνεσθαι οἱ μαθηταὶ οὐκ ἐπιπλήττουσιν, οὐδὲ ἐπαποροῦσι περὶ τῆς πρὸς τὴν Σαμαρεῖτιν ζητήσεως, καὶ τῆς πρὸς αὐτὴν κοινολογίας· τάχα δὲ καὶ καταπεπλήγασι τὴν πολλὴν χρηστότητα τοῦ Λόγου συγκαταβαίνοντος ψυχῇ ἐξουθενούσῃ Σιὼν, καὶ πεποιθυίᾳ ἐπὶ τὸ ὄρος Σαμαρείας· διόπερ γέγραπται· « Ἐθαύμαζον, ὅτι μετὰ γυναικὸς ἐλάλει. » Καὶ ὁ Ἡρακλέων δέ φησι πρὸς τό· « Ἐγώ εἰμι ὁ λαλῶν σοι, » ὅτι, εἴπερ (13) ἐπέπειστο ἡ Σαμαρεῖτις περὶ τοῦ Χριστοῦ, ὡς ἄρα ἐλθὼν πάντα ἀπαγγελεῖ αὐτῇ, φησί· Γίνωσκε (14), ὅτι ἐκεῖνος ὃν προσδοκᾷς, ἐγώ εἰμι ὁ λαλῶν σοι· καὶ ὅταν ὡμολόγησεν ἑαυτὸν τὸν προσδοκώμενον ἐληλυθέναι, « Ἦλθον, » φησὶν, « οἱ μαθηταὶ πρὸς αὐτὸν, δι' οὓς ἐληλύθει εἰς
D τὴν Σαμάρειαν. » Πῶς δὲ διὰ τοὺς μαθητὰς ἐληλύθει εἰς τὴν Σαμάρειαν, οἵτινες καὶ πρότερον αὐτῷ συνῆσαν;

29. « Ἀφῆκεν οὖν τὴν ὑδρίαν αὐτῆς ἡ γυνὴ, καὶ

[78] Matth. XI, 29. [79] Gen. I, 26. [80] Psal. XXXII, 15. [81] Joan. IV, 29, 30. [82] ibid. 27. [83] ibid. 26.

(6) Hæc e Perionio supplevimus.

(7) *Τῆς πόλεως*. Sic codex Bodleianus; Regius et Barberinus, τὴν πόλιν. Mox codd. Bodleianus et Barberinus, ὑδρεύσασθαι, Regius, ὑδρεῦσαι.

(8) *Κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν*. Sic codex Bodleianus; Regius et Barberinus, κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν. Mox iidem codices habent bis πλάσαντος, pro quo in Bodleiano legitur bis πλάσσοντος.

(9) *Ὅσα ἐποίησα*. Ita codex Bodleianus; Regius et Barberinus, ἃ ἐποίησα.

(10) *Ὅτε*. In margine codicis Bodleiani notatur: *Forte legendum* τότε, quod secutus est Ferrarius.

(11) *Μὴ ὑστερῶν τότε σαφέστατα ἐμφανίζει*. Ita codex Bodleianus; Regius pro ὑστερῶν habet ὕστερον, et ἐμφανίζῃ pro ἐμφανίζει.

(12) *Εὐεξαπάτητος οὖσα τυχεῖν*. Sic codex Bodleianus, optime; Regius, ἐξαπάτητος οὖσα τύχῃ.

(13) *Εἴπερ*. Videtur legendum ἐπείπερ.

(14) *Γίνωσκε*. Deest in Bodleiano codice.

ἀπῆλθεν εἰς τὴν πόλιν, καὶ λέγει τοῖς ἀνθρώποις· Δεῦτε, ἴδετε ἄνθρωπον, ὃς εἶπέ μοι πάντα ὅσα ἐποίησα· μήτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός; » Οὐ μάτην οἶμαι ἀναγεγραφέναι τὸν εὐαγγελιστὴν καὶ τὰ περὶ τῆς ἀφέσεως τῆς ὑδρίας, ἥντινα ἀφεῖσα ἡ γυνὴ ἀπῆλθεν εἰς τὴν πόλιν· κατὰ μὲν οὖν τὴν λέξιν, σπουδὴν ἐμφαίνει πλείονα τῆς Σαμαρείτιδος καταλειπούσης τὴν ὑδρίαν, καὶ οὐ τοσοῦτον πεφροντικυίας τοῦ σωματικοῦ (15) καὶ ταπεινοτέρου καθήκοντος, ὅσον τῆς τῶν πολλῶν ὠφελείας· φιλανθρωπότατα γὰρ κεκίνηται ἡ βουληθεῖσα τοῖς πολίταις εὐαγγελίσασθαι τὸν Χριστὸν, μαρτυροῦσα αὐτῷ εἰρηκότι αὐτῇ πάντα ἃ ἐποίησε. Καλεῖ δὲ αὐτοὺς ἐπὶ τὸ ἰδεῖν ἄνθρωπον λόγον ἔχοντα μείζονα ἀνθρώπου· τὸ γὰρ ὁρατὸν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ ἄνθρωπος ἦν. Χρὴ οὖν καὶ ἡμᾶς ἐπιλανθανομένους τῶν σωματικωτέρων, καὶ ἀφιέντας αὐτὰ, σπεύδειν ἐπὶ τὸ μεταδιδόναι ἧς μετειλήφαμεν ὠφελείας ἑτέροις· ἐπὶ τοῦτο γὰρ προκαλεῖται ὁ εὐαγγελιστὴς ἔπαινον τοῖς εἰδόσιν ἀναγινώσκειν ἀναγράφων τῆς γυναικός. Πρὸς μέντοιγε τὴν ἀναγωγὴν σκοπητέον τίς ἡ ὑδρία, ἣν ἀφίησι παραδεξαμένη πως τοῦ Ἰησοῦ λόγους ἡ Σαμαρεῖτις· καὶ τάχα τὸ δοχεῖον τοῦ σεμνοποιουμένου (16) ἐπὶ βαθύτητι ὕδατος, τῆς διδασκαλίας, ὧν ἐφρόνει πρότερον ἐξευτελίζουσα, ἀποτίθεται ἐν τῷ κρείττονι τῆς ὑδρίας, λαβοῦσα ἐκ τοῦ ὕδατος τοῦ γενομένου ἤδη ἐν αὐτῇ πηγῆς (17) ὕδατος ἀλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον· πῶς γὰρ ἂν, τοῦ ὕδατος τούτου μὴ μετειληφυῖα, φιλανθρώπως Χριστὸν τοῖς πολίταις ἐκήρυσσε, θαυμάζουσα αὐτὸν ἀπαγγέλλοντα πάντα ἃ ἐποίησεν, εἰ μὴ μετειλήφει δι' ὧν ἤκουσε (18) τοῦ σωτηρίου ὕδατος; Ῥεβέκκα μέντοι, καὶ αὐτὴ ὑδρίαν ἔχουσα ἐπὶ τῶν ὤμων, πρὶν συντελέσαι λαλοῦντα ἐν τῇ διανοίᾳ τὸν παῖδα τοῦ Ἀβραὰμ, ἐξεπορεύετο καλὴ τῇ ὄψει παρθένος· ἥτις, ἐπείπερ οὐχ ὁμοίως ἤντλει τῇ Σαμαρείτιδι, καταβαίνει ἐπὶ τὴν πηγὴν, καὶ πληροῖ τὴν ὑδρίαν, ἀναβάσῃ τε αὐτῇ (19) ἐπιτρέχει εἰς συνάντησιν ὁ τοῦ Ἀβραὰμ παῖς, καὶ εἶπε· « Πότισόν με μικρὸν ὕδωρ ἐκ τῆς ὑδρίας σου. » Ἐπεὶ γὰρ παῖς ἦν τοῦ Ἀβραὰμ, ἠγάπα κἂν μικροῦ ὕδατος ἀπὸ τῆς ὑδρίας Ῥεβέκκας λαβεῖν· καὶ ἔσπευσεν ἡ Ῥεβέκκα, καὶ καθεῖλε τὴν ὑδρίαν ἐπὶ τὸν βραχίονα (20) αὐτῆς, καὶ ἐπότισεν αὐτὸν, ἕως ἐπαύσατο πίνων. Ἐπείπερ οὖν ἦν ἐπαινετὴ ἡ τῆς Ῥεβέκκας ὑδρία, οὐ καταλείπεται ἀπ' αὐτῆς, ἡ δὲ τῆς Σαμαρείτιδος, οὖσα ὥρα ἕκτη, ἀφίεται. Ἐνθάδε μὲν δὴ τοῖς Σαμαρείταις γυνὴ εὐαγγελίζεται τὸν Χριστόν· ἐπὶ τέλει δὲ τῶν Εὐαγγελίων καὶ τὴν ἀνάστασιν τοῦ Σωτῆρος τοῖς ἀποστόλοις ἡ πρὸ πάντων αὐτὸν θεασαμένη γυνὴ διηγεῖται. Ἀλλ' οὔτε

A vitatem adiit, et hominibus ait: Venite, videte virum, qui dixit mihi omnia quæcunque feci: an hic est ille Christus [84]? » Non frustra reor scripsisse evangelistam de dimissione hydriæ, quod reliquerit illam mulier profecta ad urbem, ostendens, quod ad textum quidem attinet, studium majus quam pro Samaritide, ut quæ reliquerit hydriam, non sic cordi habens corporeum et humile officium, ut multorum utilitatem: humanitate enim mota est, quæ voluit civibus evangelizare Christum; ipsi testimonium dans, quod omnia quæcunque fecisset sibi dixerit. Invitat autem ipsos ad videndum hominem habentem rationem ac sermonem longe homine præstantiorem: id enim quod de eo nostris oculis aspectabile erat, homo erat. Quamobrem obliviscamur
B et nos necesse est rerum corporalium, hisque omissis festinemus ad communicandam aliis, quam participaverimus, utilitatem: ad hoc namque invitat evangelista laudem scribens mulieris prudenti lectori. Sed ad altiorem intelligentiam intendendus est animus, quænam scilicet sit hydria quam relinquit Samaritis, quæ aliquo modo acceperat Jesu sermones; et fortasse vas aquæ nobilitatæ ob profunditatem doctrinæ, his rebus quas antea curabat, spretis, reponit apud eum qui vase longe præstantior est, cum sumpsisset ex illa aqua, quæ jam in se facta fuerat fons aquæ salientis ad vitam æternam [85]. Quomodo enim si non particeps talis aquæ fuisset, quomodo, inquam, humane Christum civibus prædicasset, admirans eum sibi omnia quæcunque
C fecisset renuntiantem, nisi particeps facta fuisset aquæ salutaris per ea verba quæ audierat? Rebecca sane et ipsa hydriam habens super humeros, antequam Abrahæ puer finem loquendi faceret in cogitatione, egrediebatur virgo specie pervenusta [86]: quæ quoniam non perinde atque Samaritis hæc hauriret, descendit ad fontem, et implet hydriam, eique ascendenti obviam accurrens Abrahæ puer dixit: « Potum præbe mihi pauculum aquæ ex hydria tua [87]. » Quoniam igitur puer erat Abraham, contentus fuit vel tantulum aquæ ex hydria Rebeccæ sumere; et festinavit Rebecca, et deposuit **240** hydriam super brachium suum, potum illi præbens, donec cessaret a bibendo [88]. Quoniam igitur laudabilis erat Rebeccæ hydria, non relinquitur a Rebecca,
D sed Samaritidis hydria relinquitur hora exsistente sexta [89]. Hoc igitur in loco mulier Samaritanis annuntiat Christum; in fine vero Evangeliorum, resurrectionem Servatoris etiam enarrat apostolis

[84] Joan. IV, 28, 29. [85] ibid. 14. [86] Gen. XXIV. [87] ibid. 17. [88] ibid. 18. [89] Joan. IV, 6.

(15) Codex Bodleianus, καὶ οὕτως αὐτῆς πεφροντικυίας οὐ τοῦ σωματικοῦ.

(16) Codd. Regius et Barberinus, σεμνοῦ ποιουμένου.

(17) Bodleianus codex πηγῆς, Regius et Barberinus, ἀρχῆς.

(18) Codex Bodleianus, δι' ὧν ἤκουσε, Regius et Barberinus, διήκουε. Vertit Perionius, « nisi particeps facta esset aquæ perpetuo salutaris, » legebat διηνεκῶς.

(19) *Ἀναβάσῃ τε αὐτῇ*, etc. Ita legendum ex Genes. XXIV, 17, non vero καταβάσῃ, ut Huetio videtur, ex Genes. XXIV, 45. Quod si loca hæc Geneseos consuluisset Ferrarius, παῖδα τοῦ Ἀβραάμ, «Abrahæ filium» ineptissime non reddidisset, se, «Abrahæ puerum.»

(20) Codex Bodleianus, ἐπὶ τοῦ βραχίονος.

mulier, ante omnes ipsum conspicata [90]. Sed neque huic, tanquam quæ renuntiarit perfectionem fidei, gratiæ a Samaritanis habentur dicentibus : « Non amplius propter loquelam tuam credimus; ipsi enim audivimus, et scimus hunc esse vere Servatorem mundi [91] ; » neque illi conceduntur primitiæ tangendi Christum, dicentem ei : « Noli me tangere [92], » quia Thomas auditurus erat : « Affer digitum tuum huc, et vide manus meas, et affer manum tuam, et mitte in latus meum [93]. » Omnia autem erant, quæ fecit mulier, consuetudo cum quinque viris, et post hos condescensio ad sextum, qui legitimus vir non erat; quem cum negasset, hydriamque reliquisset, honeste in septimum requiescit [(21) afferens utilitatem iis quoque qui iisdem dogmatibus imbuti urbem incolebant, id est, institutionem verborum, quæ non recta sanaque sunt, eamdem quæ mulieri erat]; quæ etiam in causa fuit, ut illi e civitate exirent, et venirent ad Jesum. Magna autem observatione Jesum rogant Samaritani in sequentibus, non ut maneat in civitate, sed « apud ipsos [94], » hoc est, ut sit in principatu eorum [animæ parte præstantissima] : nam fortasse nequibat Jesus in civitate eorum manere, quandoquidem etiam ipsi ex civitate exierant, optime facientes, et venerant ad eum. Quod autem hujuscemodi quædam innuantur, causas nobis præbente evangelista accuratissime ad sensum anagogicum, hoc est ad sublimiorem intelligentiam, ex his verbis dijudicandum est. Primum quidem scriptum est [95] : « Exierunt ex civitate, et venerunt ad eum; » et post pauca [96] : « Ex civitate autem illa multi Samaritanorum crediderunt in eum, propter sermonem mulieris, quæ testificabatur dicens, Quia dixit mihi omnia quæcunque feci. Ut ergo venerunt ad eum Samaritæ, rogaverunt eum ut maneret apud ipsos. » Igitur prius cum ex civitate ad eum venissent, etiam denuo venerunt ad eum Samaritæ, adhuc exsistentem apud fontem Jacob (nec enim inde discesserat), et rogaverunt eum ut maneret apud ipsos. Nec scriptum est postea quod ingressus sit civitatem, sed « mansit ibi duos dies [97]. » Quin etiam **241** in sequentibus non dictum est : « Post duos vero dies » exivit ex civitate, sed scriptum est : « Et exivit inde [98] ; » quantum enim ad intelligentiam pertinet, omnis œconomia utilitatis erga Samaritanos facta est apud fontem Jacob.

A αὐτῇ, ὡς τὸ τέλειον τῆς πίστεως εὐαγγελισαμένη, εὐχαριστεῖται ὑπὸ τῶν Σαμαρειτῶν λεγόντων· « Οὐκέτι διὰ τὴν λαλιάν σου πιστεύομεν· αὐτοὶ γὰρ ἀκηκόαμεν, καὶ οἴδαμεν, ὅτι οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ Σωτὴρ τοῦ κόσμου· » ἐκείνη τε τὴν ἀπαρχὴν τῆς ἀφῆς τοῦ Χριστοῦ οὐ πιστεύεται, λέγοντος αὐτῇ· « Μή μου ἅπτου· » ἔμελλε γὰρ ὁ Θωμᾶς ἀκούειν· « Φέρε τὸν δάκτυλόν σου ὧδε, καὶ ἴδε τὰς χεῖράς μου, καὶ φέρε τὴν χεῖρά σου, καὶ βάλλε εἰς τὴν πλευράν μου. » Πάντα δὲ ἦν ἃ ἐποίησεν ἡ γυνή, ἥ τε πρὸς τοὺς πέντε ἄνδρας κοινωνία, καὶ μετ' ἐκείνους ἡ πρὸς τὸν ἕκτον οὐ γνήσιον ἄνδρα συγκατάβασις· ὅντινα ἀρνησαμένη, καὶ τὴν ὑδρίαν καταλιποῦσα, εἰς ἕβδομον (22) σεμνῶς ἀναπαύεται, προξενοῦσα τὴν ὠφέλειαν καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν προτέρων αὐτῇ δογμάτων οἰκοῦσι
B πόλιν, τὴν οἰκοδομὴν τῶν οὐχ ὑγιῶν λόγων, τὴν αὐτὴν τῇ γυναικί· οἷς καὶ αἰτία γίνεται ἐξελθεῖν τῆς πόλεως, καὶ ἐλθεῖν πρὸς τὸν Ἰησοῦν. Πάνυ δὲ παρατετηρημένως ἐν τοῖς ἑξῆς οἱ Σαμαρεῖται ἐρωτῶσι τὸν Ἰησοῦν, οὐχ ἵνα μείνῃ ἐν τῇ πόλει, ἀλλὰ « παρ' αὐτοῖς, » τουτέστιν ἵνα γένηται ἐν τῷ ἡγεμονικῷ αὐτῶν· τάχα γὰρ οὐκ ἦν δυνατὸν μεῖναι αὐτὸν ἐν τῇ πόλει αὐτῶν, ἐπείπερ καὶ αὐτοὶ ἐξῆλθον εὖ ποιοῦντες ἐκ τῆς πόλεως, καὶ ἤρχοντο πρὸς αὐτόν. Ὅτι δὲ τοιαῦτά τινα δηλοῦται ἀκριβέστατα, εἰς τὰς ἀναγωγὰς (23) ἀφορμὰς ἡμῖν διδόντος τοῦ εὐαγγελιστοῦ, ἐκ τούτων κατακριτέον. Πρότερον μὲν γέγραπται· « Ἐξῆλθον ἐκ τῆς πόλεως, καὶ ἤρχοντο πρὸς αὐτόν· » καὶ μετ' ὀλίγα· « Ἐκ δὲ τῆς πόλεως ἐκείνης πολλοὶ
C ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν τῶν Σαμαρειτῶν διὰ τὸν λόγον τῆς γυναικὸς μαρτυρούσης, ὅτι, Εἶπέ μοι πάντα ἃ ἐποίησα· ὡς οὖν ἦλθον πρὸς αὐτὸν οἱ Σαμαρεῖται, ἠρώτων αὐτὸν μεῖναι παρ' αὐτοῖς. » Καὶ πρότερον οὖν ἐκ τῆς πόλεως ἤρχοντο πρὸς αὐτόν, καὶ δεύτερον ἦλθον πρὸς αὐτὸν οἱ Σαμαρεῖται, ἔτι ὄντα παρὰ τῇ πηγῇ τοῦ Ἰακώβ, (οὐ γὰρ φαίνεται κεκινημένος ἐκεῖθεν·) καὶ ἠρώτων αὐτὸν μεῖναι παρ' αὐτοῖς. Οὐ γέγραπται δὲ μετὰ τοῦτο, ὅτι εἰσῆλθεν εἰς τὴν πόλιν, ἀλλ'· « Ἔμεινεν ἐκεῖ δύο ἡμέρας. » Ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς οὐκ εἴρηται· « Μετὰ δὲ τὰς δύο ἡμέρας » ἐξῆλθεν ἐκ τῆς πόλεως, ἀλλά· « Καὶ ἐξῆλθεν ἐκεῖθεν· » ὅσον γὰρ ἐπὶ τῷ νοητῷ, πᾶσα ἡ οἰκονομία τῆς ὠφελείας τοῖς Σαμαρεῦσι παρὰ τῇ πηγῇ γεγένηται τοῦ Ἰακώβ.

30. Porro Heracleon hydriam esse existimat dispositionem et notionem susceptivam vitæ, atque etiam ejus potentiæ, quæ a Servatore est, « quam relinquens, inquit, apud ipsum, hoc est, habens apud Servatorem tale vas, in quo ad sumendam vivam aquam venerat, reversa est in mundum, nuntians voce præsentiam et adventum Christi : per spiritum enim et a spiritu anima ad Servatorem

D 30. Ὁ δὲ Ἡρακλέων τὴν ὑδρίαν τὴν δεκτικὴν ζωῆς ὑπολαμβάνει εἶναι διάθεσιν, καὶ ἔννοιαν, καὶ τῆς δυνάμεως τῆς παρὰ τοῦ Σωτῆρος, ἥντινα καταλιποῦσα, φησί, παρ' αὐτῷ, τουτέστιν ἔχουσα παρὰ τῷ Σωτῆρι τὸ τοιοῦτον σκεῦος, ἐν ᾧ ἐληλύθει λαβεῖν τὸ ζῶν ὕδωρ, ὑπέστρεψεν εἰς τὸν κόσμον εὐαγγελιζομένη τῇ κλήσει τὴν Χριστοῦ παρουσίαν· διὰ γὰρ τοῦ πνεύματος καὶ ὑπὸ τοῦ πνεύματος προσάγεται ἡ ψυχὴ

[90] Joan. xx, 18. [91] Joan. iv, 42. [92] Joan. xx, 17. [93] ibid. 27. [94] Joan. iv, 40. [95] ibid. 30. [96] ibid. 39, 40. [97] ibid. 40. [98] ibid. 43.

(21) Hæc a Ferrario prætermissa, e Perionio supplevimus.

(22) Εἰς ἕβδομον. Sic recte habent codd. Bodleianus et Barberinus; in editione autem Huetii deest εἰς.

(23) Codices Barberinus et Bodleianus, ἀναγωγάς; Regius, perperam, συναγωγάς.

τῷ Σωτῆρι. Κατανόησον δὴ εἰ δύναται ἐπαινουμένη τυγχάνειν ἡ ὑδρία αὕτη πάντη ἀφιεμένη· «Ἀφῆκε» γάρ, φησί, «τὴν ὑδρίαν αὐτῆς ἡ γυνή·» οὐ γὰρ πρόσκειται, ὅτι ἀφῆκεν αὐτὴν παρὰ τῷ Σωτῆρι. Πῶς δὲ καὶ οὐκ ἀπίθανον καταλιποῦσαν αὐτὴν τὴν δεκτικὴν τῆς ζωῆς διάθεσιν, καὶ τὴν ἔννοιαν τῆς δυνάμεως τῆς παρὰ τοῦ Σωτῆρος, καὶ τὸ σκεῦος ἐν ᾧ ἐληλύθει λαμβάνειν τὸ ζῶν ὕδωρ, ἀπεληλυθέναι εἰς τὸν κόσμον χωρὶς τούτων, εὐαγγελίσασθαι τῇ κλήσει τὴν Χριστοῦ παρουσίαν; Πῶς δὲ καὶ ἡ πνευματικὴ μετὰ τοσούτους λόγους οὐ πέπεισται σαφῶς περὶ τοῦ Χριστοῦ, ἀλλά φησι· «Μήτι οὗτος ὁ Χριστός;» Καὶ τό· «Ἐξῆλθον δὲ ἐκ τῆς πόλεως,» διηγήσατο ἀντὶ τοῦ ἐκ τῆς προτέρας αὐτῶν ἀναστροφῆς οὔσης κοσμικῆς, «καὶ ἤρχοντο διὰ τῆς πίστεως,» φησί, «πρὸς τὸν Σωτῆρα·» λεκτέον δὲ πρὸς αὐτόν, πῶς μένει παρ' αὐτοῖς τὰς δύο ἡμέρας; οὐ γὰρ τετήρηκεν ὃ προπαρεθέμεθα ἡμεῖς περὶ τοῦ ἐν τῇ πόλει αὐτὸν ἀναγεγράφθαι (24) μεμενηκέναι τὰς δύο ἡμέρας.

31. «Ἐν τῷ μεταξὺ ἠρώτων αὐτὸν οἱ μαθηταί, λέγοντες· Ῥαββί, φάγε.» Μετὰ τὴν περὶ τὸ ποτὸν οἰκονομίαν καὶ τὴν διδασκαλίαν τῆς διαφορᾶς τῶν ὑδάτων ἀκόλουθον ἦν καὶ τὰ περὶ τροφῆς ἀναγεγράφθαι. Ἡ μὲν οὖν Σαμαρεῖτις αἰτουμένη πιεῖν διὰ τῶν ἐπαπορήσεων (25) αὐτῆς, οἱονεὶ δὲ διὰ τὸν αἰτήσαντα (οὔτε γὰρ εἶχε δοῦναι τῷ Ἰησοῦ ἄξιον αὐτοῦ πόμα), εἰ κἀκεῖνος ἐν τῷ ἐκείνην αἰτηθεῖσαν ὀρέξαι ἐβούλετο εὐεργετῆσαι διὰ τούτου τοῦ πιεῖν δεδωκυῖαν. Ἔπρεπεν ἤδη ..... ἀπὸ τῆς Σαμαρείτιδος. Οἱ δὲ μαθηταὶ ..... ἀπεληλυθότων εἰς τὴν πόλιν, ἵνα τροφὰς ἀγοράσωσιν, ἤτοι εὑρηκότες ἐπιτηδείους τροφὰς παρὰ τοῖς ἑτεροδόξοις λόγους τινὰς ἁρμόζοντας, ... αὐτῷ· «Φάγε,» καιρὸν νομίσαντες ἐπιτήδειον εἶναι αὐτῷ τροφῆς τὸν μεταξὺ τοῦ ἀπεληλυθέναι εἰς τὴν πόλιν τὴν γυναῖκα, καὶ τοῦ ἐληλυθέναι πρὸς αὐτὸν τοὺς Σαμαρείτας· ἐπ' οὐδενὸς γὰρ ξένου παρετίθεσαν αὐτῷ τὴν τροφήν· ἴσως ἐπιθορυβηθείσης (26) ἂν τῆς Σαμαρείτιδος εἰ ἑώρα τοὺς μαθητὰς τὰ ἀπὸ τῆς πόλεως αὐτῆς τρόφιμα, ἤτοι ὄντα, ἢ νομιζόμενα παρατιθέναι βουλομένους τῷ διδασκάλῳ· ἀλλ' οὐδὲ ἐνώπιον τῶν Σαμαρειτῶν δεόντως ἂν ἐκεῖνοι ἔλεγον· «Ῥαββί, φάγε,» χρῃζόντων καταλείπειν ἑαυτῶν τὴν πόλιν· διὰ τοῦτο καλῶς πρόσκειται τό· «Ἐν τῷ μεταξὺ ἠρώτων αὐτὸν οἱ μαθηταὶ λέγοντες· Ῥαββί, φάγε.» Διὰ τί δὲ «Αὐτὸν ἠρώτων,» καὶ οὐχί, Ἔλεγον αὐτῷ, ἄξιον ἰδεῖν· ἁπλούστερον γὰρ ἐγέγραπτο· «Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ» ἔλεγον αὐτῷ «οἱ μαθηταί· Ῥαββί, φάγε.» Τὸ δὲ καὶ ἐρωτᾶν ἵνα φάγῃ, καὶ ἱκετεύειν αὐτόν, καὶ δεῖσθαι, τάχα τι δηλοῖ πρὸ τῆς ἐξετάσεως, ἐνίοτε δὲ καὶ μετὰ τὴν ἐξέτασιν. Καὶ ὅρα μήποτε εὐλαβοῦνται μὴ ..... ὁ λόγος ..... ταῖς οἰκείαις

A adducitur.» Igitur considera laudabilisne esse possit hæc hydria, quæ omnino relinquitur: «Dimisit» enim, inquit, «hydriam suam mulier [**];» non enim additur quod dimiserit eam apud Servatorem. Sed quomodo non absurdum erit eam, quæ deseruisset, dispositionem et notionem susceptivam vitæ et potentiæ, a Servatore manantem, et vas in quo venerat ut acciperet aquam vivam, abiisse in mundum sine his, ut evangelizaret voce Christi adventum et præsentiam? Quomodo etiam hæc spiritualis post tot sermones persuasa clare non est de Christo, sed inquit: «An hic est ille Christus [1]?» Quin et illud: «Exierunt autem e civitate [2],» exposuit pro prima eorum conversione, quæ mundana erat, «et venerunt per fidem, inquit, ad Servatorem;» sed ei B respondendum est: Quomodo manet duos dies apud ipsos [3]? non enim observavit, quod nos proposuimus, scriptum scilicet non esse, eum duos dies in civitate mansisse.

31. «Interim rogabant eum discipuli, dicentes: Rabbi, comede [4].» Post œconomiam potus, et post doctrinam diversitatis aquarum, consequens erat inscribi quæ ad cibum pertinebant. Samaritis itaque cum rogaretur potum, dubitat, propter eum qui petierat (neque enim poterat dare Jesu dignum illo potum), num se jussam aquam porrigere, vellet Jesus beneficio afficere per hunc potum. Decebat igitur..... a Samaritide. Porro discipuli, qui civitatem adierant ut cibos emerent [5], cum eos apud homines C diversæ sectæ ex animi sententia invenissent, nempe sermones quosdam convenientes, dicunt **242** illi: «Comede [6],» tempus illud idoneum rati, ut Jesus comederet, in quo mulier civitatem petierat, venturique erant ad eum Samaritani, cum alioqui cibum coram ullo hospite illi non apposuissent. Ac fortassis futurum erat, uti Samaritis conturbaretur, si vidisset discipulos magistro apponere volentes cibaria, quæ vel in Samaria emissent, vel emisse verisimile esset; neque merito coram Samaritanis volentibus suam ipsorum derelinquere civitatem dixissent: «Rabbi, comede;» ideo bene additum est: «Interim rogabant eum discipuli, dicentes: Rabbi, manduca.» Sed quam ob causam scriptum sit, «rogabant ipsum,» et non, Dicebant D illi, dignum est cernere; simplicius enim scriptum fuisset. «Interim» dicebant ei «discipuli: Rabbi, comede.» Proinde rogare ut comedat, et supplicare eum, et precari, fortassis aliquid innuit ante supplicationem, atque etiam interdum post supplicationem. Vide vero, ne forte vereantur discipuli, ne Sermo Dei Filius propriis alitus sit vel fortificatus

[**] Joan. IV, 28. [1] ibid. 29. [2] ibid. 30. [3] ibid. 40. [4] ibid. 31. [5] ibid. 8. [6] ibid. 31.

(24) In margine codicis Bodleiani notatur forte legendum esse μὴ ἀναγεγράφθαι.

(25) Ἐπαπορήσεων. Sic codex Bodleianus; Regius, ἀπορήσεων. Quoniam luxata hæc sunt, Ferrarianæ interpretationi Perionianam adjungimus, quo sensum lector facilius expiscetur: «Samaritana quidem rogata, ut potum daret, dubitationibus suis et interrogationibus, quasi propter eum qui petebat; neque enim Jesu dare poterat dignam eo potionem; etsi ille cum ea quæ rogaretur cuperet, volebat illam bonis afficere.»

(26) Ἐπιθορυβηθείσης. Ita codex Bodleianus; Regius et Barberinus, ἐπιτριβείσης.

cibis, et ideo orent eum comedere inventos cibos. A His enim quæ inveniunt discipuli, semper nutrire Λόγον volunt, ut fortificatus, et validus, et corroboratus, diutius assideat ipsum nutrientibus; vicissim nutriens apponentes illi cibos. Hanc ob causam jubet stare ad ostium, et pulsare, ut si quis ostium aperuerit, ingrediatur ad eum, et cœnet cum illo, ut postea convivator possit vicissim convivio excipi a Λόγῳ qui apud illum cœnaverit [7].

32. Sane Heracleon inquit discipulos voluisse cum Jesu communicare quæ emissent, atque a Samaria attulissent. [(27) Hæc autem commemorat, ut aliqua..... quinque fatuæ virgines..... a Sponso [8]. Quomodo autem arbitror..... eadem habere..... quibus B occlusis fatuis virginibus, operæ pretium est videre ea quæ discipulorum accusationem continent, eodem modo quo fatuæ virgines dormientium. Hoc autem eamdem rationem habeat lucis ad cibum, quam potus ad cibum habet..... accusare, reprehendereque interpretationem. Quanquam pro virili parte id quod ait planum facere debuit, et pluribus docere, confirmans interpretationem suam.]

33. « At ipse dixit eis : Ego cibum habeo **243** comedere, quem vos nescitis [9]. » Id quod sibi sufficit, non eget cibo; proinde quod cibo eget, non sibi sufficit. Hinc perspicuum est comedentem comedere, non quia non egeat; sed quia egeat et valde egeat. Et corpora quidem, quia natura fluxibilia sunt, nutriuntur cibo replente locum eorum C quæ defluunt; sed quæ ipso corpore præstantiora sunt, nutriuntur intelligentiis incorporeis, et sermonibus actionibusque sanis : non quod ad non esse dissolverentur, nisi nutrirentur : neque enim corpora hæc quæ non nutriuntur, ad non esse dissolvuntur; sed quod perdant esse talia, si non nutriantur talibus quæ sint præstantioris quam corpora naturæ. Ut autem corpora quæ cibo egent, non his aluntur cibis qui a qualitatibus procedunt, neque eadem ciborum quantitas omnibus sufficit, sic etiam intelligamus oportet de his quæ sunt meliora, et præstantiora corporibus : inter hæc enim aliqua copiosiore, aliqua minore cibo egent, tanquam quæ eamdem mensuram non capiant : sed neque qualitas sermonum et conceptuum in contemplatione, D qui sunt actiones his convenientes, eadem congruit omnibus animabus. Quin etiam olus et cibus solidus non eodem tempore eos nutriunt, qui ex ipsis fructum aliquem percepturi sunt : nam infantes recens nati, ut inquit Petrus [10], lac doli nescium, idque animi, non corporis desiderant : idque etiam desideret, si quis infantiam Corinthiorum habet, ad quos inquit Paulus [11] : « Lactis vos potu alui, non cibo; » infirmus vero, eo quod non credat,

..... ἢ ἰσχυροποιούμενος τροφαῖς, ἐρωτῶσιν αὐτὸν εὑρισκομένους ἔδεσθαι· οἷς γὰρ εὑρίσκουσιν οἱ μαθηταὶ ἀεὶ τρέφειν τὸν Λόγον βούλονται, ἵνα ἰσχυροποιούμενος, καὶ τονούμενος, καὶ δυναμούμενος ἐπιπλεῖον παραμείνῃ τοῖς αὐτὸν τρέφουσιν, ἀντιτρέφων τοὺς παρατιθέντας αὐτῷ τὰ βρώματα. Διὰ τοῦτο ἑστηκέναι φησὶν ἐπὶ τὴν θύραν, καὶ κρούειν, ἵν', ἐάν τις ἀνοίξῃ τὴν θύραν, εἰσέλθῃ πρὸς αὐτὸν, καὶ δειπνήσῃ μετ' ἐκείνου, ὥστε ὕστερον δυνηθέντα τὸν δειπνήσαντα ἀντιδειπνηθῆναι ἀπὸ τοῦ δειπνήσαντος Λόγου παρὰ τῷ ἀνθρώπῳ.

32. Ὁ δὲ Ἡρακλέων φησὶν, ὅτι ἐβούλοντο κοινωνεῖν αὐτῷ ἐξ ὧν ἀγοράσαντες ἀπὸ τῆς Σαμαρείας κεκομίκεισαν. Τάδε φησὶν ἵνα τινὰ ..... αἱ πέντε μωραὶ παρθένοι ..... ἀπὸ τοῦ Νυμφίου. Πῶς δὲ οἶμαι ..... ἃ αὐτὰ ἔχειν ..... ἔγονται ..... αἷς ἀποκλιθείσαις μωραῖς παρθένοις, ἄξιον ἰδεῖν κατηγορίαν περιέχοντα τῶν μαθητῶν τοῖς αὐτοῖς κοιμωμένων ταῖς μωραῖς παρθένοις· ἔστι δὲ καὶ αὐτὸ ἀνόμοιον τοῦ φωτὸς πρὸς τροφὴν, καὶ τοῦ ποτοῦ πρὸς τὰ βρώματα ..... σαντας αἰτιάσασθαι τὴν ἐκδοχὴν, καίπερ κατά τι δυνάμενον σαφῆ ποιῆσαι τὸν λόγον ἐχρῆν αὐτὸν διὰ πλειόνων παραμυθήσασθαι κατασκευάζοντα τὴν ἰδίαν ἐκδοχήν.

33. « Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· Ἐγὼ βρῶσιν ἔχω φαγεῖν, ἣν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε. » Τὸ μὲν ἀνενδεὲς οὐ χρῄζει βρώσεως, τὸ δὲ χρῇζον βρώσεως οὐκ ἔστιν ἀνενδεές. Καὶ δῆλον, ὅτι ὁ ἐσθίων οὐχὶ μὴ χρῄζων βρώσεως ἐσθίει, ἀλλὰ χρῄζων καὶ δεόμενος αὐτῆς. Καὶ τὰ μὲν σώματα, ἅτε τῇ φύσει ὄντα ῥευστὰ, τρέφεται τῆς τροφῆς ἀναπληρούσης τὸν τόπον τῶν ἀποῤῥεόντων· τὰ κρείττονα σώματος τρέφεται τοῖς ἀσωμάτοις νοήμασι, καὶ λόγοις, καὶ πράξεσιν ὑγιέσιν, οὐχὶ εἰς τὸ μὴ εἶναι διαλυθησόμενα, εἰ μὴ τρέφοιτο· οὐδὲ γὰρ σώματα μὴ τρεφόμενα εἰς τὸ μὴ εἶναι διαλύεται· ἀπόλλυσι (28) δὲ τὸ εἶναι τοιάδε, ὅτι οὐ τρέφεται τοῖς τοιοῖσδε τῆς διαφερούσης τῶν σωμάτων φύσεως. Ὥσπερ δὲ τὰ δεόμενα τροφῆς σώματα οὔτε τοῖς ἀπὸ τῶν ποιοτήτων τρέφεται, οὐδὲ ποσότης τροφῶν ἡ αὐτὴ πᾶσιν ἀρκεῖ, οὕτω νοητέον καὶ ἐπὶ τῶν κρειττόνων παρὰ τὰ σώματα. Καὶ γὰρ ταῦτα τὰ μὲν πλείονος, τὰ δὲ ἐλάττονος δεῖται τροφῆς, οὐ τῶν ἴσων ὄντα χωρητικά· ἀλλ' οὐδὲ ἡ ποιότης τῶν τρεφόντων λόγων καὶ νοημάτων τῶν ἐν θεωρίᾳ πράξεων τῶν τούτοις ἁρμοζουσῶν ἡ αὐτὴ ἁρμόζει πάσαις ταῖς ψυχαῖς. Ἀλλὰ γὰρ καὶ λάχανον καὶ στερεὰ τροφὴ οὐχὶ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν τρέφει τοὺς δεομένους τῆς ἀπὸ τούτων βελτιώσεως· τὰ μὲν γὰρ ἀρτιγέννητα βρέφη, ὥς φησιν ὁ Πέτρος, τὸ λογικὸν ἄδολον γάλα ἐπιποθεῖ· ἐπιποθείτω δὲ καὶ (29) εἴ τις τὴν νηπιότητα ἔχει Κορινθίων, πρὸς οὓς φησιν ὁ Παῦλος· « Γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, οὐ βρῶμα· » ὁ δὲ ἀσθενῶν, διὰ τὸ μὴ πιστεύειν, λάχανα ἐσθιέτω. Καὶ τοῦτο δὲ ὁ Παῦλος διδάσκει λέγων· « Ὃς μὲν πιστεύει φαγεῖν πάντα· ὁ δὲ ἀσθενῶν λάχανα ἐσθίει. » Καὶ

[7] Apoc. III, 20. [8] Matth. XXV. [9] Joan. IV, 32. [10] I Petr. II, 2. [11] I Cor. III, 2.

(27) Perionii interpretatio.

(28) Ἀπόλλυσι. Sic codex Bodleianus; Regius, ἀπόλυσιν, male.

(29) Ἐπιποθεῖ· ἐπιποθείτω δὲ καί, etc. Ita legitur in codice Bodleiano, in Regio autem et Barberino deest ἐπιποθεῖ.

« ἔστι » γέ ποτε « ξενισμὸς λαχάνων (30) πρὸς φιλίαν καὶ χάριν, ἢ μόσχοι (31) ἀπὸ (32) φάτνης μετὰ ἔχθρας. Τελείων δέ ἐστιν ἡ στερεὰ τροφὴ, τῶν διὰ τὴν ἕξιν τὰ αἰσθητήρια γεγυμνασμένα ἐχόντων πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ. » Ἔστι δέ τις καὶ δηλητήριος τροφὴ, ἥντινα μανθάνομεν ἀπὸ τῆς τετάρτης τῶν Βασιλειῶν, λεγόντων πρὸς τὸν Ἐλισσαῖόν (33) τινων· « Θάνατος ἐν τῷ λέβητι, ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ. » Καὶ ἡ μέν τις ἐστὶ τῶν ἀλογωτέρων ψυχῶν πνευματικὴ ποώδης τροφὴ, καὶ ἄλλη χόρτος ἢ ἄχυρον, ἅπερ σημαίνεται διὰ τοῦ· « Κύριος ποιμανεῖ με, καὶ οὐδέν με ὑστερήσει· εἰς τόπον χλόης ἐκεῖ με κατεσκήνωσεν· ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως ἐξέθρεψέ με. » Καὶ ὁ Ἡσαΐας δέ φησι· « Λέων δὲ ὡς βοῦς ἄχυρον φάγεται. » Ἀλλὰ καὶ χόρτον τοῖς κτήνεσιν ἐν τῷ οἴκῳ τῆς Ῥεβέκκας παρατιθέασι τοῦ παιδὸς (34) Ἀβραάμ. Ἐὰν δέ τις ᾖ λογικώτερος, καὶ διὰ τοῦτο καὶ νοητὸς ἄνθρωπος, καὶ νοητὸν ἄρτον ἐσθίει, ὡς ἐν Ψαλμοῖς γέγραπται· « Ἄρτος στηρίζει καρδίαν ἀνθρώπου, » καὶ τῷ νοητῷ οἴνῳ εὐφραίνεται οὐκ ἄλλος ἢ ἄνθρωπος· « Οἶνος » γὰρ « εὐφραίνει καρδίαν ἀνθρώπου. » Ἀναβατέον δὲ τῷ λόγῳ ἀπὸ τῶν ἀλόγων καὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ ἐπὶ τοὺς ἀγγέλους καὶ αὐτοὺς τρεφομένους· οὐ γάρ εἰσι πάντη ἀνενδεεῖς. « Ἄρτον » γοῦν « ἀγγέλων ἔφαγεν ἄνθρωπος· » μακάριός γε ὁ Ἀβραὰμ δυνηθεὶς τοῖς ἐπιφανεῖσιν αὐτῷ τρισὶν ἐγκρυφίας ἀζύμους παραθεῖναι.

A olera comedat. [Atque hoc etiam docet Paulus [12] his verbis : « Alius quidem credit se manducare omnia : qui autem infirmus est, olus manducat. »] Ac profecto « melius est » aliquando « olera cum amicitia et charitate comedere, quam vitulum saginatum cum odio [13]. Perfectorum vero est solidus cibus, nempe eorum qui per consuetudinem exercitatos habent sensus ad discretionem boni et mali [14]. » Est etiam quidam cibus mortificus, quem discimus ex quarto Regum, dicentibus quibusdam ad Elisæum : « Mors est in lebete, o homo Dei [15]. » Quin etiam est alius earum animarum, quæ rationis non sunt compotes, cibus spiritualis herbarius, et alius fenum, et stipula; quæ significantur per ea Psaltæ verba [16] : « Dominus pascit me, et nihil B mihi deerit; in locum herbæ virentis ibi accubare me fecit : super aquam refocillationem præbentem nutrivit me. » Atque etiam Isaias ait : « Leo autem ut bos paleas comedet [17]. » Quin etiam fenum jumentis in domo Rebeccæ **244** Abrahæ pueri apponunt [18]. Quod si quis rationabilior fuerit, et hanc etiam ob causam intelligibilis homo, panem intelligibilem manducat, quemadmodum scriptum est in Psalmis [19] : « Panis consolidat cor hominis, » et vino intelligibili non alius quam homo oblectatur : « Vinum » enim « lætificat cor hominis [20]. » Sed ratione ascendamus necesse est ab irrationalibus, et ab hominibus usque ad ipsos angelos, quandoquidem etiam ipsi nutriuntur, sibi omnino non sufficientes. « Panem » igitur « angelorum manducavit homo [21]; » beatusque sane Abraham, qui tribus illis, qui sibi apparuerunt, apponere potuit azyma subcinericia [22].

34. Ἀλλ' ἤδη ἐπὶ τὸν προκείμενον λόγον τὸν περὶ C τῆς Χριστοῦ βρώσεως ὁδευτέον, ἣν οἱ μαθηταὶ τότε οὐκ ᾔδεσαν· ἀληθεύει γὰρ λέγων ὁ Ἰησοῦς· « Ἐγὼ βρῶσιν ἔχω φαγεῖν, ἣν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε. » Ὅπερ γὰρ καὶ ἔπραττεν ὁ Ἰησοῦς ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντος αὐτὸν τελειῶν αὐτοῦ τὸ ἔργον, τοῦτο οὐκ ᾔδεσαν οἱ μαθηταί. Ἵνα δὲ νοηθῇ τρανότερον τό· « Ἐγὼ βρῶσιν ἔχω φαγεῖν, ἣν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε, » λεγέτω καὶ ὁ Παῦλος τοῖς χρείαν ἔχουσι γάλακτος, καὶ οὐ στερεᾶς τροφῆς, Κορινθίοις, καὶ γάλα ποτιζομένοις, καὶ οὐ βρῶμα, τῷ μηδέπω αὐτοὺς δύνασθαι βρώματος μεταλαμβάνειν· « Ἐγὼ βρῶσιν ἔχω φαγεῖν, ἣν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε. » Καὶ ἀεί γε ὁ διαφέρων τοῖς ὑποδεεστέροις καὶ μὴ δυναμένοις τὰ αὐτὰ τοῖς κρείττοσι θεωρεῖν ἐρεῖ· « Ἐγὼ βρῶσιν ἔχω φαγεῖν, D ἣν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε. » Καὶ οὐκ ἄτοπόν γε λέγειν μὴ μόνον ἀνθρώπους καὶ ἀγγέλους ἐνδεεῖς εἶναι τῶν νοητῶν τροφῶν, ἀλλὰ καὶ τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ (35)· καὶ αὐτὸς γὰρ, ἵν' οὕτως εἴπω, ἐπισκευάζεται

34. Sed rursus eo redeat unde defluxerat oratio, nimirum ad sermonem de cibo Christi, quem discipuli tunc non noverant; vere enim dicit Jesus : « Ego habeo cibum manducare quem vos nescitis [23]. » Quod enim agebat Jesus, voluntatem Patris, a quo missus fuerat, faciens, et perficiens illius opus, hoc discipuli non norant. Verum ut apertius intelligantur ea verba : « Ego habeo cibum manducare quem vos nescitis, » loquatur Paulus Corinthiis lacte opus habentibus, non solido cibo [24], qui etiam lac biberant, non cibum, eo quod cibi participes esse non possent; [his, inquam, loquatur Paulus :] « Ego habeo cibum manducare, quem vos nescitis. » Semperque profecto qui præstat deterioribus, hisque qui videre nequeant ea quæ vident præstantiores, dicet : « Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis. » Nec sane absurdum erit, si dixerimus non solum homines et angelos indigere cibis intelligibilibus, verum etiam

[12] Rom. XIV, 2. [13] Prov. XV, 17. [14] Hebr. V, 14. [15] IV Reg. IV, 40. [16] Psal. XXII, 1, 2. [17] Isai. XI, 7. [18] Gen. XXIV, 32. [19] Psal. CIII, 15. [20] ibid. [21] Psal. LXXVII, 25. [22] Gen. XVIII, 6. [23] Joan. IV, 32. [24] I Cor. III, 2.

(30) *Καὶ ἔστι γέ ποτε ξενισμὸς λαχάνων*, etc. In vulgatis τῶν Ο' editionibus Proverb. XV, 17, legitur : Κρείσσων ξενισμὸς μετὰ λαχάνων πρὸς φιλίαν καὶ χάριν ἢ παράθεσις μόσχων μετὰ ἔχθρας.

(31) *Ἢ μόσχοι*. Ita codex Bodleianus; Regius et Barberinus, ὥσπερ καὶ μόσχοι.

(32) Ἀπό. Sic codex Bodleianus; Regius et Barberinus, ὑπό.

(33) *Ἐλισσαῖον*. Sic ubique in codice Bodleiano per duplex sigma exprimitur nomen prophetæ Elisæi; in Regio per unicum.

(34) *Τοῦ παιδός*. Scribendum videtur οἱ παῖδες.

(35) *Ἀλλὰ καὶ τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ*, etc. Huc quoque pertinere debent ea quæ in *Origenianis* de sententia Adamantii super Trinitate disseruntur.

ipsum Dei Christum : namque ipse etiam, ut ita dicam, semper instruitur a Patre, qui nullius eget, sibi sufficiens. Sumit autem cibos vulgus discentium a discipulis Jesu, qui jubentur turbis apponere : Jesu vero discipuli ab ipso Jesu, verumtamen interdum etiam a sanctis angelis : at Filius Dei a solo Patre cibos sumit, absque ullo mediatore. Itidem non absurdum erit, Spiritum sanctum nutriri dicere. Proinde inquirenda est lectio Scripturæ, quæ nos hoc edoceat. Totum autem mysterium vocationis, et electionis, cibi sunt illius magnæ cœnæ : « Homo » enim, inquit, « fecit cœnam magnam, cœnæque tempore misit, qui vocarent invitatos [25] : » relegendæque sunt omnino ex Evangeliis parabolæ, quæ de cœnis loquuntur. Quin etiam per Isaiam [26] promissiones habemus comedendi et bibendi, dicentem : « Ecce **245** servi mei comedent, vos autem esurietis ; ecce servi mei bibent, vos autem sitietis. » Ad hæc ipsum hominem ponit Deus apud Genesim in paradiso deliciarum, datis illi legibus, ut quædam comederet, quædam non comederet : mansurusque erat immortalis homo, si ex omni ligno paradisi comedisset, præterquam e ligno cognoscendi bonum et malum [27]. Vide quæ in primo et vicesimo psalmo [28] dicuntur de his qui adorarunt eo quod comederint : « Comederunt » enim, inquit, « et adoraverunt omnes pingues terræ; » propterea : « Non interficiet Dominus fame animam justam [29] ; » sed quando injusti efficimur, immittet « famem super terram : non famem panis, neque sitim aquæ, sed famem audiendi verbi Dei [30]. » Quanto igitur magis proficimus, tanto meliora ac plura comedimus, donec fortasse perveniamus ad id, ut eumdem cibum comedamus cum Filio Dei, quem in præsentia discipuli non norant. Hoc in loco nihil dixit Heracleon.

35. « Dicebant igitur discipuli inter se : Num aliquis attulit illi aliquid ad edendum [31] ? » Etiamsi carnaliter retur Heracleon hæc a discipulis dici, tanquam qui adhuc humi repant, Samaritidem imitantes dicentem : « Neque haustorium habes, et puteus altus est [32] ; » dignum est uti cernamus num forte aliquid divinius videntes discipuli dicant inter se : « Num quis attulit illi quod edat ? » Fortassis enim rebantur potentiam aliquam angelicam attulisse illi quod ederet; et fortassis idcirco docebantur majorem esse illum cibum, quem manducare habebat, qui erat, ut faceret voluntatem ejus qui eum miserat, perficeretque opus illius.

36. « Dicit illis Jesus : Meus cibus est ut faciam voluntatem ejus qui misit me, et perficiam illius opus [33]. » Decens cibus Filio Dei, quando efficit voluntatem paternam ; hoc velle in seipso faciens

A ἀεὶ ἀπὸ τοῦ Πατρὸς τοῦ μόνου ἀνενδεοῦς καὶ αὐτάρκους αὐτῷ. Λαμβάνει δὲ τὰ βρώματα ὁ μὲν πολὺς τῶν μαθητευομένων ἀπὸ τῶν μαθητῶν Ἰησοῦ, κελευομένων παρατιθέναι τοῖς ὄχλοις· οἱ δὲ τοῦ Ἰησοῦ μαθηταὶ ἀπ' αὐτοῦ Ἰησοῦ, πλὴν (36) ἔσθ' ὅτε καὶ ἀπὸ ἁγίων ἀγγέλων· ὁ δὲ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἀπὸ τοῦ Πατρὸς μόνου λαμβάνει τὰ βρώματα, οὐ διά τινος. Οὐκ ἄτοπον δὲ καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα τρέφεσθαι λέγειν· ζητητέον δὲ λέξιν Γραφῆς ὑποβάλλουσαν ἡμῖν τοῦτο. Ὅλον δὲ τὸ μυστήριον τῆς κλήσεως καὶ ἐκλογῆς τὰ ἐν τῷ μεγάλῳ δείπνῳ ἐστὶ βρώματα· « Ἄνθρωπος » γάρ, φησίν, « ἐποίει δεῖπνον μέγα, καὶ τῇ ὥρᾳ τοῦ δείπνου ἔπεμψε καλέσαι τοὺς κεκλημένους· » καὶ ἀναλεκτέον γε ἀπὸ τῶν Εὐαγγελίων τὰς περὶ δείπνων παραβολάς. Ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦ Ἡσαΐου ἐπαγγελίαι B φαγεῖν εἰσι καὶ πιεῖν λέγοντος· « Ἰδοὺ οἱ δουλεύοντές μοι φάγονται, ὑμεῖς δὲ πεινάσετε· ἰδοὺ οἱ δουλεύοντές μοι πίονται, ὑμεῖς δὲ διψήσετε. » Ἔτι μὴν ἐν τῇ Γενέσει εἰς τὸν παράδεισον τῆς τρυφῆς τίθεται τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς, νόμους περὶ τοῦ ἐσθίειν τάδε τινὰ, καὶ μὴ ἐσθίειν τάδε διδούς· καὶ ἀθάνατος ἂν ἔμεινεν ὁ ἄνθρωπος, εἰ ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ βρώσει ἤσθιεν, ἀπὸ δὲ τοῦ ξύλου τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν μὴ ἤσθιεν. Ὅρα καὶ τὰ ἐν εἰκοστῷ πρώτῳ ψαλμῷ λεγόμενα περὶ τῶν προσκυνούντων διὰ τὸ βεβρωκέναι· « Ἔφαγον » γὰρ, φησὶ, « καὶ προσεκύνησαν πάντες οἱ πίονες (37) τῆς γῆς· » διόπερ « Οὐδαμῶς λιμοκτονήσει Κύριος ψυχὴν δικαίαν· » ἀλλ' ὅταν ἄδικοι C γενώμεθα, ἐξαποστελεῖ « λιμὸν ἐπὶ τὴν γῆν, οὐ λιμὸν ἄρτου, οὐδὲ δίψαν ὕδατος, ἀλλὰ λιμὸν τοῦ ἀκοῦσαι λόγον Θεοῦ. » Ὅσον οὖν προκόπτομεν, κρείττονα καὶ πλείονα φαγόμεθα, ἕως τάχα φθάσωμεν (38) ἐπὶ τὸ τὴν αὐτὴν βρῶσιν φαγεῖν τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ, ἣν ἐπὶ τοῦ παρόντος οἱ μαθηταὶ οὐκ οἴδασιν. Οὐδὲν δὲ εἰς τὴν λέξιν εἶπεν ὁ Ἡρακλέων.

35. « Ἔλεγον οὖν οἱ μαθηταὶ πρὸς ἀλλήλους· Μή τις ἤνεγκεν αὐτῷ φαγεῖν ; » Εἰ καὶ σαρκικῶς ὑπολαμβάνει ταῦτα λέγεσθαι ὁ Ἡρακλέων ὑπὸ τῶν μαθητῶν, ὡς ἔτι ταπεινότερον διανοουμένων, καὶ τὴν Σαμαρεῖτιν μιμουμένων λέγουσαν· « Οὔτε ἄντλημα ἔχεις, καὶ τὸ φρέαρ ἐστὶ βαθύ, » ἄξιον ἡμᾶς ἰδεῖν μήποτε βλέποντές τι θειότερον οἱ μαθηταὶ, φασὶ πρὸς ἀλλήλους· « Μή τις ἤνεγκεν αὐτῷ φαγεῖν; » D Τάχα γὰρ ὑπενόουν ἀγγελικήν τινα δύναμιν ἐνηνοχέναι αὐτῷ φαγεῖν· καὶ εἰκὸς, ὅτι διὰ τοῦτο ἐδιδάσκοντο, ὅτι μεῖζόν ἐστιν ὃ εἶχε βρῶμα φαγεῖν, ὅπερ ἦν ποιῆσαι τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντος αὐτὸν, καὶ τελειῶσαι τὸ ἔργον αὐτοῦ.

36. « Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Ἐμὸν βρῶμά ἐστιν ἵνα ποιήσω τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, καὶ τελειώσω αὐτοῦ τὸ ἔργον. » Πρέπουσα βρῶσις τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ, ὅτε ποιητὴς γίνεται τοῦ πατρικοῦ

[25] Matth. xxii, 2 ; Luc. xiv, 6. [26] Isai. lxv, 13. [27] Gen. ii, 8 seqq. [28] vers. 30. [29] Prov. x, 3. [30] Amos viii, 11. [31] Joan. iv, 33. [32] ibid. 11. [33] ibid. 34.

(36) *Ἀπ' αὐτοῦ Ἰησοῦ, πλήν.* Sic optime habet codex Bodleianus ; Regius vero, male, ἀπ' αὐτοῦ τοῦ, πλήν.

(37) In codice Bodleiano deest οἱ πίονες, et paulo post pro οὐδαμῶς legitur οὐδέ, nec non ἐξαποστέλλει pro ἐξαποστελεῖ.

(38) *Φθάσωμεν.* Sic codex Bodleianus ; Regius, φθάσομεν.

θελήματος, τοῦτο τὸ θέλειν ἐν ἑαυτῷ ποιῶν, ὅπερ ἦν καὶ ἐν τῷ Πατρὶ, ὥστε εἶναι τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ θελήματι τοῦ Υἱοῦ ἀπαραλλάκτῳ τοῦ θελήματος τοῦ Πατρὸς, εἰς τὸ μηκέτι εἶναι δύο θελήματα, ἀλλὰ ἓν θέλημα (39)· ὅπερ ἓν θέλημα αἴτιον ἦν τοῦ λέγειν τὸν Υἱόν· « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν· » καὶ διὰ τοῦτο τὸ θέλημα ὁ ἰδὼν αὐτὸν ἑώρακε τὸν Υἱὸν, ἑώρα δὲ καὶ τὸν πέμψαντα αὐτόν. Καὶ πρέπον γε μᾶλλον (40) οὕτω νοεῖν ἡμᾶς ποιεῖσθαι ὑπὸ τοῦ Υἱοῦ τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς, ἀφ' οὗ θελήματος καὶ τὰ ἔξω τοῦ θέλοντος καλῶς ἐγένετο, ἤπερ μὴ περιεργασαμένους ἡμᾶς τὰ περὶ τοῦ θελήματος νομίζειν εἶναι τὸ ποιεῖν τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντος, ἐν τῷ τάδε τινὰ τὰ ἔξω ποιεῖν· ἐκεῖνο γὰρ, (λέγω δὲ τὸ ἔξω τοῦ θέλοντος,) γινόμενον χωρὶς τοῦ προειρημένου θελήματος, οὐχ ὅλον μὲν τὸ θέλημα τοῦ Πατρός· πᾶν δέ ἐστι τὸ θέλημα Πατρὸς, ὑπὸ τοῦ Υἱοῦ γινόμενον, ὅτε τὸ θέλειν τοῦ Θεοῦ γενόμενον ἐν τῷ Υἱῷ ποιεῖ ταῦτα, ἅπερ βούλεται τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ· μόνος δὲ ὁ Υἱὸς πᾶν τὸ θέλημα ποιεῖ χωρῆσαι τοῦ Πατρός· διόπερ καὶ εἰκὼν αὐτοῦ. Ἐπισκεπτέον δὲ καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Τὰ δὲ λοιπὰ ἅγια οὐδὲν μὲν ποιήσει (41) παρὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, καὶ πάντα γε ἃ ποιήσει, ποιήσει κατὰ βούλημα τοῦ Θεοῦ, οὐ μέντοιγε διαρκεῖ πρὸς τὸ κατὰ τὸ πᾶν θέλημα τυπωθῆναι. Καὶ τόδε γε τὸ ἅγιον παρὰ τόδε τὸ ἅγιον μεῖζον ἢ πλεῖον, ἢ πλεῖον, ἢ ἐκτυπώτερον συγκρίσει ἑτέρου χωρήσει ἀπὸ τοῦ πατρικοῦ θελήματος, καὶ πάλιν παρ' ἐκεῖνο ἔσται τι ἄλλο διαφερόντως (42) χωροῦν. Πᾶν δὲ καὶ ὅλον τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ποιήσει ὁ εἰπών· « Ἐμὸν βρῶμά (43) ἐστιν ἵνα ποιήσω τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ τοῦ πέμψαντός με. » Μετὰ τοῦτο γοῦν φησιν εὐχαρίστως περὶ τοῦ Θεοῦ· « Οὐδὲν δύναται ὁ Υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδὲν, ἐὰν μή τι βλέπῃ τὸν Πατέρα ποιοῦντα· ἃ γὰρ ἐὰν ποιῇ ὁ Πατὴρ, ταῦτα καὶ ὁ Υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ· ὁ Πατὴρ ἀγαπᾷ τὸν Υἱὸν, καὶ πάντα δείκνυσιν αὐτῷ ἃ αὐτὸς ποιεῖ· » καὶ τάχα διὰ ταῦτα εἰκών ἐστι τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου· καὶ γὰρ τὸ ἐν αὐτῷ θέλημα εἰκὼν τοῦ πρώτου θελήματος, καὶ ἡ ἐν αὐτῷ θεότης εἰκὼν τῆς ἀληθινῆς θεότητος· εἰκὼν δὲ καὶ τῆς ἀγαθότητος ὢν τοῦ Πατρός φησι· « Τί με λέγεις ἀγαθόν; » Καὶ τοῦτό γε τὸ θέλημα βρῶμά ἐστι τοῦ Υἱοῦ ἴδιον αὐτοῦ· διὸ βρῶμά ἐστιν ὅ ἐστιν. Ὅτι δὲ τὸ περὶ τῆς διαθέσεώς ἐστι τὸ θέλημα, δηλοῖ ἡ ἐπιφερομένη λέξις, δεύτερον λέγουσα μετὰ τὴν ποίησιν τοῦ θελήματος τὸ τελειοῦσθαι τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ.

37. Ἐπιπλέον δὲ καὶ περὶ τούτου θεωρητέον, ἵν' εἰδῶμεν τί ἐστι καὶ τό· « Τελειώσω αὐτοῦ τὸ ἔργον. » Εἰ μὲν οὖν τις ἁπλούστερον ἐρεῖ, ὅτι τὸ προστεταγμένον ἔργον ὅπερ (44) αὐτοῦ ἐστι τοῦ προστάξαντος, ὡς εἰ ἐπὶ παραδειγμάτων ἐλέγομεν τοὺς

A quod est et in Patre, ita ut voluntas Dei sit in Filii voluntate immutabili a voluntate Patris; ne sint amplius duæ voluntates, sed una voluntas: quæ una voluntas auctor est Filio Dei dicendi: « Ego et Pater unum sumus [34]: » et hanc ob voluntatem, qui eum vidit, vidit et Filium, vidit etiam eum qui misit ipsum [35]. Decetque magis ita nos intelligere paternæ voluntatis morem gerere Filium, **246** a qua voluntate ea etiam quæ extra eum sunt, qui vult, præclare facta sunt; quam curiosius ea quæ ad voluntatem pertinent spectantes, facere voluntatem ejus qui misit, in faciendis quibusdam quæ exteriora sunt, positum existimare. Illud enim (dico autem illud, quod extra volentem) factum seorsum a voluntate prædicta, non est tota voluntas
B Patris; cum alioqui tota voluntas Patris a Filio sit effecta, cum velle Dei natum in Filio faciat hæc quæ velit voluntas Dei: solo Filio capiente totam Patris voluntatem: quam etiam ob causam imago ipsius est [36]: id quod etiam de Spiritu sancto considerandum est. Cæterum reliqui sancti nihil quidem facient præter voluntatem Dei, atque omnia profecto quæ facient, facient secundum voluntatem Dei, haud tamen ut tota Dei voluntas imprimatur in eis. Quin hoc sanctum præ illo sancto melius et majus, plus atque expressius percipiet ex voluntate paterna, comparatione alterius, quo sancto rursus aliud sanctum excellentius percipiet. At omnem universamque Dei voluntatem ille faciet qui dixit [37]:
C « Meus cibus est ut faciam voluntatem » Dei, « qui misit me. » Post hæc igitur de Deo inquit gratiose admodum: « Nihil potest Filius facere a se ipso, nisi viderit Patrem aliquid facientem; quæ enim Pater facit, ea similiter et Filius facit; Pater diligit Filium, et omnia illi ostendit quæ ipse facit [38]; » et fortassis hanc ob causam imago est Dei invisibilis [39]: etenim voluntas, quæ in ipso est, imago est [(43*) primæ voluntatis; et quæ in eo est divinitas, imago est] veræ divinitatis: imago autem etiam exsistens bonitatis Patris [40], inquit: « Cur me vocas bonum [41]? » Et sane voluntas hæc cibus est Filii Dei, atque illi proprius ideo cibus est quod voluntas est. Quod autem voluntas sit quæ pertinet ad dispositionem, declarat qui subjungitur
D contextus, secundo dicens, post exsecutionem voluntatis perfici opus Dei.

37. Sed diutius considerandus est hic contextus, ut intelligamus hoc dictum, nempe, « perficiam opus ipsius. » Atque aliquis quidem simpliciter dicet injunctum opus, illius esse qui jussit: veluti si, verbi gratia, diceremus eos qui fabricant, qui-

[34] Joan. x, 30. [35] Joan. xii, 45. [36] II Cor. iv, 4. [37] Joan. iv, 34. [38] Joan. v, 19, 20. [39] Col. i, 15. [40] Sap. vii, 26. [41] Marc. x, 8; Luc. xviii, 19.

(39) *Ἀλλὰ ἓν θέλημα.* Ita codex Bodleianus; in Regio deest ἕν.
(40) *Μᾶλλον.* Deest in codice Bodleiano.
(41) Codex Regius, perperam, ποιῆσαι. Ibidem e codice Bodleiano restituimus hæc verba, καὶ πάντα γε ἃ ποιήσει, ποιήσει κατὰ βούλημα τοῦ Θεοῦ.
(42) Codex Regius, male, διαφέροντος.
(43) *Ἐμὸν βρῶμα.* Sic codex Bodleianus; Regius omisit ἐμόν.
(43*) Hæc supplevimus e Perionio.
(44) *Ὅπερ.* Videtur παρέλκειν.

que terram arant, dicere se perficere opus illius qui eos sumpsisset ad aliquod opus obeundum, dum perficerent illud cujus gratia assumpti fuerant. Alius vero dicturus est, si perficiatur opus Dei a Christo, 247 liquere hoc imperfectum fuisse, antequam perficeretur. Sed quomodo imperfectum erat opus exsistens Dei? rursusque quomodo perficitur Dei opus ab eo qui dixit: « Pater, qui misit me, major me est[43]? » sed perfectio operis perfectio erat naturæ illius quæ rationis est compos: ad hanc enim naturam, quæ rationis est compos, imperfecta cum esset, perficiendam venit Sermo Dei Filius factus caro. Num ergo creatum est imperfectum opus, et mittitur Servator ad illud imperfectum perficiendum? Sed quomodo non est absurdum, si dixerimus Patrem rei imperfectæ auctorem fuisse, Servatorem vero eam imperfectam creatamque imperfectam perfecisse? Igitur, meo judicio, profundius aliquod mysterium hoc in loco repositum est: nam fortassis id quod rationis est capax, tum cum in paradiso positum fuit, imperfectum omnino non erat. Alioquin qui posuisset Deus rem imperfectam in paradiso, quæ operaretur et custodiret eum? Nec enim consentaneum est uti imperfectus is dicatur qui operari possit lignum vitæ, et omnia quæ plantaverat Deus et postea orta sunt. Proinde vide ne forte perfectus cum esset homo, imperfectus sit factus ob inobedientiam, egueritque aliquo qui ipsum ab hac imperfectione liberaret, et hanc ob causam missus fuerit Servator, primum quidem, ut faceret voluntatem ejus qui misit ipsum[44], operarius illius etiam hoc loco factus, deinde vero, ut perficeret opus Dei, et unusquisque factus perfectus assuesceret solido cibo, ac cum sapientia consuetudinem haberet. « Perfectorum autem est solidus cibus, nempe eorum qui per habitum exercitatos habent sensus ad dijudicandum, tum bonum, tum malum[45]; » et qui loquitur sapientiam, inquit[46]: « Sapientiam autem loquimur inter perfectos; » et cum unusquisque nostrum, qui opus Dei sumus, a Jesu perfectus factus fuerit, dicet: « Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi; posthac reposita est mihi corona justitiæ[47]. » Nec solus homo lapsus est, cum perfectus esset, ad imperfectum, sed « filii » etiam « Dei, » qui « cum vidissent filias hominum pulchras esse, acceperunt sibi ex omnibus, quas elegissent[48]; » et generatim omnes « qui deseruerunt propriam habitationem, et non servaverunt suum ipsorum principium[49]. » Nec, dicens « principium, » principatum dico, qui comparatur potestati; sed « principium » dico, quod fini opponitur, quodque cum primo conjunctum est: ut quemadmodum homini principium essendi in paradiso fuit, finis vero propter transgressionem fortassis in inferno deorsum, vel in aliquo loco si-

αὐτὰς, ἑτέροις τὰ ὑπὸ αὐτῶν εὑρημένα παραδιδόντες, αἴτιοι ἐξ ὧν εὑρήκασι γίνονται τοῖς μεταγενεστέροις οὐ δυνηθεῖσι τάς τε ἀρχὰς εὑρεῖν, καὶ τὰ ἑξῆς ἐπισυνάψαι, καὶ τὸ τέλος τῶν τεχνῶν καὶ τῶν ἐπιστημῶν ἐπιθεῖναι, τοῦ συμπληρωθεισῶν τῶν τοιούτων τεχνῶν καὶ ἐπιστημῶν πλήρη τὸν καρπὸν ὡς ἐν θερισμῷ αὐτῶν ἀναλαβεῖν· εἰ δὲ τοῦτο ἐπὶ τεχνῶν ἐστιν ἀληθὲς καί τινων ἐπιστημῶν, πόσῳ πλέον ἐπὶ τῆς τέχνης τῶν τεχνῶν καὶ ἐπιστήμης τῶν ἐπιστημῶν ἔστι συνιδεῖν; τὰ γὰρ εὑρεθέντα ὑπὸ τῶν προτέρων ἐπεξεργασάμενοι οἱ μετ' αὐτοὺς παραδεδώκασι τοῖς ἑξῆς ἐξεταστικῶς προσιοῦσι τοῖς εὑρεθεῖσιν ἀφορμὰς τοῦ τὸ ἓν σῶμα τῆς ἀληθείας μετὰ σοφίας συναχθῆναι. Πληρωθέντος δὴ τοῦ παντὸς ἔργου τῆς τέχνης τῶν τεχνῶν, ὁ σπείρων ὁμοῦ χαίρει, καὶ ὁ θερίζων, τοῦ ἀμειβομένου Θεοῦ εἰς ἓν πάντας τέλος συνάγοντος. Ὅρα δὲ εἰ οἱ μὲν σπείροντές εἰσι Μωσῆς καὶ προφῆται γράψαντες τὰ πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν, εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησε, καὶ κηρύξαντες τὴν Χριστοῦ ἐπιδημίαν· θερίσαντες δὲ οἱ τὸν Χριστὸν παραδεξάμενοι, καὶ τεθεαμένοι τὴν δόξαν αὐτοῦ ἀπόστολοι, συμφωνοῦσαν τοῖς προφητικοῖς περὶ αὐτοῦ λογικοῖς ὃ σπέρμασι (86), θερισθεῖσι κατὰ τὴν ἐπεξεργασίαν καὶ κατανόησιν τοῦ κεκρυμμένου μυστηρίου ἀπὸ τῶν αἰώνων, φανερωθέντος δὲ ἐπ' ἐσχάτου τῶν καιρῶν· « ὅπερ ἑτέραις γενεαῖς οὐκ ἐγνωρίσθη τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, ὡς νῦν ἀπεκαλύφθη τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις αὐτοῦ καὶ προφήταις· » σπέρμα δὲ ἦν ὁ πᾶς λόγος κατὰ ἀποκάλυψιν « μυστηρίου χρόνοις αἰωνίοις σεσιγημένου, » καὶ « νῦν » φανερωθέντος « διά » τε « Γραφῶν προφητικῶν, » καὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ὅτε τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν πεποίηκε τὰς χώρας, ἐν τῷ ἐπιλάμψαι (87) αὐταῖς, λευκὰς πρὸς θερισμὸν ἤδη. Κατὰ τοῦτον δὴ τὸν λόγον αἱ χῶραι ἐν αἷς κατεβέβλητο τὰ σπέρματα, αἱ νομικαὶ καὶ προφητικαί εἰσι Γραφαί, αἵτινες οὐχ ἦσαν λευκαὶ τῷ τὴν παρουσίαν τοῦ Λόγου μὴ κεχωρηκέναι (88)· γίνονται δὲ τοιαῦται τοῖς μαθητευομένοις τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ, καὶ πειθομένοις λέγοντι· « Ἐπάρατε τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ θεάσασθε τὰς χώρας, ὅτι λευκαί εἰσι πρὸς θερισμὸν ἤδη. » Ὡς γνήσιοι τοίνυν καὶ ἡμεῖς Χριστοῦ μαθηταὶ ἐπάρωμεν τοὺς ὀφθαλμούς, καὶ τὰς χώρας ἐσπαρμένας ὑπὸ Μωϋσέως καὶ τῶν προφητῶν θεασώμεθα, ἵνα ἴδωμεν τὴν λευκότητα αὐτῶν, καὶ τίνα τρόπον ἤδη θερίσαι ἔστιν αὐτὰς καὶ συνάξαι τὸν καρπὸν αὐτῶν εἰς ζωὴν αἰώνιον (89), μετὰ τοῦ καὶ μισθὸν ἐλπίζειν ἀπολαβεῖν ἀπὸ τοῦ Κυρίου τῶν κωμῶν, καὶ χορηγοῦ τῶν σπερμάτων (90). Τὸν μὲν οὖν τὸν σπείροντα ὁμοῦ, καὶ τὸν θερίζοντα χαίρειν, ὅτε ἀπέδρα ὀδύνη, καὶ λύπη, καὶ στεναγμὸς, ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι, πᾶς ὁστισοῦν ὁμολογήσει τῶν ἀνεγνωκότων, ὅτι « πολλοὶ

A alii assumentes curiosiusque ea examinantes, vicissimque aliis tradentes inventa sua, auctores sunt posteris, ex his quæ invenerint non valentibus principia invenire, et sequentia **257** conjungere, et summam manum artibus et scientiis imponere, ut plenum fructum percipiant; non secus atque in messe, hujusmodi artibus et scientiis completis. Quod si hoc verum est in artibus et quibusdam scientiis, quanto magis in ea arte quæ ars est artium et scientia scientiarum, conspicere id licet? Inventa enim a majoribus curiosius cum indagassent posteri, occasionem successoribus suis, qui hæc inventa cum diligentia adiissent, tradiderunt, ut unum veritatis corpus cum sapientia conjungerent. Igitur completo toto opere artis artium, qui seminat, simul gaudet, et qui metit, Deo vicissim in B unum finem omnes congregante. Proinde vide an seminantes sint Moses et prophetæ, qui scripserunt ea « quæ pertinent ad nostram admonitionem, in quos fines sæculorum devenerunt [95], » quique prædicaverunt adventum Christi; qui messuerunt autem, sint apostoli, qui Christum receperunt videruntgloriamque ejus, consonam propheticis et rationabilibus de ipso seminibus, quæ demessa fuere secundum accuratam indaginem et intelligentiam mysterii, absconditi quidem a sæculis, sed retecti in novissimis temporibus [96]; « quod in aliis ætatibus non innotuit filiis hominum, quemadmodum revelatum est nunc sanctis ejus apostolis et C prophetis [97]; » semen vero sit universa illa ratio « mysterii, quod temporibus æternis tacitum, nunc » per revelationem, et « per Scripturas propheticas, » atque per adventum Domini nostri Jesu Christi « innotuit [98]; » quando lux illa vera regiones fecit, illis illucescendo, jam albas esse ad messem. Secundum hanc igitur rationem, regiones in quibus conjecta fuere semina, legis ac prophetarum sunt Scripturæ, quæ albæ non erant, quod non recepissent præsentiam et adventum Sermonis [Filii Dei]: tales vero fiunt his qui edocti fuerint a Filio Dei, quique illi paruerint dicenti: « Attollite oculos vestros, et videte regiones jam albas esse ad messem [99]. » Attollamus igitur etiam nos, ceu germani Christi discipuli, oculos, et regiones a Moyse cæterisque pro- D phetis seminatas intueamur, ut videamus ipsarum albedinem; quo etiam modo jam eas metere libeat, et congregare ipsarum fructum in vitam æternam; sperantes etiam mercedem accipere a Domino vicorum et largitore seminum. Itaque seminantem simul et **258** metentem gaudere, cum aufugerit dolor et mœror, et suspirium, in futuro sæculo, fatebitur quidem, quisquis legerit futurum, ut « multi

[95] I Cor. x, 11. [96] I Petr. I, 20. [97] Ephes. III, 5. [98] Rom. XVI, 25, 26. [99] Joan. IV, 35.

(86) *Λογικοῖς ὃ σπέρμασι.* Ita optime codex Bodleianus, male Regius λογικοὶ ὃ σπέρμασι.

(87) *Ἐν τῷ ἐπιλάμψαι.* Sic habet codex Bodleianus; Regius vero, male, ἐπέλαμψεν.

(88) Codd. Regius et Barberinus, τοῖς τὴν παρουσίαν τοῦ Λόγου μὴ κεχωρηκόσι; sed Bodleianus ut in nostro textu.

(89) Codd. Regius et Barberinus, αὐτὸν καὶ συνάγειν καρπὸν εἰς ζωὴν αἰώνιον, Bodleianus autem lectionem nostri textus exhibet.

(90) Codex Bodleianus, optime, χορηγοῦ τῶν, male Regius et Barberinus, χορηγοῦντων.

ab Oriente et Occidente veniant, et accumbant cum Abraham, et Isaac, et Jacob in regno cœlorum[1]. » Jam vero omnem seminantem cum omni metente gaudere si quis ambigat admittere, consideret quod aliquo modo messis fuit transformatio Jesu, qui visus est in gloria, non solum metentibus Petro, Jacobo et Joanni, qui cum ipso ascenderant[2], verum etiam seminatoribus Mosi et Eliæ: cum ipsis enim pariter gaudent, videntes gloriam Filii Dei, quam a Patre illustratam, illustrantemque videntes, antea non viderant Moses et Elias, ut nunc vident simul cum sanctis apostolis. Perinde autem, quasi universale sit hoc dictum, sumimus: « Ille qui metit, mercedem accipit, et congregat fructum in vitam æternam; ut qui seminat simul gaudeat, et qui metit[3], » eo quod in sequentibus plures dicantur esse qui metunt, et plures qui laboraverint, nimirum in seminando. Dicitur enim veluti ad multos messores: « Ego misi vos ad metendum, quod vos non laborastis[4]; » et quasi multi sint qui in semine laboraverint, similiter dicitur: « Alii laboraverunt, et vos in laborem eorum introistis[5]. » Proinde æquivalet universali hæc propositio: « Ille qui metit, mercedem accipit; » et sensus talis est: Omnis « qui metit, mercedem accipit, et congregat fructum in vitam æternam, ut » omnis « qui seminat, simul gaudeat, et » omnis « qui metit. » Hæc autem aliqui quidem prompte admittent, non ambigentes quin manifestata sint sanctis apostolis in adventu Christi qui eis illustravit omnem Scripturam luce cognitionis, quæ occultata fuerant antiquis generationibus, ac ipsi Mosi et prophetis: alii vero verebuntur admittere, non audentes dicere Mosen virum tantum, et prophetas, adhuc agentes in humanis, non assecutos fuisse quæ apostoli intellexissent: præsertim cum hæc in Scripturis sint seminata, quas ipse Moses ac prophetæ administraverint. Sed illi primi hoc dicto utentur: « Multi prophetæ et justi cupierunt videre quæ vos videtis, et non viderunt; et audire quæ auditis, et non audierunt[6]; » et hoc etiam: « Ecce plus quam Salomon hoc in loco[7]; » et illo etiam: « In aliis ætatibus non innotuit filiis hominum, quemadmodum revelatum est nunc sanctis apostolis ejus et prophetis, ut sint gentes cohæredes, et ejusdem corporis, consortesque **259** promissionis in Christo[8]. » Adducent etiam hi illud quod Daniel post quamdam visionem scripsit: « Surrexi, et non erat qui intelligeret[8*]; » et illud Isaiæ: « Sermones hujus libri sunt veluti liber hominis signatus: quem ipsum si dederint homini nescienti litteras, dicentes: Lege, dicet: Nescio litteras; et dabunt illum homini scienti litteras, et dicet: Non possum legere, eo quod signatus sit[9]. » Rursus alii hæc omnia hac sententia destruent: « Sapiens intelliget quæ ex ore suo

A ἀπ' ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν ἥξουσι καὶ ἀνακλιθήσονται μετὰ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. » Τὸ δὲ καὶ ἤδη πάντα τὸν σπείροντα μετὰ παντὸς τοῦ θερίζοντος χαίρειν εἴ τις διστάζει παραδέξασθαι, νοησάτω, ὅτι θερισμός πως ἦν τις ἡ μεταμόρφωσις Ἰησοῦ ἐν δόξῃ φαινομένου, οὐ μόνον τοῖς θερισταῖς Πέτρῳ, καὶ Ἰακώβῳ, καὶ Ἰωάννῃ, τοῖς συναναβᾶσιν αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ τοῖς σπείρασι Μωσῇ καὶ Ἡλίᾳ· ἅμα γὰρ αὐτοῖς χαίρουσιν, ὁρῶντες τὴν δόξαν τοῦ Υἱοῦ Θεοῦ, ἥντινα ἐπὶ τοσοῦτον πεφωτισμένην ὑπὸ τοῦ Πατρὸς, καὶ φωτίζουσαν τοὺς ὁρῶντας, πρότερον οὐχ ἑωράκει Μωσῆς, καὶ Ἡλίας, ὡς νῦν θεῶνται ἅμα τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις. Ὡς καθολικῷ δὲ ἴσον δυνάμενον λαμβάνομεν τό· « Ὁ θερίζων μισθὸν λαμβάνει, καὶ συνάγει καρπὸν εἰς ζωὴν αἰώ- B νιον, ἵνα ὁ σπείρων ὁμοῦ χαίρῃ, καὶ ὁ θερίζων, » διὰ τὸ ἐν τοῖς ἑξῆς πλείονας λέγεσθαι τοὺς θεριστὰς, καὶ πλείονας τοὺς κεκοπιακότας, δηλονότι εἰς τὸ σπεῖραι. Λέγεται γὰρ ὡς πρὸς πολλοὺς θεριστὰς τό· « Ἐγὼ ἀπέστειλα ὑμᾶς θερίζειν ὃ οὐχ ὑμεῖς κεκοπιάκατε· » καὶ ὡς πολλῶν ἐν τῷ σπόρῳ κεκμηκότων τό· « Ἄλλοι κεκοπιάκασι, καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν κόπον αὐτῶν εἰσεληλύθατε. » Ἴσον δὲ δύναται τῷ καθολικῷ (91) τό· « Ὁ θερίζων μισθὸν λαμβάνει, » καὶ τὸ ἑξῆς τοιοῦτον· « Πᾶς ὁ θερίζων μισθὸν λαμβάνει, καὶ συνάγει καρπὸν εἰς ζωὴν αἰώνιον, ἵνα πᾶς ὁ σπείρων ὁμοῦ χαίρῃ, καὶ πᾶς ὁ θερίζων. » Ταῦτα δὲ οἱ μέν τινες (92) ἑτοίμως παραδέξονται, μὴ διστάζοντες περὶ τοῦ τὰ ἀποκεκρυμμένα ταῖς πάλαι γενεαῖς καὶ αὐτῷ Μωσεῖ, καὶ τοῖς προφήταις πεφανερῶσθαι τοῖς C ἁγίοις ἀποστόλοις κατὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐπιδημίαν, φωτίσαντος αὐτοῖς τὸ φῶς τὸ τῆς γνώσεως τῆς πάσης Γραφῆς· ἕτεροι δὲ ὀκνήσουσι προσέσθαι, μὴ τολμῶντες λέγειν τὸν τηλικοῦτον Μωσέα, καὶ τοὺς προφήτας μὴ ἐφθακέναι ἔτι ὄντας ἐν τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ ἐπὶ τὰ τοῖς ἀποστόλοις νενοημένα, καὶ τοῦτο ταῖς θείαις Γραφαῖς ἐνεσπαρμένα, ταῖς ὑπ' αὐτῶν διακονηθείσαις. Χρήσονται δὲ οἱ πρότεροι τῷ· « Πολλοὶ προφῆται καὶ δίκαιοι ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ ὑμεῖς βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον· καὶ ἀκοῦσαι ἃ ἀκούετε, καὶ οὐκ ἤκουσαν· » καί· « Ἰδοὺ πλεῖον Σολομῶντος ὧδε· » καὶ τῷ· « Ἑτέραις γενεαῖς οὐκ ἐγνωρίσθη τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, ὡς νῦν ἀπεκαλύφθη τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις αὐτοῦ, καὶ προφήταις εἶναι τὰ D ἔθνη συγκληρονόμα, καὶ σύσσωμα, καὶ συμμέτοχα τῆς ἐπαγγελίας ἐν Χριστῷ· » καὶ τῷ ἐν τῷ Δανιὴλ γεγραμμένῳ μετά τινα ὅρασιν, ὅτι, « Ἀνέστην, καὶ οὐκ ἦν ὁ συνιών· » καὶ τῷ ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ· « Εἰσὶν οἱ λόγοι τοῦ βιβλίου τούτου ὡς βιβλίον ἀνθρώπου ἐσφραγισμένον, ὃ ἐὰν δῶσιν αὐτὸ ἀνθρώπῳ μὴ ἐπισταμένῳ γράμματα λέγοντες· Ἀνάγνωθι, ἐρεῖ· Οὐκ ἐπίσταμαι γράμματα· καὶ δώσουσιν αὐτὸ ἀνθρώπῳ ἐπισταμένῳ γράμματα, καὶ ἐρεῖ· Οὐ δύναμαι ἀναγνῶναι, ἐσφράγισται γάρ. » Οἱ δὲ δεύτεροι ταῦτα πάντα διαλύσονται τῷ· « Σοφὸς νοήσει τὰ ἀπὸ τοῦ ἰδίου στόμα-

[1] Matth. VIII, 11. [2] Matth. XVII, 1-3. [3] Joan. IV, 36. [4] ibid. 38. [5] ibid. [6] Matth. XIII, 17. [7] Matth. XII, 42. [8] Ephes. III, 5, 6. [8*] Dan. VIII, 26. [9] Isai. XXIX, 11, 12.

(91) *Τῷ καθολικῷ*. Sic codex Bodleianus; in Regio deest τῷ.

(92) Sic habet codex Bodleianus; in Regio deest τινές.

τος· ἐπὶ δὲ χείλεσι φορεῖ ἐπιγνωμοσύνην· » λέγοντες A Μωσέα καὶ ἕκαστον προφητῶν τὰ διακονηθέντα ὑπ' αὐτῶν νενοηκέναι, οὐχ ὥστε καὶ ἑτέροις παραδοῦναι καὶ ἀναπτύξαι τὰ μυστήρια· τοὺς μέντοιγε ἀποστόλους, ὡς ἐν καιρῷ ἀποκαλύψεως γενομένους, εἰπεῖν ἄν· « Στήκετε (93), καὶ κρατεῖτε τὰς παραδόσεις ἃς ἐδιδάχθητε· » καὶ, « Ἃ ἤκουσας παρ' ἐμοῦ διὰ πολλῶν μαρτύρων, ταῦτα παράθου πιστοῖς ἀνθρώποις, οἵτινες ἱκανοὶ ἔσονται καὶ ἑτέρους διδάξαι· » καὶ, ὅτι, εἰ ἐπεθύμουν πολλοὶ προφῆται καὶ δίκαιοι ἰδεῖν ἃ ἔβλεπον οἱ ἀπόστολοι, καὶ ἃ ἤκουον, λέγοντος τοῦ Σωτῆρος, οὐ πάντως τὰ τῶν νομικῶν Γραφῶν καὶ προφητικῶν ἐπεθύμουν, ἀλλὰ τούτων μείζονα ἀπαγγελλόμενα, πρὸς τοῖς πνευματικοῖς τοῦ νόμου καὶ τοῖς ἀποῤῥήτοις τῶν προφητῶν, ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος B τοῖς ἀποστόλοις, ὁποῖα ἦν τό· « Ἤκουσα ἄῤῥητα ῥήματα, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι, » καὶ παραπλήσια τοῖς ὑπὸ τοῦ Παρακλήτου λεγομένοις. Ἔτι δὲ καὶ ἐν τούτοις (94) τὸ ῥητὸν θεασώμεθα, οἷον εἶναί τινα διηγεῖται τὸν θερίζοντα μισθὸν λαμβάνειν, καὶ συνάγειν καρπὸν εἰς ζωὴν αἰώνιον ὁ εὐαγγελιστής, λέγων· « Ἵνα ὁ σπείρων ὁμοῦ χαίρῃ, καὶ ὁ θερίζων. » Εἰ δὲ ἵνα ὁ σπείρων ὁμοῦ χαίρῃ, καὶ ὁ θερίζων μισθὸν λαμβάνει, καὶ συνάγει καρπὸν εἰς ζωὴν αἰώνιον, τάχα ὁ σπείρων, κοινωνῶν τῷ μισθῷ τοῦ θερίζοντος, καὶ τῇ συναγωγῇ τοῦ εἰς ζωὴν αἰώνιον συναγομένου καρποῦ, ἅμα τῷ θερίζοντι χαρήσεται. Ἄλλος δέ τις ἐρεῖ ὅλα τὰ νομικὰ καὶ τὰ προφητικὰ ἀκριβῶς κατὰ τὴν πνευματικὴν ἐκδοχὴν νενοημένα Μωσεῖ καὶ τοῖς προφήταις, καὶ ὡς ἐχρῆν κεκαλυμμένως καὶ ἐσκε- C πασμένως ἀναγεγραμμένα τὰ ἐσπαρμένα εἶναι· ἐπεὶ δὲ « λόγον σοφὸν ἐὰν ἀκούσῃ ἐπιστήμων, αἰνέσει αὐτὸν, καὶ ἐπ' αὐτὸν προσθήσει, » δῆλον, ὅτι οἱ ἀπόστολοι σπέρμασιν ἀποῤῥητοτέρων καὶ βαθυτέρων χρησάμενοι, τοῖς ὑπὸ Μωϋσέως καὶ τῶν προφητῶν νενοημένοις (95), διαβεβήκασιν ἐπὶ τὸ εἰς πολλαπλασίονα φθάσαι τῆς ἀληθείας θεάματα, Ἰησοῦ ἐπαίροντος αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ φωτίζοντος αὐτῶν τὰς διανοίας, καὶ ἦν τὰ πολλαπλασίονα θερισμὸς τῶν λευκῶν (96) χωρῶν· οὐχ ὡς ὑποδεέστεροι δὲ οἱ προφῆται καὶ Μωσῆς ἀρχῆθεν οὐκ εἶδον (97) ὅσα οἱ ἀπόστολοι κατὰ τὴν Ἰησοῦ ἐπιδημίαν, ἀλλ' ὡς περιμένοντες τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐν ᾧ ἐχρῆν μετὰ τοῦ ἐξαιρέτου τῆς Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιδημίας, καὶ ἐξαίρετα παρὰ τὰ λελαλημένα πώποτε ἐν τῷ κόσμῳ ἢ γεγραμμένα D ἀποκαλυφθῆναι ἀπὸ τοῦ οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγησαμένου τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν κενώσαντος καὶ μορφὴν δούλου εἰληφότος.

47. « Ἐν γὰρ τούτῳ ὁ λόγος ἐστὶν ἀληθινὸς, ὅτι ἄλλος ἐστὶν ὁ σπείρων, καὶ ἄλλος ὁ θερίζων. » Εἴτε

prodibunt; in labiis autem suis gestat scientiam [10]; » dicentes Mosen et unumquemque prophetarum intellexisse, quæ ipsi administraverint, non tamen ut aliis etiam traderent revelarentque mysteria; apostolos vero, ut qui tempore revelationis exstiterint, dicere: « State, et tenete traditiones, quas edocti fuistis [11]: » et illud: « Quæ audisti a me per multos testes, hæc propone hominibus fidelibus, qui idonei erunt alios etiam docere [12]: » dicentque, si desiderarunt multi prophetæ et justi videre quæ viderunt et audierunt apostoli a Servatore loquente [13], non omnino desiderasse Scripturas legis et prophetarum, sed his majora: nempe quæ Servator apostolis enuntiasset, præter spiritualia legis et abstrusa prophetarum, de quorum numero illud erat: « Audivi arcana verba, quæ non licet ad hominem loqui [14], » et similia his quæ dicuntur a Paracleto. Præterea vero etiam in his contextum consideremus, quemadmodum quemdam esse metentem, qui mercedem accipiat et congreget fructum in vitam æternam, narrat evangelista, dicens: « Ut qui seminat, simul gaudeat, et qui metit [15]. » Nam si, ut qui seminat simul gaudeat, et si qui metit mercedem accipit, et congregat fructum in vitam æternam, fortassis qui seminat participans mercedem cum metente, et collectionem fructus qui convehitur in vitam æternam, simul cum metente gaudebit. At alius quidam dicturus est, omnia legalia et prophetica Mosen ac prophetas accurate intellexisse, juxta spiritualem intelligentiam, et, ut oportebat, tecte et considerate scripta, ea esse quæ seminata sunt; quoniam autem « si sermonem sapientem audierit sapiens, laudabit eum, et ad ipsum addet [16], » perspicuum esse apostolos rerum magis reconditarum et profundarum usos seminibus, quæ Moyses et prophetæ distribuissent, eo pervenisse ut assequerentur visiones veritatis multo copiosiores, **260** nimirum Jesu illorum oculos attollente, et illucescente illorum mentibus, quæ copiosiores visiones messis regionum albarum erant: cæterum non quia fuerint abjectiores prophetæ ac Moses, a principio eos non vidisse omnia, quæ apostoli in adventu Christi; sed quia veluti exspectabant temporis plenitudinem: quo quidem tempore cum eximii illius Jesu Christi adventu revelanda erant etiam excellentiora his quæ unquam vel dicta vel scripta fuerint in mundo, ab eo qui non rapinam arbitratus est se Deo æqualem esse, sed seipsum exinanivit, forma servi accepta [17].

47. « In hoc enim sermo verax est, quod alius est qui seminat, et alius qui metit [18]. » Sive secun-

[10] Prov. XVI, 23. [11] II Thess. II, 14. [12] II Tim. II, 2. [13] Matth. XIII, 17. [14] II Cor. XII, 4. [15] Joan. IV, 36. [16] Eccli. XXI, 18. [17] Philipp. II, 6, 7. [18] Joan. IV, 37.

(93) *Εἰπεῖν ἄν· στήκετε*. Sic habet codex Bodleianus; in Regio legitur εἰπεῖν, ἀνστήκετε.

(94) *Ἐν τούτοις*. Sic codex Bodleianus; Regius et Barberinus, τούτοις.

(95) Codex Bodleianus, διανενοημένοις.

(96) Codex Bodleianus λευκῶν, Regius vero et Barberinus πολλῶν.

(97) *Οὐκ εἶδον*. Deest in Regio et Barberino, sed legitur in Bodleiano.

dum exemplum ab artibus et scientiis sumptum interpretemur præsentia, clarum est quod verus sit sermo: « Alius est qui seminat, et alius qui metit; » sive eo quod seminarint quidem Moses et prophetæ, viderint autem regiones albas esse qui levaverunt oculos juxta præceptum Domini nostri Jesu Christi, qui eis præceperat ut viderent quomodo regiones jam albæ essent ad messem; etiam sic manifestum est quonam pacto alius sit qui seminat, et alius qui metit. Considera vero num alius et alius idcirco dicatur, eo quod illi justificentur quidem tali vitæ instituto, hi vero alio præter illud, adeo ut alterum legalem, alterum evangelicum dicamus. Attamen simul gaudent, uno fine utrisque reposito ab uno Deo per unum Christum in uno sancto Spiritu.

48. At Heracleon hæc verba: « Ut qui seminat, simul gaudeat, et qui metit, » sic enarravit: « Gaudet quidem, inquit, qui seminat, et quoniam seminat, et quod species quædam seminum ipsius congregantur, spem eamdem etiam de cæteris habens; qui vero metit, similiter aliquid metit; sed primus quidem qui seminat, incœpit, secundus vero est ille qui metit; non enim eodem tempore poterant utrique incipere; opus enim erat, ut primum seminaretur, deinde meteretur. Itaque cessante a satione satore, adhuc messor metet. In præsentia equidem utrique proprium opus operantes simul gaudent, commune gaudium seminum, perfectionem rati. » Præterea in eo dicto: « In hoc est sermo verus, quod alius **261** est qui seminat, et alius qui metit, » inquit: « Alter quidem supra locum filius hominis seminat: sed Servator cum sit et ipse Filius hominis, metit, et messores mittit, nempe eos quos discipuli rentur angelos; unumquemque ad suam ipsius animam. » Non admodum autem clare exposuit, qui sint duo filii hominis, quorum alter seminat et alter metit.

49. « Ego misi vos ad metendum quod vos non laborastis; alii laboraverunt, et vos in laborem eorum introistis [19]. » Haud est difficile videre ex his quæ supra diximus, quomodo miserit Jesus discipulos ad metendum illud, in quod ipsi non laborarint, sed majores sui: cum enim laborarint Moses et prophetæ, ut percipere quirent intelligentiam mysteriorum, quorum vestigia in suis ipsorum scriptis reliquerunt, in Mosis ac prophetarum laborem introiere apostoli, a Jesu mysteria edocti, metentes et congregantes in horrea suæ ipsorum animæ sensum in illis reconditum. Ac semper certe Sermo ille [Filius Dei] majorum labores clariores facit his qui germane discere cupiunt, etiamsi non

[19] Joan. IV, 38.

(98) Codex Bodleianus, ὁ λόγος, Regius et Barberinus, λόγος. Mox codd. Regius et Barberinus, ἄλλον δὲ τὸν θερίζοντα.

(99) Codex Bodleianus, Κυρίου, Regius et Barberinus, Σωτῆρος.

A κατὰ τὸ ἀπὸ τῶν τεχνῶν καὶ τῶν ἐπιστημῶν ληφθὲν παράδειγμα ἐκλαμβάνοιμεν τὰ κατὰ τὸν τόπον, σαφὲς πῶς ἀληθινὸς ὁ λόγος (98) ἐστὶ τὸ, « Ἄλλον μὲν εἶναι τὸν σπείροντα, καὶ ἄλλον τὸν θερίζοντα· » εἴτε κατὰ τὸ ἐσπαρκέναι μὲν Μωσέα καὶ τοὺς προφήτας, τεθεωρηκέναι δὲ λευκῶν γενομένων τῶν χωρῶν τοὺς ἐπάραντας τοὺς ὀφθαλμοὺς κατὰ τὰς ὑποθήκας τοῦ Κυρίου (99) ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἵνα θεάσωνται τὰς χώρας πῶς ἦσαν λευκαὶ πρὸς θερισμὸν ἤδη, καὶ οὕτω δῆλον πῶς ἄλλος ὁ σπείρων, καὶ ἄλλος ὁ θερίζων. Σκόπει δὲ εἰ τὸ, ἄλλος καὶ ἄλλος, δυνατὸν νοῆσαι διὰ τὸ ἐκείνους μὲν ἐπὶ τοιᾷδε βίου ἀγωγῇ δικαιοῦσθαι, τούτους δὲ ἐπὶ ἑτέρᾳ παρ' ἐκείνην· ὥστε εἰπεῖν ἄλλον μὲν τὸν νομικὸν, ἄλλον δὲ τὸν εὐαγγελικόν. Πλὴν ἅμα χαίρουσιν ἑνὸς τέλους ἀπὸ ἑνὸς Θεοῦ διὰ ἑνὸς
B Χριστοῦ ἐν ἑνὶ ἁγίῳ Πνεύματι ἀμφοτέροις ἀποκειμένου.

48. Ὁ δ' Ἡρακλέων τό· « Ἵνα ὁ σπείρων ὁμοῦ χαίρῃ, καὶ ὁ θερίζων, » οὕτω διηγήσατο· « Χαίρει μὲν γὰρ, φησὶν, ὁ σπείρων, ὅτι σπείρει, καὶ ὅτι εἴδη τινὰ τῶν σπερμάτων αὐτοῦ συνάγεται, ἐλπίδα ἔχων τὴν αὐτὴν καὶ περὶ τῶν λοιπῶν· ὁ δὲ θερίζων ὁμοίως τι καὶ θερίσει· ἀλλ' ὁ μὲν (1) πρῶτος ἤρξατο σπείρων, ὁ δεύτερος ὁ θερίζων· οὐ γὰρ ἐν τῷ αὐτῷ ἐδύναντο ἀμφότεροι ἄρξασθαι· ἔδει γὰρ πρῶτον σπαρῆναι, εἶθ' ὕστερον θερισθῆναι. Παυσαμένου μέντοιγε τοῦ σπείροντος σπείρειν, ἔτι θεριεῖ ὁ θερίζων· ἐπὶ μέντοιγε τοῦ παρόντος ἀμφότεροι τὸ ἴδιον ἔργον ἐνεργοῦντες ὁμοῦ χαίρουσι, κοινὴν χαρὰν τὴν τῶν σπερμάτων
C τελειότητα ἡγούμενοι. » Ἔτι δὲ καὶ εἰς τό· « Ἐν τούτῳ ἐστὶν ὁ λόγος ἀληθινὸς, ὅτι ἄλλος ἐστὶν ὁ σπείρων, καὶ ἄλλος ὁ θερίζων, » φησίν· « Ὁ μὲν γὰρ ὑπὲρ τὸν τόπον υἱὸν ἀνθρώπου (2) σπείρει· ὁ δὲ Σωτὴρ ὢν καὶ αὐτὸς Υἱὸς ἀνθρώπου θερίζει, καὶ θεριστὰς πέμπει (3) τοὺς διὰ τῶν μαθητῶν νοουμένους ἀγγέλους, ἕκαστον ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν. » Οὐ πάνυ δὲ σαφῶς ἐξέθετο τοὺς δύο υἱοὺς τοῦ ἀνθρώπου, τίνες εἰσὶν, ὧν ὁ εἷς σπείρει, καὶ ὁ εἷς θερίζει.

49. « Ἐγὼ ἀπέστειλα ὑμᾶς θερίζειν ὃ οὐχ ὑμεῖς κεκοπιάκατε, ἄλλοι κεκοπιάκασι, καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν κόπον αὐτῶν εἰσεληλύθατε. » Οὐ χαλεπὸν ἐκ τῶν προειρημένων θεωρῆσαι πῶς ἀπέστειλεν ὁ Ἰησοῦς τοὺς μαθητὰς θερίζειν τοῦτο, εἰς ὃ οὐκ αὐτοὶ κεκο-
D πιάκασιν, ἀλλ' οἱ πρὸ αὐτῶν· καμόντος γὰρ Μωσέως καὶ τῶν προφητῶν, ἵνα χωρῆσαι δυνηθῶσι νοῆσαι τὰ μυστήρια, ὧν τὰ ἴχνη ἐν τοῖς γράμμασιν ἑαυτῶν ἡμῖν καταλελοίπασιν, εἰς τὸν Μωσέως καὶ τῶν προφητῶν κόπον οἱ ἀπόστολοι εἰσεληλύθασιν, Ἰησοῦ μυσταγωγοῦντος, θερίζοντες καὶ συνάγοντες εἰς τὰς ἀποθήκας τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς τὸν ἐν ἐκείνοις νοῦν. Καὶ ἀεὶ δὲ ὁ Λόγος τοῖς μαθητευομένοις γνησίως ποιεῖ τοὺς τῶν προτέρων καμάτους σαφεστέρους, χω-

(1) Codex Bodleianus, ἀλλ' ὁ μέν· Regius ἄλλο, Perionius legebat ἄλλος.

(2) *Υἱὸν ἀνθρώπου*. Legendum videtur vel, υἱὸς ἀνθρώπου, vel υἱῷ ἀνθρώπου.

(3) Codex Bodleianus, συνάγει.

ρὶς τοῦ ὁμοίου τοῖς σπείρασι κόπου. Εἰς ὅλα δὲ τὰ A περὶ τῶν ὑπὸ ἄλλων θεριζομένων καὶ τοῦτο ἐπισκοπητέον (4), μήποτε, ἀγγέλων ἐπὶ τῆς σπορᾶς τῶν ἀνθρώπων τεταγμένων, οἱ συνεργοὶ τῆς τελειώσεως τῶν ἐσπαρμένων ἀπόστολοι εἰς τὸν τῶν ἑτέρων κόπον (5) εἰσέρχονται θερίζοντες, καὶ καρποὺς ἐν τοῖς ὠφελημένοις εὑρίσκοντες, οὕστινας ἡ Ἰησοῦ ἐπιδημία ἑτοίμους πρὸς θερισμὸν καὶ πρὸ τῆς ἐλπιζομένης τετραμήνου πεποίηκεν. Ἐὰν δὲ ταῦθ' οὕτως ἔχει, θεωρῆσαι ἄξιον εἰ καματηρά ἐστιν ἡ τῶν ἀγγέλων (6) πρὸς τὸ ἐνσπείρεσθαι ψυχὰς σώμασι λειτουργία, δύο τινὰ συναγόντων τῇ φύσει ἐναντίων εἰς κρᾶσιν μίαν, καὶ ἐν καιρῷ τῷ τεταγμένῳ, ἀρχομένων τε τὴν περὶ ἑκάστου ποιεῖν οἰκονομίαν, καὶ εἰς τελεσφόρησιν προαγόντων τὸν προπεπλασμένον. Ἀλλ' ἐρεῖ τις τούτοις ἐναντίον εἶναι τὸ αὐτὸν λέγεσθαι πλάσσειν τὸν Θεὸν B ἔν τε τῷ· « Αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με, καὶ ἔπλασάν με· » καὶ ἐν τῷ· « Πρὸ τοῦ με πλάσαι (7) σε ἐν κοιλίᾳ, ἐπίσταμαί σε, καὶ πρὸ τοῦ σε ἐξελθεῖν ἐκ μήτρας, ἡγίακά σε. » Πρὸς τοῦτο λεκτέον, ὅτι ὥσπερ ὁ νόμος διετάγη δι' ἀγγέλων, καὶ λαληθεὶς (8) λόγος ἐγένετο βέβαιος, δῆλον δ' ὅτι, ὑπὸ Θεοῦ λαληθεὶς, οὕτως ἐνδέχεται καὶ διὰ τῶν τεταγμένων ἐπὶ τῆς γενέσεως ἀγγέλων Θεὸν πλάττειν ἐν κοιλίᾳ λέγει. Οὐκ οἶδα δὲ εἰ χώραν ἔχει εἰς τὸ ἠπορημένον καὶ τοιοῦτόν τι λέγειν, ὅτι οἱ εἰπόντες· « Αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με, καὶ ἔπλασάν με (9), » Ἰὼβ, καὶ Δαυῒδ μερίδος ὄντες Θεοῦ ἐπλάσθησαν· καὶ ὁ Ἱερεμίας ἀκούων· « Πρὸ τοῦ με πλάσαι σε ἐν κοιλίᾳ, ἐπίσταμαί σε, » ὡς τῆς μερίδος ἐσόμενος τοῦ Θεοῦ πέπλασται ὑπ' αὐτοῦ· οἱ δὲ τῶν ἑτέρων μερίδες ὄντες ὑπὸ τῶν λαχόντων αὐτοὺς πλάτ- C τονται. Καὶ περιεργότερόν γε οὗτος ὁ λόγος ἐκλήψεται (10) τό· « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα, καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν, » τοῦτο λέγοντος τοῦ Θεοῦ περὶ πάντων ἀνθρώπων, καὶ προκαταρχομένου τοῦ ἔργου, ὅπερ ἔργον (11) ὕστερον καὶ ὑπὸ τῶν λοιπῶν, πρὸς οὓς ὁ λόγος, κατὰ οἰκείαν μερίδα γίνεται, τούτοις λέγοντος τοῦ Θεοῦ· « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον· » οἷς καί φησιν ἐπὶ τῆς τῶν διαλέκτων συγχύσεως· « Δεῦτε, καταβάντες τὴν γλῶσσαν συγχέωμεν ἐκεῖ αὐτῶν. » Ταῦτα δὲ οὐκ ἀποφαινόμενοι λέγομεν· πολλῆς γὰρ βασάνου τὰ τηλικαῦτα χρήζει, ἵν' εὑρεθῇ πότερον οὕτως ἔχει, ἢ ἑτέρως. Οὐ καταφρονητέον δὲ καὶ τῆς τοιαύτης ἐκδοχῆς, ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων μερίς ἐστί τινος κατά τό·

A æque laborent, atque ii qui seminarunt. Est et hoc quoque considerandum inter omnia quæ de aliis metentibus dicuntur, num quando, angelis ad satus hominum ordinatis, cooperatores perfectionis eorum qui seminati fuerunt apostoli, in aliorum laborem ingrediantur metentes, et fructus in his qui adjuvabantur invenientes, quos Jesu adventus paratos ad messem, etiam ante quatuor menses, qui sperabantur, fecerat. Quod si hæc ita se habent, dignum est ut inspiciamus num ministerium angelorum, quod impendunt animas in corporibus seminando, laboriosum sit; quippe qui duo quædam congregent quæ natura sunt contraria, in unum temperamentum, et in tempore ordinato, quique incipiant uniuscujusque œconomiam facere, et ad B perfectionem producant hominem antea plasmatum. Sed dicet aliquis contrarium his esse quod Deus dicatur hominem plasmare tum hoc dicto: « Manus tuæ fecerunt me, et plasmaverunt me[20]; » tum illo: « Antequam formarem te in utero, novi te; et antequam de vulva exires, sanctificavi te[21]. » **262** Ad quod respondendum est, quod quemadmodum lex per angelos ordinata[22], et dictus sermo per angelos fuit stabilis[23], cum alioqui perspicuum sit eum a Deo dictum fuisse, ita etiam contingere in generatione, ut per angelos mediatores Deum plasmare in utero dicamus. Sed haud scio an huic nodo solvendo tale quid adduci possit, nempe quod Job et David, partis Dei cum essent, dicentes: « Manus tuæ fecerunt me, et pla- C smaverunt me[24], » a Deo plasmati fuerint; Jeremias autem audiens: « Antequam formarem te in utero, novi te[25], » ceu partis Dei futurus, ab ipso formatus fuerit; alii vero aliorum exsistentes partes, ab his formentur quibus sorte obtingunt. Et accuratius profecto illud interpretabitur hæc oratio: « Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram[26], » hoc dicente Deo de omnibus hominibus, et de opere antegresso: quod deinde opus et a cæteris fit, secundum propriam partem, ad quos fit sermo, Deo his dicente: « Faciamus hominem; » quibus etiam inquit in confusione linguarum: « Venite, et descendentes confundamus illic illorum linguam[27]. » Hæc autem non defi-

[20] Psal. CXVIII, 73. [21] Jerem. I, 5. [22] Galat. III, 19. [23] Hebr. II, 2. [24] Job X, 8; Psal. CXVIII, 73. [25] Jerem. I, 5. [26] Gen. I, 26. [27] Gen. XI, 7.

(4) Idem codex Bodleianus σκοπητέον; Regius, ἐπισκοπητέον.

(5) *Κόπον*. Sic codex Bodleianus; Regius, κάματον.

(6) *Εἰ καματηρά ἐστιν ἡ τῶν ἀγγέλων*, etc. Alibi docuit Origenes animas a Deo corporibus immitti; id nunc angelorum ministerio et opera perfici declarat. Clemens Alexandrin., *Eclog.*: Ἔλεγε πρεσβύτης ζῶον εἶναι τὸ κατὰ γαστρός. Εἰσιοῦσαν γὰρ τὴν ψυχὴν εἰς τὴν μήτραν ἀπὸ τῆς καθάρσεως ηὐτρεπισμένην εἰς σύλληψιν, καὶ εἰσκριθεῖσαν ὑπό τινος τῶν τῇ γενέσει ἐφεστώτων ἀγγέλων, παραγινώσκοντος τὸν καιρὸν τῆς συλλήψεως, κινεῖν πρὸς συνουσίαν τὴν γυναῖκα, etc. Tum paulo post: Ὁπηνίκα ἂν εὐαγγελίζωνται οἱ ἄγγελοι τὰς στείρας, οἷον προεισκρίνουσι τῆς συλλήψεως τὰς ψυχάς. Ψυχοπομποὺς ejusmodi angelos non minus apte appel- D laveris, quam dæmones illos ethnicorum, qui animas ad inferos deducebant. Unde et Mercurius πομπεύς, et ταμίας τῶν ψυχῶν appellabatur. Iisdem autem angelis animarum sationem, earumdemque, dum corpori illigatæ sunt, curam hoc loco Origenes attribuit. Atque hæc omnia enucleate a nobis in *Origenianis* ventilantur. HUETIUS.

(7) *Πρὸ τοῦ με πλάσαι*. Sic codex Bodleianus; Regius et Barberinus, male, πρὸ τοῦ μεταπλάσαι.

(8) *Καὶ λαληθείς*. In Regio deest καί.

(9) *Καὶ ἔπλασάν με*. Hæc desiderantur in Regio codice, sed restituuntur e codd. Barberino et Bodleiano.

(10) *Ἐκλήψεται*. Sic codex Bodleianus; Regius, perperam, ἐκλείψεται.

(11) *Ἔργον*. Ita codex Bodleianus, optime; Regius, male, ἔργου.

nientes dicimus, cum alioquin hæc multa egeant examinatione, ut inveniatur an hoc, an illo modo res se habeat; attamen non est parvipendenda hæc interpretatio. Unusquisque homo pars est alicujus, juxta illud: « Quando dividebat Altissimus gentes, et quando dispergebat filios Adam, constituit terminos populorum juxta numerum angelorum Dei: factusque est pars Domini populus ejus Jacob, funiculus hæreditatis ejus Israel [28]. » Quod si omnino unusquisque alicujus est pars, quia Deus disseminarit filios Adam, unusquisque quidem angelorum laborat circa suam partem, disponens quæ ad ipsam pertinent. Sed in adventu Servatoris assumuntur captivati, ut obediant Christo ex omnium parte per ministrantes Evangelio apostolos, et evangelistas, et doctores, a Christo; adducunturque ut sint gentes hæredes Christi. Vide igitur, ne forte propter hoc dici possit apostolis post paulo audituris: « Ite, docete omnes gentes [29], » illud: « Alii laboraverunt, et vos in laborem illorum **263** introistis [30]. » Quod si sancti angeli reliquas partes, præter electam, sortiti fuerint, et ordinati sunt ad sationem animarum, nihil absurdi consequitur seminantem simul gaudere, et metentem post messem. Verum Heracleon inquit, neque per ipsos, neque ab ipsis (intelligit autem apostolos) seminata fuisse hæc semina: « Qui laboraverunt, inquit, sunt angeli, quibus hæc cura credita est: per quos veluti mediatores seminata sunt et nutrita. » Porro in hoc dictum: « Vos in laborem eorum introistis, » hæc protulit: « Non idem est labor seminantium, et metentium: illi enim in frigore, et aqua, et labore terram fodientes seminant, et per totam hiemem sarrientes satagunt, et silvas exstirpantes; qui vero in fructum paratum ingressi fuerint, læti metunt. » Cæterum prudens lector conferens quæ nos diximus, cum his quæ dixit Heracleon, videre poterit utrius expositiones sint probabiliores.

« Ὅτε διεμέριζεν ὁ Ὕψιστος ἔθνη, καὶ ὡς διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδὰμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ, καὶ ἐγενήθη μερὶς Κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακὼβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ. » Εἰ δὲ μερίς ἐστι πάντως ἕκαστός τινος (12), διασπείραντος τοῦ Θεοῦ τοὺ Ἀδὰμ υἱοὺς, ἕκαστος μὲν τῶν ἀγγέλων κάμνει περὶ τὴν ἰδίαν μερίδα, οἰκονομῶν τὰ κατ' αὐτήν· ἐν δὲ τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίᾳ (13) λαμβάνονται αἰχμαλωτιζόμενοι εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ ἀπὸ τῶν πάντων μερίδος, διὰ τῶν ὑπηρετούντων τῷ Εὐαγγελίῳ ἀποστόλων, καὶ εὐαγγελιστῶν, καὶ διδασκάλων, ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ, καὶ προσάγονται εἰς τὸ γενέσθαι τὰ ἔθνη κληρονομίαν τοῦ Χριστοῦ. Μήποτε οὖν δύναται διὰ τοῦτο λέγεσθαι τοῖς ἀποστόλοις μετ' ὀλίγον ἀκουσομένοις· « Πορεύεσθε, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, » τό· « Ἄλλοι κεκοπιάκασι, καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν κόπον αὐτῶν εἰσεληλύθατε. » Εἰ δὲ ἅγιοι ἄγγελοί εἰσιν οἱ τὰς λοιπὰς μερίδας παρὰ τὴν ἐκλεκτὴν εἰληχότες, καὶ ἐπὶ τῆς διασπορᾶς τῶν ψυχῶν διατεταγμένοι, οὐδέν ἐστιν ἄτοπον τὸν σπείροντα ὁμοῦ χαίρειν, καὶ τὸν θερίζοντα μετὰ τὸν θερισμόν. Ὁ δ' Ἡρακλέων φησὶν, ὅτι οὐδὲ αὐτῶν, οὐδὲ ἀπ' αὐτῶν ἐσπάρη ταῦτα τὰ σπέρματα· φησὶ δὲ τῶν ἀποστόλων· « Οἱ δὲ κεκοπιακότες εἰσὶν οἱ τῆς οἰκονομίας ἄγγελοι, δι' ὧν ὡς μεσιτῶν ἐσπάρη καὶ ἀνετράφη. » Εἰς δὲ τό· « Ὑμεῖς εἰς τὸν κόπον αὐτῶν εἰσεληλύθατε, » ταῦτα ἐξέθετο· « Οὐ γὰρ ὁ αὐτὸς σκοπὸς (14) σπειρόντων καὶ θεριζόντων· οἱ μὲν γὰρ ἐν κρύει, καὶ ὕδατι, καὶ κόπῳ τὴν γῆν σκάπτοντες σπείρουσι, καὶ δι' ὅλου χειμῶνος τημελοῦσι (15) σκάλλοντες, καὶ τὰς ὕλας ἐκλέγοντες· οἱ δὲ εἰς ἕτοιμον καρπὸν εἰσελθόντες θέρους εὐφραινόμενοι θερίζουσιν. » Ἐξέσται δὲ συγκρίνοντι τά τε ὑφ' ἡμῶν εἰρημένα τῷ ἐντυγχάνοντι, καὶ τὰ ὑπὸ τοῦ Ἡρακλέωνος, ὁρᾷν ὁποία τῶν διηγήσεων ἐπιτετεῦχθαι δύναται.

50. « Ex urbe autem illa multi Samaritanorum crediderunt propter sermonem mulieris testantis: « Quia dixit mihi omnia quæcunque feci [31]. » Cum hydriam reliquisset, abiissetque in civitatem Samaritis, ut annuntiaret quæ a Servatore audierat, cumque venirent ad Dominum credentes sermoni mulieris, interim Servator discipulis loquens verba fecit superius dicta, obsecrantibus discipulis ut comedat; postquam autem dicta fuissent ad discipulos quæ pro virili indagavimus, resumit Scri-

50. « Ἐκ δὲ τῆς πόλεως ἐκείνης πολλοὶ ἐπίστευσαν τῶν Σαμαρειτῶν διὰ τὸν λόγον τῆς γυναικὸς, μαρτυρούσης, ὅτι εἶπέ μοι πάντα ὅσα ἐποίησα. » Τῆς Σαμαρείτιδος καταλιπούσης τὴν ὑδρίαν, καὶ ἀπεληλυθυίας εἰς τὴν πόλιν, ὑπὲρ τοῦ εὐαγγελίσασθαι τὰ περὶ τοῦ Σωτῆρος, καὶ τῶν πιστευόντων τῷ λόγῳ τῆς γυναικὸς ἐρχομένων πρὸς τὸν Κύριον, ἐν τῷ μεταξὺ ὁ Σωτὴρ τοῖς μαθηταῖς συντυγχάνων πεποίηται τοὺς προειρημένους λόγους ἐρωτώντων τῶν μαθητῶν ὅπως φάγῃ. Μετὰ δὲ τὸ λεχθῆναι πρὸς τοὺς

[28] Deut. XXXII, 8. [29] Matth. XXVIII, 19. [30] Joan. IV, 38. [31] ibid. 39.

(12) *Πάντως ἕκαστός τινος*. Sic codex Bodleianus; Regius, perperam, πάντων ἕκαστός τινας.

(13) *Ἐν δὲ τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίᾳ*, etc. Origenes, homil. 9 *in Genes.*, num. 3: « Quomodo hæreditates cepit Christus civitates adversariorum? Per hoc sine dubio quod in omnem terram exiit sonus apostolorum, et in orbem terræ verba eorum... Cum enim divideret Excelsus gentes secundum numerum angelorum Dei, tunc pars ejus facta est Jacob, et funiculus hæreditatis ejus Israel. Christus enim, ad quem dixerat Pater: *Pete a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ*, depellens ipsos angelos potestate et dominatione, quam habebant in nationibus, provocavit eos ad iracundiam. Et idcirco dicit, Quia *astiterunt reges terræ, et principes convenerunt in unum, adversum Dominum, et adversus Christum ejus.* Et ideo adversantur etiam nobis, atque agones contra nos et certamina concitant. » Eusebius quoque *Demonstrat. evangel.* lib. IV, cap. 9 et 10, scribit a dæmonibus oppugnatos fuisse sive angelos, sive angelorum custodiæ traditos homines, magnaque ex parte expugnatos, donec fatiscentibus et oppressis auxilium Christus et opem tulit. HUETIUS.

(14) *Σκοπός*. Ferrarius legebat κόπος.

(15) *Τημελοῦσι*. Sic codex Bodleianus; Regius, perperam, τῇ μέλλουσι.

μαθητὰς τὰ κατὰ δύναμιν ἐξητασμένα, ἐπαναλαμβάνει ἡ Γραφὴ τὰ περὶ τῶν ἐληλυθότων ἐκ τῆς πόλεως πρὸς αὐτὸν, καὶ πιστευσάντων διὰ τὴν μαρτυρίαν τῆς γυναικὸς λεγούσης· « Ὅτι εἶπέ μοι πάντα ὅσα ἐποίησα. » Εἰ δὲ κρατοῦμεν τῶν ἀνωτέρω εἰρημένων περὶ τῆς Σαμαρείας καὶ τῆς Σαμαρείτιδος, καὶ τῆς τοῦ Ἰακὼβ πηγῆς, οὐ χαλεπὸν ἰδεῖν τίνα τρόπον ἐπιτυχόντες λόγου ὑγιοῦς οἱ προκατειλημμένοι ἐν ἑτεροδιδασκαλίαις καταλείπουσι τὴν οἱονεὶ τῶν δογμάτων πόλιν, καὶ ἐξελθόντες αὐτῆς ὑγιαινόντως πιστεύουσι (16), μιᾶς τινος παρὰ τῇ τοῦ Ἰακὼβ πηγῇ προτέρας κεχωρηκυίας τὴν σωτήριον διδασκαλίαν, καὶ καταλιπούσης τὴν προειρημένην ὑδρίαν, ὑπὲρ τοῦ καὶ ἑτέρους ἐπὶ τὸ ὁμοίως ὠφεληθῆναι προκαλέσασθαι. Ὁ δ' Ἡρακλέων τὸ μὲν « ἐκ τῆς πόλεως, » ἀντὶ τοῦ, ἐκ τοῦ κόσμου, ἐξείληφε· τὸ δὲ, « Διὰ τὸν λόγον τῆς γυναικὸς, » — « τουτέστι, διὰ τῆς πνευματικῆς Ἐκκλησίας· » καὶ ἐπισημαίνεταί γε τὸ, « πολλοὶ, » ὡς πολλῶν ὄντων ψυχικῶν· τὴν δὲ (17) μίαν λέγει τὴν ἄφθαρτον τῆς ἐκλογῆς φύσιν, καὶ μονοειδῆ, καὶ ἑνικήν. Ἔστημεν δὲ καὶ ἡμεῖς (18) ἐν τοῖς ἀνωτέρω, ὡς οἷόν τε ἦν, πρὸς ταῦτα.

51. « Ὡς οὖν ἦλθον πρὸς αὐτὸν καὶ οἱ Σαμαρεῖται, ἠρώτων αὐτὸν μεῖναι παρ' αὐτοῖς· καὶ ἔμεινεν ἐκεῖ δύο ἡμέρας· καὶ πολλῷ πλείους ἐπίστευσαν διὰ τὸν λόγον αὐτοῦ. » Οὐκ ἀπιθάνως τις συγκρούσει τό· « Εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε, καὶ εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν μὴ εἰσέλθητε, » τῷ ῥητῷ τούτῳ. Ἐρωτηθεὶς γὰρ ὁ Σωτὴρ μεῖναι παρὰ τοῖς Σαμαρείταις, ἔμεινεν ἐκεῖ δύο ἡμέρας, ὁ εἰπών· « Εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν μὴ εἰσέλθητε· » δῆλον οὖν, ὅτι καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ συνεισεληλύθεισαν (19) αὐτῷ. Λεκτέον δὲ πρὸς τοῦτο, ὅτι τὸ μὲν εἰς ὁδὸν ἐθνῶν ἀπελθεῖν ἐστιν ἀναλαβεῖν τι δόγμα ἐθνικὸν, ἀλλότριον τοῦ Ἰσραὴλ τοῦ Θεοῦ, καὶ ὁδεῦσαι κατ' αὐτό· τὸ δὲ εἰς πόλιν εἰσελθεῖν Σαμαρειτῶν, τὸ ἔν τινι γενέσθαι ψευδωνύμῳ γνώσει τῶν λεγόντων νομικοῖς, ἢ προφητικοῖς, ἢ εὐαγγελικοῖς, ἢ ἀποστολικοῖς προσέχειν λόγοις· ἔξεστι δὲ καταλιπόντων Σαμαρειτῶν τὴν ἰδίαν πόλιν, καὶ ἐλθόντων πρὸς τὸν Ἰησοῦν παρὰ τὴν (20) τοῦ Ἰακὼβ πηγὴν, ἀποδεξάμενον τὴν προαίρεσιν τῶν πιστευσάντων τὸν Ἰησοῦν, μεῖναι παρὰ τοῖς ἐρωτήσασιν· οἶμαι δ' ὅτι παρατετηρημένως ὁ Ἰωάννης οὐ πεποίηκε τό· « Ἠρώτων αὐτὸν » οἱ Σαμαρεῖται εἰσελθεῖν εἰς τὴν Σαμάρειαν, ἢ εἰσελθεῖν (21) εἰς τὴν πόλιν, ἀλλὰ « μεῖναι παρ' αὐτοῖς· » οὐ γὰρ ταυτόν ἐστι τὸ, μεῖναι παρὰ τῷ πιστεύοντι, καὶ τὸ, εἰσελθεῖν εἰς τὴν πόλιν αὐτοῦ. Καὶ τὸ ἑξῆς δὲ οὔ φησι·

A plura narrationem de his qui venerant e civitate ad ipsum, et de his qui crediderant per testimonium mulieris dicentis : « Quia dixit mihi omnia quæcunque feci. » Quod si memores sumus eorum quæ superius diximus de Samaria, et de Samaritide, et de fonte Jacob, non difficile est videre quonam pacto qui assecuti fuerint sanam doctrinam, cum antea occupati fuissent in doctrinis ab Ecclesiæ decretis dissidentibus, relinquunt veluti dogmatum civitatem, et egressi ex ea sane credunt, cum una quæpiam mulier antea perceperit apud fontem Jacob salutarem doctrinam, et reliquerit prædictam hydriam, invitatura alios, ut similiter juventur. Sane Heracleon interpretatus est, « ex urbe, » pro, e mundo : illud vero, « propter sermonem B mulieris, » — « hoc est, inquit, propter spiritualem Ecclesiam ; » **264** notatque illud, « multi, » quasi multi sint animales : unam vero naturam electionis asserit esse incorruptam, et uniformem, et singularem : quibus et nos institimus in superioribus pro virili.

51. « Ut ergo venerunt ad eum Samaritani, rogabant eum, ut apud ipsos maneret : et mansit illic duos dies : et multo plures crediderunt propter sermonem suum [32]. » Non inscite quis conferet hoc dictum : « In viam gentium ne abieritis, et in civitatem Samaritanorum non ingrediemini [33], » cum hoc contextu. Rogatus enim Servator ut maneret C apud Samaritanos, mansit illic duos dies, qui dixerat : « In civitatem Samaritanorum non ingrediemini ; » unde perspicuum est discipulos ejus cum ipso in civitatem ingressos non fuisse. Ad quod dicendum est quod ire in viam gentium, sit recipere aliquod dogma gentile, alienum ab Israele Dei, et ambulare in illo; ingredi vero in civitatem Samaritanorum, sit adhærere alicui scientiæ falso nominatæ, eorum qui se dicunt adhibere mentem legalibus, vel propheticis, vel evangelicis, vel apostolicis sermonibus. Relinquentibus autem Samaritanis propriam urbem, et venientibus ad Jesum apud fontem Jacob, licet Jesu, admittenti eorum qui crediderant propositum, manere apud ipsos rogantes. Arbitrorque Joannem cum judicio non D posuisse, « rogabant eum » Samaritani ut Samariam ingrederetur, vel, ut ingrederetur in civitatem, sed, « ut maneret apud ipsos ; » non enim idem est manere apud credentem, et ingredi in ci-

[32] Joan. IV, 40, 41. [33] Matth. X, 5.

(16) Codex Bodleianus, καὶ ἐξελθόντες αὐτῆς εἰς κενόν πως πιστεύουσι, sicque legit Ferrarius, sed omnino retinenda est codd. Regii et Barberini scriptura.

(17) *Ὡς πολλῶν ὄντων ψυχικῶν· τὴν δέ*, etc. Tria hominum genera a Valentino constituta supra observavimus. Hæc ἐκλογῆς φύσις ἄφθαρτος, μονοειδής, καὶ ἑνική, ipsa est πνευματικῶν hominum natura, quos et σπέρματα ἐκλογῆς a Valentinianis appellari scribit Irenæus apud Epiphanium hæres. XXXI, cap. 21. HUETIUS.

(18) *Καὶ ἡμεῖς*. Deest in Regio et Barberino, sed legitur in Bodleiano.

(19) *Συνεισεληλύθεισαν*. Negandi particulam apponit Ferrarius, et merito. Secus codd. Bodleianus, Regius, Barberinus et Perionius.

(20) Codd. Regius et Barberinus, καὶ ἐλθόντων πρὸς τὸν Ἰησοῦν παρὰ τήν, etc.; sed in Bodleiano non legitur πρὸς τὸν Ἰησοῦν, quod abesse potest sine ullo sensus detrimento.

(21) Codex Bodleianus, ἢ εἰσελθεῖν· Regius omisit ἢ, male. Paulo post idem codex Bodleianus, τὸ μεῖναι, Regius, τοῦ μεῖναι.

vitatem ipsius. Quin lectio sequens non inquit A mansisse eum in civitate illa « duos dies, » vel quod manserit in Samaria, sed « mansit illic, » hoc est, penes eos qui rogarant. Manet enim Jesus apud eos qui rogant, et præcipue cum rogantes eum egrediuntur ex urbe sua, et veniunt ad ipsum Jesum, Abraham veluti imitati parentem Deo dicenti : « Egredere de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui [34]. » Mansit autem duos dies penes eos a quibus rogatus fuerat : nondum enim capiebant tertium illius diem, quoniam miraculosum aliquid capere non poterant, perinde atque concives Canæ Galilææ tertia die cum Jesu cœnantes in nuptiis. **265** Principium igitur quod multi crediderunt ex Samaria, sermo fuit mulieris testificantis dixisse sibi Jesum omnia quæcunque B fecisset ; incrementum vero et multiplicatio eorum qui multo plures crediderunt, non amplius propter sermonem mulieris, sed propter sermonem ejus ; quod non æque ipse Sermo, [seu Filius Dei] agnoscatur, cum aliquis de ipso testificatur, atque cum ipse a se ipso illustrat et erudit percipientem discipulum. At Heracleon in hæc loca hæc inquit : « *Apud ipsos* mansit, et non in ipsis ; et *duos dies*, videlicet vel præsens sæculum, et futurum tempus nuptiarum, vel tempus ante passionem suam, et post passionem suam : quod tempus apud ipsos cum degisset, et multo plures proprio sermone convertisset ad fidem, separatus est ab illis. » Ad quam ipsius apparentem observationem, scilicet quod, C *apud ipsos*, et non, in ipsis, scriptum fuerit, dicendum est quod illud dictum : « Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus [35-36], » simile sit huic, « apud ipsos mansit ; » non enim dixit : In vobis sum. Præterea dicens duos dies esse vel hoc præsens sæculum et futurum, vel tempus ante passionem et post passionem, neque supervenientia sæcula post futurum sæculum consideravit, de quibus inquit Apostolus : « Ut ostenderet in superventuris sæculis [37] ; » neque perspexit quod Jesus non solum ante passionem, verum etiam post passionem conversatur cum his qui ad ipsum veniunt, et postea separatur : semper enim cum discipulis est, nunquam ab eis discedens ; adeo ut etiam dicant : « Vivo autem, non amplius ego, vivit vero in me Christus [38]. »

52. « Mulieri autem dicebant : Non amplius pro- D pter loquelam tuam credimus : ipsi enim audivimus, et scimus quod hic est vere Servator mundi [39]. » Negant fidem eam quam habebant propter loquelam mulieris, eo quod hac præstantiorem invenissent, audito Servatore ipso, adeo ut agnoverint hunc esse vere Servatorem mundi. Ac certe melius est propriis oculis cernere Sermonem, ipsumque

Καὶ ἔμεινεν ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ « δύο ἡμέρας, » ἤ, Ἔμεινεν ἐν τῇ Σαμαρείᾳ, ἀλλ' « ἔμεινεν ἐκεῖ, » τουτέστι παρὰ τοῖς ἐρωτήσασι. Μένει γὰρ ὁ Ἰησοῦς παρὰ τοῖς ἐρωτήσασι, καὶ μάλιστα ὅτε οἱ ἐρωτῶντες αὐτὸν ἐξέρχονται τῆς πόλεως αὐτῶν, καὶ ἔρχονται πρὸς αὐτὸν Ἰησοῦν (22), οἱονεὶ μιμησάμενοι τὸν Ἀβραὰμ, πεισθέντα τῷ εἰπόντι Θεῷ· « Ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου, καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου. » Δύο δὲ ἡμέρας μένει παρὰ τοῖς ἐρωτήσασιν αὐτόν· οὐδέπω γὰρ ἐχώρουν καὶ τὴν τρίτην αὐτοῦ ἡμέραν, ἐπεὶ οὐχ οἷοί τε ἦσαν χωρῆσαί τι τεράστιον, ὁποῖον οἱ ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ συνδειπνοῦντες τῷ Ἰησοῦ ἐν τῷ γάμῳ. Ἡ μὲν οὖν ἀρχὴ τῶν ἀπὸ τῆς Σαμαρείας πιστευόντων πολλῶν ἦν ὁ λόγος τῆς γυναικὸς μαρτυρούσης ὅτι « Εἶπέ μοι πάντα ἃ ἐποίησα· » ἡ δὲ αὔξησις καὶ ὁ πληθυσμὸς τῶν πολλῷ πλειόνων πιστευόντων, οὐκέτι διὰ τὸν λόγον τῆς γυναικὸς, ἀλλὰ διὰ τὸν λόγον αὐτοῦ. Οὐ γὰρ ὁμοίως αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ θεωρεῖται ὁ Λόγος, φωτίζων τὸν χωροῦντα, ἢ ὅτε δι' ἑτέρου λεγόμενος μαρτυρεῖται. Ὁ δὲ Ἡρακλέων εἰς τοὺς τόπους ταῦτά φησι· « Παρ' αὐτοῖς » ἔμεινε, καὶ οὐκ ἐν αὐτοῖς· καὶ « δύο ἡμέρας, » ἤτοι τὸν ἐνεστῶτα αἰῶνα, καὶ τὸν μέλλοντα τὸν ἐν γάμῳ, ἢ τὸν πρὸ τοῦ πάθους αὐτοῦ χρόνον, καὶ τὸν μετὰ τὸ πάθος, ὃν παρ' αὐτοῖς ποιήσας, πολλῷ πλείονας διὰ τοῦ ἰδίου λόγου ἐπιστρέψας εἰς πίστιν ἐχωρίσθη ἀπ' αὐτῶν. » Λεκτέον δὲ πρὸς τὴν δοκοῦσαν αὐτοῦ παρατήρησιν, ὅτι, « παρ' αὐτοῖς, » καὶ οὐκ, ἐν αὐτοῖς, γέγραπται, ὅτι ὅμοιον τῷ, « παρ' αὐτοῖς, » ἐστὶ τό· « Ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας· » οὐ γὰρ εἶπεν· Ἐν ὑμῖν εἰμι. Ἔτι δὲ λέγων τὰς δύο ἡμέρας, ἤτοι τοῦτον τὸν αἰῶνα εἶναι, καὶ τὸν μέλλοντα, ἢ τὸν πρὸ τοῦ πάθους, καὶ μετὰ τὸ πάθος, οὔτε τοὺς ἐπερχομένους αἰῶνας μετὰ τὸν μέλλοντα νενόηκε, περὶ ὧν φησιν ὁ Ἀπόστολος· « Ἵνα ἐνδείξηται ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς ἐπερχομένοις· » οὔτε ἑώρακεν (23), ὅτι οὐ μόνον πρὸ τοῦ πάθους, ἀλλὰ καὶ μετὰ (24) τὸ πάθος σύνεστι τοῖς ἐρχομένοις πρὸς αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, καὶ μετὰ τοῦτο χωρίζεται· ἀεὶ γὰρ μετὰ τῶν μαθητῶν ἐστι, μηδέπω ποτὲ καταλείπων (25) αὐτούς· ὥστε καὶ λέγειν αὐτούς· « Ζῶ δὲ, οὐκ ἔτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. »

52. « Τῇ δὲ γυναικὶ ἔλεγον· Οὐκέτι διὰ τὴν λαλιάν σου πιστεύομεν· αὐτοὶ γὰρ ἀκηκόαμεν, καὶ οἴδαμεν ὅτι ἀληθῶς οὗτός ἐστιν ὁ Σωτὴρ τοῦ κόσμου » Ἀρνοῦνται τὴν διὰ τὴν λαλιὰν τῆς γυναικὸς πίστιν, κρεῖττον (26) ἐκείνης εὑρόντες τὸ ἀκηκοέναι αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος, ὥστε καὶ εἰδέναι, ὅτι ἀληθῶς οὗτός ἐστιν ὁ Σωτὴρ τοῦ κόσμου. Καὶ βέλτιόν γέ ἐστιν αὐτόπτην γενέσθαι τοῦ Λόγου, καὶ χωρὶς ὀργάνων δι-

[34] Gen. xii, 1. [35-36] Matth. xxviii, 20. [37] Eph. ii, 7. [38] Galat. ii, 20. [39] Joan. iv, 42.

(22) Codex Bodleianus, πρὸς τὸν Ἰησοῦν, Regius πρὸς αὐτὸν Ἰησοῦν.

(23) *Ἑώρακεν*. Sic codex Bodleianus ; Regius et Barberinus, ὁρᾷ.

(24) *Ἀλλὰ καὶ μετά*, etc. Sic codex Bodleianus ; Regius omisit ἀλλά.

(25) Idem codex Bodleianus, μηδέποτε καταλιπών.

(26) Codd. Bodleianus et Barberinus, κρείττονα.

διδάσκοντος ἀκούειν αὐτοῦ, καὶ φαντασιοῦντος οὐ διὰ τῶν (27) διδασκόντων τὸ ἡγεμονικὸν, εὑρίσκον τρανότητα (28) τοὺς τῆς ἀληθείας τύπους, ἥπερ μὴ ὁρῶντα αὐτὸν, μηδὲ ἀπὸ τῆς δυνάμεως φωτιζόμενον αὐτοῦ διακόνων τῶν ἑωρακότων αὐτὸν, ἀκούειν τὸν περὶ αὐτοῦ λόγον. Ἀμήχανον γὰρ τὸ αὐτὸ τῷ ἑωρακότι γινόμενον περὶ τὸ ἡγεμονικὸν πάθος παθεῖν τὸν ἀπὸ τοῦ ἑωρακότος καὶ ἀπαγγέλλοντος αὐτὸν διδασκόμενον· καὶ κρεῖττόν γε διὰ εἴδους περιπατεῖν ἢ διὰ πίστεως. Διὰ τοῦθ' οἱ μὲν οἱονεὶ διὰ εἴδους περιπατοῦντες ἐν τοῖς προηγουμένοις λέγοιντο ἂν εἶναι χαρίσμασι, λόγῳ σοφίας διὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ Θεοῦ, καὶ λόγῳ γνώσεως κατὰ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα· οἱ δὲ διὰ πίστεως, εἰ καὶ χάρισμά ἐστιν ἡ πίστις κατὰ τό· « Ἄλλῳ δὲ πίστις ἐν τῷ αὐτῷ πνεύματι, » τῇ τάξει τῶν προτέρων εἰσὶν ὕστεροι. Ἐξεταστέον δὲ πότε καὶ πῶς λέγει Παῦλος· « Διὰ πίστεως γὰρ περιπατοῦμεν, οὐ διὰ εἴδους· » πῶς γὰρ, ὡσεὶ πολλοὶ νοοῦσι, διὰ πίστεως, καὶ οὐ διὰ εἴδους περιπατεῖ ὁ ἐμβριθέστατα λέγων· « Οὐκ εἰμὶ ἐλεύθερος; οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος; οὐχὶ Ἰησοῦν τὸν Κύριον ἡμῶν ἑώρακα; οὐ τὸ ἔργον μου ὑμεῖς ἐστε ἐν Κυρίῳ; » Ἴδωμεν οὖν τὸ ῥητὸν πῶς δεῖ ἐκλαβεῖν τό· « Διὰ πίστεως γὰρ περιπατοῦμεν, οὐ διὰ εἴδους, » ἀναλαβόντες αὐτὸ ἀπὸ τῶν ἀνωτέρω οὕτως ἔχειν (29)· « Ὁ δὲ κατεργασάμενος ἡμᾶς εἰς αὐτὸ τοῦτο ὁ Θεὸς, ὁ δοὺς ἡμῖν τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ Πνεύματος. Θαῤῥοῦντες οὖν πάντοτε, καὶ εἰδότες, ὅτι ἐνδημοῦντες ἐν τῷ σώματι ἐκδημοῦμεν ἀπὸ τοῦ Κυρίου· διὰ πίστεως γὰρ περιπατοῦμεν, οὐ διὰ εἴδους· » (δῆλον δ' ὅτι ἐνδημοῦντες ἐν τῷ σώματι, ὅτε ἐκδημοῦμεν ἀπὸ τοῦ Κυρίου·) « θαῤῥοῦντες μᾶλλον εὐδοκοῦμεν ἐκδημῆσαι ἐκ τοῦ σώματος, καὶ ἐνδημῆσαι πρὸς τὸν Κύριον. » Τούτων οὕτως εἰρημένων εἰς τὸ νοῆσαι τί τὸ ἐνδημεῖν τῷ σώματι, καὶ ἐκδημεῖν ἀπὸ τοῦ Κυρίου, τί τε τὸ ἐκδημῆσαι ἐκ τοῦ σώματος, καὶ ἐνδημῆσαι πρὸς τὸν Κύριον, ἑαυτῶν πυθώμεθα τί περὶ τοῦ Ἀποστόλου ἐροῦμεν· πότερον, ὅτι ἐνδημῶν τῷ σώματι ἐξεδήμει ἀπὸ τοῦ Κυρίου, ἢ ὅτι ἐκδημῶν τοῦ σώματος ἐνεδήμει τῷ Κυρίῳ. Ἀλλὰ σαφές (30)· ἐπεὶ οἱ ἐν σαρκὶ ὄντες Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται, οἱ δ' ἅγιοι οὐκ εἰσὶν ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν πνεύματι· εἴπερ Πνεῦμα Θεοῦ οἰκεῖ ἐν αὐτοῖς· Παῦλος οὐκ ἦν ἐν σαρκὶ, οὐδὲ ἐν σώματι· ἀληθεύει γὰρ λέγων· « Δοκῶ δὲ κἀγὼ Πνεῦμα Θεοῦ ἔχειν· » οὐκ ἐνδημῶν δὲ τῇ σαρκὶ καὶ σώματι, τοῦ ἐνδημοῦντος τῷ σώματι διὰ πίστεως περιπατοῦντος, οὐ διὰ εἴδους. Καὶ ὅρα εἰ δύναται τῆς ἀποστολικῆς ἀκριβείας εἶναι τὸ μὴ ταυτὸν φάσκειν ἐν σαρκὶ εἶναι καὶ ἐνδημεῖν σώματι· οἱ μὲν γὰρ ἐν σαρκὶ ὄντες Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται. Οἱ δὲ ἐνδημοῦντες τῷ σώματι ἐκδημοῦσιν μὲν ἀπὸ τοῦ Κυρίου, πλὴν διὰ τῆς πίστεως περιπατοῦσιν, εἰ καὶ μηδέπω χωροῦσι διὰ εἴδους. Καὶ οἶμαι, ὅτι ἐν σαρκὶ μέν εἰσιν οἱ κατὰ

set propter remissionem, dixerit : « Filius tuus vivit ; » additque huic dicto: « credidit homo, » quod facilis ad credendum sit etiam mundi Opifex, quodque possit Servator etiam non præsens curare : servosque reguli interpretatus est angelos Opificis mundi, renuntiantes illis verbis : « Filius tuus vivit, » quod commode et probe haberet, non amplius agens a se aliena ; et hanc ob causam existimat servos renuntiare regulo quæ ad salutem filii pertinebant : primosque existimat angelos videre actiones hominum in mundo, **276** an fortiter et sincere vitam degant ab eo tempore quo Christus advenit. Ad hæc per horam septimam dicit designari naturam sanati. Demum : « Credidit ipse, et domus ejus tota, » interpretatus est dici de angelico ordine, deque hominibus ipsi [Effectori mundi] conjunctioribus. Inquit etiam inquiri de quibusdam angelis, utrum servabuntur necne, nempe de his qui descenderunt ad filias hominum [93]. Quinetiam virorum Effectoris mundi perditionem declarari existimat hoc dicto : « Filii regni exibunt in tenebras exteriores [94], » Isaiamque de his prophetare illud : « Filios genui, et exaltavi ; ipsi autem spreverunt me [95] ; » quos filios alienos, et semen nequam, et injustum appellat, vitemque quæ fecerit spinas [96]. Et hæc quidem sunt commentationes Heracleonis, quas et audacius et magis impie dictas oportuerat multo apparatu demonstrari, siquidem veræ erant. Sed nescio quomodo etiam de animæ immortalitate dubitat, cum non exposuerit quot sint ex mortis voce significationes.* Verum enim significatum oportebat cum consideratione et diligentia videre; et an juxta omnes significationes, anima sit mortalis, necne : nam si ex eo quod peccare potest anima, ipsa quæ peccat moritur, etiam nos eamdem hoc modo mortalem dicimus : quod si vero universalem dissolutionem et demolitionem ejus, mortem existimat, nos non admittemus, ne animo quidem dispicere valentes substantiam mortalem transeuntem in immortale, et naturam corruptibilem in id quod est incorruptibile : hoc enim est perinde ac si diceremus transire aliquid a corpore in rem incorpoream ; perinde quasi subjectum aliquod commune sit naturæ corporum et rerum incorporearum : quod manet, quemadmodum manere dicunt materiale hisce in rebus clarissime, qualitatibus transeuntibus in incorruptibilitatem. Cæterum non idem est corruptibilem naturam induere incorruptionem, et corruptibilem naturam transire in incorruptionem [97]. Eadem etiam et de natura mortali dicenda sunt, quæ non immutatur in immortalitatem, sed eam induit. Præterea quandoquidem animalem animam existimavit per opera et sensum credere, non autem per rationem, interrogemus eum de Paulo, cujus naturæ erat : nam si

A Σωτὴρ καὶ μὴ παρὼν θεραπεύειν· δούλους δὲ τοῦ βασιλικοῦ ἐξείληφε τοὺς ἀγγέλους τοῦ Δημιουργοῦ, ἀπαγγέλλοντας ἐν τῷ· « Ὁ παῖς σου ζῇ, » ὅτι οἰκείως καὶ κατὰ τρόπον ἔχει, πράσσων μηκέτι τὰ ἀνοίκεια· καὶ διὰ τοῦτο νομίζει ἀπαγγέλλειν τῷ βασιλικῷ τοὺς δούλους τὰ περὶ τῆς τοῦ υἱοῦ σωτηρίας· ἐπεὶ καὶ πρώτους οἴεται βλέπειν τὰς πράξεις τῶν ἐν τῷ κόσμῳ ἀνθρώπων τοὺς ἀγγέλους, εἰ ἐῤῥωμένως καὶ εἰλικρινῶς πολιτεύοιντο (75) ἀπὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίας. Ἔτι πρὸς τὴν ἑβδόμην ὥραν λέγει, ὅτι διὰ τῆς ὥρας χαρακτηρίζεται ἡ φύσις τοῦ ἰαθέντος. Ἐπὶ πᾶσι τό· « Ἐπίστευσεν αὐτὸς καὶ ἡ οἰκία αὐτοῦ ὅλη, » διηγήσατο ἐπὶ τῆς ἀγγελικῆς εἰρῆσθαι τάξεως, καὶ ἀνθρώπων τῶν οἰκειοτέρων αὐτῷ. Ζητεῖσθαι δέ φησι περί τινων ἀγγέλων εἰ σωθήσονται, B τῶν κατελθόντων ἐπὶ τὰς τῶν ἀνθρώπων θυγατέρας. Καὶ τῶν ἀνθρώπων δὲ τοῦ Δημιουργοῦ τὴν ἀπώλειαν δηλοῦσθαι νομίζει ἐν τῷ· « Οἱ υἱοὶ τῆς βασιλείας ἐξελεύσονται εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, » καὶ περὶ τούτων τὸν Ἡσαΐαν προφητεύειν τό· « Υἱοὺς ἐγέννησα, καὶ ὕψωσα· αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν· » οὕστινας υἱοὺς ἀλλοτρίους, καὶ σπέρμα πονηρὸν, καὶ ἄνομον καλεῖ, καὶ ἀμπελῶνα ἀκάνθας ποιήσαντα. Καὶ ταῦτα μὲν τὰ Ἡρακλέωνος, ἅπερ τολμηρότερον καὶ ἀσεβέστερον εἰρημένα ἐχρῆν μετὰ πολλῆς κατασκευῆς ἀποδεδεῖχθαι, εἴπερ ἦν ἀληθῆ. Οὐκ οἶδα δὲ πῶς καὶ περὶ ἀθανασίας ψυχῆς ἀπιστεῖ, μὴ ἐκλαβὼν πόσα σημαίνεται ἐκ τῆς « θάνατος, » φωνῆς. Καθορῶντα γὰρ ἔδει τὸ σημαινόμενον μετ' ἐπισκέψεως καὶ ἀκριβείας ἰδεῖν εἰ κατὰ τὰ πάντα σημαινόμενα θνητή ἐστιν. Εἰ C μὲν γὰρ, ὅτι δεκτικὴ ἁμαρτίας, ψυχὴ δὲ ἡ ἁμαρτάνουσα αὐτὴ ἀποθανεῖται, καὶ ἡμεῖς ἐροῦμεν αὐτὴν θνητήν· εἰ δὲ τὴν παντελῆ διάλυσιν καὶ ἐξαφανισμὸν αὐτῆς θάνατον νομίζει, ἡμεῖς οὐ προσησόμεθα, οὐδὲ μέχρι ἐπινοίας ἰδεῖν δυνάμενοι οὐσίαν θνητὴν μεταβάλλουσαν εἰς ἀθάνατον καὶ φύσιν φθαρτὴν ἐπὶ τὸ ἄφθαρτον· ὅμοιον γὰρ τοῦτο τῷ λέγειν μεταβάλλειν τι ἀπὸ σώματος εἰς ἀσώματον, ὡς ὑποκειμένου τινὸς κοινοῦ τῆς τῶν σωμάτων καὶ ἀσωμάτων φύσεως· ὅπερ μένει, ὥσπερ μένειν φασὶ τὸ ὑλικὸν οἱ περὶ ταῦτα δεινοί, τῶν ποιοτήτων μεταβαλλουσῶν εἰς ἀφθαρσίαν. Οὐ ταυτὸν δέ ἐστι τὴν φθαρτὴν φύσιν ἐνδύεσθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ τὴν φθαρτὴν μεταβάλλειν εἰς ἀφθαρσίαν. Τὰ δ' αὐτὰ καὶ περὶ τῆς θνητῆς λεκτέον, οὐ D μεταβαλλούσης μὲν εἰς ἀθανασίαν, ἐνδυομένης δὲ αὐτήν. Ἔτι, ἐπείπερ τὴν ψυχικὴν φύσιν φήθη (76) δι' ἔργων καὶ αἰσθήσεως πείθεσθαι, οὐχὶ δὲ λόγων, πευσώμεθα αὐτοῦ περὶ Παύλου, ποίας φύσεως ἦν· εἰ μὲν γὰρ πνευματικῆς, πῶς διὰ τῆς τεραστίου ἐπιφανείας πεπίστευκεν; εἰ δ' οὐκ ἄλλως ἐδύνατο πιστεύειν ἢ διὰ τῆς τεραστίου ἐπιφανείας, ἀκολουθεῖ κατ' αὐτοὺς καὶ αὐτὸν εἶναι ψυχικόν. Πῶς δὲ καὶ ἀσεβὲς τὸ πρὸ τοῦ Δημιουργοῦ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ θεωρεῖν τὸ ἐῤῥωμένον καὶ τὸ εἰλικρινὲς τῆς πολιτείας τῶν ὑπὸ τῆς δυνάμεως τοῦ Σωτῆρος βελτιωθέντων, καὶ παρὰ τὸ

[93] Gen. vi, 2. [94] Matth. viii, 12. [95] Isa. i, 2. [96] ibid. 4. [97] I Cor. xv, 53.

(75) Codd. Bodleianus et Barberinus, πολιτεύοιντο· Regius, perperam, πολιτεύειν τό, cujus loco Huetius ex conjectura legebat πολιτεύουσι.

(76) Codex Bodleianus, recte, φήθη· Regius vero νοηθῇ, cujus loco Huetius ex conjectura legi volebat ἐνόησε vel ἐνοήθη.

ἐναργὲς τοῦ περὶ τοῦ Δημιουργοῦ λόγου, ἔτι δὲ καὶ A παρὰ τὴν Γραφὴν τὴν λέγουσαν· « Εἰ κρυβήσεται ἄνθρωπος ἐν κρυφαίοις, κἀγὼ οὐχ ὄψομαι αὐτόν; » καί· « Κύριος ἐτάζων νεφροὺς καὶ καρδίας; » καί· « Κύριος γινώσκων τοὺς διαλογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων, κἂν ὦσι μάταιοι; » Πῶς δὲ σώσει καὶ τό· « Ὁ εἰδὼς τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν; » ἔτι δὲ μᾶλλον εἰ ἡ φύσις χαρακτηρίζεται τοῦ ἰαθέντος ἀπὸ τοῦ ἀριθμοῦ τῆς ὥρας, εἴη φύσις τῆς ἰάσεως γινομένη τῷ οἰκείῳ τῇ ἀναπαύσει ἀριθμῷ; Τὸ δὲ διαφθορᾶς εἶναι ψυχικῶν, ἐπὶ τέλει ὧν ἐξεθέμεθα, ὑπ' αὐτοῦ εἰρημένων, ἀναγεγραμμένον, ὁμωνυμία χρωμένου ἐστὶ, καὶ ἑτέραν φύσιν εἰσάγοντος τετάρτην, ὅπερ οὐ βούλεται.

naturæ spiritualis, quomodo per prodigiosam apparitionem credidit? quod si non aliter quam per apparitionem prodigiosam credere poterat, consequitur juxta illorum opinionem etiam ipsum animalem fuisse. **277** Sed quomodo non impium est, et præter evidentem rationem de mundi Opifice, quod ante ipsum mundi Opificem angeli ejus viderint sanum et sincerum modum vivendi eorum qui propter potentiam Servatoris meliores facti fuerint, contra Scripturam dicentem : « Num occultabitur homo in locis latentibus, et ego non videbo eum [88]? » et : « Dominus scrutans renes, et corda [89]; » et : « Dominus cognoscens cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt [1]? » Quomodo etiam servat illud : « Qui videt omnia ante ortum ipsorum [2], » maxime si natura sanati designata ab horæ numero, sit natura medicamenti facta numero qui accommodatus est ad quietem? Quod vero scriptum est propter corruptionem eorum, qui sunt animales, in fine eorum quæ exposuimus ab eo dicta fuisse, æquivocatio utentis est, et introducentis aliam quartam naturam, quod ipse non approbat.

60. « Τοῦτο δὲ πάλιν δεύτερον σημεῖον ἐποίησεν ὁ B Ἰησοῦς, ἐλθὼν ἐκ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν Γαλιλαίαν. » Τὸ ῥητὸν ἀμφίβολόν ἐστι· σημαίνει γὰρ τὸ μὲν τοιοῦτον, ἐν τῇ ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν Γαλιλαίαν ἐπιδημίᾳ ὁ Ἰησοῦς δύο σημεῖα πεποίηκεν, ὧν τὸ περὶ τὸν υἱὸν τοῦ βασιλικοῦ δεύτερόν ἐστι· δύο γὰρ σημείων (77) ὄντων ἃ ἐποίησεν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ ὁ Ἰησοῦς, τὸ δεύτερον πεποίηκεν ἐλθὼν ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν Γαλιλαίαν· καὶ τοῦτό γέ ἐστι τὸ δεκτὸν καὶ ἀληθές (78)· οὐ γὰρ τὸ πρότερον ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν Γαλιλαίαν ἐλθὼν πεποίηκε· τὸ δὲ πρότερόν ἐστι τὸ περὶ τὴν μεταβολὴν τοῦ ὕδατος εἰς οἶνον, ὅπερ γέγονεν ἐν τῇ ἐπαύριον· ὅπερ αἴτιον ἐγένετο καὶ (79) τοῦ Ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν Σίμωνος Πέτρου, πυθόμενον ποῦ μένει, περὶ δεκάτην ὥραν τῆς ἡμέρας μεμενηκέναι παρὰ τῷ Κυρίῳ· γέγραπται γάρ· « Τῇ C ἐπαύριον ἠθέλησεν ἐξελθεῖν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, καὶ εὑρίσκει Φίλιππον. » Ὅρα δὴ τὴν οἰκονομίαν εἰ δυνάμεθα νοῆσαι, τῷ καὶ ἐπισεσημειῶσθαι τὸν εὐαγγελιστὴν περὶ τοῦ δεύτερον τοῦτο τὸ σημεῖον γεγονέναι, κατελθόντος ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν Γαλιλαίαν τοῦ Κυρίου. Ἐλέγομεν δὲ ἐν τοῖς ἀνωτέρω δύνασθαι τὰς δύο εἰς τὴν Κανᾶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας εἰς σύμβολον λαμβάνεσθαι τῶν δύο αὐτοῦ εἰς τὴν γῆν ἐπιδημιῶν, ἥτις παρὰ τὸ κτῆμα αὐτοῦ γεγονέναι, εἰληφότος πᾶσαν ἐξουσίαν ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς, Κανᾶ ὠνομάσθη (80). Τῇ μὲν οὖν προτέρᾳ ἐπιδημίᾳ μετὰ τὸ λουτρὸν ἡμᾶς εὐφραίνει συνδιαιτωμένους αὐτῷ, καὶ διδοὺς τοῦ ἐκ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ οἴνου πιεῖν, ὕδατος μὲν τυγχάνοντος, ὅτε ἤντλητο πρότερον· οἴνου δὲ γενομένου, ὅτε αὐτὸ (81) μετεποίησεν D Ἰησοῦς. Καὶ γὰρ ἀληθῶς πρὸ μὲν Ἰησοῦ ἡ Γραφὴ ὕδωρ ἦν· ἀπὸ δὲ τοῦ Ἰησοῦ οἶνος ἡμῖν γεγένηται. Τῇ δὲ δευτέρᾳ (82) ἐπιδημίᾳ ἀπολύει τοῦ πυρετοῦ,

60. « Hoc autem rursus signum fecit secundum Jesus, veniens a Judæa in Galilæam [3]. » Hic contextus est ambiguus; habet enim talem significationem, quasi Jesus duo signa fecerit, cum veniret a Judæa in Galilæam, quorum signum de filio reguli sit secundum : et quod duo signa cum sint quæ fecerit Jesus in Galilæa, secundum fecerit, veniens a Judæa in Galilæam : estque hoc receptum et verum; neque enim cum proficisceretur a Judæa in Galilæam, primum fecit, sed primum fecit quando mutavit aquam in vinum : factumque est postera die, fuitque etiam in causa ut Andreas, frater Simonis Petri, interrogans ubi maneret, circa decimam diei horam apud Dominum maneret [4]; scriptum est enim : « Postridie voluit exire in Galilæam, et invenit Philippum [5]. » Sed vide num intelligere possimus œconomiam : eo quod notarit etiam evangelista hoc secundum signum factum fuisse cum descenderet Dominus a Judæa in Galilæam. Diximus autem in superioribus duos Servatoris nostri adventus in Canam accipi posse pro duobus ipsius super terram adventibus : quæ quidem terra, quia facta sit possessio ejus, qui accepit potestatem omnem, ita in terra, quemadmodum in cœlo [6], idcirco Κανᾶ appellata est. Primo itaque adventu nos post lavacrum cum ipso convivantes exhilarat, etiam donans ut bibamus e vino potentiæ suæ, quod quidem aqua erat quando hauriebatur antea; **278** sed vinum facta est, quando immutavit illam Jesus. Etenim vere ante Jesum Scriptura erat aqua; simul autem atque venit Jesus, facta est nobis vinum. Secundo vero adventu liberat a febri, tempore judicii, quod illi a Deo concreditum fuit ut judicet, liberans a febri et per-

[88] Jerem. xxiii, 24. [89] Psal. vii, 10. [1] Psal. xciii, 11. [2] Dan. xiii, 42. [3] Joan. iv, 54. [4] Joan. i, 38, 39. [5] ibid. 43. [6] Matth. xxviii, 18.

(77) Codex Bodleianus, δύο γὰρ σημείων · Regius, τὸ δέ τι τοιοῦτο σημείων.

(78) Codex Bodleianus, δεκτὸν καὶ ἀληθές · Regius omisit καί.

(79) *Ὅπερ αἴτιον ἐγένετο καί.* Deest in codice Regio, sed legitur in Bodleiano.

(80) *Κανᾶ ὠνομάσθη.* A קנה, « possedit. »

(81) Bodleianus codex αὐτό, Regius et Barberinus, αὐτόν.

(82) *Τῇ δὲ δευτέρᾳ.* In Regio codice deest δέ.

fecte sanans reguli filium, sive Abrahæ, sive principis alicujus qui regulus nominetur. Et hæc quidem veluti prætereundo superiores expositiones; quarum quoniam memores nos esse oportet, dicendum est fieri posse ut omnis creatura duplicem illius adventum hunc ad se consideret. Proinde inspicies num principalis dicendus sit hic ratione primus, sequens vero secundus : adeo ut in principali exhilararentur hi qui eum receperint; in secundo vero liberentur ab omni morbo et ab ignitis inimici sagittis hi qui noluerant antea de ejus vino bibere. Et primum quidem miraculum indivisum est, nam Canæ est et qui aquam vertit in vinum, et qui bibunt; secundum vero miraculum quamdam veluti separationem habet : nam filius reguli ægrotans non erat ubi Jesus : non enim erat in Cana, sed in Capharnao : et sermo quidem potentiæ a Cana egreditur, nam « Filius tuus vivit[7] » in Cana dictum est; opus vero sermonis efficitur in Capharnao; illic enim ægrotus reguli filius sermone Jesu curatus est « hora septima[8]; » invenimusque hunc a sermone curatum, cui non putabatur Jesus adesse, atque etiam centurionis servum. Etenim procul ab illo cum esset, non proficiscitur Dominus ad domum centurionis, qui dixit : « Domine, non sum idoneus, ut sub tectum meum intres, sed tantum dic verbum, et sanabitur puer meus[9]; » propter quod inquit ad ipsum : « Vade, et ut credidisti, fiat tibi[10]. » Observavimus autem utrosque ægrotantes in Capharnao fuisse, scilicet reguli filium et centurionis servum. Quin socrus etiam Petri prostrata, febri laborabat in Capharnao, cujus manus cum attigisset, prostratam sanavit, adeo ut erecta ministraret illi[11]. Et hi quidem die exsistente curati fuere in Capharnao, nam reguli filius hora septima, centurionis autem servus et Petri socrus ante vesperam. « Vespera vero facta, » juxta Matthæum[12], « attulerunt illi » in Capharnao « multos a dæmone vexatos : spiritusque ejecit sermone, omnesque male
279 habentes curavit. » Tardius ergo quidam, celerius alii curantur a Jesu : qui enim vespere, tardius curantur, quippe qui iis qui in die curati sunt, inferiores sint; nam a dæmone vexantur, et male habent. Proinde contendendum nobis est, ut congregemus loca ubi inventi fuere qui curatione egebant, notandumque est quibus in locis alia facta fuerint signa, et non ea quæ ad ægrotantes spectant : veluti in Samaria signum erat illud : « Quinque viros habuisti, et nunc quem habes, non est tuus vir[13]; » propterea cum obstupuisset mulier, dixit : « Video te prophetam esse, » civibusque dicit :

A κατὰ τὸν καιρὸν τῆς κρίσεως ἣν ἐπιστεύθη κρίνειν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, ἀπολύων τοῦ πυρετοῦ, καὶ ἰώμενος παντελῶς τὸν τοῦ βασιλικοῦ υἱὸν, εἴτε Ἀβραὰμ, εἴτε ἄρχοντός τινος ὀνομαζομένου βασιλικοῦ. Καὶ ταῦτα μὲν ὡς πρός τινα διήγησιν παρεξιοῦσαν (83) τὰς προτέρας· ἐπεὶ δὲ μεμνῆσθαι ἡμᾶς αὐτῶν (84) δεῖ, λεκτέον, ὅτι δυνατὸν πάσῃ τῇ κτήσει αὐτοῦ τὴν διττὴν ταύτην νοεῖσθαι ἐπιδημίαν. Ἐπιστήσεις δὲ εἰ προηγουμένην μὲν κατὰ τοῦτο τὴν πρώτην λεκτέον, ἑπομένην δὲ τὴν δευτέραν, ὥστε τὴν μὲν προηγουμένην (85) εὐφραίνεσθαι τοὺς παραδεξαμένους αὐτὸν, τῇ δὲ δευτέρᾳ πάσης νόσου ἀπολύεσθαι, καὶ τῶν πεπυρωμένων τοῦ ἐχθροῦ βελῶν τοὺς μὴ βουληθέντας πρότερον τοῦ οἴνου αὐτοῦ πιεῖν. Καὶ τὰ μὲν τῆς πρώτης δυνάμεως ἀμέριστά ἐστιν, ἐν Κανᾷ γὰρ ὁ
B ποιῶν τὸ ὕδωρ οἶνον, καὶ οἱ πίνοντες· τὰ δὲ τῆς δευτέρας οἱονεὶ ἔχει τινὰ μερισμόν· ὁ γὰρ τοῦ βασιλικοῦ υἱὸς νοσῶν οὐχ ἦν ὅπου Ἰησοῦς· οὐ γὰρ ἦν ἐν Κανᾷ, ἀλλ' ἐν Καφαρναούμ· καὶ ὁ μὲν τῆς δυνάμεως λόγος ἀπὸ τῆς Κανᾶ ἐξέρχεται· τὸ γάρ· « Ὁ υἱός σου ζῇ » ἐν Κανᾷ εἴρηται· τὸ δὲ τοῦ λόγου ἔργον ἐν Καφαρναοὺμ γίνεται· ἐκεῖ γὰρ νοσῶν ὁ τοῦ βασιλικοῦ υἱὸς λόγῳ ἐθεραπεύθη τοῦ Ἰησοῦ κατὰ τὴν ἑβδόμην ὥραν· τοῦτον δὲ λόγῳ εὑρίσκομεν θεραπευθέντα ἀπὸ μὴ παρεῖναι νομιζομένου αὐτῷ τοῦ Ἰησοῦ, καὶ τὸν τοῦ ἑκατοντάρχου δοῦλον· καὶ γὰρ ἀπ' ἐκείνου εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἑκατοντάρχου οὐ παραγίνεται ὁ Κύριος, εἰπόντος· « Κύριε, οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς, ἵνα μου ὑπὸ τὴν στέγην εἰσέλθῃς, ἀλλὰ μόνον εἰπὲ λόγῳ, καὶ ἰαθήσεται ὁ
C παῖς μου· » διό φησι πρὸς αὐτόν· « Ὕπαγε, καὶ ὡς ἐπίστευσας γενηθήτω σοι. » Τετηρήκαμεν δὲ καὶ ὅτι ἐν Καφαρναοὺμ ἀμφότεροι ἦσαν νοσοῦντες, ὅ τε τοῦ ἑκατοντάρχου παῖς καὶ ὁ τοῦ βασιλικοῦ υἱός. Καὶ ἡ πενθερὰ δὲ Πέτρου βεβλημένη ἐπύρεσσεν ἐν Καφαρναοὺμ, ἧς ἁψάμενος τῆς χειρὸς ἰάσατο τὴν βεβλημένην, ὡς ἐγερθεῖσαν διακονεῖν αὐτῷ. Καὶ οὗτοι μὲν ἡμέρας ἐθεραπεύθησαν ἐν Καφαρναούμ· ὁ μὲν τοῦ βασιλικοῦ υἱὸς ὥραν ἑβδόμην, ὁ δὲ τοῦ ἑκατοντάρχου παῖς καὶ ἡ τοῦ Πέτρου πενθερὰ πρὸ τῆς ὀψίας. « Ὀψίας δὲ γενομένης, » κατὰ τὸν Ματθαῖον, « ἐν Καφαρναοὺμ προσήνεγκαν αὐτῷ δαιμονιζομένους πολλοὺς, καὶ ἐξέβαλλε τὰ πνεύματα λόγῳ, καὶ πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας ἐθεράπευσε. Βράδιον οὖν τινες ὑπὸ Ἰησοῦ θεραπεύονται, καὶ ἕτεροι τάχιον· οἱ γὰρ ὀψίας
D βράδιον, ὡς ἐλάττονες (δαιμονῶσι γὰρ, καὶ ἔχουσι κακῶς·) τῶν (86) ἡμέρας τεθεραπευμένων. Φιλοτιμητέον δὲ συναγαγεῖν τοὺς τόπους ἔνθα εὑρέθησαν οἱ δεόμενοι θεραπείας, καὶ σημειωτέον ἐν ποίοις τόποις ἄλλα γέγονε σημεῖα, καὶ οὐ τὰ περὶ τοὺς κάμνοντας (87)· οἷον ἐν τῇ Σαμαρείᾳ σημεῖον ἦν τό· « Πέντε ἄνδρας ἔσχες, καὶ νῦν ὃν ἔχεις οὐκ ἔστι σου ἀνήρ· »

[7] Joan. IV, 50. [8] ibid. 52. [9] Matth. VIII, 8. [10] ibid. 13. [11] Marc. I, 30. [12] Matth. VIII, 16. [13] Joan. IV, 18.

(83) Codex Bodleianus, παρεξιοῦσαν· Regius et Barberinus, παραξύουσαν.

(84) Codex Bodleianus, αὐτῶν· Regius et Barberinus, ἑαυτῶν.

(85) *Τὴν μὲν προηγουμένην.* Scribendum videtur τῇ μὲν προηγουμένῃ.

(86) Codex Bodleianus, οἱ γὰρ ὀψίας, ἢ βράδιον, ὡς ἐλάττονες ὄντες, (δαιμονῶσι γὰρ, καὶ ἔχουσι κακῶς·) μᾶλλον τῶν, etc.

(87) *Καὶ οὐ τὰ περὶ τοὺς κάμνοντας.* Ferrarius legebat καὶ ποῦ τὰ περὶ τοὺς κάμνοντας.

ἐφ' ᾧ καὶ καταπλαγεῖσα ἡ γυνή φησι· « Θεωρῶ, ὅτι προφήτης εἶ σύ· » τοῖς τε πολίταις λέγει· « Δεῦτε, ἴδετε ἄνθρωπον ὃς εἶπέ μοι πάντα ὅσα ἐποίησα· μήτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός; » Παρατηρητέον δὲ καὶ τοὺς λόγους αὐτοῦ, ποῦ, καὶ διὰ τί, καὶ ἐπὶ τίσι πεπραγμένοις λέγονται· ὑπὸ γὰρ μόνων τῶν τοιούτων παρατηρήσεων καὶ ἐξετάσεων τὰς βασάνους, εὑρήσεις κατὰ βραχὺ τοὺς καρποὺς τῶν πόνων, τὴν ἐν Ψαλμοῖς εὐλογίαν λέγουσαν· « Τοὺς καρποὺς τῶν πόνων σου φάγεσαι. » Ἔτι πρὸς τὸ, « Τοῦτο δὲ πάλιν δεύτερον σημεῖον ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, » καὶ τοῦτο λεκτέον, ὅτι οὐδαμοῦ μὲν ὠνομάσθη μόνα τὰ τέρατα (88)· εἴ που γὰρ λέγεται, μετὰ τῶν σημείων ἀναγέγραπται, ὡσπερεὶ τῷ· « Ἐὰν μὴ σημεῖα καὶ τέρατα ἴδητε, οὐ μὴ πιστεύσητε· » πολλαχοῦ δὲ τὰ σημεῖα χωρὶς τῶν τεράτων εὕρηται (89), ὃν τρόπον καὶ νῦν. Καὶ ζητητέον γε εἰ ἔχει τινὰ διαφορὰν πρὸς ἄλληλα τὰ τέρατα καὶ τὰ σημεῖα· οἶμαι δὲ τὰς μὲν παραδόξους καὶ τεραστίους δυνάμεις κατ' αὐτὸ τὸ παράδοξον, καὶ ἐκβεβηκὸς τὴν συνήθειαν, θαυμάσιόν τε, καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον γινόμενον, τέρατα ὀνομάζεσθαι· τὰ δὲ δηλωτικά τινων ἑτέρων παρὰ τὰ γινόμενα, σημεῖα λέγεσθαι. Διόπερ καὶ ἐπὶ τῶν μὴ παραδόξων τὸ ὄνομα τοῦ σημείου εὑρίσκομεν· ἤγουν περὶ τὸ σημεῖον (90) λέγεται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐν τούτοις· « Περιτμηθήσεται τὴν σάρκα ὑμῶν πᾶν ἀρσενικὸν, καὶ περιτμηθήσεσθε τὴν σάρκα τῆς ἀκροβυστίας ὑμῶν, καὶ ἔσται ἐν σημείῳ Διαθήκης ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ ὑμῶν. » Οὐδαμοῦ δὲ μόνα τὰ τέρατα ὠνομάσθη· ἐπείπερ οὐκ ἔστι τι παράδοξον γενόμενον ἐν τῇ Γραφῇ, ὃ μὴ ἐστι σημεῖον καὶ σύμβολον ἑτέρου παρὰ τὸ αἰσθητῶς γεγενημένον· ὡς εἴπερ ἦν τεράστιόν τι γενόμενον οὐ συμβολικὸν ἑτέρου, ἐγέγραπτο ἂν τοῦτο τὸ τέρας πεποιηκέναι τὸν Ἰησοῦν, ἢ, φέρε εἰπεῖν, Μωσέα, ἤ τινα τῶν ἁγίων. Ὅτε μὲν οὖν διδασκόμεθα ἀπὸ τῆς Γραφῆς δεῖν ζητεῖν τὸ, οὗ σημεῖόν ἐστι τὸ γεγενημένον, λέγεται· « Τοῦτο δὲ πάλιν δεύτερον σημεῖον ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς· » ὅτε δὲ ὁ βασιλικὸς ὀνειδίζεται ὡς οὐκ ἂν πιστεύσων χωρὶς τῆς θέας τῶν παραδόξων, οὐκέτι λέγεται· « Ἐὰν μὴ σημεῖα ἴδητε, οὐ μὴ πιστεύσητε· » οὐ γὰρ τὰ σημεῖα γινόμενα προκαλεῖται ἐπὶ τὸ πιστεύειν, ᾗ σημεῖά ἐστιν, ἐὰν τύχῃ τὸ σημεῖον μὴ εἶναι καὶ τέρας· ἀλλά· « Ἐὰν μὴ σημεῖα καὶ τέρατα ἴδητε, οὐ μὴ πιστεύσητε, » ὑμῶν μὲν πιστευόντων διὰ τὸ παράδοξον, ἡμῶν δὲ πρὸς τούτῳ καὶ διὰ τὸ, οὗ ἐστι σημεῖον, ἐπιτελούντων αὐτῷ. Ζητήσεις δὲ τὸ ἐν ἑβδομηκοστῷ ἑβδόμῳ ψαλμῷ, « Ὡς ἔθετο ἐν Αἰγύπτῳ τὰ σημεῖα αὐτοῦ, καὶ τὰ τέρατα αὐτοῦ ἐν πεδίῳ Τάνεως, » πότερον τῷ ὑποκειμένῳ διαφέρει τὰ σημεῖα καὶ τέρατα, ἢ τὰ αὐτά. ᾟ μὲν σημεῖά ἐστι, γέγονεν ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ αὐτῆς τῆς Αἰγύπτου

A « Agite, videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcunque feci : nunquid hic est Christus [14]? » Observanda sunt etiam verba ipsius, ubi, et quamobrem, et propter quæ facta dicuntur. Sub talium enim solum observationum et disquisitionum examine, brevi laborum fructus reperies, benedictionem nimirum in Psalmis memoratam [15]: « Laborum tuorum fructus comedes. » Præterea huic dicto, « Hoc autem rursus secundum signum fecit Jesus [16], » hoc etiam addendum est; nullibi prodigia sola nominari, sed sicubi scribantur, ascribi etiam signa, quemadmodum in his verbis : « Nisi signa et prodigia videritis, non credetis [17]; » frequenter vero signa sine prodigiis inveniri, quemadmodum etiam hoc in loco. Proinde quærendum est, habeant B necne differentiam aliquam inter se prodigia et signa, et arbitror ea facta quæ superant opinionem quæque prodigiosa sunt, eo quod ipsam opinionem et consuetudinem transcenderint, sintque admiranda et supra hominem, prodigia nominari; quæ vero aliquid innuant præterea quæ fiunt, signa dici. Quam etiam ob causam nomen signi invenitur in his quæ non sunt præter opinionem, veluti signum nominatur a Deo in his : « Circumcidetur vobis omne masculinum, et circumcidetis carnem præputii vestri, et erit in signum Testamenti inter me et vos [18]. » Nullibi autem sola prodigia nominata sunt, quoniam non est aliquid paradoxon in Scriptura quod non sit signum et nota alterius rei, præter id quod sensibiliter fit : quoniam si fuisset prodigiosi C aliquid factum alterius rei non index, scriptum fuisset hoc prodigium fecisse Jesum, vel Mosen, ut ita dicam, vel aliquem sanctorum. Quando **280** igitur edocemur a Scriptura oportere quærere cujus signum sit id quod factum est, dicitur : « Hoc autem rursus secundum signum fecit Jesus [19]; » quando autem regulo ceu probro datur quod crediturus non sit absque visione prodigiorum, non amplius dicitur : « Nisi signa videritis, non credetis; » non enim signa facta invitant ad credendum, in quantum signa sunt, si contingat ut signum non sit etiam prodigium; sed dicitur : « Nisi signa et prodigia videritis, non credetis [20]; » vobis quidem credentibus propter prodigium, nobis autem præter hoc D etiam honorem illi deferentibus propter illud cujus illud est signum. Quæres autem in septuagesimo septimo psalmo, « Sicut disposuit in Ægypto signa sua, et prodigia sua in campo Taneos, » utrum subjecto necne differant signa et prodigia; an eadem, in quantum signa sunt, facta sint in Ægypto, cum ipsa etiam Ægyptus ad intelligibilia quædam reducatur; in quantum autem prodigia, facta sint in

[14] Joan. IV, 19, 29. [15] Psal. CXXVII, 2. [16] Joan. IV, 54. [17] ibid. 48. [18] Genes. XVII, 10. [19] Joan. IV, 54. [20] ibid. 48.

(88) *Οὐδαμοῦ μὲν ὠνομάσθη μόνα τὰ τέρατα.* Novum duntaxat Testamentum hac observatione comprehendit, in quo τέρατα et σημεῖα semper conjuncta reperies. Secus in Veteri. Vide enim Exod. IV, 21; XV, 11, et psalm. XLV, 8; Isai. XXIV, 16; XXVIII, 29; Ezechiel. XII, 11, et Joel. II, 30. HUETIUS.

(89) *Εὕρηται.* Ita codex Bodleianus; Regius, perperam, ἴδητε.

(90) *Ἤγουν περὶ τὸ σημεῖον.* Videtur legisse Ferrarius ἤγουν περ τὸ σημεῖον.

campo Taneos; cum alioquin prodigia, in quantum prodigia, neque campus Taneos, in quantum est campus Taneos, allegoriam capiant. Quin etiam prodigia, in quantum signa sunt, sensu anagogico egent, et campus Taneos, in quantum est Ægyptus. Cæterum hoc in loco finiamus etiam decimum tertium tomum continentem explanationem eorum quæ sunt a principio usque ad septimum iter Jesu: nam primum Bethara proficiscitur, cum baptizatur apud Jordanem; secundo profectus Canam Galilææ ex aqua vinum fecit; tertio Capharnaum descendit, et congruit ut ubi sint ægroti, descendat; quarto Jerosolymam redit; quinto commoratur cum discipulis in terra Judæa; sexto in Samaria apud fontem Jacob docuit quæ pro viribus indagavimus; septimo denuo proficiscitur Canam Galilææ; in sequentibus vero, Deo dante, disseremus de his quæ ab ipso facta dictaque sunt Jerosolymis in die festo Judæorum.

A ἀναγομένης ἐπί τινα νοητά· ἢ δὲ τέρατα, ἐν πεδίῳ Τάνεως, οὔτε τῶν τεράτων, ᾗ τέρατα, οὔτε τοῦ πεδίου Τάνεως, ᾗ πεδίον Τάνεως, ἀλληγορουμένων, ἀλλὰ καὶ τὰ τέρατα, ᾗ σημεῖά ἐστι, δεῖται ἀναγωγῆς, καὶ τὸ πεδίον Τάνεως, ᾗ Αἴγυπτος. Αὐτόθι δὲ καταπαύσωμεν καὶ τὸν τρισκαιδέκατον (91) τόμον περιέχοντα διήγησιν τῶν μέχρι τῆς ἑβδόμης ἄρχῆθεν ἐπιδημίας τοῦ Ἰησοῦ· πρῶτον μὲν γὰρ ἐν Βαθαρᾷ παρὰ τῷ Ἰορδάνῃ βαπτιζόμενος γίνεται· δεύτερον δὲ τῇ Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας ἐπιδημήσας, τὸ ὕδωρ οἶνον ποιεῖ· τρίτον εἰς τὴν Καφαρναοὺμ καταβαίνει, καὶ ἁρμόζει γε ὅπου καταβαίνει εἶναι τοὺς ἀσθενοῦντας· τέταρτον εἰς Ἱεροσόλυμα ἀνέρχεται· πέμπτον εἰς τὴν Ἰουδαίαν γῆν συνδιατρίβει τοῖς μαθηταῖς· ἕκτον ἐν τῇ Σαμαρείᾳ παρὰ τῇ πηγῇ τοῦ B Ἰακὼβ (92) ἐδίδαξεν, ἃ κατὰ δύναμιν ἐξητάσαμεν· καὶ ἕβδομον ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας δεύτερον γίνεται· ἐν δὲ τῷ ἑξῆς, Θεοῦ διδόντος, διαληψόμεθα περὶ τῶν ἐν τῇ ἑορτῇ τῶν Ἰουδαίων ἐν Ἱεροσολύμοις πεπραγμένων αὐτῷ καὶ εἰρημένων.

Λείπουσιν οἱ τόμοι τεσσαρεσκαιδέκατος, πεντεκαιδέκατος, ἑκκαιδέκατος, ἑπτακαιδέκατος, καὶ ὀκτωκαιδέκατος.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ

ΤΩΝ ΕΙΣ ΤΟ ΚΑΤΑ ΙΩΑΝΝΗΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΕΞΗΓΗΤΙΚΩΝ

ΤΟΜΟΣ ΙΘʹ.

ORIGENIS

COMMENTARIORUM IN EVANGELIUM SECUNDUM JOANNEM

TOMUS DECIMUS NONUS.

281 1. « Respondit Jesus: Neque me scitis, neque Patrem meum; si me sciretis, et Patrem meum sciretis[21]. » Si oratio dicens, « Et me scitis, unde sim[22], » et ea, quæ dicit: « Neque me scitis, neque Patrem meum, » ad eosdem diceretur, palam videretur contrarium esse quod dicitur; nunc vero illud, « et me scitis, » ad quosdam dicitur Jerosolymitas qui dixerunt: « Num vere cognoverunt principes hunc esse Christum? sed hunc scimus, unde sit; at Christus cum venerit, nullus agnoscet unde

C (93) « Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς· Οὔτε ἐμὲ οἴδατε, οὔτε τὸν Πατέρα μου· εἰ ἐμὲ ᾔδειτε, καὶ τὸν Πατέρα μου ἂν ᾔδειτε. » Εἰ μὲν πρὸς τοὺς (94) αὐτοὺς ὁ λόγος ἦν ὁ λέγων, « Κἀμὲ οἴδατε πόθεν εἰμί, » καὶ ὁ φάσκων (95), « Οὔτε ἐμὲ οἴδατε, οὔτε τὸν Πατέρα μου, » ἄντικρυς ἂν ἔδοξεν ἐναντίον εἶναι τὸ λεγόμενον· νυνὶ δὲ τὸ μὲν, « Κἀμὲ οἴδατε, » πρός τινας τῶν Ἱεροσολυμιτῶν ἀπαγγέλλεται εἰρηκότας· « Μήποτε ἀληθῶς ἔγνωσαν οἱ ἄρχοντες, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Χριστός; Ἀλλὰ τοῦτον οἴδαμεν πόθεν ἐστίν· ὁ δὲ

[21] Joan. VIII, 19. [22] Joan. VII, 28.

(91) *Τρισκαιδέκατον*. Codex Bodleianus, ὀκτωκαιδέκατον.

(92) *Τοῦ Ἰακώβ*. Deest in codice Bodleiano.

(93) Deesse videtur hujus tomi initium. Nullum enim tomum incipit Origenes, quin pluribus vel paucis alloquatur familiarem suum Ambrosium, eique expressis verbis enuntiet quotus sit numero tomus ille, quem ei nuncupat ac mittit, quemadmodum videre licet in cæteris octo tomis qui supersunt. Hic vero nil simile reperitur. Tomus incipit ab abrupto contra morem: nulla præfatio, nulla ipsius tomi enuntiatio. Præterea in fine plus quam dimidia sui parte mutilum eum esse inde liquet, quod desinat in versum 25 capitis VIII Evangelii Joannis, vicesimus vero tomus incipiat a versu 37 ejusdem capitis; ac proinde manifeste deest explanatio undecim versuum, nimirum 26-36.

(94) *Εἰ μὲν πρὸς τούς*, etc. Codex Regius, perperam, ὁ μὲν πρὸς τούς, etc.

(95) *Καὶ ὁ φάσκων*. In codice Regio desideratur καί.

A Χριστὸς ὅταν ἔρχηται, οὐδεὶς γινώσκει πόθεν ἐστί·» τὸ δὲ, ὅτι «Οὔτε ἐμὲ οἴδατε,» καὶ τὸ ἑξῆς, πρὸς τοὺς εἰπόντας αὐτῷ Φαρισαίους· «Σὺ μαρτυρεῖς περὶ σεαυτοῦ, ἡ μαρτυρία σου οὐκ ἔστιν ἀληθής.» Πλὴν καὶ τοῖς Ἱεροσολυμίταις διὰ τῶν προτέρων, καὶ τοῖς Φαρισαίοις διὰ τῶν νῦν ἐξεταζομένων φησὶν, ὅτι, «Τὸν Πατέρα οὐκ οἴδατε·» τοῖς μὲν Ἱεροσολυμίταις διὰ τούτων· «Ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλήλυθα, ἀλλ' ἔστιν ἀληθινὸς ὁ πέμψας με, ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε· ἐγὼ οἶδα αὐτὸν, ὅτι παρ' αὐτοῦ εἰμι, κἀκεῖνός με ἀπέστειλε·» τοῖς δὲ Φαρισαίοις διὰ τοῦ· «Οὔτε ἐμὲ οἴδατε, οὔτε τὸν Πατέρα μου· εἰ ἐμὲ ᾔδειτε, καὶ τὸν Πατέρα μου ἂν ᾔδειτε.» Καὶ ζητήσαι ἄν τις εὐλόγως ὅπως, εἴπερ ἀληθὲς τὸ, «Εἰ ἐμὲ ᾔδειτε, καὶ τὸν Πατέρα μου ἂν ᾔδειτε,» οἱ Ἱεροσολυμῖται B πρὸς οὓς φησι· «Κἀμὲ οἴδατε,» οὐκ οἴδασι τὸν Πατέρα. Προσεπιτείνει δὲ τὴν εἰς τὸν τόπον ἀπορίαν καὶ ὁ Ἰωάννης ἐν τῇ Καθολικῇ Ἐπιστολῇ ταῦτα λέγων· «Ὁ ἀρνούμενος τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱόν· πᾶς γὰρ ὁ ἀρνούμενος τὸν Υἱὸν, οὐδὲ τὸν Πατέρα ἔχει·» εἰ γὰρ ὁ ἀρνούμενος τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱὸν, καὶ «ὁ ὁμολογῶν τὸν Υἱὸν, καὶ τὸν Πατέρα ἔχει,» δῆλον, ὅτι οἱ Ἱεροσολυμῖται, ὅσον ἐπὶ τῇ λέξει, τῷ μὴ γινώσκειν τὸν Πατέρα, ἀρνούμενοι τὸν Πατέρα, ἀρνοῦνται καὶ τὸν Υἱόν· εἰ δὲ ἀρνοῦνται τὸν Υἱὸν, πῶς τὸ, «Κἀμὲ οἴδατε,» ἀληθές; Πάλιν οἱ αὐτοὶ εἰ οἴδασι τὸν Υἱὸν, διὰ τὸ, «Καὶ ἐμὲ οἴδατε (ἐπεὶ ὁ ὁμολογῶν τὸν Υἱὸν, καὶ τὸν Πατέρα ἔχει),» ὁμολογοῦσι τὸν Πατέρα· εἰ δὲ ὁμολογοῦσι τὸν Πατέρα, C πῶς ἀληθὲς τὸ, «Ἀλλ' ἔστιν ἀληθινὸς ὁ πέμψας με, ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε;» Λεκτέον δὲ πρὸς ταῦτα, ὅτι ὁ Σωτὴρ ὁτὲ μὲν περὶ ἑαυτοῦ ὡς περὶ ἀνθρώπου διαλέγεται, ὁτὲ δὲ ὡς περὶ θειοτέρας φύσεως, καὶ ἡνωμένης τῇ ἀγεννήτῳ (96) τοῦ Πατρὸς φύσει. Ἐπὰν μὲν γὰρ λέγει, «Νῦν ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι, ἄνθρωπον ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα,» τοῦτό φησιν εἰδὼς τὸ ζητούμενον ἀναιρεθῆναι εἶναι οὐ Θεὸν, ἀλλὰ ἄνθρωπον· ἐὰν δὲ, «Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν,» καὶ, «Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ ζωὴ,» καὶ, «Ἐγώ εἰμι ἡ ἀνάστασις,» καὶ τὰ τούτοις ὅμοια, οὐ περὶ τοῦ ζητουμένου ἀναιρεθῆναι ἀνθρώπου διδάσκει. Οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ τῶν κατὰ τὸ παρὸν ἡμῖν ζητουμένων ἐκ τῆς συμφράσεως κατανοητέον, τὸ μὲν, «Κἀμὲ οἴδατε, καὶ οἴδατε πόθεν εἰμὶ,» περὶ D τοῦ ἀνθρώπου ἑαυτοῦ διαλέγεται· τὸ δὲ, «Οὔτε ἐμὲ οἴδατε, οὔτε τὸν Πατέρα μου,» περὶ τῆς θεότητος· τοῦ μὲν γὰρ, «Κἀμὲ οἴδατε, καὶ οἴδατε πόθεν εἰμὶ,» ταῦτα προτέτακται (97)· «Ἔλεγον οὖν τινες ἐκ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν· Οὐχ οὗτός ἐστιν ὃν ζητοῦσιν ἀποκτεῖναι; Καὶ ἴδε παῤῥησίᾳ λαλεῖ, καὶ οὐδὲν αὐτῷ λέγουσι. Μήποτε ἀληθῶς ἔγνωσαν οἱ ἄρχοντες, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός; ἀλλὰ τοῦτον οἴδαμεν πόθεν ἐστίν· ὁ δὲ Χριστὸς ὅταν ἔρχηται, οὐδεὶς γινώσκει

sit [23]; » hoc vero, « neque me scitis, » et quod sequitur, ad Pharisæos dicitur, qui dixerunt illi : « Tu testificaris de te ipso, testimonium tuum non est verum [24]. » Verumtamen Jerosolymitis etiam per superiora, et Pharisæis per præsentia, quæ nunc examinamus, inquit quod Patrem non norint ; Jerosolymitis quidem per illa : « A me ipso non veni, sed est verax, qui me misit, quem vos non nostis : ego novi eum, quia ab ipso sum, et ille me misit [25]; » Pharisæis vero per hæc : « Neque me scitis, neque Patrem meum ; si me sciretis, et Patrem meum sciretis. » Ac certe merito quis quæreret quomodo Jerosolymitæ, ad quos inquit, « et me scitis, » non norint Patrem, si verum est illud : « Si me sciretis, et Patrem meum sciretis. » Adauget autem loci difficultatem Joannes in Epistola Catholica hæc dicens : « Qui negat Patrem, negat etiam Filium : omnis enim qui negat Filium, is ne Patrem quidem habet [26]; » quod si quis negat Patrem, is negat etiam Filium ; et « qui Filium fatetur, is etiam Patrem habet [27], » perspicuum est Jerosolymitas, quod ad contextum attinet, negantes Patrem, eo quod Patrem non agnoscant, negare etiam Filium : proinde si Filium negant, **282** quomodo verum est, « Et me scitis ? » Rursus si hi Filium norunt propter illud, « Et me scitis (quoniam qui fatetur Filium, is etiam Patrem habet [28]), » fatentur Patrem : quod si fatentur Patrem, quonam pacto verum est illud : « Sed est verax qui me misit, quem vos nescitis [29] ? » Quibus respondendum est aliquando Servatorem de seipso veluti homine disserere, aliquando de diviniori natura, eaque unita ingenitæ Patris naturæ. Cum enim dicit, « Nunc autem quæritis me interficere, hominem qui veritatem vobis locutus sum [30], » hoc loquitur sciens non Deum, sed hominem quæri ad mortem ; cum vero inquit, « Ego et Pater unum sumus [31] ; Ego sum veritas et vita [32] ; Ego sum resurrectio [33], » et his similia, non docet de eo homine qui quærebatur. Isto igitur modo de his etiam quæ a nobis in præsentia quæruntur, ut similiter solvantur, considerandum est ; illud enim, « Et me scitis, et unde sim scitis [34], » de se ipso homine disputat ; hoc vero, « Neque me scitis, neque Patrem meum [35], » de divinitate. Illis enim verbis, « Et me scitis, et unde sim scitis, » hæc præposita sunt : « Dicebant ergo quidam ex Jerosolymitis : Nonne hic est quem quærunt interficere ? Et ecce cum fiducia loquitur, nec quidquam illi dicunt. Num vere cognoverunt principes hunc esse Christum ? sed hunc scimus unde sit : at Christus cum venerit, nemo agnoscet unde sit [36] ; » his vero, « Neque me scitis, neque Patrem meum, » hæc sunt præposita : « Dixerunt ergo

[23] Joan. VII, 26, 27. [24] Joan. VIII, 13. [25] Joan. VII, 28, 29. [26] I Joan. II, 22. [27] ibid. [28] I Joan. II, 23. [29] Joan. VII, 28. [30] Joan. VIII, 40. [31] Joan. X, 30. [32] Joan. XIV, 6. [33] Joan. XI, 25. [34] Joan. VII, 28. [35] Joan. VIII, 19. [36] Joan. VII, 25 seq.

(96) *Ἡνωμένης τῇ ἀγεννήτῳ.* Codex Regius, ἀγενήτῳ. Cæterum erronea hæc videntur, neque enim natura divina θειοτέρα φύσις Filii unitur naturæ ingenitæ Patris, sed eadem est; non ἥνωται, sed ἡ αὐτή ἐστι.

(97) *Προτέτακται.* Sic codex Bodleianus ; Regius, προστέτακται.

A ei Pharisæi: Tu de teipso testificaris; testimonium tuum non est verum. Respondit Jesus, et dixit illis: Etiamsi ego testificor de me ipso, testimonium meum verum est, quia novi unde veni et quo vado; vos secundum carnem judicatis; ego non judico quemquam; atque etiamsi judico ego, judicium meum verum est, quod solus non sum, sed ego, et qui misit me, Pater [37]. » Ex his ergo perspicuum est a Jerosolymitis dictum fuisse, « Hunc scimus, unde sit, » hoc referentibus ad ortum ipsius in Bethleem, sciebantque hunc esse, cujus mater dicebatur Maria, et fratres ejus Jacobus et Joannes, et Simon Judas [38]; quam ob causam assentitur etiam his qui dixerant, « Scimus unde sit, » per hæc verba, « et me scitis unde sim. » **283** B At Pharisæis de diviniori natura disserens, et, ut aliquis diceret, in quantum est primogenitus omnis creaturæ, hæc dixit: « Etiamsi ego testificor de me ipso, testimonium meum verum est, quia scio unde veni et quo vado [39]. » Quamobrem interrogantibus eum contra hæc, et dicentibus, « Ubi est Pater tuus [40]? » respondet, ut aliquis diceret, alius exsistens ab eo qui dicit, « Et me scitis [41], » et inquit: « Neque me scitis, neque Patrem meum [42]. » Cæterum ruditatis Pharisæorum erat, vel non intelligere Jesum de Deo universorum loqui, dum diceret, « Testificatur de me, qui misit me, Pater [43]; » vel si intellexerant de Deo hæc dici, existimare Deum esse in loco, et idcirco respondere: « Ubi est Pater tuus? » C Verum scire oportet quod hinc manifeste ostendi putent hæretici, Deum, cui serviebant Judæi, non esse Patrem Christi: nam si Pharisæis servientibus mundi Effectori, inquiunt, dicebat Servator, « Neque me scitis, neque Patrem meum, » manifestum est Pharisæos non nosse Patrem Jesu alterum exsistentem a mundi Effectore. Sed ne Jerosolymitæ quidem, inquiunt, eum norant, quibus supra dixerat: « Sed est verax, qui misit me, quem vos nescitis: » quæ dicunt, quia non legerunt Scripturas divinas, neque observaverunt consuetudinem locutionis ipsarum. Quamvis enim intelligere quis possit quæ ad Deum pertinent, a patribus edoctus huic soli serviendum esse, si vivat is non bene, hunc dicunt non habere cognitionem Dei. D Si quisquam igitur alius novit quæ ad mundi Effectorem pertinent, et quæ ad cultum sacerdotalem, perspicuum certe est inter hos fuisse filios Heli sacerdotis, qui nutriti fuere in Dei cultu. Attamen eo quod peccaverint, scripta sunt hæc de illis in primo Regum [44]: « Et filii Heli, filii pestilentes, non cognoverunt Dominum. » [(1) Interrogemus enim eos qui etiam sectam sequuntur, annon

πόθεν ἐστί· » τοῦ δὲ, « Οὔτε ἐμὲ οἴδατε, οὔτε τὸν Πατέρα μου, » ταῦτα· « Εἶπαν οὖν αὐτῷ οἱ Φαρισαῖοι· Σὺ περὶ σεαυτοῦ μαρτυρεῖς, ἡ μαρτυρία σου οὐκ ἔστιν ἀληθής. Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Κἂν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἀληθής ἐστιν ἡ μαρτυρία μου, ὅτι οἶδα πόθεν ἦλθον, καὶ ποῦ ὑπάγω· ὑμεῖς κατὰ τὴν σάρκα κρίνετε, ἐγὼ οὐ κρίνω οὐδένα· καὶ ἐὰν κρίνω δὲ ἐγὼ, ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ ἀληθινή ἐστιν, ὅτι μόνος οὐκ εἰμὶ, ἀλλ' ἐγὼ καὶ ὁ πέμψας με Πατήρ. » Δῆλον οὖν ἐκ τούτων, ὅτι ὑπὸ μὲν τῶν Ἱεροσολυμιτῶν ἐλέγετο, « Τοῦτον οἴδαμεν πόθεν ἐστὶν, » ἀναφερόντων ἐπὶ τὸ ἐν Βηθλεὲμ αὐτὸν γεγενῆσθαι καὶ ἐπισταμένων ἦν (97*), ὅτι οὗτος ἦν οὗ ἡ μήτηρ ἐλέγετο Μαρία, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ Ἰάκωβος, καὶ Ἰωάννης, καὶ Σίμων Ἰούδας· διόπερ καὶ μαρτυρεῖ τοῖς εἰρηκόσιν, « Οἴδαμεν πόθεν ἐστὶ, » διὰ τοῦ· « Κἀμὲ οἴδατε πόθεν εἰμί· » τοῖς δὲ Φαρισαίοις τὸ, « Καὶ ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἀληθής ἐστιν ἡ μαρτυρία μου· ὅτι οἶδα πόθεν ἦλθον, καὶ ποῦ ὑπάγω, » τῇ θειοτέρᾳ φύσει διαλεγόμενος ἔφασκε ταῦτα, καὶ, ὡς ἂν εἴποι τις, καθ' ὃ πρωτότοκος πάσης κτίσεως ἦν. Διόπερ τοῖς πρὸς ταῦτα πυθομένοις αὐτοῦ καὶ εἰρηκόσι, « Ποῦ ἐστιν ὁ Πατήρ σου; » ἀποκρίνεται, ὡς ἂν εἴποι τις, ἕτερος ὢν τοῦ λέγοντος, « Κἀμὲ οἴδατε, » καί φησι· « Καὶ οὔτε ἐμὲ οἴδατε, οὔτε τὸν Πατέρα μου. » Κατὰ δὲ τὸ ταπεινὸν τῶν Φαρισαίων ἦν, ἤτοι μὴ νοεῖν, ὅτι περὶ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἔλεγε τὸ, « Μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ ὁ πέμψας με Πατήρ, » ἤ, εἰ ἐξεδέχοντο περὶ (98) τοῦ Θεοῦ ταῦτα λέγεσθαι, νομίζειν, ὅτι ἐν τόπῳ ἐστὶν ὁ Θεὸς, καὶ διὰ τοῦτο ἀποκρίνεσθαι· « Ποῦ ἐστιν ὁ Πατήρ σου; » Χρὴ μέντοι γε εἰδέναι, ὅτι οἱ ἑτερόδοξοι (99) νομίζουσι σαφῶς ἐντεῦθεν παρίστασθαι τὸ μὴ τὸν Θεὸν ᾧ ἐλάτρευον Ἰουδαῖοι Πατέρα εἶναι τοῦ Χριστοῦ. Εἰ γὰρ τοῖς Φαρισαίοις λατρεύουσι τῷ Δημιουργῷ, φασὶν, ἔλεγεν ὁ Σωτὴρ, « Οὔτε ἐμὲ οἴδατε, οὔτε τὸν Πατέρα μου, » σαφὲς, ὅτι ἕτερον ὄντα τοῦ Δημιουργοῦ τὸν Πατέρα Ἰησοῦ, Φαρισαῖοι οὐκ ᾔδεσαν. Ἀλλ' οὐδὲ Ἱεροσολυμῖται, οἷς προειρήκει, « Ἀλλ' ἔστιν ἀληθινὸς ὁ πέμψας με, ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε, » ταῦτα λέγουσιν, ἅτε μὴ ἀνεγνωκότες τὰς θείας Γραφὰς, μηδὲ τὴν συνήθειαν τῆς ἐν αὐταῖς λέξεως τετηρηκότες. Κἂν γὰρ διεξοδεύειν τις δύνηται τὰ περὶ Θεοῦ, ἐκ πατέρων μεμαθηκὼς, ὅτι τούτῳ λατρεύειν μόνῳ δεῖ, μὴ βιοῖ δὲ καλῶς, τοῦτόν φασιν οὐκ ἔχειν γνῶσιν Θεοῦ. Εἴ τις γοῦν ἄλλος ᾔδει τὰ περὶ τοῦ Δημιουργοῦ καὶ τῆς ἱερατικῆς αὐτοῦ θεραπείας, δῆλον, ὅτι καὶ οἱ Ἡλεὶ τοῦ ἱερέως υἱοὶ, παρὰ τῇ λατρείᾳ ἀνατεθραμμένοι· ἀλλ' ὅμως, ἐπεὶ ἥμαρτον, γέγραπται ταῦτα περὶ αὐτῶν ἐν τῇ τῶν Βασιλειῶν πρώτῃ· « Καὶ οἱ υἱοὶ Ἡλεὶ, υἱοὶ λοιμοὶ, οὐκ ἔγνωσαν τὸν Κύριον. » Πευσώμεθα γὰρ τῶν ἑτεροδόξων, εἰ μὴ περὶ τοῦ Δη-

[37] ibid. 13 seq. [38] Matth. XIII, 55. [39] Joan. VIII, 14. [40] ibid. 19. [41] Joan. VII, 28. [42] Joan. VIII, 19. [43] ibid. 18. [44] I Reg. II, 12.

(97*) Lege hic ἐπισταμένων ὅτι, expuncto ἦν· quinque autem abhinc lineis, corrige κἂν ἐγώ, pro, καὶ ἐγώ. Edit. Patrol.

(98) *Ἢ εἰ ἐξεδέχοντο.* Sic codex Bodleianus; Regius, ἐπεὶ ἐξεδέχοντο.

(99) *Χρὴ μέντοι γε εἰδέναι, ὅτι οἱ ἑτερόδοξοι*, etc. Cerdoniani, Marcionitæ, Valentiniani, aliique ejusdem ζύμης hæretici. Huetius

(1) Hæc e Perionio.

A μιουργοῦ γέγραπται τό· « Οὐκ ἔγνωσαν τὸν Κύριον· » καὶ ἀποκρινομένων, ὅτι περὶ τοῦ Δημιουργοῦ ἐστι ταῦτα, ζητήσομεν (f. σωμ-) διὰ τί εἴρηται περὶ τῶν υἱῶν Ἡλεί· « Οὐκ ἔγνωσαν τὸν Κύριον· » πότερον διὰ τοὺς περὶ Θεοῦ τοῦ Δημιουργοῦ λόγους, ἢ διὰ τὴν πονηρίαν αὐτῶν. Σαφὲς δὲ, ὅτι διὰ τὴν πονηρίαν λέγονται μὴ ἐγνωκέναι τὸν Κύριον· καὶ οὐ περὶ τῶν υἱῶν Ἡλεὶ μόνον ἔστι τοῦτο εὑρεῖν, ἀλλὰ καὶ περὶ ἄλλων βασιλευσάντων ἐν Ἰσραὴλ καὶ Ἰούδα ἁμαρτωλῶν. Οὕτω τοίνυν καὶ οἱ Φαρισαῖοι τὸν Πατέρα οὐκ ᾔδεσαν· οὐδὲ γὰρ ἐβίουν κατὰ τὸ τοῦ Δημιουργοῦ βούλημα. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλο σημαινόμενον τοῦ γινώσκειν τὸν Θεὸν, ἑτέρου ὄντος τοῦ γινώσκειν τὸν Θεὸν παρὰ τὸ πιστεύειν ψιλῶς εἰς τὸν Θεὸν, ὡς δῆλον ἐκ τοῦ· « Ὅσα ὁ νόμος λαλεῖ, τοῖς ἐν τῷ νόμῳ λαλεῖ αὐτό [f. αὐτά]. » B Ἢ δῆλον, ὅτι καὶ τοὺς προφήτας, ὧν τὰ ῥήματα, ὡς ἐν ἄλλοις ἀπεδείξαμεν, νόμος λέγεται· εἴρηται τοίνυν ἐν Ψαλμοῖς· « Σχολάσατε, καὶ γνῶτε, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ Θεός. » Τίς δ' οὐκ ἂν ὁμολογήσαι πιστεῦσαι γεγράφθαι ταῦτα λαῷ πιστεύοντι εἰς τὸν Δημιουργὸν, ὅντινα γνῶναι οὐκ ἔστι μὴ σχολάσαντα, καὶ ἐκκαθάραντα τὸν νοῦν, τῶν νοούντων καὶ θειοτέροις ὀφθαλμοῖς βλεπόντων τὸν Θεὸν, διὰ τὸ καθαρὰν τὴν καρδίαν πεποιηκέναι, τῆς χάριτος ταύτης ἀξιουμένων, ὡς ὁ Σωτὴρ μαρτυρεῖ λέγων· « Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται; » Ἅμα δὲ καὶ πρὸς τὸ, « Οὐδεὶς ἔγνω τὸν Πατέρα εἰ μὴ ὁ Υἱὸς, » φήσομεν, ὅτι οὐ ταυτόν ἐστι τὸ γινώσκειν τὸν Πατέρα, καὶ πιστεύειν αὐτῷ. Οὐ μάχεται οὖν τὸ, « Οὐδεὶς ἔγνω τὸν Πατέρα εἰ μὴ ὁ Υἱὸς, » τῷ· « Ἐπίστευσε C δὲ Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. » Εἰ δέ τις οἴεται ἡμᾶς βιάζεσθαι λέγοντας μὴ ταυτὸν εἶναι τὸ πιστεύειν τῷ γινώσκειν, καὶ ἐνδέχεσθαι πιστεύειν μὲν, οὐκ ἔχειν δὲ γνῶσιν τοῦ πιστευομένου ὑπ' αὐτοῦ, τοῦ Ἰησοῦ ἀκουσάτω λέγοντος πρὸς τοὺς πεπιστευκότας αὐτῷ Ἰουδαίους· « Ἐὰν μείνητε ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐμῷ, γνώσεσθε τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἡ ἀλήθεια ἐλευθερώσει ὑμᾶς. » Παρατήρει γὰρ, ὅτι πρὸ τοῦ, « Ἐὰν μείνητε ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐμῷ, γνώσεσθε τὴν ἀλήθειαν, » γέγραπται· « Ἔλεγεν οὖν ὁ Ἰησοῦς πρὸς τοὺς πιστεύοντας αὐτῷ Ἰουδαίους· » καὶ ἃ ἔλεγεν ἦν· « Ἐὰν μείνητε ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐμῷ, γνώσεσθε τὴν ἀλήθειαν. » Πολὺ δὲ διαφέρει τὸ πρὸς τῷ πιστεύειν ἐγνωκέναι, τοῦ πιστεύειν μόνον· « Ὧ D μὲν γὰρ διὰ τοῦ Πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας, ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως κατὰ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, ἑτέρῳ πίστις ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι. » Καὶ ταῦτα μὲν ὑπὲρ τοῦ παραστῆσαι ἕτερον εἶναι τὸ γινώσκεσθαι τὸν Θεὸν τοῦ πιστεύεσθαι. Ὡς δὲ πρὸς τὸ ἀκριβὲς καὶ τοῦτο τοῖς εἰρημένοις προσαποδώσομεν, ὅτι πρὸς οὓς φησιν, « Οὔτε ἐμὲ οἴδατε, οὔτε τὸν Πατέρα μου, » Φαρισαίους, εὐλόγως ἂν εἴπέ τις· Ἀλλ' οὐδὲ πιστεύετε εἰς τὸν Πατέρα μου· τῷ γὰρ ἀποσταλέντι ἀπὸ τοῦ Πατρὸς οὐκ ἐπίστευσαν· « Ὁ δὲ ἀρνούμενος τὸν Υἱὸν, » οὐδαμῶς « τὸν Πατέρα ἔχει· » καὶ οὐδαμῶς φημι, ὅτι οὔτε κατὰ πίστιν, οὔτε κατὰ γνῶσιν. Ὅρα δὲ εἰ μὴ καὶ ἄλλως ἡ Γραφὴ τοὺς ἀναχεχραμένους

de mundi Opifice hoc scriptum sit: « Non cognoverunt Dominum; » et respondentibus illis hæc ad mundi Effectorem pertinere, quæremus quamobrem de filiis Heli dictum sit: « Non cognoverunt Dominum; » utrum propter rationes de Deo mundi fabricatore, an propter malitiam ipsorum. Sed liquet propter malitiam, eos dici non agnovisse Dominum: quam rem non solum in filiis Heli invenire licet, verum etiam in aliis, qui cum regnarint in Israel et Judæa, peccatores fuere. Isto igitur modo etiam Pharisæi Patrem non norant, cum non viverent ex sententia mundi Effectoris. **284** Cum autem diversæ sint significationes agnoscendi Deum, diversum quoque est agnoscere Deum et credere nude in Deum, ut liquet ex eo [45]: « Scimus autem quod quæcunque lex loquitur, his hæc loquatur qui sunt sub lege. » * An non perspicuum est etiam prophetas, quorum * verba, ut in aliis ostendimus, lex dicuntur. Dictum est igitur in Psalmis [46]: « Vacate, et agnoscite, quod ego sum Deus. » Quis autem non fateretur se credere hæc scripta fuisse populo credenti in mundi Opificem; quem agnoscere non valeat, qui non vacarit, purificaritque mentem; dignis hoc munere habitis his qui oculis divinioribus Deum considerant, videntque quia cor mundum fecerint, quemadmodum testatur Dominus dicens [47]: « Beati mundo corde, quia ipsi Deum videbunt? » Simul etiam in eo dicto [48]. « Nemo agnovit Patrem, nisi Filius, » dicturi sumus, non idem esse agnoscere Patrem et illi credere. Unde illud dictum, « Nemo agnovit Patrem, nisi Filius, » non pugnat cum hoc: « Credidit autem Abraham Deo, et imputatum est illi ad justitiam [49]. » Quod si quis existimet nos vim facere, qui dicamus non idem esse credere quod agnoscere, contingereque aliquando ut aliquis credat qui non habeat cognitionem rei ab ipso creditæ, Jesum audiat dicentem ad eos qui in ipsum crediderant, Judæos [50]: « Si manseritis in sermone meo, agnoscetis veritatem, et veritas liberabit vos. » Observa enim quod ante ea verba, « Si manseritis in sermone meo, agnoscetis veritatem, » scriptum sit: « Dicebat igitur Jesus ad eos qui crediderant illi, Judæos; » et quod quæ dixerit, hæc erant: « Si manseritis in sermone meo, agnoscetis veritatem. » Multa autem est differentia inter cognoscere conjunctim cum credere et inter credere solum: « Alii enim per Spiritum datur sermo sapientiæ, alii autem sermo cognitionis secundum eumdem Spiritum, alii fides in eodem Spiritu [51]. » Et hæc quidem, ut ostenderemus aliud esse agnoscere Deum, ab eo quod est credere in Deum. Hoc vero quod ad accuratam interpretationem attinet, his quæ diximus addemus, merito ad Pharisæos, quibus inquit Jesus, « Neque me scitis, neque Patrem meum [52], » aliquem dicturum: Sed neque in Patrem meum creditis; cum ei, qui a Patre missus fuerat, non crediderint; et: « Qui negat

[45] Rom. III, 19. [46] Psal. XLV, 10. [47] Matth. V, 8. [48] Matth. XI, 27. [49] Gen. XV, 6; Rom. IV, 3; Galat. III, 6; Jac. II, 23. [50] Joan. VIII, 31, 32. [51] I Cor. XII, 8, 9. [52] Joan. VIII, 19.

Filium, is ne Patrem » omnino « quidem habet [53] : » omninoque, inquam, quia neque secundum fidem, neque secundum cognitionem. Vide vero an non alio etiam modo Scriptura dicat eos qui alicui rei commisti unitique fuerint, illam agnoscere, cui commisti fuerint communicaverintque; ante talem vero unionem, et communionem, etiamsi rationes aliqua de re assequantur, non agnoscere illam. Hinc **285** Adam cum diceret de Eva, « Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea [54], » non agnoscebat conjugem; cum vero illi adhæsit, tum dictum est illud : « Agnovit autem Adam Evam conjugem suam [55]. » Quod si quis irrideat, quod de Dei cognitione tractantes acceperimus illud exemplum, «Cognovit autem Adam Evam conjugem suam,» primum quidem illud is notet : « Hoc mysterium magnum est [56]; » deinde autem apponat et conferat quod dicitur apud Apostolum de mare et femina (nam eadem dictione utitur de homine et de Domino), « Qui adhæret, » inquiens [57], « meretrici, unum est corpus ; et qui adhæret Domino, unus est spiritus. » Itaque qui adhæret meretrici, meretricem agnoscat; qui adhæret conjugi, conjugem agnoscat, imo, potius quam hoc, qui adhæret Domino, et sancte agnoscat Dominum. Quod si hæc ita se habent, Pharisæi non norant neque Patrem neque Filium, verusque est sermo dicens [58]: « Neque me scitis, neque Patrem meum. » Si vero isto modo non exponamus, dico autem secundum ultimam intelligentiam, verbum *agnoscere;* pro eo quod est commisceri et uniri, exponat aliquis illud : « Nunc autem agnoscentes Deum, magis autem agniti a Deo [59]; » et illud : « Agnovit Dominus eos qui sunt ejus [60]. » Judicio enim meo, agnovit Dominus eos qui sunt ejus, commistus illis, et suam ipsius divinitatem illis participans, assumensque ipsos, ut evangelica lectio habet, in sua ipsius manu : quippe cum in manibus sint Patris, qui crediderunt in Servatorem : quamobrem etiam non rapientur, ni ab ipsa cadant elongantes se a manu Dei; nullus enim eas rapit de manu Patris [61]. Post hæc inquires in illud dictum, « Neque me nostis, neque Patrem meum [62], » num sit aliquis qui agnoscat Deum et Patrem non cognoscat. Nam si alia illius notio est, in quantum Pater, alia in quantum Deus, fortassis aliquis cognoscat Deum, nullam Patris cognitionem habens, nisi quia sit ipse Deus. Inquit igitur Servator, post resurrectionem, Mariæ : « Vade autem ad fratres meos, et dic illis : Vado ad Patrem meum,

A τινὶ καὶ ἑνωθέντας γινώσκειν ἐκεῖνό φασιν, ᾧ ἀνεκράθησαν καὶ κεκοινωνήκασι· πρὸ δὲ τῆς τοιαύτης ἑνώσεως καὶ κοινωνίας, κἂν τοὺς λόγους καταλαμβάνωσι περί τινος, οὐ γινώσκουσιν ἐκεῖνο. Ὁ γοῦν Ἀδὰμ περὶ τῆς Εὔας λέγων, « Τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστέων μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου, » οὐκ ᾔδει τὴν γυναῖκα· ὅτε γὰρ αὐτῇ ἐκολλήθη, τότε εἴρηται· « Ἔγνω δὲ Ἀδὰμ Εὔαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. » Καὶ εἴ τίς γε προσκόπτοι διὰ τὸ παρειληφέναι ἡμᾶς εἰς τὴν περὶ Θεοῦ γνῶσιν παράδειγμα τὸ, « Ἔγνω δὲ Ἀδὰμ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, » πρῶτον μὲν τῷ, « Τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστὶν » ἐπιστησάτω· δεύτερον δὲ ἀντιπαραθέτω τὸ περὶ ἄρρενος καὶ θηλείας λεγόμενον παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ (τῇ αὐτῇ λέξει χρῆται περὶ ἀνθρώπου καὶ Κυρίου [2])· « Ὁ κολλώμενος, » B φησὶ (3), « τῇ πόρνῃ ἓν σῶμά ἐστι· καὶ ὁ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ ἓν πνεῦμά ἐστιν. » Ἐγνωκέτω μὲν οὖν ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ τὴν πόρνην, καὶ ὁ κολλώμενος τῇ γυναικὶ τὴν γυναῖκα, μᾶλλον δὲ τούτου καὶ ἁγίως ἐγνωκέτω ὁ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ τὸν Κύριον. Εἰ δὲ τοῦθ' οὕτως ἔχει, Φαρισαῖοι τὸν Πατέρα οὐκ ᾔδεσαν, οὐδὲ τὸν Υἱὸν, καὶ ἀληθὴς ἦν ὁ λέγων· « Οὔτε ἐμὲ οἴδατε, οὔτε τὸν Πατέρα μου. » Εἰ δὲ μὴ οὕτως ἐκλαμβάνοιμεν, λέγω δὲ κατὰ τὴν τελευταίαν ἐκδοχὴν, τὸ *γινώσκειν*, ἀντὶ τοῦ, ἀνακεκρᾶσθαι καὶ ἡνῶσθαι, διηγείσθω τις τὸ, « Νῦν δὲ γνόντες Θεὸν, μᾶλλον δὲ γνωσθέντες ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, » καὶ τό· « Ἔγνω Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ· » κατὰ γὰρ ἡμᾶς ἔγνω Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ ἀνακραθεὶς αὐτοῖς, καὶ μεταδεδωκὼς αὐτοῖς τῆς ἑαυτοῦ θειότητος, καὶ ἀνειληφὼς C αὐτοὺς, ὡς ἡ τοῦ Εὐαγγελίου λέξις φησὶν, εἰς τὴν ἑαυτοῦ χεῖρα, ἐν τῇ χειρὶ τοῦ Πατρὸς ὄντων τῶν εἰς τὸν Σωτῆρα πεπιστευκότων· διὸ καὶ εἰ μὴ πέσοιεν ἀπ' αὐτῆς, ἑαυτοὺς μακρύνοντες ἀπὸ τῆς χειρὸς τοῦ Θεοῦ, οὐχ ἁρπαγήσονται· οὐδεὶς γὰρ ἁρπάζει ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ Πατρός. Μετὰ ταῦτα ζητήσεις εἰς τὸ αὐτὸ, λέγω δὲ, « Οὔτε ἐμὲ οἴδατε, οὐδὲ (*f.* οὔτε) τὸν Πατέρα μου, » εἰ ἔστι γινώσκοντά τινα τὸν Θεὸν μὴ γινώσκειν τὸν Πατέρα· εἰ γὰρ ἑτέρα αὐτοῦ ἐπίνοιά ἐστι, καθ' ὅ ἐστι Πατὴρ, καὶ ἑτέρα καθ' ὅ ἐστιν ὁ Θεὸς, τάχα ἔστι τινὰ γινώσκειν μὲν τὸν Θεὸν, μὴ γινώσκειν δὲ τὸν Πατέρα, παρὰ τὸ εἶναι αὐτὸν Θεὸν, μὴ γινώσκειν δὲ τὸν Πατέρα. Φησὶν οὖν ὁ Σωτὴρ μετὰ τὴν ἀνάστασιν τῇ Μαρίᾳ· « Πορεύου δὲ πρὸς τοὺς ἀδελφούς μου, καὶ D εἰπὲ αὐτοῖς· Πορεύομαι πρὸς τὸν Πατέρα μου, καὶ Πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεόν μου, καὶ Θεὸν ὑμῶν. » Καὶ ἔστι γε τοῖς ἑτεροδόξοις (4) λέγειν χαριζομένων αὐτοῖς, ὅτι οὐκ ἔγνωσαν τὸν Πατέρα Μωϋσῆς καὶ οἱ προφῆται· ὅπερ τάχα οὐκ ἔστιν ἀληθὲς (5), ὅτι πάν-

[53] I Joan. II, 23. [54] Gen. II, 23. [55] Gen. IV, 1. [56] Ephes. V, 32. [57] I Cor. VI, 16, 17. [58] Joan. VIII, 19. [59] Galat. IV, 9. [60] II Tim. II, 19. [61] Joan. X, 28, 29. [62] Joan. VIII, 19.

(2) *Ἀνθρώπου καὶ Κυρίου*. Ita codex Bodleianus. In Regio deest καί.

(3) *Φησί*. Deest in codice Regio.

(4) *Καί ἔστι γε τοῖς ἑτεροδόξοις*. Cerdoniani, et Marcionitæ, quos hic lacessit, Δημιουργόν cognitum, Christi Patrem ignotum opinabantur. Epiphanius hær. XLI, cap. 1, et XLII, cap. 2. Mox pro χαριζομένων αὐτοῖς, legendum videtur χαριζόμενοι αὐτοῖς, vel χαριζομένων ἡμῶν αὐτοῖς.

(5) *Ὅπερ τάχα οὐκ ἔστιν ἀληθές*, etc. Sic habent omnes mss. Negandi particulam prætermisit Ferrarius, et quæ proxime sequuntur aliter legit. Perionius autem priorem illam pericopes partem neglexit. Τὸ *οὐκ* retinuimus, ita volente sensu. Loci autem totius hæc est sententia : Ac heterodoxis quidem gratificantes concedere possumus Moysen et prophetas Patrem non cognovisse (quod tamen fortasse verum non est ; nam si Patrem non agno-

repetunt. » Sed ne hoc quidem dictum, « In peccato vestro moriemini, » absque indagine prætereundum est; nam si communiter accipiatur, perspicuum est peccatores in peccato suo morituros; justos vero in sua justitia: sin vero, « moriemini, » accipiatur de morte, quæ est inimica Christi, ut is pereat qui ad mortem peccavit, perspicuum est nondum periisse eos quibus hæc dicebantur. Quæres etiam quonam pacto qui non crediderant se vivere in infirmitate, morituri sint aliquando; **295** præsertim cum aliquis in horum defensione sit responsurus incredulitatem in illo tempore nondum fuisse peccatum ad mortem; et idcirco illos penes quos loquebatur Servator, ad mortem non peccasse: vivebant illi tamen in infirmitate animæ suæ, eratque infirmitas illa ad mortem: propterea etiam medicus videns illos misere ægrotantes, atque de illorum salute desperans, dicebat: « Ego vado, et quæretis me, et in peccato vestro moriemini. » Dicamus igitur quod infirmitas illa illis ad mortem erat, tanquam a Jesu edocti differentiam infirmitatis: infirmabatur namque Lazarus, sed noverat medicus infirmitatem hujus non esse ad mortem; quamobrem inquit[11]: « Infirmitas hæc non est ad mortem. » Hanc ob causam si suscipiamus infirmitates ipsorum ægrotantium, adhibeamus animum ne quando ad mortem ægrotemus, morbo facto immedicabili, cum adhuc spes esse posset. Pariter etiam apertius quodam modo erit hoc dictum, « Quo ego vado, vos non potestis venire[12], » quod subjungitur illis verbis: « Et in peccato vestro moriemini; » quando enim moritur quis in suo ipsius peccato, quo vadit Jesus non potest abire. nullus enim mortuus sequi potest Jesum, quandoquidem, « Non mortui laudabunt te, Domine, neque omnes qui descendunt in infernum; sed nos viventes laudabimus Dominum[13]. » Ad hæc huic dicto, « In peccato vestro moriemini, » illud Ezechielis adjunges hunc in modum se habens: « Anima peccans, ipsa moritur[14]: » mors enim animæ peccatum; non omne tamen, meo judicio, sed illud quod dicit Joannes ad mortem[15]: qui pariter etiam distinguit peccatum aliquod mortem esse animæ, et idem aliquod infirmitatem esse ejus: fortassis etiam tertio modo peccatum aliquod damnum est animæ, quod scilicet ex eo liquet: « Quid utilitatis habebit homo, si universum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur[16]? » et ex eo: « Si cujus opus exustum fuerit, damnum habe-

[11] Joan. XI, 4. [12] Joan. VIII, 21. [13] Psal. CXIII, 17, 18. [14] Ezech. XVIII, 20. [15] I Joan. V, 16, 17. [16] Matth. XVI, 26.

(41) Ferrarius videtur legisse πῶς οἱ μὴ πιστεύσαντες, ὅτι ἔζων ἐν ἀσθενείᾳ, μέλλουσί ποτε ἀποθανεῖσθαι.

(42) *Αὐτοῖς*. Legendum videtur αὐτῶν.'

(43) *Καὶ ὁ ἰατρός*. Deest in codice Bodleiano.

(44) *Εἴπομεν*. Ferrarius legebat εἴπωμεν.

(45) *Ἀπὸ τοῦ ἔτι αὐτὴν εἶναι δύνασθαι*. Legendum fortasse ἀπὸ τοῦ ἔτι ἰαθῆναι δύνασθαι, vel ἀπὸ τοῦ ἔτι αὐτὴν ἰατὴν εἶναι δύνασθαι, vel quid simile.

(46) *Ἁμαρτία δηλονότι*. Ἁμαρτία videtur παρέλκειν.

(47) *Νῦν μὲν μὴ παρεσκευάσθαι*. Negandi particula in Ferrario non comparet; quam genuinam tamen ratio et codices manuscripti et Perionius clamant.

bit [17]. » Atque in peccato quidem morientibus inquit [18] : « Vado, et quæretis me, et in peccato vestro moriemini : quo ego vado non potestis venire ; » ad Petrum vero : « Quo ego vado, non potes me modo sequi, sequeris autem postea [19] ; » fieri enim potest ut discipulus Jesu non sit nunc quidem paratus ad sequendum Christum abeuntem ad Patrem ; postea vero diligenter vestigiis insistat præceptoris, et sequatur Sermonem Dei. **296** Credibile est autem, propter ea quæ a nobis de fine intellecta sunt, aliquem animum ad id adversurum, « Quo ego vado, vos non potestis venire, » ad idque dicturum, fieri quidem posse ut nunc non possint, imposterum autem possint; et si quidem aliquod est sæculum præsens, aliud vero futurum, eos quibus dicitur, « Non potestis venire, » hoc sæculo præsenti (multum autem ad ejus consummationem temporis superest) venire non posse ubi est Jesus, hoc est, ubi est veritas, et sapientia, et Sermo; hoc enim significat, *ubi est Jesus* : at quosdam novi qui non solum in hoc sæculo, verum etiam in futuro a proprio peccato detineantur, veluti istos, de quibus Filius Dei inquit [20] : « Qui blasphemaverit in Spiritum sanctum, non habebit remissionem, neque in præsenti sæculo, neque in futuro ; » nec tamen sequitur, si non habet remissionem in futuro sæculo, non habere in superventuris sæculis. Sane Heracleon exponens dictionem gazophylacii, nihil dixit in eam. In hoc autem dictum, « Quo ego vado, vos non potestis venire, » inquit : « Quomodo qui in ignorantia et in infidelitate sunt, et in peccatis, incorruptibiles fieri possunt ? » neque hac in re sibi consentiens : nam si in ignorantia, et in incredulitate, et in peccatis exsistentes, fieri non possunt incorruptibiles, quomodo apostoli, qui aliquando fuere in ignorantia, et in incredulitate, et in peccatis, facti sunt incorruptibiles? Proinde possunt qui in incredulitate, et in ignorantia, et in peccatis sunt, fieri incorruptibiles, si immutentur; facileque etiam factu est eos mutari.

ἀπιόντι πρὸς τὸν Πατέρα, ὕστερον δὲ ἐξ ἐπιμελείας κατ' ἴχνη βαίνοντα ἀκολουθεῖν τῷ διδασκάλῳ, καὶ ἕπεσθαι τῷ Λόγῳ τοῦ Θεοῦ. Εἰκὸς δὲ, ὅτι διὰ τὰ περὶ τέλους ἡμῖν ὑπονοούμενα ἐπιστήσει τις τῷ· « Ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν· » καὶ πρὸς τοῦτο ἐρεῖ, ὅτι ἔξεστι νῦν μὲν μὴ δύνασθαι, ὕστερον δὲ δυνήσεσθαι (48)· καὶ εἴπερ ἐστί τις ἐνεστηκὼς αἰὼν, καὶ ἄλλος μέλλων, οὗτοι πρὸς οὓς λέλεκται, « Οὐ δύνασθε ἐλθεῖν, » κατὰ τὸν ἐνεστηκότα αἰῶνα (πολὺς δὲ ὁ λείπων εἰς τὴν συντέλειαν αὐτοῦ ἐστι χρόνος) οὐ δύνανται ἐλθεῖν ὅπου Ἰησοῦς, τουτέστιν, ὅπου ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ σοφία, καὶ ὁ Λόγος· τοῦτο γάρ ἐστιν, *ὅπου Ἰησοῦς*· οἶδα δέ τινας, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι κρατουμένους ὑπὸ τῆς ἰδίας ἁμαρτίας, ὡς τούτους περὶ ὧν φησιν ὁ Λόγος· « Ἐὰν βλασφημήσῃ εἰς τὸ Πνεῦμα (49) τὸ ἅγιον, οὐκ ἔχει ἄφεσιν οὔτε ἐν τούτῳ τῷ αἰῶνι, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι· » οὐ μέντοι γε εἰ μὴ ἐν τῷ μέλλοντι (50) αἰῶνι, ἤδη οὐδὲ ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς ἐπερχομένοις. Ὁ μέντοι γε Ἡρακλέων, ἐκθέμενος τὴν περὶ τοῦ γαζοφυλακίου λέξιν, οὐδὲν εἶπεν εἰς αὐτήν. Εἰς δὲ τὸ, « Ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν, » φησί· « Πῶς (51) ἐν ἀγνοίᾳ, καὶ ἀπιστίᾳ, καὶ ἁμαρτήμασιν ὄντες, ἐν ἀφθαρσίᾳ δύνανται γενέσθαι; » μηδὲ ἐν τούτῳ κατακούων ἑαυτοῦ· εἰ γὰρ οἱ ἐν ἀγνοίᾳ, καὶ ἀπιστίᾳ, καὶ ἁμαρτήμασιν ὄντες, ἐν ἀφθαρσίᾳ οὐ δύνανται γενέσθαι, πῶς οἱ ἀπόστολοι, ἐν ἀγνοίᾳ (52) ποτὲ, καὶ ἐν ἀπιστίᾳ, καὶ ἐν ἁμαρτήμασι γενόμενοι, ἐν ἀφθαρσίᾳ γεγόνασι; Δύνανται οὖν οἱ ἐν ἀγνοίᾳ, καὶ ἐν ἀπιστίᾳ, καὶ ἐν ἁμαρτήμασι γενόμενοι γενέσθαι ἐν ἀφθαρσίᾳ, εἰ μεταβάλλοιεν· δυνατὸν δὲ αὐτοὺς (53) μεταβάλλειν.

4. « Dicebant ergo Judæi : Nunquid seipsum interfecturus est, quod dicit : Quo ego vado, vos non potestis venire [21] ? » Dignum quæsitu est undenam moti Judæi ad illud dictum, « Quo ego vado, vos non potestis venire, » dicant : « Nunquid interfecturus est seipsum, quod dicit : Quo ego vado, vos non potestis venire? » Ut vero etiam detur simplicius eos dixisse, « Nunquid interfecturus est seipsum? » quomodo qui poterant seipsos interficere, etiamsi non interficiant seipsos, neque vadant eo quo vadit qui seipsum interficit, eo abire non possunt quo recedit qui seipsum interficit? Itaque respondeant oportet ad hæc quæsita, qui diligentius et profundius intelligunt quæ a Judæis dicuntur in

4. « Ἔλεγον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι· Μήτι ἀποκτενεῖ ἑαυτὸν, ὅτι λέγει· Ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν; » Ἄξιον ζητῆσαι πόθεν κινηθέντες οἱ Ἰουδαῖοι πρὸς τὸ, « Ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν (54), » φασὶ τό· « Μήτι ἀποκτενεῖ ἑαυτὸν, ὅτι λέγει· Ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν; » Ἵνα δὲ καὶ δοθῇ ἁπλούστερον αὐτοὺς εἰρηκέναι τό· « Μήτι ἀποκτενεῖ ἑαυτόν; » πῶς οἱ δυνάμενοι ἀποκτεῖναι ἑαυτοὺς, κἂν μὴ ἀναιρῶσιν ἑαυτοὺς, μηδὲ γίνωνται ὅπου ὁ ἀναιρῶν ἑαυτὸν γίνεται, οὐ δύνανται (55) ἀπιέναι ὅπου ὁ ἀναιρῶν ἑαυτὸν ἀπέρχεται; Λεκτέον οὖν πρὸς τὰ ζητούμενα ταῦτα τοῖς ἐπιμελέστερον καὶ βαθύτερον ἀκούουσι τῶν λεγομένων ὑπὸ Ἰουδαίων ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις, σαφὲς

[17] I Cor. III, 15. [18] Joan. VIII, 21. [19] Joan. XIII, 36. [20] Matth. XII, 32. [21] Joan. VIII, 22.

(48) Sic recte habet codex Bodleianus, perperam vero Regius et Barberinus, δὲ δύνησθαι.

(49) Legendum videtur ἐὰν βλασφημήσῃ τις εἰς τὸ Πνεῦμα, etc.

(50) *Οὐ μέντοι γε εἰ μὴ ἐν τῷ μέλλοντι.* Agnoscis hic semina Origeniani erroris, qui damnatorum pœnis finem imponebat. HUETIUS.

(51) Codex Regius, φησὶ γάρ· Πῶς, etc.

(52) *Ἐν ἀγνοίᾳ.* In codice Regio male omittitur ἐν.

(53) *Δυνατὸν δὲ αὐτούς.* In Regio codice deest δέ.

(54) *Ἄξιον ζητῆσαι πόθεν κινηθέντες οἱ Ἰουδαῖοι πρὸς τό· Ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν.* Hæc desiderantur in Regio codice, sed restituuntur e Bodleiano.

(55) Codex Regius, perperam, δύναται.

ἐστιν, ὅτι πολλὰ (56) κατά τινας παραδόσεις ἀπορρή- A τους καὶ ἀνακεχωρηκυίας ἔλεγον, ὡς ἐγνωκότες ἕτερα παρὰ τὰ κοινὰ καὶ κατημαξευμένα. Ἐπὰν δὲ ἴδωμεν ἐκ τῆς παραθέσεως τῶν ῥητῶν ἐκεῖνα, τότε ζητήσομεν εἰ καὶ τοῦτο ὑπ' αὐτῶν περὶ τοῦ Σωτῆρος λέγεται, βαθύτερόν τι βλεπόντων. Ὅτι δὲ κατὰ ἀνακεχωρηκότας λόγους, καὶ μὴ καθημαξευμένους ἔφασκον τὸν ἄδολον (57) ἐν Βεελζεβοὺλ τῷ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια, πάντως γὰρ περὶ δαιμόνων τι μεμαθήκεισαν, καὶ τοῦ ἄρχοντος αὐτῶν τὸ ὄνομα Βεελζεβούλ· ταῦτα δὲ οὐ πάνυ τι ἐν τοῖς φερομένοις κεῖται βιβλίοις (58), καὶ μαρτυρία τοῦ Σωτῆρος οὐ ψεύδει τῷ Βεελζεβοὺλ λόγων ὄντων (59)· « Εἰ ἐγὼ ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, οἱ υἱοὶ ὑμῶν ἐν τίνι ἐκβάλλουσι; » Παραδεξάμενος (60) γὰρ τὸ εἶναί τινα τὸν Βεελζεβούλ, καὶ τὸν ἐν αὐτῷ B ἐκβάλλοντα τὰ δαιμόνια οἱονεὶ μερισμόν τινα ἐνεργεῖν τοῦ Σατανᾶ γίνεσθαι ἐφ' ἑαυτόν, ταῦτά φησιν. Ἐσφάλησαν μὲν οὖν λέγοντες ἐν Βεελζεβοὺλ ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ἐκβάλλεσθαι τὰ δαιμόνια· κατειλήφεισαν δέ, ὅτι εἴη τις Βεελζεβοὺλ ἄρχων δαιμονίων. Ἀλλὰ καὶ ἐὰν λέγωσι περὶ τοῦ Ἰησοῦ, ὅτι αὐτὸς Ἰωάννης ἐστὶν, ἀναστὰς ἀπὸ τῶν νεκρῶν, ἢ εἷς τις τῶν προφητῶν, πάντως δόγμα ἔχοντες περὶ ψυχῆς, ὡς ἐξητάσαμεν ἐν τοῖς περὶ Ἰωάννου, τοιαῦτα περὶ τοῦ Σωτῆρος ὑπονοοῦσιν. Εἰκὸς δὲ καὶ ἄλλα μυρία ἢ ἐκ παραδόσεως ἢ ἐξ ἀποκρύφων αὐτοὺς εἰδέναι παρὰ τοὺς πολλούς. Ἴδωμεν οὖν καὶ εἰς τό· « Μήτι ἀποκτενεῖ ἑαυτόν; » εἰ δύνανται μὴ κοινότερόν τι καὶ ἁπλούστερον νενοηκέναι· ὡς ἑαυτὸν ἐξαγαγόντος τοῦ βίου ἤτοι ἀγχόνῃ, ἢ ξίφει, ἢ ὁποίᾳ δήποτε ὁδῷ τῶν C ἐντεῦθεν ἑαυτοὺς ἀπαλλαττόντων· καὶ μάλιστα ἐπεὶ οἴονται αὐτὸν ἑαυτὸν ἀποκτείναντα (61) ἀπελεύσεσθαι εἰς τόπον, εἰς ὃν ἀδύνατον ἦν αὐτοὺς γενέσθαι· καὶ εἰ μὴ δεισιδαιμονοῦντές γε περὶ τὰ ὀνόματα, ἀλλὰ βλέποντες τὰ πράγματα μὴ εὑρισκόμενοι (62) ἄλλοις ὀνόμασι χρῆσθαι κατὰ τῶν πραγμάτων, τάχα, ἵν' οὕτως εἴπω, θειότερον Ἰησοῦς αὐτὸν ἀπέκτεινεν· ὅπερ οὕτως παρίσταμεν. Πάντων μὲν αἱ ψυχαὶ τῶν ἀπαλλαττομένων τοῦ σώματος, ἀπαιτούντων τινῶν αὐτὰς (63) τῶν ἐπὶ τοῦτο τεταγμένων, παραλαμβάνον-

A Evangeliis, clarum esse Judæos multa secundum quasdam traditiones occultas et separatas loqui; tanquam qui alia cognorint præter ea quæ publica erant **297** et trita. Cum autem viderimus ex appositione dictorum illa, tunc quæremus num etiam hoc ab ipsis de Servatore dicatur, videntibus quiddam profundius. Quoniam vero secundum separatas minimeque vulgares rationes, vel sermones, dicebant eum, qui sine dolo erat, in principe dæmoniorum Beelzebul ejicere dæmonia [22], omnino de dæmonibus deque eorum principe Beelzebul nomine nonnulla didicerant, quæ haud ita ponuntur in libris qui circumferuntur : Servatorisque de Beelzebul testimonium hoc non est falsum : « Si ego in Beelzebul ejicio dæmonia, filii vestri in quonam B ejiciunt [23]? » Cum enim admisisset esse quemdam Beelzebul, et qui illius præsidio dæmonia ejiceret, dissidium veluti quoddam Satanæ operari, eo quod secum ipse dissideret, hæc inquit. Atque illi quidem errabant dicentes per Beelzebul Servatorem dæmonia ejicere ; perceperant tamen esse quemdam Beelzebul principem dæmoniorum. Quin etiam cum dicunt de Jesu quod ipse sit Joannes qui a mortuis resurrexit, vel unus aliquis prophetarum [24], talia de Servatore cogitant, dogma omnino habentes de anima, ut antea accurate exquisivimus de Joanne tractantes. Proinde probabile est eos alia innumera vel ex traditione, vel ex occultis libris scire, præ multis. Videamus igitur etiam in hoc : « Nunquid interfecturus est seipsum [25], » an facile factu sit C Judæos non intellexisse quidquam communius vel simplicius; perinde quasi ipse seipsum e vita educeret, vel laqueo, vel gladio, vel qualicunque tandem via eorum qui hinc seipsos liberant : et maxime quoniam existimant ipsum se interfecturum, eo abiturum quo difficillimum factu sit eos proficisci : et nisi circa nomina superstitiosi simus, sed intueamur res, non invenientes uti aliis nominibus de rebus, fortasse divinius, ut ita dicam, aliquo modo se interfecit Dominus : quam rem sic ostendemus : quia omnium animæ, qui ab hoc corpore discedunt, minum corporibus illigari : cui doctrinæ consequens erat eas quoque eorumdem ministrorum ope D ab hominum corporibus dissolvi. Philastrius hæres. cxx : « Ignorantes quod anima hominis, cum exierit de sæculo, sive bona, sive mala, id est pia, atque impia, ab angelo ducitur in locum statutum, ut in futurum percipiat juxta quod gessit in hoc sæculo constituta. » Idem quoque ethnicis creditum fuisse video : ministros illos animarum ductores, ψυχοπομπούς appellat Plutarchus. Eosdem autem animarum in statuta loca deducendarum negotium suscipere dæmones, qui earum, dum corpori conjunctæ essent, curam gesserint, scribit Plato in *Phædone* : Λέγεται δὲ οὕτως, ὡς ἄρα τελευτήσαντα ἕκαστον ὁ ἑκάστου δαίμων, ὅσπερ ζῶντα εἰλήχει, οὕτως ἄγειν ἐπιχειρεῖ εἰς δή τινα τόπον, οἷ δεῖ τοὺς συλλεγέντας διαδικασαμένους, εἰς ᾅδου πορεύεσθαι μετὰ ἡγεμόνος ἐκείνου ᾧ δὴ προστέτακται τοὺς ἐνθένδε ἐκεῖσε πορεῦσαι. « Ita autem circumfertur : unumquemque mortuorum ab eo dæmone, qui viventem sortitus fuerit, in quemdam locum duci, ubi oporteat omnes manes congregatos ex rati consti-

[22] Matth. xii, 24; Luc. xi, 15. [23] ibid. 12. [24] Marc. vi, 15; Luc. ix, 8. [25] Joan. viii, 22.

(56) *Πολλά.* Deest in codice Regio.

(57) Codices Regius et Barberinus, male, ἄδηλον.

(58) Iidem codd. Regius et Barberinus, βίβλοις.

(59) *Οὐ ψεύδει τῷ Βεελζεβοὺλ λόγων ὄντων.* Locus mendi valde suspectus. Lego cum Perionio οὐ ψευδής περὶ τοῦ Βεελζεβούλ, λέγοντος οὕτως· neque enim placet lectio codicis Bodleiani qui pro οὐ ψεύδει τῷ Βεελζεβούλ, etc., habet ψευδῶν περὶ τοῦ Βεελζεβοὺλ λόγων ὄντων.

(60) Codex Regius, παραδεξάμενοι.

(61) *Αὐτὸν ἑαυτὸν ἀποκτείναντα.* Sic habet codex Bodleianus, Regius vero, αὐτὸν ἀποκτείνοντα.

(62) Codex Bodleianus, εὑρισκόμενοι· Regius, εὑρισκόμενα. Legendum videtur εὑρίσκομεν.

(63) *Ἀπαιτούντων τινῶν αὐτάς*, etc. Origenes infra tom. xxviii *in Joan.*, num. 5, Τάχα δὲ καὶ εἶδεν ὁ τηλικοῦτος Ἰησοῦς καὶ τὴν ψυχὴν αὐτὴν τοῦ Λαζάρου, ἤτοι ἀγομένην ὑπὸ τῶν τεταγμένων ἐπὶ τούτοις ᾖ, etc. Supra scripsit Origenes tom. xiii *in Joan.*, num. 49, angelorum ministerio animas ho-

repetentibus quibusdam eas ad **298** hoc ordinatis assumantur, uti probabile esse huic muneri obeundo ordinatos, qui ipsis animabus sint præstantiores; illud enim: « Insipiens, hac nocte repetunt abs te animam tuam [26], » tale quid declarat. Quod si quis dicat hoc quidem dici posse de malis, non vero de viris præstantioribus, deque his qui probe vixerint, illud notet, annon Dominus singulare quiddam præ omnibus, qui in corpus advenerint, de seipso renuntians dicat: « Nemo tollit a me animam meam; sed ego pono eam a meipso, et habeo potestatem ponendi eam, et iterum habeo potestatem sumendi eam [27]. » Consideremus enim aliquem qui cum voluerit, relinquat corpus, et exeat sine via ferente ad mortem: scilicet exiens sine viis violentis, vel sine morbis, rursusque, cum voluerit, rediens utensque instrumento corpore, quod reliquerat: ab hoc enim tali animam non repeti dicemus. Ac decens profecto est de Jesu anima isto modo dicere mortem fuisse; ipsumque ostendere volentem discipulis nobilitatem discessus hinc sui, dixisse: « Nemo tollit a me animam meam, sed ego pono eam a me ipso; » hoc enim neque Moyses, neque patriarcharum aliquis, neque prophetarum, ac ne apostolorum quidem aliquis dixit præter Jesum, [(64) quippe cum omnium hominum animæ ab eis auferantur.] Proinde, hoc considerato, manifestum esse illud potest quod in septimo et octogesimo psalmo dictum est hoc modo, ex persona Servatoris: « In mortuis liber. » Notans autem Evangeliorum scripta de discessu hinc suo, invenies in illis non dissonantem intelligentiam scriptorum de exitu suo: nam si mortuus fuisset perinde ac illi latrones qui cum eo crucifixi fuere [28], et quorum milites fregerunt damnatorum crura, haudquaquam dicere possemus animam a semetipso Jesum posuisse, sed aliqua via morientium. At nunc Jesus « voce valida cum clamasset, emisit spiritum [29]; » cumque etiam, quasi rex, reliquisset corpus, et cum virtute et potentia operatus fuisset quæ judicabat consentaneum esse facere, statim « velum templi scissum est a sursum usque deorsum, et terra mota est, et petræ scissæ sunt, et monumenta aperta sunt, et multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt, et egressi e monumentis post resurrectionem ejus, ingressi sunt in sanctam civitatem, et apparuerunt multis: » ita ut « centurio, et qui cum illo erant, servantes Jesum, viso terræ motu **299** et quæ fiebant, valde timuerint, dicentes: Vere Filius Dei erat hic [30]. » Fortassis igitur ut in traditionibus de Christo erat eum nasciturum in

A ται· εἰκὸς, ὅτι κρείττους εἰσὶ τῶν ψυχῶν ἐπὶ ταύτης τῆς διακονίας τεταγμένοι· τὸ γάρ· « Ἄφρον, ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν ἀπὸ σοῦ, » τοιοῦτόν τε δηλοῖ. Ἐὰν δέ τις φάσκῃ τοῦτο μὲν δύνασθαι ἐπὶ τῶν χειρόνων λέγεσθαι, οὐ μὴν καὶ ἐπὶ τῶν κρειττόνων, καὶ καλῶς βεβιωκότων, ἐπιστησάτω εἰ μὴ ἐξαίρετόν τι παρὰ πάντας τοὺς ἐν σώματι γενομένους περὶ ἑαυτοῦ ἀπαγγέλλων ὁ Κύριός φησιν· « Οὐδεὶς αἴρει τὴν ψυχήν μου ἀπ' ἐμοῦ· ἀλλ' ἐγὼ τίθημι αὐτὴν ἀπ' ἐμαυτοῦ· ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι αὐτὴν, καὶ πάλιν ἐξουσίαν ἔχω λαβεῖν αὐτήν. » Νοήσωμεν γὰρ τίνα τε βούλεται (65) καταλείποντα τὸ σῶμα, καὶ ἐξιόντα χωρὶς ὁδοῦ τῆς φερούσης ἐπὶ τὸν θάνατον, ἤτοι διὰ βιαίων ὁδῶν ἢ διὰ νόσων, καὶ πάλιν ἐπὰν θέλῃ ἐπανιόντα, καὶ χρώμενον ὀργάνῳ τῷ B σώματι ὃ καταλέλοιπε· τὸν γὰρ τοιοῦτον ἐροῦμεν μὴ ἀπαιτεῖσθαι τὴν ψυχήν. Καὶ πρέπον γε ἐπὶ τῆς Ἰησοῦ ψυχῆς οὕτω λέγειν τὸν θάνατον γεγονέναι, καὶ αὐτὸν παραστῆσαι βουλόμενον τοῖς μαθηταῖς τὸ ἐξαίρετον τῆς ἐντεῦθεν αὐτοῦ ἀπαλλαγῆς, εἰρηκέναι τό· « Οὐδεὶς αἴρει τὴν ψυχήν μου ἀπ' ἐμοῦ, ἀλλ' ἐγὼ τίθημι αὐτὴν ἀπ' ἐμαυτοῦ· » τοῦτο γὰρ οὔτ' ἂν Μωϋσῆς, οὐ τῶν πατριαρχῶν τις, ἢ προφητῶν, οὔτ' ἂν τῶν ἀποστόλων τις εἶπε τῷ Ἰησοῦ, ἐπεὶ πάντων αἱ ψυχαὶ ἀνθρώπων αἴρονται ἀπ' αὐτῶν. Τούτου δὲ νοηθέντος, δύναται σαφὲς εἶναι τὸ ἐν πζ' ψαλμῷ τοῦτον εἰρημένον τὸν τρόπον ἐκ προσώπου τοῦ Σωτῆρος· « Ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος. » Ἐπιστήσας ἐκ τῶν Εὐαγγελίων τοῖς γεγραμμένοις περὶ τῆς ἐντεῦθεν αὐτοῦ ἀπαλλαγῆς, εὑρήσεις μὴ ἀπᾴδουσαν (66) C τὴν περὶ τῆς ἐξόδου αὐτοῦ ἐκδοχὴν τῶν ἀναγεγραμμένων· εἰ μὲν γὰρ ὡς οἱ συσταυρωθέντες αὐτῷ λῃσταὶ, τῶν στρατιωτῶν κατεαξάντων τὰ σκέλη τῶν πεπονθότων, ἐτεθνήκει, οὐκ ἂν ἐλέγομεν, ὅτι ἔθηκε τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλά τινι ὁδῷ τῶν ἀποθνησκόντων· νυνὶ δὲ ὁ Ἰησοῦς, « κράξας φωνῇ μεγάλῃ, ἀφῆκε τὸ πνεῦμα· » καὶ ὡς βασιλέως καταλιπόντος τὸ σῶμα, καὶ ἐνεργήσαντος μετὰ δυνάμεως, καὶ ἐξουσίας, ἅπερ ἔκρινεν εὔλογον εἶναι ποιεῖν, εὐθέως « τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη ἄνωθεν ἕως κάτω, καὶ ἡ γῆ ἐσείσθη, καὶ αἱ πέτραι ἐσχίσθησαν, καὶ τὰ μνημεῖα ἀνεῴχθησαν· καὶ πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἠγέρθησαν, καὶ ἐξελθόντες ἀπὸ τῶν μνημείων μετὰ τὴν ἔγερσιν D αὐτοῦ, εἰσῆλθον (67) εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ ἐνεφανίσθησαν πολλοῖς· » ὡς « τὸν ἑκατόνταρχον, καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ τηροῦντας τὸν Ἰησοῦν, ἰδόντας τὸν σεισμὸν, καὶ τὰ γενόμενα, φοβηθῆναι σφόδρα, λέγοντας· Ἀληθῶς Θεοῦ Υἱὸς ἦν οὗτος. » Τάχα οὖν ἐν ταῖς περὶ Χριστοῦ παραδόσεσιν ἦν, ὥσπερ τὸ γεγενῆσθαι αὐτὸν ἐν Βηθλεὲμ, καὶ τὸ ἐκ φυλῆς Ἰούδα ἀναστήσασθαι

[26] Luc. XII, 20. [27] Joan. X, 18. [28] Joan. XIX, 32. [29] Matth. XXVII, 50. [30] Matth. XXVII, 51 seq.

tutique judicii formula ad inferos proficisci, cum duce illo cui mandatum est eos illinc isthuc traducere. » Idem habet Plotinus *Enn.* III, lib. IV. Animarum autem vel et εἰς ἄϊδος δῶ deducendarum, vel inde evocandarum munus et officium vetusti fabulatores assignarunt Mercurio, qui inde πομπαῖος, νεκροπομπός et ψυχαγωγός appellatus est. HUET.

(64) Hæc e Perionio supplevimus.

(65) Codex Bodleianus, γὰρ τίνα τε βούλεται. Regius et Barberinus, γὰρ τίνας τε βούλεται. Legebat Perionius γάρ τινα, ὅτε βούλεται, quod mihi valde probatur.

(66) Codd. Regius et Barberinus, ἀποδοῦσαν, male.

(67) Iidem codd. Regius et Barberinus, εἰσελθόντες, male.

κατὰ τὰς ὑγιεῖς ἐκδοχὰς τῶν προφητικῶν λόγων, οὕτω καὶ περὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ὡς ἑαυτὸν ᾧ εἴπομεν τρόπῳ ἀπαλλάξαντος τοῦ βίου. Καὶ εἰκὸς, ὅτι ᾔδεισαν τὸν οὕτως ἐξελευσόμενον ἀπελεύσεσθαι εἰς χώραν ἔνθα οὐχ ἠδύναντο γενέσθαι οὐδ' οἱ ταῦτα νοοῦντες· ὥστε μὴ κατὰ τὸ ἁπλούστερον αὐτοῦ (68) εἰρηκέναι, ἀλλὰ κατά τινα περὶ Χριστοῦ παράδοσιν τό· « Μήτι ἀποκτενεῖ ἑαυτὸν, ὅτι λέγει· Ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν; » Καὶ εἰ λέγουσι δὲ ταῦτα οἱ Ἰουδαῖοι, διστακτικῶς αὐτά φασι· τὸ γάρ· « Μήτι ἀποκτενεῖ ἑαυτόν; » τοιοῦτόν ἐστι. Καὶ οὐ θαυμαστὸν ἀμφιβάλλειν αὐτοὺς περὶ Χριστοῦ, ὅτε γε καὶ ἐν τοῖς ἀνωτέρω οἱ ἐκ τοῦ ὄχλου ἀκούσαντες τῶν λόγων τοῦ Ἰησοῦ ἔλεγον· « Οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ προφήτης· ἄλλοι δὲ ἔλεγον· Οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός· οἱ δὲ ἔλεγον· Μὴ γὰρ ἐκ τῆς Γαλιλαίας ὁ Χριστὸς ἔρχεται; Οὐχ ἡ Γραφὴ εἶπεν, ὅτι ἐκ σπέρματος Δαυΐδ, καὶ ἀπὸ Βηθλεὲμ τῆς κώμης ὅπου ἦν Δαυΐδ, ὁ Χριστὸς ἔρχεται; » ὅτε καὶ « σχίσμα γεγένηται ἐν τῷ ὄχλῳ δι' αὐτόν. » Ἀλλὰ καὶ μετ' ὀλίγα ἐκείνων γέγραπται, ὅτι ἀπεκρίθησαν οἱ ὑπηρέται· « Οὐδέποτε ἐλάλησεν οὕτως ἄνθρωπος· » ὡς καὶ τοὺς Φαρισαίους εἰρηκέναι τοῖς θαυμάζουσι τὸν λόγον αὐτοῦ· « Μὴ καὶ ὑμεῖς πεπλάνησθε; μή τις ἐκ τῶν ἀρχόντων ἐπίστευσεν εἰς αὐτὸν ἢ ἐκ τῶν Φαρισαίων; ἀλλ' ἢ ὁ ὄχλος (69) οὗτος ὁ μὴ γινώσκων τὸν νόμον ἐπάρατοί εἰσιν; » ὅτε καὶ Νικοδήμου εἰρηκότος· « Μὴ ὁ Νόμος ἡμῶν κρίνει τὸν ἄνθρωπον, ἐὰν μὴ ἀκούσῃ πρῶτον παρ' αὐτοῦ, καὶ γνῷ τί ποιεῖ; ἀπεκρίθησαν· Μὴ καὶ σὺ ἐκ τῆς Γαλιλαίας εἶ; ἐρεύνησον, καὶ ἴδε, ὅτι ἐκ τῆς Γαλιλαίας προφήτης οὐκ ἐξέρχεται, οὐδὲ ἐγείρεται. » Πῶς δὲ ἐδύναντο ἁπλούστερον νοεῖν αὐτὸν ἑαυτὸν ἀναιρήσειν οἱ ἀκούσαντες αὐτοῦ λέγοντος· « Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου· ὁ ἀκολουθῶν μοι οὐ μὴ περιπατήσῃ ἐν τῇ σκοτίᾳ, ἀλλ' ἕξει τὸ φῶς τῆς ζωῆς; » Πρὸς ὃν οἱ Φαρισαῖοι εἰρήκασιν, ὅτι « Σὺ περὶ σεαυτοῦ μαρτυρεῖς· ἡ μαρτυρία σου οὐκ ἔστιν ἀληθής· οἷς ἀπεκρίνατο ὁ Ἰησοῦς λέγων· Κἂν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου ἀληθής ἐστιν, ὅτι οἶδα πόθεν ἦλθον, καὶ ποῦ ὑπάγω. Ὑμεῖς κατὰ τὴν σάρκα κρίνετε, ἐγὼ οὐ κρίνω οὐδένα· καὶ ἐὰν κρίνω δὲ ἐγὼ, ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ ἀληθής ἐστιν, ὅτι μόνος οὐκ εἰμὶ, ἀλλ' ἐγὼ, καὶ ὁ πέμψας με Πατήρ. Καὶ ἐν τῷ Νόμῳ δὲ τῷ ὑμετέρῳ γέγραπται, ὅτι δύο ἀνθρώπων ἡ μαρτυρία ἀληθής ἐστιν· ἐγώ εἰμι ὁ μαρτυρῶν περὶ ἐμαυτοῦ, καὶ μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ ὁ πέμψας με ὁ Πατήρ. » Τί δὲ πιθανὸν πρὸς τὸ ἀποκτενεῖν ἑαυτὸν μετὰ τοὺς μεγαλοφυέστερον εἰρημένους τοῦτον τὸν τρόπον λόγους· « Οὔτε ἐμὲ οἴδατε, οὔτε τὸν Πατέρα μου· εἰ ἐμὲ ᾔδειτε, καὶ τὸν Πατέρα μου ἂν ᾔδειτε; » Εἰκὸς γὰρ, ὅτι τούτοις ὁμοίως ἐξεδέχοντο καὶ τό· « Ἐγὼ ὑπάγω, καὶ ζητήσετέ με, καὶ ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ ὑμῶν ἀποθανεῖσθε· ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν· » πρὸς ὃν καὶ ἀπεκρίναντο οἱ Ἰουδαῖοι· « Μήτι ἀποκτενεῖ ἑαυτόν, ὅτι λέγει· Ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν; » Πάνυ δὲ καὶ ἐμφαίνεται

A Bethlehem, proditurumque ex tribu Juda, juxta sanas intelligentias propheticorum sermonum [31]; sic de morte ipsius etiam erat, quod Christus seipsum e vita liberaturus esset eo modo quo diximus; et certe probabile est eos intellexisse eum, qui sic exiturus esset, abiturum in locum quo ne hi quidem hæc intelligentes proficisci possent : adeo ut non simpliciter, sed juxta quamdam de Christo traditionem dixerint : « Nunquid interfecturus est seipsum, quia dicit : Quo ego vado, vos non potestis venire [32]? » Quod si etiam hæc loquuntur Judæi, ambigue hæc loquuntur; nam dicere : « Nunquid interfecturus est seipsum? » tale quiddam est. Nec sane mirum est eos de Christo ambigere, quando etiam in superioribus, cum turbæ audissent sermo-
B nes Jesu, dicerent : « Hic est vere propheta ille ; alii vero dicebant : Hic est ille Christus ; quidam autem dicebant : Numnam ex Galilæa Christus venit? Nonne Scriptura dicit, quod ex semine David, et de Bethlehem castello ubi erat David, Christus veniet? » quando etiam « dissensio orta est in turba propter eum [33]. » Sed paulo post illa scriptum est respondisse ministros : « Nunquam isto modo locutus est homo [34] : » adeo ut Pharisæi admirantibus sermonem ejus dixerint : « Num vos etiam decepti estis? num aliquis ex principibus, vel ex Pharisæis in eum credidit? Annon turba hæc, quæ non agnoscit legem, exsecrabiles sunt [35]? » quando etiam cum dixisset Nicodemus : « Num lex nostra
C judicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, et cognoverit quid faciat? responderunt : Num et tu Galilæus es? Scrutare, et vide quod a Galilæa propheta non egreditur neque surgit [36]. » Sed quomodo simplicius poterant intelligere futurum ut seipsum interficeret, audientes eum dicentem : « Ego sum lux mundi : qui sequitur me, nequaquam ambulaverit in tenebris, sed habebit lumen vitæ [37]? » Ad quem Pharisæi dixerunt : « Tu de teipso testificaris; testimonium tuum non est verum. Respondit Jesus, et dixit eis : Etiamsi ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum, quia scio unde venio, et quo vado. Vos secundum carnem judicatis, ego non judico quemquam : porro etiam si judicem ego, judicium meum verum est,
D quia solus non sum; sed ego, et qui misit me Pater. Quin et in lege **300** vestra scriptum est, quod duorum hominum testimonium verum est : ego sum is qui testimonium fero de meipso, et testimonium fert de me, qui misit me Pater [38]. » Cur vero verisimile erat, quod seipsum interfecturus esset post tot verba tam magnifice a se hunc in modum dicta : « Neque me scitis, neque Patrem meum; si me sciretis, etiam Patrem meum sciretis [39]? » Credibile enim est eos, perinde atque hæc verba, intellexisse illud : « Ego vado, et quæretis me, et in peccato vestro moriemini; quo ego vado,

[31] Mich. v, 2; Matth. ii, 6; Joan. vii, 42. [32] Joan. iii, 22. [33] Joan. vii, 40 seq. [34] ibid. 46. [35] ibid. 47-49. [36] ibid. 51, 52. [37] Joan. viii, 12. [38] ibid. 13-18. [39] Joan. viii, 19.

(68) Αὐτοῦ. Lego αὐτούς.

(69) Ferrarius videtur legisse ἀλλ' ἢ οὐχ ὁ ὄχλος.

eo vos non potestis venire [40] : » [(70) cui etiam Judæi responderunt : « Nunquid interficiet seipsum, quia dicit : Quo ego vado, vos non potestis venire? »] Valde etiam ostenditur potestas ejus tum in eo quod libera potestate et voluntate ipse moriatur relicto corpore; tum etiam in hoc dicto : « Ego vado; » et fortassis, quia dixit : « Ego vado, » subjungitur, « et quæretis me. » Verisimile enim est eos qui illi ita e vita migranti aderunt, ipsum quæsituros : idcirco autem quod in peccatis suis moriantur, neque post illa omnia pudore ita suffundantur, ut non dubitanter de ipso dicant : « Nunquid interfecturus seipsum est? » quo ipse vadit, eos abire non posse. Existimo etiam quod malignius nominantes illud quod erat in traditione de morte Christi, qui ad eos venerat, et non glorificantes eum e vita isto modo discedentem, dixerunt : « Nunquid seipsum interfecturus est? » Licebat enim ambigue dicere, sed cum consensu ejus gloriæ, quæ erat penes mortem ejus, et quasi hunc in modum dicere : Nunquid anima ejus, quando ipse voluerit, exibit derelicto corpore, et hanc ob causam inquit : « Quo ego vado, eo vos non potestis venire? » Simul etiam, quia disseruimus quomodo e vita discesserit, observabis illud : « Et ascendens Jesus Jerosolymam, assumpsit duodecim seorsum, et in via dixit illis : Ecce ascendimus Jerosolymam, et Filius hominis tradetur principibus sacerdotum, et scribis, et condemnabunt eum morti, et tradetur gentibus conspuendus, et flagellandus, et crucifigendus, et tertia die resurget [41]. » Quod si quis respondeat illud : « Ab eo tempore cœpit ostendere discipulis suis, quod oporteret eum Jerosolymam proficisci, et multa pati a principibus sacerdotum, et Pharisæis, et scribis, et interfici [42]; » et illud : « Futurum est ut Filius hominis **301** tradatur in manus hominum, et occident eum, et tertia die resurget [43], » dices quod interfecerunt eum omnes dicentes : « Crucifige, crucifige eum [44], » et hi qui rei fuerunt mortis ipsius, etiamsi præoccupans milites venientes ut frangerent crura ejus, cum clamasset voce valida, exspiraverit [45]. Hinc etiam illud adjunges : « Omnis inveniens me occidet me [46]; » et illud : « Omnis qui interfecerit Cain, septuplo vindicabitur [47]; » quomodo enim omnis inveniens Cain, occidet eum, si unus anticipaverit interficere eum? Vel quomodo omnis qui interfecerit Cain, septuplum punietur, cum multi non interfecerint eum? nam veluti de multitudine dicta est vox *omnis*. Fortassis etiam humanius cum intellexisset Petrus quæ dicta sunt a Servatore, inquit : « Propitius

A ἡ ἐξουσία αὐτοῦ ἐν τῷ (71) αὐτεξουσίως αὐτὸν ἀποθνήσκειν, καταλιπόντα τὸ σῶμα, καὶ ἐν τῷ· « Ἐγὼ ὑπάγω· » καὶ τάχα διὰ τό· « Ἐγὼ ὑπάγω, » τὸ ἐπιφερόμενον γίνεται τό· « Καὶ ζητήσετέ με. » Εἰκὸς γὰρ καὶ τοὺς παρατυχόντας οὕτως αὐτῷ ἀπαλλασσομένῳ τοῦ βίου ζητεῖν αὐτόν· διὰ δὲ τὸ ἐν ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῶν ἀποθνήσκειν αὐτοὺς, μηδὲ μετὰ ταῦτα πάντα δυσωπηθέντας πρὸς τὸ μὴ διστακτικῶς εἰπεῖν περὶ αὐτοῦ· « Μήτι ἀποκτενεῖ ἑαυτόν; » ὅπου ἄπεισι, μὴ δύνασθαι αὐτοὺς ἀπελθεῖν. Οἶμαι δ' ὅτι, καὶ κακοηθέστερον ὀνομάζοντες τὸ κατὰ τὴν παράδοσιν περὶ τοῦ θανάτου τοῦ Χριστοῦ εἰς αὐτοὺς ἐληλυθότος, καὶ μὴ δοξάζοντες τὸν οὕτως ἀπαλλαττόμενον τοῦ βίου, εἰρήκασι τό· « Μήτι ἀποκτενεῖ ἑαυτόν; » Ἐνῆν γὰρ διστακτικῶς μὲν εἰπεῖν, μετ' ἐμ- **B** φάσεως δὲ τῆς παρὰ τῷ θανάτῳ δόξης αὐτοῦ, καὶ οἱονεὶ οὕτως εἰπεῖν· μήτι ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, ὅτε αὐτὸς βούλεται, ἐξελεύσεται καταλειφθέντος τοῦ σώματος, καὶ διὰ τοῦτό φησι τό· « Ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν; » Ἅμα δὲ καὶ παρατηρήσεις διὰ τὰ εἰρημένα ἡμῖν περὶ τοῦ, πῶς τὸν βίον ἐξελήλυθε (72), τό· « Καὶ ἀναβαίνων εἰς Ἱεροσόλυμα ὁ Ἰησοῦς παρέλαβε τοὺς δώδεκα κατ' ἰδίαν, καὶ ἐν τῇ ὁδῷ εἶπεν αὐτοῖς· Ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδοθήσεται τοῖς ἀρχιερεῦσι, καὶ γραμματεῦσι, καὶ κατακρινοῦσιν αὐτὸν θανάτῳ, καὶ παραδοθήσεται (73) τοῖς ἔθνεσιν εἰς τὸ ἐμπαῖξαι, καὶ μαστιγῶσαι, καὶ σταυρῶσαι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθήσεται. » Ἐὰν δέ τις ἀνθυποφέρῃ τό· « Ἀπὸ τότε ἤρξατο δεικνύειν τοῖς μαθηταῖς **C** ἑαυτοῦ, ὅτι δεῖ αὐτὸν εἰς Ἱεροσόλυμα ἀνελθεῖν, καὶ πολλὰ παθεῖν ἀπὸ τῶν ἀρχιερέων, καὶ Φαρισαίων, καὶ γραμματέων, καὶ ἀποκτανθῆναι· » καὶ τό· « Μέλλει ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοσθαι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων, καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτὸν, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθήσεται, » ἐρεῖς, ὅτι ἀπέκτειναν αὐτὸν οἱ λέγοντες πάντες· « Σταύρου, σταύρου αὐτόν, » καὶ οἱ γενόμενοι ἔνοχοι τοῦ θανάτου αὐτοῦ· εἰ καὶ, προλαβὼν τοὺς στρατιώτας ἐρχομένους ἐπὶ τὸ πλῆξαι τὰ σκέλη αὐτοῦ, κράξας (74) φωνῇ μεγάλῃ, ἐξέπνευσε. Παραθήσεις δὲ εἰς τοῦτο τό· « Πᾶς ὁ εὑρίσκων με ἀποκτενεῖ με, » καὶ τό· « Πᾶς ὁ ἀποκτείνας Κάϊν ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλύσει. » Πῶς γὰρ πᾶς ὁ εὑρίσκων τὸν Κάϊν ἀποκτενεῖ αὐτὸν, ἑνὸς **D** ἀποκτείναντος ἂν αὐτὸν τοῦ προειληφότος; ἢ πῶς πᾶς (75) ὁ ἀποκτείνας Κάϊν ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλύσει, οὐκ ἂν πολλῶν ἀποκτεινάντων αὐτόν; ὡς γὰρ περὶ πλήθους εἴρηται τό· *πᾶς*. Τάχα δὲ καὶ ὁ μὲν Πέτρος, ἀνθρωπικώτερον ἐκλαβὼν τὰ εἰρημένα ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος, φησίν· « Ἵλεώς σοι, Κύριε, οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο· » ὁ δὲ Σωτὴρ ἐπιτιμῶν αὐτῷ, ὡς

[40] ibid. 21, 22. [41] Matth. xx, 17 seq. [42] Matth. xvi, 21. [43] Matth. xvii, 21, 22. [44] Luc. xxiii, 21. [45] Joan. xix, 32, 33. [46] Gen. iv, 14. [47] ibid. 15.

(70) Hæc supplevimus e Perionio.

(71) *Ἐν τῷ*. Deest in codice Regio.

(72) *Πῶς τὸν βίον ἐξελήλυθε*. Ita tom. xxxii *in Joan.*, num. 15, πρὸ τοῦ τοῦτον ἐξελθεῖν τὸν βίον, ἣν ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ Ἀβραάμ. Et in eodem tomo paulo inferius, num. 16, οὐ γὰρ μόνον κατὰ τὸ ἁπλούστερον ἐξῆλθε τὸν οἶκον.

(73) Codex Bodleianus, καὶ παραδοθήσεται, in Regio deest καί.

(74) Cod. Bodleian., ἐπὶ τὸ πλῆξαι τὰ σκέλη αὐτοῦ, κράξας, etc. Regius, ἐπιπλῆξαι τὰ σκέλη, κράξας.

(75) Codex Bodleianus, ἢ πῶς πᾶς, Regius, ἢ ἐπὰν πᾶς. Paulo post in Regio perperam legitur ἀδικούμενα pro ἐκδικούμενα.

μὴ καλῶς ἐξειληφότι τὸ εἰρημένον, φησίν· « Ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ, σκάνδαλόν μου εἶ, ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων. » Ἀλλὰ καὶ παρὰ τῷ Παύλῳ λεγόμενον· « Ἑαυτὸν παρέδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν θυσίαν τῷ Θεῷ, » ὅρα εἰ μὴ τοιοῦτόν ἐστιν. Οὕτως γοῦν μόνως δυνήσῃ σῶσαι αὐτὸν εἰς τὸν αἰῶνα ἀρχιερέα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, καὶ τὸν Ἀμνὸν τοῦ Θεοῦ τὸν αἴροντα τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, προσφερόμενον θυσίαν τῷ Θεῷ, οὐχ ὑπὸ ἀσεβῶν, ἀλλ' ὑπὸ ἀρχιερέων εὐσεβῶν (76). Ταῦτα μὲν οὖν ἡμεῖς, κατὰ δύναμιν βασανίζοντες τὸ βούλημα τῶν λεγόντων τό· « Μήτι ἀποκτενεῖ (77) αὐτὸν, ὅτι λέγει· Ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν, » μετὰ τὸ ἀκηκοέναι τηλικούτων τῶν προειρημένων ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ λόγων, ἐκδεδώκαμεν. Εἰκὸς δέ τινας προσκόπτοντας ὡς βεβιασμένῃ τῇ ἑρμηνείᾳ B οἴεσθαι ἁπλούστερον αὐτοὺς εἰρηκέναι τό· « Μήτι ἀποκτενεῖ ἑαυτὸν, » ὡς τοῦ μὲν Ἰησοῦ ἀποκτενοῦντος ἑαυτὸν, καὶ ἐσομένου ἐν χώρᾳ τῶν ἑαυτοὺς διαχειρισαμένων, καὶ κολασθησομένων ἐπὶ τούτῳ, τῶν δὲ Ἰουδαίων παρὰ (78) τοῦτο οὐ δυναμένων ἐκεῖ γενέσθαι, παρὰ τὸ μὴ τῷ αὐτῷ ἐνόχους αὐτοὺς γίνεσθαι περὶ ἑαυτῶν ἁμαρτήματι. Ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ἐπιστησάτωσαν εἰ δύνανται οἱ Ἰουδαῖοι ὑπονενοηκέναι τὸν Ἰησοῦν ταῦτα εἰρηκέναι ἑαυτὸν καταδικάζοντα, ὡς ἀπελευσόμενον εἰς τόπον κολάσεως, ἔνθα οὐκ ἐδύναντο γενέσθαι, ὅσον ἐπὶ τῇ ἐκδοχῇ ταύτῃ, οἱονεὶ κρείττονος (79) αὐτοῦ· ἢ ἀκόλουθον ἔσται λέγειν, ὅτι, εἴπερ τοῦτο νοῶν ἔφασκεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ βουλόμενος ἑαυτὸν ἀποκτεῖναι, κρεῖττον ἐνόμιζε τὸ ἑαυτὸν ἀναιρεῖν τοῦ μὴ τοῦτο ποιεῖν. C Καὶ ὁ Ἡρακλέων μέντοιγε ὡς ἁπλούστερον εἰρημένου τοῦ· « Μήτι ἀποκτενεῖ ἑαυτὸν, » φησὶν, ὅτι πονηρῶς διαλογιζόμενοι οἱ Ἰουδαῖοι ταῦτα ἔλεγον, καὶ μείζονας ἑαυτοὺς ἀποφαινόμενοι τοῦ Σωτῆρος, καὶ ὑπολαμβάνοντες, ὅτι αὐτοὶ μὲν ἀπελεύσονται πρὸς τὸν Θεὸν εἰς ἀνάπαυσιν αἰώνιον· ὁ δὲ Σωτὴρ εἰς φθορὰν καὶ εἰς θάνατον ἑαυτὸν διαχειρισάμενος, ὅπου ἑαυτοὺς οὐκ ἐλογίζοντο ἀπελθεῖν· καὶ αὐταῖς λέξεσί φησιν, ὅτι ᾤοντο λέγειν τὸν Σωτῆρα οἱ Ἰουδαῖοι, ὅτι Ἐγὼ ἐμαυτὸν διαχειρισάμενος εἰς φθορὰν μέλλω πορεύεσθαι, ὅπου ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν. Οὐκ οἶδα δὲ πῶς κατὰ τὸν εἰπόντα· « Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου, » καὶ τὰ ἑξῆς, ἦν λέγειν, ὅτι Ἐγὼ ἐμαυτὸν διαχειρισάμενος εἰς φθορὰν μέλλω πορεύεσθαι. D Ἐὰν δέ τις λέγῃ μὴ τὸν Σωτῆρα ταῦτα εἰρηκέναι, τοὺς δὲ Ἰουδαίους αὐτὸ (80) ὑπονενοηκέναι, δῆλον ὅτι ἐρεῖ τοὺς Ἰουδαίους πεφρονηκέναι περὶ αὐτοῦ, ὅτι φθείρονται οἱ ἑαυτοὺς διαχειρισάμενοι, καὶ οὐδὲν ἧττον ἐποίει ταῦτα, πιστεύων φθαρήσεσθαι, καὶ κολασθήσεσθαι· ὅπερ ἦν κατὰ πάντα (81) ἠλίθιον.

A esto tibi, Domine, hoc non erit tibi [48]; » at vero Servator increpans eum, quasi non bene intellexerit quod dictum fuerat, inquit: « Vade retro me, Satana, scandalum mihi es, quoniam non sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum [49]. » Vide vero annon etiam quod apud Paulum dicitur [50]: « Seipsum tradidit pro nobis hostiam Deo, » sit tale. Sic igitur solum servare poteris summum sacerdotem in sæculum secundum ordinem Melchisedech [51], et Agnum Dei tollentem peccatum mundi [52], oblatum hostiam Deo, non ab impiis, sed a piis pontificibus. Hæc quidem nos tradidimus pro viribus explorantes propositum dicentium: « Nunquid interfecturus est seipsum, quia dicit: Quo ego vado, eo vos non potestis venire [53]: » postquam audivissent tales B tantosque sermones quos superius dixerat Jesus. Credibile autem est quosdam offensos hac interpretatione, tanquam coacta, existimare eos simplicius dixisse: « Nunquid interfecturus est seipsum, » perinde quasi Jesus interfecturus esset seipsum, et futurus in loco eorum qui sibi ipsis manus intulerint, et ob hoc sunt puniendi, Judæis non valentibus ob hoc illo ire, propterea quod obnoxii non essent illi peccato de seipsis. At vero hi notent num possint Judæi subcogitare Jesum hæc dixisse condemnantem seipsum, veluti profecturum ad locum supplicii, quo non poterant illi proficisci, quantum attinet ad hanc intelligentiam, quasi Jesu meliores ac præstantiores essent: vel consequens erit dicere, Jesum, si loquebatur hoc cogi- C tans, et volens **302** seipsum interficere, melius putare seipsum interficere quam non se interficere. Heracleon sane, perinde quasi hoc dictum fuerit simplicius: « Nunquid interfecturus est seipsum, » inquit quod maligne cogitantes Judæi hæc loquerentur, seipsos etiam ostendentes ipso Servatore majores, et existimantes se quidem profecturos ad Deum in requiem sempiternam; Servatorem autem ad corruptionem, et ad mortem, vi sibi ipsi illata, quo seipsos non existimabant profecturos: et iisdem verbis inquit Judæos existimare Servatorem dicere: Ego, mihi ipsi vi illata, ad corruptionem profecturus sum, quo vos non potestis venire. Sed haud scio quonam pacto, cum dixisset Jesus: « Ego D sum lux mundi [54], » et quæ sequuntur, possit dicere: Ego, mihi ipsi vi illata, profecturus sum ad corruptionem. Sin vero dicat aliquis, Servatorem hoc non dixisse, sed hoc Judæos subcogitasse, dicet scilicet Judæos cogitasse de eo quod corrumpuntur qui sibi ipsis mortem consciscunt; et nihilominus Jesum hæc facturum, etiamsi futurum crederet ut corrumperetur et puniretur; id quod erat modis omnibus fatuum.

[48] Matth. xvi, 22. [49] ibid. 23. [50] Ephes. v, 2. [51] Psal. cix, 4. [52] Joan. i, 29. [53] Joan. viii, 22. [54] ibid. 12.

(76) Codex Bodleianus, ἀρχιερέων εὐσεβῶν, Regius, ἀρχιερέως εὐσεβῶς.

(77) Codex Bodleianus; Μήτι ἀποκτενεῖ, Regius, Μὴ ἀποκτενεῖ.

(78) Codex Bodleianus, παρά, Regius, περί.

(79) *Κρείττονος*. Sic mss. et ipse Ferrarius, qui vertit, « quasi Jesus melior, ac præstantior esset, » sed tamen legendum videtur κρείττονες, et ita lego.

(80) Codex Bodleianus, αὐτό· Regius, αὐτῷ.

(81) *Κατὰ πάντα*. Deest in Regio codice, sed legitur in codicibus Bodleiano et Barberino.

5. « Et dicebat illis : Vos ex infernis estis, ego e supernis sum ; vos ex hoc mundo estis, ego non sum ex hoc mundo [55]. » In superioribus etiam dixit : « Qui est de terra, de terra est, et de terra loquitur; qui e cœlo venit, supra omnes est; et quod vidit et audivit hoc testatur [56]. » Si igitur qui de terra est, de terra loquitur; et qui e cœlo venit, quod vidit et audivit, hoc testatur, quæres utrum idem sit esse e terra et esse ex infernis, an diversum. Simul autem observabis quod illic non dixerit : Qui est e cœlo, e cœlo est, et e cœlo loquitur; nam fortassis Servator non erat e cœlo : non erat præsertim in quantum est primogenitus omnis creaturæ [57]. Quod enim attinet ad vocem, *e cœlo*, secundus homo est e cœlo, quemadmodum alicubi Paulus dicit : « Primus homo e terra, terrenus : secundus homo e cœlo [58]. » Atque etiam hoc in loco notabis utrum tandem idem dicat dicendo : « Vos ex infernis estis, » et : « Vos ex hoc mundo estis, » an diversum sit esse e terra ab eo quod est esse ex hoc mundo. Similiter etiam in his verbis quæres : « Ego e supernis sum, » et : « Ego non sum ex hoc mundo. » Dignum est enim ut inspiciamus quid sit ex supernis esse, et quid sit non esse ex hoc mundo. Vide igitur annon qui assumpsit ortum a materia et corporibus, eo quod meliora reliquerit, sit e terra : **303** qui quatenus est e terra, de terra loquitur, altius aliquid intueri vel dicere non valens; qui idem etiam ex infernis est : nam alia est consideratio esse ex infernis, alia esse e terra : vox enim *inferne*, consideratur in quodam veluti loco, itidem in dogmatibus, et in discursu mentis : omnisque profecto talibus dogmatibus et discursu mentis utens quæ sunt ex infernis, ex infernis est. Atque etiam hic mundus visibilis, materialis exsistens, propter eos qui materiali vita egent, loca quidem habet diversa ; quæ sane omnia comparatione rerum immaterialium, et invisibilium, et corpore carentium, inferna sunt, non tantum loco quantum comparatione ad res invisibiles. Quantum autem in hoc mundo loca mundi inter se comparanda sunt, quædam fuerint loca inferne, quædam superne : terræ enim proxima inferne sunt, cœlestia vero superne, adeo ut hac ratione qui ex infernis sit, is etiam omnino sit ex hoc mundo; at vero qui ex hoc mundo sit, non omnino sit ex infernis. Vide enim an municeps corporum aliquo pacto sit ex hoc mundo, non tamen ex infernis localiter ; verumtamen ipse etiam ex infernis est, comparatione rerum quæ mente percipiuntur : etenim omnis municeps eorum quæ videntur [59], quæque pertranseunt, et quæ sunt temporalia, ex infernis est, etiamsi comparatione locorum sit ex supernis : licetque profecto cuicunque qui ex infernis, et ex hoc mundo, et e terra fuerit, immu-

A 5. « Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς· Ὑμεῖς ἐκ τῶν κάτω ἐστὲ, ἐγὼ ἐκ τῶν ἄνω εἰμί· ὑμεῖς ἐκ τοῦ κόσμου τούτου ἐστὲ, ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου. » Καὶ ἐν τοῖς ἀνωτέρω ἔλεγε τό· « Ὁ ὢν ἐκ τῆς γῆς, ἐκ τῆς γῆς ἐστι, καὶ ἐκ τῆς γῆς λαλεῖ· ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐρχόμενος ἐπάνω πάντων ἐστίν· καὶ ὃ ἑώρακε, καὶ ἤκουσε, τοῦτο μαρτυρεῖ. » Εἰ τοίνυν ὁ ἐκ τῆς γῆς ἐκ τῆς γῆς λαλεῖ, καὶ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐρχόμενος, ὃ ἑώρακε καὶ ἤκουσε, τοῦτο μαρτυρεῖ, ζητήσεις τοίνυν πότερόν ποτε ταυτόν ἐστι τὸ ἐκ τῆς γῆς εἶναι τῷ ἐκ τῶν κάτω εἶναι, ἢ ἕτερον. Ἅμα δὲ παρατηρήσεις, ὅτι κἀκεῖ οὐκ εἶπεν· Ὁ ὢν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐστι, καὶ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λαλεῖ· τάχα γὰρ ὁ Σωτὴρ οὐκ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἦν, μάλιστα καθὸ Πρωτότοκος πάσης κτίσεως ἦν. Τὸ γάρ· *ἐκ τοῦ οὐρανοῦ*, B ὁ δεύτερος ἄνθρωπος ἦν ἐξ οὐρανοῦ· ὡς καὶ ὁ Παῦλός που φησίν· « Ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς, χοϊκός· ὁ δεύτερος ἄνθρωπος ἐξ οὐρανοῦ. » Καὶ ἐνθάδε δὲ ἐπιστήσεις πότερόν ποτε ταυτὸ λέγει ἐν τῷ· « Ὑμεῖς ἐκ τῶν κάτω ἐστὲ, » καὶ, « Ὑμεῖς ἐκ τούτου τοῦ κόσμου ἐστὲ, » ἢ ἕτερόν ἐστι τὸ εἶναι ἐκ τῆς γῆς παρὰ τὸ εἶναι ἐκ τοῦ κόσμου τούτου. Τὸ δ' ὅμοιον ζητήσεις καὶ ἐν τῷ· « Ἐγὼ ἐκ τῶν ἄνω εἰμὶ, » καί· « Ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου. » Ἄξιον γὰρ ἰδεῖν τί τὸ ἐκ τῶν ἄνω εἶναι, καὶ τί τὸ μὴ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου εἶναι. Ὅρα τοίνυν εἰ μὴ ὁ τὴν ἀπὸ ὕλης γένεσιν καὶ σωμάτων ἀνειληφὼς, τῷ καταλελοιπέναι τὰ κρείττονα, ἐκ τῆς γῆς ἐστιν· ὅστις ὅσον ἐστὶν ἐκ τῆς γῆς, ἐκ τῆς γῆς λαλεῖ, ὑψηλότερόν τι μὴ δυνάμενος βλέπειν, ἢ λέγειν. C Ὁ δ' αὐτὸς καὶ ἐκ τῶν κάτω ἐστίν. Ἄλλη μέντοιγε ἡ ἐπίνοια ἡ ἐκ τῶν κάτω, καὶ τῆς γῆς· *κάτω* γὰρ ὥσπερ τόπῳ τινὶ νοεῖται, οὕτως καὶ δόγμασι, καὶ διανοίᾳ· καὶ πᾶς γε ὁ τοιοῦτος (82) δόγμασι καὶ διανοίᾳ χρώμενος, ἅτινά ἐστιν ἐκ τῶν κάτω, ἐκ τῶν κάτω ἐστίν. Ἀλλὰ καὶ ὁ δεικνύμενος κόσμος, ὑλικὸς γενόμενος, διὰ τοὺς δεηθέντας τῆς (83) ἐνύλου ζωῆς, τόπους μὲν ἔχει διαφόρους, οἵτινες δὴ πάντες ὡς μὲν πρὸς τὰ ἄϋλα, καὶ τὰ ἀόρατα, καὶ τὰ ἀσώματα κάτω εἰσὶν, οὐ τόσον τῷ τόπῳ, ὅσον τῇ πρὸς τὰ ἀόρατα συγκρίσει· ὅσον δὲ (84) ἐπὶ τῷ κόσμῳ τόποις κόσμου συνεξετάζεσθαι, εἶεν ἄν τινες τόποι οἱ κάτω, καὶ ἄλλοι ἄνω· τὰ μὲν γὰρ περίγεια κάτω ἐστὶ, τὰ δὲ οὐράνια ἄνω· ὡς κατὰ τοῦτο τὸν μὲν ἐκ τῶν κάτω D πάντως εἶναι ἐκ τοῦ κόσμου τούτου· τὸν δὲ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου μὴ πάντως εἶναι καὶ ἐκ τῶν κάτω. Ὁ γὰρ πολίτης τῶν σωμάτων, ὅρα εἰ ἔστι μέν πως ἐκ τοῦ κόσμου τούτου, οὐ μὴν ἐκ τῶν τοπικῶς κάτω· πλὴν καὶ αὐτὸς, ὡς πρὸς σύγκρισιν τῶν νοητῶν, ἐκ τῶν κάτω· καὶ γὰρ πᾶς ὁ τῶν βλεπομένων πολίτης, καὶ παρερχομένων, καὶ προσκαίρων, ἐκ τῶν κάτω ἐστὶ, κἂν ἐν συγκρίσει τόπων ἐκ τῶν ἀνωτάτω τυγχάνῃ. Ἔξεστι μέντοιγε τὸν ἐκ τῶν κάτω, καὶ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου, καὶ ἐκ τῆς γῆς μεταβαλεῖν, καὶ γενέσθαι ἐκ τῶν ἄνω, καὶ μηκέτι ἐκ τοῦ κόσμου τού-

[55] Joan. VIII, 23. [56] Joan. III, 31, 32. [57] Coloss. I, 15. [58] I Cor. XV, 47. [59] II Cor. IV, 18.

(82) Codex Barberinus in margine habet τοιούτοις, sicque videtur legisse Ferrarius.

(83) Codex Bodleianus, τῆς· Regius, τοὺς, male.

(84) *Ὅσον δέ*, etc. Legendum videtur ὅσον δὲ δεῖ ἐπὶ τῷ κόσμῳ τόπους κόσμου συνεξετάζεσθαι, εἶεν ἄν τινες, etc. In codice Bodleiano ante εἶεν legitur εἰ.

του, καὶ ἄλλον ἐκ μὲν τοῦ κόσμου τούτου, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ δέ. Φησὶ γοῦν τοῖς μαθηταῖς ὁ Σωτὴρ (85)· « Ἐκ τοῦ κόσμου ἦτε, κἀγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς ἐκ τοῦ κόσμου, καὶ οὐκέτι ἐστὲ ἐκ τοῦ κόσμου· » εἴπερ γὰρ ἦλθεν ὁ Σωτὴρ ζητῆσαι, καὶ σῶσαι τὸ ἀπολωλὸς, ἦλθε τοὺς κάτω καὶ πολιτογραφηθέντας ἐν τοῖς κάτω μεταστῆσαι ἐπὶ τὰ ἄνω. Καὶ γὰρ εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς ὁ καταβὰς αὐτός ἐστι διὰ τοὺς ἐν τοῖς κατωτάτω τῆς γῆς· ἀλλὰ καὶ ἀνέβη ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν, ὁδοποιῶν τοῖς βουλομένοις, καὶ γνησίως αὐτῷ μαθητευομένοις, τὴν φέρουσαν ὁδὸν ἐπὶ τὰ ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν, τουτέστιν ἐπὶ τὰ ἔξω σωμάτων. Εἰ δὲ καὶ ποθεῖς μαθεῖν ἀπὸ τῆς Γραφῆς τίς ἐστιν ὁ ἐκ τῶν κάτω, καὶ τίς ἐστιν ὁ ἐκ τῶν ἄνω, ἄκουε· Ἐπεὶ ὅπου ὁ θησαυρὸς ἑκάστου, ἐκεῖ καὶ ἡ καρδία ἐστίν· ἐάν τις θησαυρίζῃ ἐπὶ τῆς γῆς, ἐξ αὐτοῦ τοῦ θησαυρίζειν ἐπὶ τῆς γῆς ἐκ τῶν κάτω γίνεται· ἐὰν δέ τις θησαυρίζῃ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, γεννᾶται ἄνωθεν, καὶ ἀναλαμβάνει τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου· ἀλλὰ καὶ ἄλλος διελθὼν πάντας τοὺς οὐρανοὺς ἐν τέλει εὑρίσκεται μακαριωτάτῳ. Εἴη δ' ἂν καὶ τὰ ἑκατέρου ἔργα, οἷα εἶπον (86)· ὥστε εἰπεῖν ἂν τὰ ἔργα τῆς σαρκὸς ποιεῖν τὸν ἐκ τῶν κάτω, τὸν δὲ καρπὸν τοῦ πνεύματος τὸν ἐκ τῶν ἄνω, καὶ πάλιν τὴν πρὸς τὸν κόσμον τοῦτον ἀγάπην τὸν (87) ἐκ τοῦ κόσμου τούτου· ἐπεὶ, κατὰ τὸν Ἰωάννην, ὁ ἔχων τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ, ἐκεῖνος οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου· ὃς δὲ οὐκ ἀγαπᾷ τὸν κόσμον, οὐδὲ τὰ ἐν κόσμῳ, ἀλλὰ λέγων· « Ἐμοὶ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι, εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου μου Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ κόσμῳ, » καὶ χωρῶν τὸ ἀγαπᾷν Κύριον τὸν Θεὸν αὐτοῦ ἐξ ὅλης τῆς καρδίας αὐτοῦ, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας αὐτοῦ, τῷ μὴ θλίβεσθαι τὴν τοιαύτην ἀγάπην ὑπὸ τῆς πρὸς τὸν κόσμον ἀγάπης, καὶ τὰ (88) ἐν τῷ κόσμῳ· ἀμήχανον γὰρ συνυπάρχειν τὴν πρὸς τὸν κόσμον ἀγάπην τῇ πρὸς τὸν Θεὸν ἀγάπῃ· ὡς ἀμήχανον συνυπάρχειν ἀλλήλοις φῶς καὶ σκότος, ἢ Χριστὸν καὶ τὸν Βελίαρ, ἢ τὸν ναὸν εἶναι τοῦ Θεοῦ μετὰ τοῦ ναοῦ τυγχάνοντος (89) εἰδώλων. Ὡς διαφορᾶς μέντοιγε οὔσης τῶν κάτω πρὸς ἄλληλα, λέγεται ὑπερθετικῶς τό· « Ἔθεντό με ἐν λάκκῳ κατωτάτῳ· » καὶ τό· « Εἰς τὰ κατώτατα τῆς γῆς ὁ καταβὰς, οὗτός ἐστιν καὶ ὁ ἀναβάς. » Διόπερ ἐνώπιον τοῦ Χριστοῦ « προπεσοῦνται μὲν πάντες οἱ καταβαίνοντες » εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς, εἰς ᾅδου· ἐπεὶ ἀληθὲς τό· « Οὐκ ἔστιν ἐν τῷ θανάτῳ ὁ μνημονεύων σου· ἐν δὲ τῷ ᾅδῃ τίς ἐξομολογήσεταί σοι; » Ἐὰν δέ τις ἀνθυποφέρῃ τὸ καταβαίνειν αὐτὸν εἰς τὰ κατώτερα τῆς γῆς, ἐπιτηρήσεις, ὅτι ἐπὶ τῶν καταβαινόντων εἰς γῆν εἴρηται τό· *προπεσοῦνται*· ὑποπιπτόντων γὰρ τῷ Χριστῷ,

A tari et fieri e supernis, nec amplius ex hoc mundo esse : alii etiam licet, ex hoc sæculo cum sit, fieri e cœlo, dicente discipulis Servatore [60] : « Ex mundo eratis, et ego vos e mundo elegi, nec amplius ex mundo estis : » quandoquidem enim venit Servator quærere et servare quod perierat [61], venit eos translaturus ad superna, qui inferne erant, et ascripti cives inter eos qui inferne erant. Etenim ipse est, qui descendit in inferiores partes terræ [62], propter eos qui erant in infimis partibus terræ. Quin etiam ascendit super omnes cœlos [63], viam præparans volentibus, atque etiam his qui ipsius discipuli sincere fuerint, ad ea quæ sunt supra omnes cœlos, hoc est ad ea quæ sunt extra corpora. Quod si cupis a Scriptura discere quis sit ex inferB nis, itemque quis sit e supernis, audi : Quoniam ubi fuerit uniuscujusque thesaurus, illic erit et cor [64]; si quis thesauros recondiderit in terra, ex ipso quod recondit thesauros in terra, ex infernis efficitur ; sin vero thesauros recondiderit in cœlis, nascitur e supernis , et assumit imaginem supercœlestis [65] : atque etiam alius **304** cum penetrarit omnes cœlos [66], in fine invenietur beatissimo. Sint autem utriusque opera, qualia dixi : ita ut dicamus opera carnis facere eum qui ex infernis est ; fructum vero spiritus facere eum qui est e supernis ; atque rursus amorem erga hunc mundum facere hominem ex hoc mundo exsistentem ; quoniam, secundum Joannem, qui habet amorem Dei , ille C non est ex hoc mundo; qui autem non diligit mundum, nec ea quidem quæ in mundo sunt diligit [67], sed dicit : « Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini mei Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo [68], » et capit diligere Dominum Deum suum ex toto corde suo, et ex tota anima sua, et ex tota mente sua [69], eo quod non prematur talis amor ab amore mundi, et eorum quæ sunt in mundo. Fieri enim nequit ut simul exsistat amor erga mundum cum amore erga Deum, quemadmodum fieri nequit ut simul exsistant lux et tenebræ, Christus et Beliar ; item fieri nequit ut idem templum sit templum Dei, et templum idolorum [70]. Jam quasi differant inter se loca quæ inferne sunt , superlative dicitur : « Posuerunt me in D lacu infimo [71], » et illud : « Qui descendit ad infimas partes terræ, hic est etiam qui ascendit [72] ; » quocirca coram Christo « procident omnes descendentes [73] » ad inferiores partes terræ , nempe in infernum, quoniam verum est illud : « Non est in morte qui memor sit tui ; in inferno autem quis confitebitur tibi [74] ? » Quod si contra quis objiciat ipsum etiam descendere ad inferiores partes ter-

[60] Joan. xv, 19. [61] Luc. xix, 10. [62] Ephes. iv, 9. [63] ibid. 10. [64] Matth. vi, 21. [65] I Cor. xv, 49. [66] Hebr. iv, 14. [67] I Joan. ii, 15 seq. [68] Galat. vi, 14. [69] Matth. xxii, 37. [70] II Cor. vi, 14-16. [71] Psal. LXXXVII, 7. [72] Ephes. iv, 9, 10. [73] Psal. xxi, 30. [74] Psal. vi, 6.

(85) *Ὁ Σωτήρ*. Deest in codice Regio, sed legitur in Bodleiano.

(86) Sic habet codex Bodleianus, melius quam Regius, in quo legitur ἑκάστου ἔργα οἷον εἶπα.

(87) Codex Bodleianus, τόν· Regius, τήν, male.

(88) Codex Bodleianus, καὶ τῶν.

(89) Codex Bodleianus, τυγχάνοντος· Regius τυγχάνειν.

A hæc omnia loquitur, et nisi post pauca intulisset: *Vos ex patre diabolo estis, et desideria patris vestri vultis facere* [67], ne nunc quidem agnosceremus, saltem aperte, consilium loquentis. Nec mirum profecto si ad eos Judæos, qui ei crediderant, nec tamen tantum temporis in sermone ejus permanserant ut vere ipsius facti discipuli agnoscerent veritatem, ut ab ea liberarentur, dixerit: *Vos facitis opera patris vestri* [68]; et illud etiam, quod in sequentibus subjungitur: *Vos ex patre diabolo estis.* Quamvis enim inhumanum hoc dictum videatur ad eos qui ei crediderant, quique aliquo modo ab eo edocti fuerant, non tamen eo usque ut vere discipuli Christi dicerentur, attamen necesse est consideremus illud a Joanne in Catholica Epistola dictum de filiis Dei, deque filiis diaboli. *Qui committit* enim, inquit, *peccatum, ex diabolo est, quoniam ab initio diabolus peccat. Ad hoc apparuit Filius Dei, ut dissolvat opera diaboli. Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non committit, quoniam semen ipsius in eo manet, et non potest peccare, eo quod ex Deo natus est. In hoc manifesti sunt filii Dei, et filii diaboli : omnis qui non facit justitiam, non est ex Deo, et qui non diligit fratrem suum* [69]. Quibus verbis sic habentibus, considera an non aperte dictum sit: *Omnis qui committit peccatum, ex diabolo est.* Proinde in quantum peccatum committimus, nondum exuimus ortum ex diabolo, etiamsi credere in Jesum existimemur; et consequens est hoc dici a Jesu Judæis, qui ei crediderant: *Vos facitis opera patris vestri*, relationem habente voce *patris* ad diabolum, propter illud: *Vos ex patre diabolo estis.* Quod si omnis qui committit peccatum, **324** est ex diabolo; omnis qui non est ex diabolo, non committit peccatum. Quin etiam si ad hoc apparuit Filius Dei, ut solvat opera diaboli, quia huic non exhibuerimus nos ipsos solventi opera diaboli, nondum deposuimus esse filii diaboli; quia ab operibus agnoscimur cujus filii simus; ex quibus etiam perspicuum est, non propter opificium aliquem diaboli filium esse, neque quia sic creatus fuerit, filius quispiam in hominibus dici Dei : imo manifestum est quod qui aliquando fuerit diaboli filius, effici possit filius Dei. Id quod etiam Matthæus hunc in modum manifestat, Servatorem dixisse scribens : *Audistis dictum esse : Diliges proximum tuum, et odio habebis inimicum tuum. At ego dico vobis : Diligite inimicos vestros, et orate pro persequentibus vos, ut sitis filii Patris vestri qui in cœlis est* [70]. Orate enim, quia orantes pro persequentibus vos, et inimicos vestros amore prosequentes, filii efficiemini Patris cœlestis, si quis antea ex vobis non fuerit illius filius. Quoniam autem manifesti sunt filii Dei, et filii diaboli, propter id quod superius dictum est de diaboli filiis, nempe:

[67] Joan. VIII, 44. [68] ibid. 41. [69] I Joan. III, 8-10. [70] Matth. V, 43 seq.

(86) *Οὐ διὰ κατασκευήν*, etc. Jactum hoc contra Valentinianos.

(87) Ἀγαπᾶτε. Ita codex Bodleianus, Regius vero, ἀγαπήσατε.

Qui committit peccatum ex diabolo est [71]; de filiis vero Dei : *Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non committit, quoniam semen ipsius in eo manet; et non potest peccare, eo quod ex Deo natus est* [72], perspicuum est hominem omnem qui compleverit rationem, vel filium Dei, vel filium diaboli esse [73]. Aut enim committit peccatum, aut non committit : cum nihil sit inter committere peccatum et non committere peccatum ; et si quidem peccatum committit, diaboli est ; sin vero peccatum non committit, ex Deo natus est. Conjuncta sunt autem enuntiationi horum de filiis Dei et filiis diaboli, quæ in Epistola ipsa dicuntur de his qui sunt in Filio Dei, deque his qui non viderunt eum : *Omnis enim,* inquit, *qui in eo manet, non peccat ; et omnis qui peccat, non vidit ipsum* [74]: Igitur si omnis qui in illo manet, non peccat; qui peccat, non manet in Filio : et si omnis qui peccat, non vidit ipsum; qui vidit ipsum, non peccat. Pariter hoc etiam notabis quid sibi velit Joannes dicens : *Omnis qui peccat, non vidit ipsum*, quasi his verbis, *vidit ipsum* [74], innuens semper aliquos esse posse qui videant
325 Filium Dei, quique ex ipsius visione participent potentiam nunquam peccandi. Præterea dices hæc verba : *Vos facitis opera patris vestri* [75], aliquando quidem dici ad filios diaboli, aliquando vero ad filios Dei : qui peccata namque committunt, opera patris sui diaboli committunt; at vero qui præclare se gerunt, opera faciunt Patris sui Dei. Sed probabile est futurum ut aliquis ex his moveatur, cogitans an faciendo bona et mala seorsum, idem propter bona filius Dei, et propter mala filius diaboli esse possit. Sed hoc prælerquam quod absurdissimum est, non innuitur ex dictis. Enuntiat namque Joannes quod unusquisque qui ex Deo natus est, peccatum non faciat, quod semen illius in seipso habeat, nec posse hunc peccare, eo quod ex Deo natus sit : *Omnis* igitur, *qui ex Deo natus est, peccatum non committit* [76]; nec tamen scriptum est quod omnis natus ex diabolo, justitiam non committit; sed : *Qui committit peccatum, ex diabolo est.* Rursus non quemadmodum dictum est : *Qui committit peccatum, ex diabolo est* [77], ita scriptum est : Qui committit justitiam, ex Deo est. Et adhibe animum ad differentias propositionum, quonam pacto cum omni diligentia a Joanne dictæ fuerint : adeo ut miretur aliquis quomodo irreprehensibiliter et ut quidam dicerent, dialectice, illis usus fuerit, similia non afferens de his qui sunt ex diabolo deque his qui sunt ex Deo : similiter vero extulisset, si scripsisset, quemadmodum, *Qui peccatum committit, ex diabolo est;* ita, Qui justitiam commit-

A τοὺς ἐχθροὺς, καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν διωκόντων, ὁ μὴ ὢν πρότερον τοῦ ἐν οὐρανοῖς Πατρὸς ὕστερον αὐτοῦ γίνεται υἱός. Ὅτι δὲ διὰ τό (88)· Ἐν τούτῳ φανερά ἐστι τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ, καὶ τὰ ἔργα τοῦ διαβόλου, προειρημένον (89) περὶ μὲν τῶν τοῦ διαβόλου τέκνων, ὅτι *Ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστί*· περὶ δὲ τῶν τοῦ Θεοῦ, ὅτι *Πᾶς ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ Θεοῦ ἁμαρτίαν οὐ ποιεῖ, ὅτι σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ μένει, καὶ οὐ δύναται ἁμαρτάνειν, ὅτι ἐκ τοῦ Θεοῦ γεγέννηται*, σαφὲς, ὅτι πᾶς ἄνθρωπος, συμπεπληρωκὼς τὸν λόγον, ἤτοι τέκνον τοῦ Θεοῦ ἐστιν, ἢ τέκνον τοῦ διαβόλου· ἤτοι γὰρ ποιεῖ ἁμαρτίαν, ἢ ἁμαρτίαν οὐ ποιεῖ, οὐδενὸς ὄντος μεταξὺ τοῦ ποιεῖν ἁμαρτίαν καὶ τοῦ ἁμαρτίαν μὴ ποιεῖν· καὶ εἰ μὲν ποιεῖ ἁμαρτίαν, ἐκ τοῦ διαβόλου B ἐστίν· εἰ δὲ ἁμαρτίαν οὐ ποιεῖ, ἐκ τοῦ Θεοῦ γεγέννηται. Ἔχεται δὲ τῆς ἐν τούτοις περὶ τέκνων Θεοῦ καὶ τέκνων διαβόλου ἀποφάσεως τὰ ἐν τῇ αὐτῇ Ἐπιστολῇ λεγόμενα περὶ τῶν ὄντων ἐν τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν μὴ ἑωρακότων αὐτόν· *Πᾶς* γὰρ, φησὶν, *ὁ ἐν αὐτῷ μένων οὐχ ἁμαρτάνει· καὶ πᾶς* (90) *ὁ ἁμαρτάνων οὐχ ἑώρακεν αὐτόν*. Οὐκοῦν εἰ πᾶς ὁ ἐν αὐτῷ μένων οὐχ ἁμαρτάνει (91), ὁ ἁμαρτάνων οὐ μένει ἐν τῷ Υἱῷ· καὶ εἰ πᾶς ὁ ἁμαρτάνων οὐχ ἑώρακεν αὐτὸν, ὁ ἑωρακὼς αὐτὸν οὐχ ἁμαρτάνει. Ἅμα δὲ καὶ σημειώσεις (92) τί νοῶν ὁ Ἰωάννης εἶπε τό· *Πᾶς ὁ ἁμαρτάνων οὐχ ἑώρακεν αὐτὸν*, διὰ τό· *Ἑώρακεν αὐτὸν*, ὡς ἀεὶ δυναμένων εἶναι τῶν ὁρώντων τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐκ τοῦ ἑωρακέναι αὐτὸν με- C ταλαμβανόντων δυνάμεως πρὸς τὸ μηδαμῶς ἁμαρτάνειν. Ἔτι φήσεις, ὅτι, *Ὑμεῖς ποιεῖτε τὰ ἔργα τοῦ πατρὸς ὑμῶν*, ὁτὲ μὲν λέγοιτ' ἂν πρὸς τοὺς υἱοὺς τοῦ διαβόλου, ὁτὲ πρὸς τοὺς υἱοὺς τοῦ Θεοῦ. Οἱ μὲν γὰρ ἁμαρτάνοντες ποιοῦσι τὰ ἔργα τοῦ πατρὸς αὐτῶν διαβόλου· οἱ δὲ κατορθοῦντες ποιοῦσι τὰ ἔργα τοῦ Πατρὸς αὐτῶν Θεοῦ. Εἰκὸς δὲ ἐκ τούτων τινὰ κινηθήσεσθαι, μὴ ἄρα δύνηται (93) ὁ αὐτὸς, τῷ ποιεῖν ἀγαθὰ καὶ πονηρὰ ἔργα ἀνὰ μέρος, διὰ μὲν τὰ ἀγαθὰ τέκνον εἶναι Θεοῦ, διὰ δὲ τὰ ἐναντία τέκνον τοῦ διαβόλου. Ἀλλὰ τοῦτο πρὸς τῷ ἀλογώτατον εἶναι οὐ δηλοῦται ἀπὸ τῶν ῥητῶν. Ἀποφαίνεται γὰρ ὁ Ἰωάννης, ὅτι πᾶς ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ Θεοῦ ἁμαρτίαν οὐ ποιεῖ, ὅτι σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ μένει, καὶ οὐ δύναται ἁμαρτάνειν, ὅτι ἐκ τοῦ Θεοῦ D γεγέννηται. *Πᾶς* τοίνυν *ὁ γεννώμενος ἐκ τοῦ Θεοῦ ἁμαρτίαν οὐ ποιεῖ*· οὐ μὴν γέγραπται, ὅτι πᾶς ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ διαβόλου δικαιοσύνην οὐ ποιεῖ· ἀλλ' *Ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστί.* Πάλιν οὐχὶ ὥσπερ εἴρηται· *Ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστὶν*, οὕτως ἀναγέγραπται· Ὁ ποιῶν τὴν δικαιοσύνην ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστι. Καὶ πρόσχες ταῖς διαφοραῖς τῶν προτάσεων, τίνα τρόπον μετὰ

[71] I Joan. III, 8 et 10. [72] ibid. 9. [73] ibid. 10. [74] ibid. 6. [75] ibid. 41. [76] I Joan. III, 9. [77] ibid. 8.

(88) *Ὅτι δὲ διὰ τό*, etc. In codice Regio deest δέ. Ibidem non legit Ferrarius ἔργα, sed τέκνα, juxta I Joan. III, 10, quod rectum videtur.

(89) Codex Regius, male, προειρημένων.

(90) *Καὶ πᾶς*. In codice Regio deest καί.

(91) Codex Bodleianus, recte, ὁ ἐν αὐτῷ μένων οὐχ ἁμαρτάνει· Regius perperam habet ὁ ἐν αὐτῶν οὐχ ἁμαρτάνει.

(92) *Σημειώσεις*. Sic codex Bodleianus; Regius vero, σημειώση.

(93) *Δύνηται*. Sic codex Bodleianus; Regius vero, δύναται.

A πάσης ἀκριβείας τῷ Ἰωάννῃ εἴρηνται· ὥστ' ἂν θαυμάσαι τινὰ πῶς ἀλήπτως, καὶ, ὡς ἂν εἴποιέν τινες, διαλεκτικῶς ἐξήνεγκεν αὐτὰς, μὴ τὰ ὅμοια (94) προσενεγκάμενος περὶ τῶν ἐκ τοῦ διαβόλου, καὶ τῶν ἐκ τοῦ Θεοῦ· ὁμοίως δ' ἂν ἐξήνεγκεν, εἰ ἐπεποιήκει, ὥσπερ τό· *Ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστὶν*, οὕτως· Ὁ ποιῶν τὴν δικαιοσύνην ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστιν· ἢ εἰ (95) ὥσπερ ἀνέγραφεν, ὅτι *Πᾶς ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ Θεοῦ ἁμαρτίαν οὐ ποιεῖ*, ἐπεποιήκει τό· Πᾶς ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ διαβόλου δικαιοσύνην οὐ ποιεῖ. Μήποτε δὲ καὶ τῷ, *ἐστὶν*, εἰρημένῳ ἐπὶ τοῦ ἐκ τοῦ διαβόλου, μὴ χρησάμενος ἐπὶ τῶν ἐκ τοῦ Θεοῦ, ἢ τῷ, *γεγεννημένος*, ἀναγεγραμμένῳ ἐπὶ τῶν ἐκ τοῦ Θεοῦ, μὴ συγχρησάμενος ἐπὶ τῶν ἐκ τοῦ διαβόλου, πάνυ σοφώτατα ἐξέδωκεν; Ἐπῆρε γὰρ τὸν ἐκ τοῦ Θεοῦ γεγεννημένον τάξας ἐπ' αὐτοῦ· ὅπερ, εἰ καὶ ἐπὶ τοῦ ἐκ τοῦ διαβόλου εἴρητο, χεῖρον ἄν τι ἐνέφαινε (96) παρὰ τὸ, *Ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστίν*· ἀλλὰ καὶ εἴπερ ὡς ἐπὶ τοῦ ἐκ τοῦ διαβόλου ἔταξε τὸ, *ἐστὶ*, ἐπεποιήκει ἐπὶ τοῦ ἐκ τοῦ Θεοῦ, ἔλαττον ἂν περὶ τὸν ἐκ τοῦ Θεοῦ παρίστη, πολλῷ κρείττονος τυγχάνοντος τοῦ γεγεννῆσθαι ἐκ τοῦ Θεοῦ παρὰ τὸ εἶναι ἐκ τοῦ Θεοῦ. Φήσει δέ τις, ὅτι τινὰ τῶν κτισμάτων ἐστὶ μὲν ἐκ τοῦ Θεοῦ, οὐ μὴν γεγέννηται ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ πάντως ταῦτα ἐλάττονα ἔχει τάξιν ἐν τῷ παντὶ τῶν γεγεννῆσθαι λεγομένων ἐκ τοῦ Θεοῦ. Καὶ γενόμενός γε κατὰ τὴν διαφορὰν, τουτέστιν ἐκ τοῦ διαβόλου, ἢ γεγεννῆσθαι ἐκ τοῦ Θεοῦ, ζητήσεις μήποτ' ἐστί τις ὁ καὶ γεγεννημένος ἐκ τοῦ διαβόλου, ὅστις πάντως καὶ ἔστιν ἐκ τοῦ διαβόλου, οὐ πάντως τοῦ ὄντος, ἐκ τοῦ διαβόλου γεγεννημένου· καὶ πάλιν ἐστί τις ἐκ τοῦ Θεοῦ, οὐ πάντως καὶ γεγεννημένος ἐκ τοῦ Θεοῦ· οὐκέτι δὲ παντὸς τοῦ ὄντος ἐκ τοῦ Θεοῦ, γεγεννημένου ἐκ τοῦ Θεοῦ. Χαρακτηρίζεται μέντοι ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ Θεοῦ τῷ ἁμαρτίαν οὐ ποιεῖν, διὰ τὸ σπέρμα τοῦ Θεοῦ ἐν αὐτῷ μένειν, καὶ ἀπὸ τῆς ἐκείνου δυνάμεως ἐνυπαρχούσης αὐτῷ ἐγγινομένου τοῦ μηκέτι δύνασθαι ἁμαρτάνειν. Καὶ ἐν τοῖς τελευταίοις δὲ λέγεται τῆς Ἐπιστολῆς, ὅτι *Πᾶς ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ Θεοῦ οὐχ ἁμαρτάνει, ἀλλὰ ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ Θεοῦ τηρεῖ ἑαυτὸν, καὶ ὁ πονηρὸς οὐχ ἅπτεται αὐτοῦ*. Εἰ δὲ ὁ γεννηθεὶς ἐκ τοῦ Θεοῦ τηρεῖ ἑαυτὸν, καὶ ὁ πονηρὸς οὐχ ἅπτεται αὐτοῦ, ὁ μὴ τηρῶν ἑαυτὸν, ἵν' ὁ πονηρὸς αὐτοῦ μὴ ἅπτηται, οὐ γεγέννηται ἐκ τοῦ Θεοῦ· καὶ πᾶς οὗ ἅπτεται ὁ πονηρὸς, οὗτος οὐ γεγέννηται ἐκ τοῦ Θεοῦ· ἅπτεται δὲ ὁ πονηρὸς τῶν μὴ τηρούντων ἑαυτούς. Ἐπεὶ (97) δὲ τοῖς περὶ τοῦ Ἀβραὰμ, οὐδενὸς γενομένου μεταξὺ διαλείμματος, ἐπιφέρεται τό· *Ὑμεῖς ποιεῖτε τὰ ἔργα τοῦ πατρὸς ὑμῶν*, ἐζητοῦμεν μήποτε διὰ τὴν τῷ Ἀβραὰμ πρώτην δεδομένην ἐντολὴν τοῦτο ἀναγέγραπται. Ὁ πρῶτος δὲ χρηματισμὸς πρὸς αὐτὸν οὕτως ἔχει· *Ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου, καὶ ἐκ*

A tit, ex Deo est; vel si, quemadmodum scripserat: *Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non committit*, scripsisset: Omnis qui natus est ex diabolo, justitiam non committit. Annon etiam sapientissime admodum posuit verbum *est*, et vocabulum *genitus*; verbum *est* dictum de eo qui ex diabolo est, non ponens de his qui ex Deo sunt; et vocabulum *genitus* scriptum de his qui sunt ex Deo, non ponens de his qui sunt ex diabolo? Extulit enim eum qui ex Deo est, vocabulum *genitus* ponens de eo; quod si etiam de diabolo posuisset, pejus quiddam ostensurus erat quam si dixisset, *est ex diabolo*: atque etiam si posuisset verbum *est* de eo qui est ex Deo, quemadmodum posuit de eo qui ex diabolo est, minus ostensurus fuerat de eo qui ex Deo natus B est, cum longe melius sit genitum fuisse ex Deo quam ex Deo esse. **326** Sed dicet aliquis quasdam creaturas esse ex Deo, quæ omnino genitæ non sint ex Deo, hasque omnino inferiores esse omnibus quæ a Deo dicantur genita esse. Ac certe cum perveneris ad differentiam illam quæ est inter esse ex diabolo, et inter genitum esse ex Deo, quæres num forte aliquis sit qui etiam ex diabolo sit natus, cum omnino qui sit ex diabolo, non continuo etiam natus sit ex diabolo: et rursum num sit aliquis ex Deo, qui non etiam omnino ex Deo sit natus; cum si sit aliquis ex Deo, non omnino sit etiam natus ex Deo. Proinde formatur delineaturque qui natus est ex Deo, si peccatum non committat, eo quod semen C Dei in ipso maneat, et a potentia Dei in se exsistente ingenita vim habeat in posterum non peccandi. Dicitur etiam in extremo hujus Epistolæ: *Omnis qui natus est ex Deo, non peccat; sed qui genitus est ex Deo, servat seipsum, et malus non tangit eum* [78]. [(98) Quod si is qui ex Deo natus est, seipsum tuetur et servat, nec improbus, id est diabolus, ipsum attingit,] qui seipsum non servat, ne malo illo tangatur, non genitus est ex Deo; et omnis quem tangit malus, ille non genitus est ex Deo; tangit autem malus ille eos qui seipsos non servant. Quoniam vero iis quæ de Abraham dicta sunt, nullo facto intervallo, hoc infertur: *Vos facitis opera patris vestri* [79], quærebamus num forte propter primum Abrahæ datum mandatum hoc scriptum D sit. Primum namque divinum mandatum ad eum sic habet: *Egredere de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et vade ad terram quam ostendam tibi* [80]. Exivit ergo Abraham de domo patris sui, quod non fecisse convincuntur hi qui reprehenduntur eo quod non bene dixerint: *Pater noster Abraham est* [81]; nam si filii Abrahæ faciunt opera Abrahæ, et si primum opus est exire de terra sua, et de domo patris sui, et proficisci ad eam terram quam illi ostendit Deus, et hanc ob causam hi ad

[78] I Joan. v, 18. [79] Joan. viii, 41. [80] Gen. xii, 1. [81] Joan. viii, 39.

(94) Codex Bodleianus, καὶ τὰ ὅμοια, etc.
(95) Idem codex Bodleianus εἰ· Regius, ὅτι.
(96) Codex Bodleianus, εἴρητο, χεῖρον ἄν τι ἐνέφαινε· Regius, εἴρητο ἄν, τί ἐνέφαινε.
(97) Codex Bodleianus, Ἐπεὶ δὲ τοῖς περί· Regius et Barberinus, male, ἐπεὶ δὲ τοὺς περί.
(98) Hæc, a Ferrario prætermissa, e Perionio supplevimus.

quos est sermo, reprehenduntur tanquam qui non A sint filii Abrahæ, liquet eos idcirco reprehendi quia non exierint e domo patris sui, tanquam adhuc ad malum patrem (diabolum) pertinentes, atque adhuc patris illius opera facientes. **327** His a nobis hunc in contextum dictis, palam opinor eos convictos, qui hinc ostendi existimant filios diaboli ex creatione esse.

τῆς συγγενείας σου, καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου, καὶ ἄπελθε εἰς τὴν γῆν ἣν ἄν σοι δείξω. Ἐξῆλθεν οὖν Ἀβραὰμ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ὅπερ οὐ πεποιήκασιν οἱ ἐλεγχόμενοι, ἐπὶ τῷ μὴ ὑγιῶς εἰρηκέναι· *Ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἀβραάμ ἐστιν.* Εἰ γὰρ τὰ τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ ποιεῖ τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ, πρῶτον δὲ τῶν ἔργων ἐστὶ τὸ ἐξελθεῖν ἐκ τῆς γῆς ἑαυτοῦ, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας ἑαυτοῦ, καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς ἑαυτοῦ, καὶ ἀπελθεῖν εἰς τὴν γῆν ἣν δείκνυσιν αὐτῷ ὁ Θεός, καὶ διὰ τοῦτο οὗτοι πρὸς οὓς ὁ λόγος ἐλέγχονται ὡς οὐκ ὄντες τέκνα τοῦ Ἀβραάμ, δῆλον, ὅτι οὐκ ἐξεληλυθότες ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς ἑαυτῶν ὀνειδίζονται, ὡς ἔτι τοῦ πονηροῦ πατρὸς ὄντες, καὶ ἔτι ποιοῦντες τὰ ἐκείνου τοῦ πατρὸς ἔργα. Τούτων ἡμῖν εἰς τὸ ῥητὸν εἰρημένων, σαφῶς οἶμαι ἐλέγχεσθαι τοὺς νομίζοντας ἐντεῦθεν παρίστασθαι (99), ὅτι εἰσί τινες ἐκ κατασκευῆς υἱοὶ τοῦ διαβόλου.

14. *Dixerunt ergo illi: Nos ex stupro non sumus* B *nati; unum patrem habemus Deum* [81]. Quæro num forte Judæi illi qui dicuntur Domino credidisse, redarguti quod non sint filii Abraham, acerbius non respondeant illi, tecte innuentes Servatorem ex stupro natum fuisse: hoc suspicantes, ut probabile est, quod admissus non fuerit celebris atque divulgatus illius ortus ex Virgine. Admodum enim præter rationem atque præter rem de qua agitur, videntur mihi hæc verba ipsi effutisse, cum neque ad superiora, neque consequenter posterioribus dictum fuisse possit, ac ne simpliciter quidem intelligi illud, *nos ex stupro non sumus nati,* quod ipsi dixerunt. Quin etiam quoniam patrem suum dicebat Deum Servator, neminem hominem patrem sui ipsius confitens, probabile est ipsos illi dicto, C *nos ex stupro non sumus nati*, subjungere rursum infensos illud, *unum patrem habemus Deum*, tanquam si dicerent: Nos potius quam tu, habemus unum patrem Deum, qui te ortum dicis ex virgine, cum natus sis ex fornicatione; qui etiam dicis te unum solum Patrem habere Deum, quia jactes te natum ex virgine; fatentibus alioqui nobis Deum patrem, non tamen negantibus hominem etiam nos habere patrem. Sed dicet aliquis hæc sic intellecta non posse esse verba eorum Judæorum, qui illi crediderant. Ad quod dicendum est quod cum principio dictum fuisset illis illud; *Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis, et agnoscetis veritatem* [82], perinde ac possent manere in ser- D mone Jesu, et non manere, non difficillimum factu esse quosdam redargutos non mansisse in sermone ipsius; cumque non mansissent, acerbius et repugnanter illud dixisse: *Nos ex stupro non sumus nati; unum patrem habemus Deum.* Videntur autem mihi contentiosius quoque respondisse: cum enim

14. *Εἶπον οὖν αὐτῷ· Ἡμεῖς ἐκ πορνείας οὐ γεγεννήμεθα, ἕνα πατέρα ἔχομεν τὸν Θεόν.* Ζητῶ μήποτε, ἐλεγχθέντες ὡς οὐ τέκνα (1) τοῦ Ἀβραάμ, πικρότερον ἀποκρίνονται οἱ λεγόμενοι πεπιστευκέναι αὐτῷ Ἰουδαῖοι, παρακεκαλυμμένως αἰνισσόμενοι ἐκ πορνείας γεγεννῆσθαι τὸν Σωτῆρα, ὡς εἰκὸς τοῦτο ὑπονοοῦντες τῷ μὴ παραδέχεσθαι τὴν διαβόητον καὶ τεθρυλλημένην αὐτοῦ γέννησιν (2) ἐκ τῆς Παρθένου. Καὶ γὰρ πάνυ μοι φαίνεται ἄλογον ταῦτα αὐτοὺς ἀποῤῥίψαι τὰ ῥήματα πρὸς ἔπος· οὔτε γὰρ πρὸς τὰ πρότερα, οὔτε ἀκολούθως τοῖς ἑξῆς εἰρῆσθαι δύναται, ἢ ἁπλούστερον νοηθῆναι τό (3)· *Ἡμεῖς ἐκ πορνείας οὐ γεγεννήμεθα,* τὸ εἰρημένον ὑπ' αὐτῶν. Ἀλλὰ καὶ ἐπεὶ πατέρα ἴδιον ἔλεγε τὸν Θεὸν ὁ Σωτὴρ, οὐδένα ἄνθρωπον πατέρα εἶναι ἑαυτοῦ ὁμολογῶν διὰ τό· *Ἡμεῖς ἐκ πορνείας οὐ γεγεννήμεθα*, εἰκὸς αὐτοὺς ἐπιφέρειν πάλιν προσκρούοντας τό· *Ἕνα πατέρα ἔχομεν τὸν Θεόν*· ὡσεὶ ἔλεγον· Ἡμεῖς μᾶλλον ἕνα πατέρα ἔχομεν τὸν Θεὸν ἤπερ σὺ, ὁ φάσκων μὲν ἐκ παρθένου γεγεννῆσθαι, ἐκ πορνείας δὲ γεγεννημένος, καὶ διὰ τὸ αὐχεῖν τὸ ἐκ παρθένου γεγεννῆσθαι λέγων ἕνα πατέρα ἔχειν, μόνον τὸν Θεὸν, τῶν ὁμολογούντων (4) τὸν πατέρα Θεὸν, οὐκ ἀρνουμένων καὶ ἄνθρωπον πατέρα. Ἀλλ' ἐρεῖ τις, ὅτι αὐτὰ οὕτω νοούμενα οὐ δύναται εἶναι ῥήματα τῶν πεπιστευκότων αὐτῷ Ἰουδαίων. Καὶ πρὸς τοῦτο δὲ λεκτέον, ὅτι, εἰρημένου ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ πρὸς αὐτοὺς λόγου, τοῦ· *Ἐὰν ὑμεῖς μείνητε ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐμῷ, ἀληθῶς μαθηταί μου ἐστὲ, καὶ γνώσεσθε τὴν ἀλήθειαν*, ὡς καὶ δυναμένων αὐτῶν μένειν ἐν τῷ Ἰησοῦ λόγῳ, καὶ μὴ μένειν, οὐκ ἀδύνατον ἦν τινας ἐκ τῶν ἐλεγχομένων (5) μὴ μεμενηκέναι αὐτοῦ ἐν τῷ λόγῳ, καὶ μὴ μείναντας πικρότερον καὶ προσκρουστικῶς εἰρηκέναι τό· *Ἡμεῖς ἐκ πορνείας οὐ γεγεννήμεθα* (6), *ἕνα πατέρα ἔχομεν τὸν Θεόν.* Δοκεῖ δέ μοι, ὅτι καὶ φιλονεικότερον ἀπε-

[81] Joan. VIII, 41. [82] ibid. 31, 32.

(99) *Τοὺς νομίζοντας ἐντεῦθεν παρίστασθαι*, etc. Ii erant Valentiniani, qui τοὺς ὑλικοὺς diabolo prognatos fingebant, ad omne bonum ineptos, ad malum propensos, ad peccata natos et ad interitum; cui doctrinæ par illa fuit Gallorum quorumdam, qui ex male intellectis aliquibus Augustini in libro *De prædestinatione sanctorum* locis, liberi arbitrii ita infringebant vires, et gratiæ subsidium tam paucis largiebantur, ut quos Deus perditum iri præscivérit, eos etiam ad perditionem prædestinasse; quosque ad supplicium, eos etiam ad peccatum prædestinasse vellent. HUETIUS.

(1) *Ὡς οὐ τέκνα.* In editione Huetii deest οὐ, quod legitur in codice Bodleiano.

(2) Codex Bodleianus, γέννησιν· editio Huetii, γένεσιν.

(3) Codex Bodleianus, νοηθῆναι· Regius, νοηθείη.

(4) *Τῶν ὁμολογούντων.* Ferrarius legebat ἡμῶν ὁμολογούντων.

(5) Codex Bodleianus, ἐκ τῶν ἐλεγχομένων· Regius et Barberinus, ἐκ τῶν ἐλέγχων.

(6) Codex Bodleianus, γεγεννήμεθα· Regius, γεγενήμεθα.

κρίναντο· εἰπόντες γὰρ πρότερον· *Σπέρμα Ἀβραάμ ἐσμεν*, καὶ οἷον τοῦτο τρανότερον ὁμολογήσαντες διὰ τοῦ· *Ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἀβραάμ ἐστιν*, ἀκούσαντες πρὸς τοῦτο τό· *Εἰ τέκνα τοῦ Ἀβραάμ ἐστε, τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ ποιεῖτε*, μείζονα τοῦ Ἀβραὰμ ὁμολογοῦσιν ἑαυτῶν εἶναι τὸν πατέρα λέγοντες· *Ἕνα πατέρα ἔχομεν τὸν Θεόν*. Τάχα δὲ διὰ τὸ τῶν ἀνθρώπων τινὰς μὲν εἶναι ἐκ τοῦ διαβόλου, ἑτέρους δὲ γεγεννῆσθαι ἐκ τοῦ Θεοῦ, πάντας ἂν ὑγιῶς λέγοιμεν τοὺς μὴ γεγεννημένους ἐκ τοῦ Θεοῦ, ἐκ πορνείας γεγεννῆσθαι. Οὐ γὰρ ἐκ νύμφης, ἀλλ' ἐκ πόρνης τῆς ὕλης οὓς γεννᾷ (7) ὁ διάβολος ἢ ποιεῖ τοὺς ἐξ αὐτοῦ, οἵτινες καὶ τοῖς σωματικοῖς προσπεπονθότες, καὶ προσηλωμένοι κολλῶνται τῇ πόρνῃ ὕλῃ, γενόμενοι πρὸς αὐτὴν ἓν σῶμα, τῶν ἐκ τοῦ B Θεοῦ γεγεννημένων ἀφισταμένων τῆς πόρνης ὕλης, καὶ κολλωμένων τῷ Κυρίῳ, καὶ ἑνουμένων τῷ ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν Λόγῳ, καὶ τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ, ἣν ἔκτισεν ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ, ἵνα γένωνται πρὸς αὐτὴν ἓν πνεῦμα· *Ὁ μὲν γὰρ κολλώμενος τῇ πόρνῃ ἓν σῶμά ἐστιν· ὁ δὲ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ ἓν πνεῦμά ἐστιν.*

15. *Εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Εἰ ὁ Θεὸς πατὴρ ὑμῶν ἦν, ἠγαπᾶτε ἂν ἐμέ· ἐγὼ γὰρ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθον, καὶ ἥκω.* Ἐπείπερ οἱ τὰς φύσεις εἰσάγοντες (8) χρῶνται τῷ ῥήματι τούτῳ διηγούμενοι αὐτὸ, ὅτι Ὡς οἰκεῖον ἂν ὑμῶν καὶ ἀδελφὸν ἐπέγνωτέ με, ἀλλὰ καὶ ὡς ἴδιον ἠγαπήσατε ἂν ἐμὲ, εἰ ὁ Θεὸς πατὴρ ὑμῶν ἦν· ἐπαπορητέον οὕτως πρὸς αὐτούς· Ἦν ὅτε Παῦλος ἐμίσει τὸν Ἰησοῦν· ἐμίσει δὲ αὐτὸν C ὅτε ἐπόρθει, καὶ ἐδίωκε τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀληθεύων γε ἔλεγεν αὐτῷ ὁ πρῶτος χρηματισμός· *Σαοὺλ, Σαοὺλ, τί με διώκεις;* Εἶπεν οὖν (9) ἀληθὲς τό· *Εἰ ὁ Θεὸς πατὴρ ὑμῶν ἦν, ἠγαπᾶτε ἂν ἐμέ·* δῆλον, ὅτι καὶ τὸ τούτῳ ἀντιστρέφον ἐστὶν ὑγιές· Εἰ μὴ ἠγαπᾶτέ με, οὐχὶ ὁ Θεὸς πατὴρ ὑμῶν ἦν. Οὐκοῦν τῶν μὴ ἀγαπώντων τὸν Ἰησοῦν οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς πατήρ· Παῦλος δὲ ἦν ὅτε οὐκ ἠγάπα τὸν Ἰησοῦν· ἦν ἄρα καιρὸς ὅτε ὁ Θεὸς Παύλου πατὴρ οὐκ ἦν· οὐ φύσει ἄρα Παῦλος Θεοῦ υἱὸς ἦν, ἀλλ' ὕστερον γέγονε Θεοῦ υἱός· ὅτε καὶ ὑγιῶς ἂν προσελάβομεν (10) τὸ ἀκόλουθον τῷ ἡγουμένῳ τοῦ συνημμένου λέγοντος, ὅτι, Ἀλλὰ μὴν ὁ Θεὸς, ὦ Παῦλε, πατήρ σου ἐστίν· ἀγαπᾷς ἄρα τὸν Ἰησοῦν. D Ἀλλὰ καὶ πρὸ τῶν χρόνων τῆς πίστεως Παύλου ἀληθοῦς ὄντος τοῦ· *Εἰ ὁ Θεὸς πατὴρ ὑμῶν ἦν, ἀγαπᾶτε ἂν ἐμὲ*, ὑγιῶς ἦν προσλαβεῖν οἱονεὶ λέγοντα τὸν Ἰησοῦν. Ἀλλὰ μὴν ἐμὲ οὐκ ἀγαπᾷς· οὐκ ἄρα ὁ Θεὸς πατήρ σου ἐστὶν, ὦ Παῦλε. Πότε δὲ ὁ Θεὸς πατὴρ γίνεταί τινος, ἢ ὅταν τηρήσῃ τις τὰς ἐντολάς; δι' ἃς οὐ πρότερον ὤν τις υἱὸς τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς Πατρὸς γίνεται αὐτοῦ υἱός· ὅτε καὶ ὁ πατὴρ εἰς ἀναγέννησιν ἄγων τοῦτον, ὡς υἱὸς αὐτοῦ

A antea dixissent: *Semen Abrahæ sumus* [84], et quasi hoc manifestius confessi fuissent per illud : **328** *Pater noster Abraham est* [85], cum ad illud responderi audivissent : *Si filii Abrahæ estis, opera Abrahæ facite*, majorem Abrahamo suum ipsorum patrem fatentur dicentes : *Unum patrem habemus Deum* [86]. Ac fortassis eo quod aliqui homines sint ex diabolo, alii vero orti ex Deo, omnes recte diceremus qui geniti ex Deo non essent, ex stupro ortos fuisse. Non enim ex sponsa, sed ex meretrice materia gignit, vel creat diabolus eos qui ab ipso sunt: qui etiam immodice affecti, et affixi rebus corporalibus agglutinantur meretrici materiæ, facti cum ipsa unum corpus : cum hi qui ex Deo fuerint geniti, a meretrice materia recedant, atque etiam agglutinentur Domino, uniti Sermoni illi qui in principio erat apud Deum [87], et sapientiæ ipsius, quam creavit principium viarum suarum ad opera sua [88]; ut sint cum ipsa unus spiritus : *Qui enim agglutinatur meretrici, unum est corpus ; qui vero agglutinatur Domino, unus spiritus est* [89].

15. *Dixit illis Jesus : Si Deus pater vester esset, diligeretis utique me; ego enim ex Deo exivi, et venio* [90]. Quoniam qui naturas introducunt, utuntur hoc textu, enarrantes ipsum, [ac si dixisset Jesus :] Tanquam agnatum vobis ac fratrem agnovissetis me, atque veluti proprium dilexissetis me, si Deus pater vester esset; movenda sunt contra ipsos dubia hunc in modum : erat quando Paulus oderat Jesum ; eumque oderat, cum depopularetur et persequeretur Ecclesiam Dei, veraque narrans dicebat illi primum Dei oraculum : *Saule, Saule, quid me persequeris* [91] ? Si ergo verum est illud : *Si Deus pater vester esset, diligeretis utique me* [92], perspicuum est quoque illud, quod cum hoc convertitur, rectum esse : Si me non diligeretis, nequaquam Deus pater vester esset. Ergo Deus pater non est eorum qui non diligunt Jesum : cumque tempus fuerit quo Paulus non diligebat Jesum, sequitur quoque tempus fuisse quo Deus pater Pauli non erat; non ergo natura Paulus erat Dei filius, sed postea factus est Dei filius : quando etiam recte assumeremus id quod sequitur, illud quod præcedit conjunctum dicens : Atqui, o Paule, Deus pater est tuus, diligis ergo Jesum. Quin etiam ante tempora fidei Pauli, cum verum esset illud : *Si Deus pater* **329** *vester esset, diligeretis utique me*, recte assumere posset Jesus dicens: Atqui, o Paule, me non diligis, non ergo pater tuus Deus est. Quando autem Deus efficitur alicujus pater, nisi quando aliquis servaverit mandata ? quibus, cum antea non esset aliquis filius Patris cœlestis, efficitur ipsius filius;

[84] Joan. VIII, 33. [85] ibid. 39. [86] ibid. 41. [87] Joan. I, 2. [88] Prov. VIII, 22. [89] I Cor. VI, 16, 17. [90] Joan. VIII, 42. [91] Act. IX, 4.

(7) *Ὕλης οὓς γεννᾷ.* Ferrarius legebat, ὕλης γεννᾷ οὓς γεννᾷ.

(8) *Οἱ τὰς φύσεις εἰσάγοντες.* Valentiniani, quos tam sæpe vexat, quique aliquos Dei filios ita nasci sciscebant, ut filii diaboli fieri non possent, et e contrario : quique homines quosdam ab ortu esse πνευματικούς, alios ψυχικούς, alios ὑλικούς docebant, ut jam sæpe diximus. HUETIUS.

(9) *Εἶπεν οὖν.* Lego εἴπερ οὖν.

(10) Legebat Ferrarius προσλάβωμεν.

quando etiam pater ducens hunc ad regenerationem, quasi pater ipsius efficitur, et habetur ipsius pater. His adjungere possumus quæ in Evangelio secundum Matthæum scripta sunt hunc in modum [92]: *Audistis dictum esse: Diliges proximum tuum, et odio habebis inimicum tuum. At ego dico vobis: Diligite inimicos vestros, et orate pro his qui vos persequuntur, ut sitis filii Patris vestri qui in cœlis est.* Adhibe autem animum ad illud: *Ut sitis filii Patris vestri qui in cœlis est*, ostendens quod qui antea non est filius illius Patris qui est in cœlis, deinde illius efficiatur filius. Cumque diligenter observaveris illud *vestri*, quod additur vocabulo *Patris* (sic enim scriptum est, *ut sitis filii Patris vestri*), quæres utrum simplicius illud dictum sit, an peccantibus exemplaribus additum sit illud *vestri*. Nihil enim quæsissemus, si scriptum fuisset: *Ut sitis filii Patris* illius *qui in cœlis est*: et præsertim quoniam videntur hæc repugnare, ut aliquis sit filius non simpliciter Patris illius qui est in cœlis, sed sui patris: nam si est pater ipsius, non efficitur postea filius ipsius; sin vero ipsius filius efficitur, non erat antea ipsius pater. Illud simul observabis, eo quod ex his qui censentur credere, quidam servi Dei, rursum alii dicantur filii Dei, an forte non qualecunque mandatum, sed quædam per excellentiam præclare acta faciant aliquem, qui ea obierit, effici filium Dei. Quamobrem cum in Matthæo multa sint dicta, illud observa: *Ut sitis filii Patris vestri, qui in cœlis est*, quod subjungitur illis verbis: *Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, et orate pro his qui vos persequuntur.* Elucet enim similitudo erga Deum, atque imitatio ipsius diligentis omnia entia, et nihil abominantis eorum quæ fecit, et omnibus parcentis (quandoquidem ipsius Domini animarum amantis sunt omnia), in eo qui diligit inimicos suos, et precatur pro his qui persequuntur eum. Verum quomodo convenienter subjungeretur illud: *Ut sitis filii* **330** *Patris vestri qui in cœlis est*, illis verbis: *Dictum est: Ne committas adulterium: at ego dico vobis: Quicunque aspexerit mulierem ad concupiscendam eam, jam adulterium commisit in corde suo cum ea* [93], atque illis de perditione unius membrorum, ne totum corpus conjiciatur in gehennam? Quin etiam si post illud: *Dictum est antiquis: Non pejerabis, sed persolves Domino juramenta tua; at ego dico vobis: Ne juretis omnino* [94], subjungeretur: *Ut sitis filii Patris vestri qui in cœlis est* [95], multum profecto offendiculi ex se fecisset; nunc autem, ut ille Pater cœlestis exoriri solem facit super malos et bonos [96], sic unusquisque filiorum Dei dilectionem in semetipso veluti so-

A γίνεται, καὶ χρηματίζει (11) τοιούτου πατήρ. Ἔστι δὲ προσαχθῆναι εἰς ταῦτα ἀπὸ τῶν οὕτως ἐν τῷ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίῳ γεγραμμένων· *Ἠκούσατε, ὅτι ἐῤῥέθη· Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, καὶ μισήσεις τὸν ἐχθρόν σου. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν· Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν διωκόντων ὑμᾶς, ὅπως γένησθε υἱοὶ τοῦ Πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν οὐρανοῖς.* Πρόσχες γὰρ τῷ· *Ὅπως γένησθε υἱοὶ τοῦ Πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν οὐρανοῖς*, ἐμφαίνοντι, ὅτι οὐ πρότερόν τις ὢν υἱὸς τοῦ ἐν οὐρανοῖς Πατρὸς γίνεται αὐτοῦ υἱός. Ἐπιμελῶς δὲ τηρήσας καὶ περὶ τοῦ προσκειμένου τῷ, *τοῦ Πατρὸς*, ὅπερ ἐστὶν, *ὑμῶν* (γέγραπται γάρ· *Ὅπως γένησθε υἱοὶ τοῦ Πατρὸς ὑμῶν*)· ζητήσεις πότερον ἁπλούστερον εἴρηται, ἢ τῶν ἀντιγράφων ἡμαρτημένων πρόσ- B κειται τὸ, *ὑμῶν*· οὐδὲν γὰρ ἐζητήσαμεν ἄν, εἰ ἐγέγραπτο· *Ὅπως γένησθε υἱοὶ τοῦ Πατρὸς τοῦ ἐν οὐρανοῖς*· καὶ μάλιστα ἐπεὶ δοκεῖ μάχην περιέχειν τὸ γίνεσθαι υἱόν τινα οὐχ ἁπλῶς τοῦ ἐν οὐρανοῖς Πατρὸς, ἀλλὰ τοῦ ἰδίου Πατρός. Εἰ μὲν γὰρ αὐτοῦ πατήρ ἐστιν, οὐχ ὕστερον γίνεται αὐτοῦ υἱός· εἰ δὲ γίνεται αὐτοῦ υἱὸς, οὐκ ἦν αὐτοῦ πατήρ. Ἅμα δὲ ἐπιστήσεις διὰ τό τινας μὲν τῶν πεπιστευκέναι νομιζομένων λέγεσθαι δούλους τοῦ Θεοῦ, ἑτέρους δὲ χρηματίζειν αὐτοῦ υἱοὺς, μήποτε οὐχ ἡ τυχοῦσα ἐντολὴ, ἀλλά τινα κατ' ἐξαίρετον κατορθούμενα ποιοῦσι γενέσθαι υἱὸν Θεοῦ τὸν κατορθώσαντα. Πολλῶν γοῦν ἐν τῷ κατὰ Ματθαῖον εἰρημένων, παρατήρει τό· *Ὅπως γένησθε υἱοὶ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν οὐρανοῖς*, ὃ ἐπιφέ- C ρεται (12) τῷ· *Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν· Ἀγαπήσατε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν διωκόντων ὑμᾶς.* Καὶ γὰρ ἐμφαίνεται ἡ πρὸς Θεὸν ὁμοιότης καὶ μίμησις αὐτοῦ ἀγαπῶντος τὰ ὄντα πάντα, καὶ μηδὲν βδελυσσομένου ὧν ἐποίησε, καὶ φειδομένου πάντων (ἐπείπερ αὐτοῦ τοῦ φιλοψύχου δεσπότου ἐστὶ τὰ πάντα), ἐν τῷ ἀγαπῶντι τοὺς ἐχθροὺς ἑαυτοῦ, καὶ προσευχομένῳ ὑπὲρ τῶν διωκόντων αὐτόν. Πῶς δ' ἂν ἁρμοστὸν ἦν ἐπιφερόμενον τό· *Ὅπως γένησθε υἱοὶ τοῦ Πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν οὐρανοῖς*, τῷ· *Ἐῤῥέθη, Οὐ μοιχεύσεις· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι Πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ*, καὶ τοῖς περὶ τῆς ἀπωλείας ἑνὸς τῶν μελῶν, ὑπὲρ τοῦ μὴ ὅλον εἰς γέενναν ἀπελθεῖν τὸ σῶμα; Ἀλλὰ καὶ εἰ D ἐπεφέρετο (13) τῷ· *Ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις· Οὐκ ἐπιορκήσεις, ἀποδώσεις δὲ τῷ Κυρίῳ τοὺς ὅρκους σου· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ὀμόσαι ὅλως*· « *ὅπως γένησθε υἱοὶ τοῦ Πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς*, » πολλὴν ἂν αὐτόθεν ἐνεποίησε προσκοπήν· νυνὶ δὲ ὥσπερ ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς Πατὴρ ἀνατέλλει τὸν ἥλιον ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, οὕτως ἕκαστος τῶν υἱῶν (14)

[92] Matth. v, 43-45. [93] ibid. 27-29. [94] ibid. 33, 34. [95] ibid. 45. [96] ibid.

(11) *Καὶ χρηματίζει.* Sic codex Bodleianus; in codice autem Regio deest *καί.*

(12) Codex Bodleianus, ὃ ἐπιφέρεται· in codice Regio deest ὅ.

(13) *Ἀλλὰ καὶ εἰ ἐπεφέρετο*, etc. Hoc est, non parum apud auditores offendisset Christus, si verba illa: *Ut sitis filii Patris vestri qui in cœlis est*, illis subjunxisset: *Dictum est antiquis: Non pejerabis, sed persolves*, etc. Ratio est, quia ea verba similitudinem continent Patris et filiorum, Dei et hominum; at ea ex parte similes esse non possunt, quia Deus pejerare non potest, homines autem possunt, et sæpe faciunt. HUETIUS.

(14) Codex Regius, perperam, τὸν υἱόν· Bodleianus vero ut in nostro textu, et sic legit Ferrarius in suo codice.

τοῦ Θεοῦ, οἱονεὶ ἥλιον ἐν ἑαυτῷ τὴν ἀγάπην A ἔχων, ταύτην ἀνατέλλει καὶ ἐπὶ πονηρούς, ἐπὰν ἀγαπήσῃ τοὺς ἑαυτοῦ ἐχθρούς. Καὶ πάλιν ὥσπερ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους, οὕτως οἱονεὶ ὑετόν τινα τὴν προσευχὴν ὁ ἅγιος καταπέμπει ἐπὶ τοὺς κάτω που τυγχάνοντας, διὰ τὸ διώκειν αὐτόν, καὶ περὶ τῶν τοιούτων προσευχόμενος. Ταῦτα μὲν εἰς τὸ ὑποπεσὸν ἡμῖν τρανωθῆναι, τό· *Εἰ ὁ Θεὸς πατὴρ ὑμῶν, ἠγαπᾶτε ἂν ἐμέ.*

16. Ἴδωμεν δὲ καὶ τό· *Ἐγὼ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθον, καὶ ἥκω·* εἰς ὃ χρήσιμόν μοι φαίνεται παραθέσθαι τὸ ἐκ Μιχαίου οὕτως ἔχον· *Ἀκούσατε, λαοί, λόγους, καὶ προσεχέτω ἡ γῆ, καὶ πάντες οἱ ἐν αὐτῇ, καὶ ἔσται Κύριος ἐν ὑμῖν εἰς μαρτύριον, Κύριος ἐξ οἴκου ἁγίου αὐτοῦ· διότι ἰδοὺ Κύριος ἐκπορεύεται ἐκ τοῦ τόπου ἑαυτοῦ, καὶ καταβήσεται,* B *καὶ ἐπιβήσεται ἐπὶ τὰ ὕψη τῆς γῆς, καὶ σαλευθήσεται τὰ ὄρη ὑποκάτωθεν αὐτοῦ, καὶ αἱ κοιλάδες τακήσονται ὡς κηρὸς ἀπὸ προσώπου πυρός, καὶ ὡς ὕδωρ καταφερόμενον ἐν καταβάσει·* καὶ ὅρα μήποτε ἰσοδυναμεῖ τό· *Ἐξῆλθον παρὰ τοῦ Θεοῦ,* τῷ· *Κύριος ἐκπορεύεται ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ·* ἐπεὶ ὅτε ὁ Υἱὸς ἐν τῷ Πατρί ἐστιν, ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, πρὶν ἑαυτὸν κενῶσαι, οἱονεὶ τόπος αὐτοῦ ἐστιν ὁ Θεός· καὶ εἴ τίς γε νοῆσαι τὸν πρὸ τοῦ κενῶσαι ἑαυτὸν ἐν τῇ προηγουμένῃ ὑπάρχοντα Θεοῦ μορφῇ, ὄψεται τὸν μηδέπω ἐξεληλυθότα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ Υἱὸν αὐτοῦ, καὶ Κύριον τὸν μηδέπω ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ τόπου ἑαυτοῦ· ἐπὰν δὲ ἐκείνῃ τῇ καταστάσει τοῦ Υἱοῦ συγκρίνῃ τὴν ἐκ τοῦ ἀνειληφέναι τὴν τοῦ δούλου μορφὴν ἑαυτὸν κενώσαντα, συνήσει πῶς ὁ C Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθε, καὶ ἧκε πρὸς ἡμᾶς, καὶ οἱονεὶ ἔξω γεγένηται τοῦ πέμψαντος αὐτόν· εἰ καὶ κατ' ἄλλον τρόπον οὐκ ἀφῆκεν αὐτὸν μόνον ὁ Πατήρ, ἀλλὰ μετ' αὐτοῦ ἐστι, καὶ ἔστιν ἐν τῷ Υἱῷ, ὥσπερ καὶ αὐτὸς ἐν τῷ Πατρί. Καὶ εἰ μὴ κατ' ἄλλον γε τρόπον νοήσαις εἶναι τὸν Υἱὸν ἐν τῷ Πατρί, ὡς ἦν πρὶν ἐξέλθῃ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, δόξει περιέχειν μάχην τὸ καὶ ἐξεληλυθέναι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ εἶναι τὸν ἐξεληλυθότα ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, ἔτι ἐν τῷ Θεῷ. Ἄλλοι δὲ τό· *Ἐξῆλθον ἀπὸ τοῦ Θεοῦ,* διηγήσαντο ἀντὶ τοῦ, Γεγέννημαι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ· οἷς ἀκολουθεῖ ἐκ τῆς οὐσίας φάσκειν τοῦ Πατρὸς γεγεννῆσθαι τὸν Υἱόν, οἱονεὶ μειουμένου, καὶ λείποντος τῇ οὐσίᾳ, ᾗ πρότερον εἶχε, τοῦ Υἱοῦ, ἐπὰν ἐγέννησε τὸν Υἱόν· ὡσεὶ νοῆσαι τις τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἐγκυμόνων. Ἀκολουθεῖ δὲ αὐτοῖς D καὶ σῶμα λέγειν τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν, καὶ διῃρῆσθαι τὸν Πατέρα, ἅπερ ἐστὶ δόγματα ἀνθρώπων, μηδ' ὄναρ φύσιν ἀόρατον καὶ ἀσώματον πεφαντασμένων, οὖσαν κυρίως οὐσίαν· οὗτοι δὲ δῆλον ὅτι ἐν σωματικῷ τόπῳ δώσουσι τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱὸν τόπον ἐκ τόπου ἀμείψαντα σωματικῶς ἐπιδεδημηκέναι τῷ βίῳ, καὶ οὐχὶ κατάστασιν ἐκ καταστάσεως, ὥσπερ ἡμεῖς ἐξειλήφαμεν.

17. *Οὐδὲ γὰρ ἀπ' ἐμαυτοῦ ἐλήλυθα, ἀλλ' ἐκεῖνός με ἀπέστειλε.* Ταῦτα νομίζω λέγεσθαι, ὥς τινων ἀφ' ἑαυτῶν ἐρχομένων, καὶ μὴ ἀπεσταλμένων

lem habens, hanc exoriri facit etiam super malos, cum suos ipsius dilexerit inimicos. Ac rursum quemadmodum pluit Deus super justos et injustos [97], ita sanctus, veluti pluviam quamdam demittit precationem super eos qui deorsum degunt, eo quod illum persequebantur, pro talibus etiam orans. Hæc quidem in illud, quod mihi explanandum incidit: *Si Deus pater vester esset, diligeretis utique me* [98].

16. Videamus vero et illud: *Ego ex Deo exivi, et venio* [99], cum quo conferre illud Michææ utile videtur sic habens: *Audite, populi, sermones, et attendat terra, et omnes qui in ea sunt, et erit Dominus testis contra vos, Dominus, inquam, de domo sancta sua. Ecce egreditur Dominus de loco suo, et descendet, et calcabit super excelsa terræ, et commovebuntur montes sub illo, et valles liquescent sicut cera a facie ignis, et sicut aqua quæ descendens per præceps defertur* [1]; et vide an forte æquipolleat illud: *Exivi a Deo*, cum illo: *Dominus egreditur de loco suo*, quoniam quando Filius in Patre est, in forma Dei exsistens, antequam seipsum inaniat, veluti locus ipsius est Deus; et si quis consideret ipsum exsistentem in principali illa Dei forma, videbit nondum egressum a Deo Filium ipsius, et Dominum nondum egredientem de loco suo; cum vero cum hoc statu contulerit statum illius qui seipsum inanivit, ex eo quod formam servi assumpserit, intelliget quomodo Filius Dei exierit, et venerit ad nos, ac **331** veluti extra eum qui misit illum, factus fuerit; etiamsi alio modo non dimiserit illum solum Pater, sed est cum ipso qui etiam est in Filio, quemadmodum Filius est in Patre. Sin vero non consideraveris alio modo esse Filium in Patre quam erat antequam exiret a Deo, videbitur repugnare egressum esse a Deo, et egressum a Deo esse adhuc in Deo. Cæterum alii illud: *Exivi a Deo*, exposuerunt pro eo quod est, Genitus sum ex Deo: quos sequitur Filium dicere ex substantia genitum fuisse Patris, veluti diminuti, et carentis substantia Filii quam ante habebat, quando generavit Filium: tanquam si consideraret aliquis hoc etiam in prægnantibus. Consequitur autem illos dicere Patrem et Filium corpus esse, ac Patrem dividi: quæ dogmata hominum sunt eorum qui ne per somnium quidem rerum quæ animo cernuntur, et incorpoream naturam (quæ proprie est substantia) imaginati sunt: unde etiam perspicuum est hos in corporali loco Patrem esse daturos, et Filium immutato loco, ex loco ad hanc vitam devenisse, nec mutasse statum ex statu, ut nos interpretati sumus.

17. *Neque enim a memetipso veni, sed ille me misit* [2]. Hæc arbitror dici perinde quasi a semetipsis veniant quidam, non missi a Patre, doctrinam, vel

[97] Matth. v, 45. [98] Joan. viii, 42. [99] ibid. [1] Mich. i, 2-4. [2] Joan. viii, 42.

prophetiam promittentes. Atque de talibus quidem hominibus docemur a Jeremia, apud quem scriptum est: *Non mittebam prqphetas, et ipsi currebant* [3]. An vero potentiæ etiam aliquæ non missæ a Patre venerint ad homines, notabis, et an aliquæ inter ipsas egressæ sint a Deo, et idcirco peccarint, quia missæ non fuerint ab ipso. Nec prætereundus est locus absque indagine de sermone animæ; nam fortassis Jesu anima in sua ipsius perfectione exsistens, in Deo et in plenitudine erat; et inde egressa, quia missa fuerat a Patre, assumpsit corpus ex Maria; aliæ vero non sic exierunt a Deo, hoc est non a Deo missæ, neque a divina voluntate præmissæ.

332 18. *Quare dicta mea non agnoscitis? quia non potestis audire sermonem meum* [4]. Vos, inquit, non posse sermonem meum audire in causa est, cur dicta mea non agnoscatis. Unde primum comparanda nobis est vis audiendi divinum sermonem, ut deinde omnia Jesu dicta agnoscere possimus; licet enim illi qui antea non valebat audire sermones Jesu, postea eo pervenire, ut possit audire illos; quoniam quandiu non medicaverit alicujus auditum Sermo ac Filius Dei dicens surdo [5], *Adaperire*, non potest ille audire. Simul atque autem solutum fuerit vinculum, quod occasionem præbebat surditatis, tunc audire quis poterit Jesum; quando etiam cognoscere potest ipsius dicta. Alioquin dicant nobis illi qui existimant hisce verbis constitui dogma de naturis, utrum poterant illi quibus medicatus est postea, surdi adhuc exsistentes audire, an non? Sed cum liqueat eos non potuisse, perspicuum est licere immutari ab impotentia audiendi sermones Jesu, ad audiendum illos, et propter naturam incurabiliter habentem, quando non potest aliquis audire; suntque hæc potissimum dicenda his qui ab Ecclesiæ decretis dissident, gaudentes allegoriis, et sanationum historiam reducentibus ad curationem animæ, quam Jesus liberat ab omni morbo et ab omni mollitie. Arbitror vero ego vocabulum *audire* positum nunc esse pro intelligere quæ dicuntur; vocabulum vero *agnoscere*, pro eo qui percipiens assentitur, illustratus luce cognoscendi ea. Sane Heracleon suspicatur causam reddi cur ipsi audire non possint Jesu sermones, neque illius dicta cognoscere, per illud: *Vos ex patre diabolo estis*, istisque verbis in-

A ἀπὸ τοῦ Πατρός. Περὶ μὲν οὖν ἀνθρώπων τοιούτων, διδασκαλίαν ἢ προφητείαν ὑπισχνουμένων, διδασκόμεθα καὶ ἀπὸ τοῦ Ἱερεμίου (15), ἔνθα γέγραπται· *Οὐκ ἀπέστελλον τοὺς προφήτας, καὶ αὐτοὶ ἔτρεχον.* Εἰ δὲ καὶ δυνάμεις τινὲς μὴ ἀποστελλόμεναι ἀπὸ τοῦ Πατρὸς ἔρχονται πρὸς ἀνθρώπους ἐπιστήσεις, καὶ εἴ τινες ἐν αὐταῖς εἰσιν ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐξεληλυθυῖαι, καὶ τούτῳ ἡμαρτηκυῖαι, τῷ μὴ ἀπεστάλθαι ἀπ' αὐτοῦ. Οὐκ ἀζήτητον δὲ ἐατέον τὸν τόπον καὶ εἰς τὸν περὶ ψυχῆς λόγον· τάχα γὰρ ἡ μὲν τοῦ Ἰησοῦ (16) ψυχὴ ἐν τῇ ἑαυτῆς τυγχάνουσα τελειότητι, ἐν Θεῷ καὶ τῷ πληρώματι ἦν· καὶ ἐκεῖθεν ἐξεληλυθυῖα τῷ ἀπεστάλθαι ἀπὸ τοῦ Πατρὸς ἀνέλαβε τὸ ἐκ τῆς Μαρίας σῶμα· ἄλλαι δὲ οὐχ οὕτως ἐξῆλθον ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, τουτέστιν οὐκ ἀπεσταλμέναι, οὐδὲ ὑπὸ τοῦ θείου βου-
B λήματος προπεμφθεῖσαι.

18. *Διὰ τί τὴν λαλιὰν τὴν ἐμὴν οὐ γινώσκετε; ὅτι οὐ δύνασθε ἀκούειν τὸν λόγον τὸν ἐμόν.* Αἴτιον, φησὶν, ἐστὶ τοῦ ὑμῖν μὴ γινώσκεσθαι τὴν ἐμὴν λαλιὰν, τὸ μὴ δύνασθαι ὑμᾶς ἀκούειν τοῦ λόγου μου. Πρότερον οὖν δύναμιν περιποιητέον ἀκουστικὴν τοῦ θείου λόγου, ἵνα μετὰ τοῦτο οἷοί τε γενώμεθα καὶ γινώσκειν πᾶσαν τὴν Ἰησοῦ λαλιάν· ἔξεστι γὰρ, πρότερον οὐ δυνάμενον ἀκούειν τῶν λόγων Ἰησοῦ, ὕστερον φθάνειν ἐπὶ τὸ ἀκούειν δύνασθαι αὐτῶν· ἐπεὶ καὶ ὅσον μὲν οὐδέπω ἰάθη τις τὰς ἀκοὰς ἀπὸ τοῦ Λόγου τοῦ λέγοντος τῷ κωφῷ· *Διανοίχθητι*, οὐ δύναται ἀκούειν· ἐπὰν δὲ λυθῇ ὁ αἴτιος τῆς κωφότητος σύνδεσμος, τότε ἀκούειν τις οἷος ἔσται τοῦ Ἰησοῦ· ὅτε καὶ γινώσκειν δύναται αὐτοῦ τὴν λαλιάν. Ἢ λε-
C γέτωσαν ἡμῖν οἱ νομίζοντες καὶ διὰ τοῦτο συνίστασθαι τὸν περὶ φύσεως λόγον (17), πότερον ἐδύναντο ἔτι κωφοὶ ὄντες ἀκούειν, οὓς ὕστερον ἰάσατο, ἢ οὐκ ἐδύναντο; Σαφοῦς δὲ ὄντος τοῦ οὐκ ἐδύναντο, δῆλον, ὅτι ἔξεστι μεταβαλεῖν ἀπὸ τοῦ μὴ δύνασθαι ἀκούειν τῶν Ἰησοῦ λόγων ἐπὶ τὸ ἀκούειν αὐτῶν, καὶ οὐ διὰ φύσιν ἀνιάτως ἔχουσαν, ὅτε οὐ δύναταί τις ἀκούειν· καὶ μάλιστα ταῦτα προσακτέον τοῖς ἑτεροδόξοις, χαίρουσι ταῖς ἀλληγορίαις, καὶ ἀνάγουσι τὴν περὶ τῶν ἰάσεων ἱστορίαν ἐπὶ τὰς τῆς ψυχῆς θεραπείας, ἀπολυομένης ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ πάσης νόσου, καὶ πάσης μαλακίας. Νομίζω δὲ τὸ μὲν *ἀκούειν*, νῦν ἐπὶ τοῦ συνιέναι τάσσεσθαι τῶν λεγομένων· τὸ δὲ *γινώσκειν* ἐπὶ τοῦ καταλαμβάνοντα συγκατατίθεσθαι τῷ φωτὶ τῆς περὶ
D τῶν λεγομένων γνώσεως πεφωτισμένων (18). Ὁ μέντοιγε Ἡρακλέων ὑπολαμβάνει αἰτίαν ἀποδίδοσθαι τοῦ μὴ δύνασθαι αὐτοὺς ἀκούειν τὸν Ἰησοῦ λόγον, μηδὲ γινώσκειν αὐτοῦ τὴν λαλιὰν ἐν τῷ· *Ὑμεῖς ἐκ*

[3] Jerem. XXIII, 21. [4] Joan. VIII, 43. [5] Marc. VII, 34.

(15) Codex Regius, Ἱερεμία.

(16) Idem cod. Regius, τοῦ Υἱοῦ. Sæpe animadvertimus Origenem animas ante corpora conditas credidisse. Huic doctrinæ consectarium est animam Christi ante corpus illius conditam quoque fuisse. Hoc dogmate inductum fuisse Eutychem suspicari se dicit Leo papa epist. 2 ad Julianum Coensem, ut duas in Christo πρὸ τῆς ἑνώσεως naturas statueret, quasi animam Christi exstitisse, priusquam carni illigaretur, persuasum habuerit. Animam autem Christi tunc in sua perfectione fuisse dicit Origenes, idcirco quod arctissimo amoris vinculo ita Deo tunc adhærebat, ut unus cum eo spiritus efficeretur, quemadmodum fusius ipse declarat lib. II *De principiis*, cap. 6, et nos in *Origenianis*, lib. II, quæst. 3, num. 6 et seq. HUETIUS.

(17) *Τὸν περὶ φύσεως λόγον.* Legendum fortasse φύσεων. Supra initio numeri 15, οἱ τὰς φύσεις εἰσάγοντες, et ita Ferrarius. At Origenes tamen in *Epist. ad Rom.*, cap. XXIV *Philocaliæ*: Κἂν πιθανώτατα ἐκράτουν οἱ παρεισάγοντες τὸν περὶ φύσεως ἄτοπον λόγον. ID.

(18) *Πεφωτισμένων.* In margine codicis Bodleiani legitur ex conjectura πεφωτισμένον.

τοῦ πατρὸς τοῦ διαβόλου ἐστέ. Αὐταῖς γοῦν λέξεσί φησι· « Διὰ τί οὐ δύνασθε ἀκούειν τὸν λόγον τὸν ἐμόν; ἢ ὅτι ὑμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς τοῦ διαβόλου ἐστέ· » (ἀντὶ τοῦ, ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ διαβόλου,) φανερῶν (19) αὐτοῖς λοιπὸν τὴν φύσιν αὐτῶν, καὶ προελέγξας αὐτούς, ὅτι οὔτε τοῦ Ἀβραάμ εἰσι τέκνα, οὐ γὰρ ἂν ἐμίσουν αὐτόν· οὐδὲ τοῦ Θεοῦ, διὸ οὐκ ἠγάπων αὐτόν. Καὶ εἰ μὲν τό· *Ὑμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς τοῦ διαβόλου ἐστέ*, ἐξεδέχετο, ὡς ἐν τοῖς ἀνωτέρω διηγησάμεθα, καὶ ἔλεγε· Διὰ τὸ ἔτι ὑμᾶς εἶναι ἐκ τοῦ διαβόλου, οὐ δύνασθε ἀκούειν τὸν λόγον τὸν ἐμὸν, κἂν παραδεξάμεθα αὐτοῦ τὴν διήγησιν· νυνὶ δὲ δῆλός ἐστιν ὁμοουσίους τινὰς τῷ διαβόλῳ λέγων ἀνθρώπους, ἑτέρας, ὡς οἴονται οἱ ἀπ' αὐτοῦ, οὐσίας τυγχάνοντι παρ' οὓς καλοῦσι ψυχικοὺς, ἢ πνευματικούς.

19. *Ὑμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς τοῦ διαβόλου ἐστὲ, καὶ τὰς ἐπιθυμίας τοῦ πατρὸς ὑμῶν θέλετε ποιεῖν.* Ἀμφίβολος ἡ λέξις ἐστὶ (20)· δηλοῦται γὰρ ἀπ' αὐτῆς ἓν μὲν, ὡς ἄρα ἔχει ὁ διάβολος πατέρα, ἐξ οὗ πατρὸς, ὅσον ἐπὶ τῷ ῥητῷ, ἐμφαίνονται εἶναι οὗτοι πρὸς οὓς ὁ λόγος· ἕτερον δὲ, ὃ βέλτιόν ἐστιν, ὅτι ὑμεῖς ἐκ τοῦδε τοῦ πατρός ἐστε, καθ' ὃν κατηγορεῖται τὸ, διάβολος. Ἀμφίβολον μὲν οὖν ἂν τὸ λεγόμενον, καὶ εἴπερ εἴρητο τὸ πρότερον ἄρθρον τὸ, *τοῦ*· πλὴν μᾶλλον ἀνεφαίνετο σαφέστερον τὸ βούλημα τοῦ ῥητοῦ. Μέντοιγε ὁ συναγορεύων τὸ εἶναί τινα τοῦ διαβόλου πατέρα, οὗ υἱοὺς δόξει λέγειν τοὺς πρὸς οὓς ὁ λόγος ἐστὶ, χρήσεται τῷ ἐπιφερομένῳ οὕτως (21) ἔχοντι· *Ὅταν λαλῇ τὸ ψεῦδος, ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ, ὅτι ψεύστης ἐστὶ, καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ*· καὶ φησὶ (22) ψεῦδος μὲν εἶναι τὸν διάβολον, ἄλλον δὲ παρὰ τοῦτον εἶναι τὸν τοῦ ψεύδους πατέρα· ἀλλ' οὐχ ὑγιῶς τοῦτο λεχθήσεται· μᾶλλον γὰρ τὸ ψεῦδος ἐφαρμόσει τῷ ἐναντίῳ τοῦ εἰπόντος· *Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια*· λέγω δὲ τῷ ἐναντίῳ Χριστοῦ, ᾧ (23) ψεύστης ἐστὶν ὁ πατὴρ, ὁ διάβολος ὤν. Ἀλλ' εἰκός τινα προσκόψειν τῷ ψεῦδος εἶναι τὸν ἀντίχριστον, οὐκ ἔτι ψεκτὸν ἐσόμενον, ἐὰν τῇ ὑποστάσει ἕτερον μηδὲν ψεῦδος ᾖ· πρὸς ὃν παραθέμενος τό· *Ἀπώλεια ἐγένου, καὶ οὐχ ὑπάρξεις εἰς τὸν αἰῶνα*, (εἰρημένον ἐν τῷ Ἰεζεκιὴλ περί τινος διὰ τὴν κακίαν μεταβεβληκότος εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸν ἀπώλειαν,) καθ' ὁμοιότητα παραμυθήσῃ (24) καὶ τὸ περὶ τοῦ ψεύδους οὐκ εἶναί τινα (25) τῇ ὑποστάσει ἐκ κατασκευῆς, ἀλλὰ ἐκ μεταβολῆς, καὶ ἰδίας προαιρέσεως, τοιοῦτον δὲ γεγεννημένον, καὶ οὕτως, ἵνα καινῶς ὀνομάσω, πεφυσιωμένον. Οὐ φεύγων (26) γοῦν τις ὡς ἄτοπον τὸ φάσκειν εἶναι ψεῦδος τὸν ἀντίχριστον, ἐρεῖ καὶ πᾶσιν ἐφαρμόζειν τοῖς ψευδομένοις τό· *Ὅταν λαλῇ τὸ ψεῦδος, ἐκ τῶν*

A quit: « Quare autem non potestis audire sermonem meum, an quoniam vos ex patre diabolo estis? (pro eo quod est, ex essentia diaboli) manifestans de cætero naturam ipsorum, cum prædixisset ipsos neque Abraham esse filios, haud enim odio persequerentur illum; neque Dei, ex quo non diligebant illum. Cæterum si illud, *vos ex patre diabolo estis*, exposuisset, ut in superioribus exposuimus nos, et dixisset: Quia adhuc ex diabolo estis, non potestis audire sermonem meum, admisissemus etiam illius enarrationem; nunc **333** autem aperte dicit quosdam homines esse [ὁμοουσίους, hoc est] ejusdem substantiæ cum diabolo, qui alterius est substantiæ, ut existimant illius etiam sectatores, ab his quos vocant animales, B vel spirituales.

19. *Vos ex patre diabolo estis, et desideria patris vestri vultis facere* [45, 45]. Ambiguus est contextus: [proinde quoque duplex ex eo elici potest sensus;] alter, quasi diabolus habeat patrem, ex quo patre, quantum ad contextum attinet, ostendantur hi esse, ad quos est sermo; alter, qui etiam melior est, Vos ex hoc patre estis, de quo prædicatur *diabolus*. Atque ambiguus quidem futurus erat hic contextus, si etiam, omisso primo articulo τοῦ, dictum fuisset *ex patre*, et non *ex illo patre*; attamen apertius apparuisset voluntas contextus. Et quidem qui faveret credenti esse aliquem diaboli patrem, cujus filios videatur dicere hos ad quos est sermo, verbis C quæ subjunguntur usurus est sic se habentibus: *Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quoniam mendax est, et pater ejus* [46]; dicetque mendacium esse diabolum, diversum vero ab hoc esse mendacii patrem: sed non recte hoc diceretur; nam magis conveniet mendacium contrario dicentis: *Ego sum veritas* [47]; dico autem contrario Christi, cui mendax est pater, qui diabolus est. Sed consentaneum est aliquem offensum iri, eo quod diximus Antichristum esse mendacium, vituperabilem non amplius futurum, si hypostasi et essentia nil aliud sit mendacium; contra quem cum attuleris in medium illud: *Perditio factus es, et non eris in sæculum* [48] (quod in Ezechiele dictum est de quodam qui propter vitium immutatus fuerat, ut esset ipsa D perditio), tu similiter etiam proferes aliquem non esse natura mendacium, ex creatione, sed ex mutatione, et proprio proposito talem factum fuisse, et sic, ut nove dicam, naturatum. Quamobrem non fugiens quis ceu absurdum dicere Antichristum mendacium esse, dicet omnibus etiam congruere

[45, 45] Joan. VIII, 44. [46] ibid. [47] Joan. XIV, 6. [48] Ezech. XXVIII, 19.

(19) Codex Bodleianus, φανερῶν· Regius, male φανερόν.

(20) *Ἀμφίβολος ἡ λέξις ἐστί*, etc. Ambigua sunt Græca, ἐκ τοῦ πατρὸς τοῦ διαβόλου ἐστέ, hoc est, *a patre diabolo estis*, vel, *a patre diaboli estis*. Latina autem nullam habent ambiguitatem. HUETIUS.

(21) *Οὕτως*. Deest in codice Regio, sed legitur in Bodleiano.

(22) *Φησί*. Ferrarius legebat φήσει.

(23) *Ἐναντίῳ Χριστοῦ, ᾧ*. Ita codex Bodleianus, et sic legit Ferrarius; codex vero Regius, ἀντιχρίστῳ, οὗ.

(24) Codex Regius, παραμυθήσει.

(25) *Οὐκ εἶναί τινα*. In codice Regio deest οὐκ.

(26) *Οὐ φεύγων*. In eodem codice Regio deest οὐ.

mentientibus hoc dictum : *Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur*[49]. Cum enim mendacium, quod in singulis mentientibus inest, loquitur, ex propriis mendaciis loquitur. Quin etiam si hæc verba : *Mendax est, et pater ejus*[50], eo referas, ut unumquemque proferentem mendacium ex suo ipsius ore, dicas esse patrem ejus mendacii quod loquitur, hujusmodi sane assignatio absurda non erit. Sed dicta hæc **334** sunto veluti adjacentia amphiboliæ contextus nobis expositi.

28. *Ἀπεκρίθησαν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ εἶπαν αὐτῷ· Οὐ καλῶς λέγομεν ἡμεῖς, ὅτι Σαμαρείτης εἶ σὺ, καὶ δαιμόνιον ἔχεις;* Εἰκὸς, ὅτι ταῦτα πολλάκις, κατὰ τὸ σιωπώμενον, πρὸς ἀλλήλους ἔλεγον περὶ τοῦ Σωτῆρός τινες, Σαμαρείτην μὲν αὐτὸν ὀνομάζοντες, ὡς παραχαράσσοντα Ἰουδαϊκὰ, παραπλησίως τοῖς Σαμαρείταις· *Οὐ γὰρ συγχρῶνται Ἰουδαῖοι Σαμαρείταις*, ἐν πολλοῖς διαφωνοῦντες δόγμασι παρ' ἐκείνους· ἄξιον δέ ἐστι ζητῆσαι πῶς (16), Σαμαρειτῶν τὸν μέλλοντα αἰῶνα ἀρνουμένων, καὶ μηδὲ τὴν B τῆς ψυχῆς ἐπιδιαμονὴν (17) προσιεμένων, τὸν Σωτῆρα ἐτόλμησαν εἰπεῖν, περὶ ἀναστάσεως καὶ κρίσεως πλεῖστα ὅσα διδάξαντα, Σαμαρείτην εἶναι (18). Ἀλλὰ μήποτε ὡς λοιδοροῦντες αὐτὸν τοῦτο λέγουσι, καὶ οὐ πάντως τὰ αὐτὰ ἐκείνοις δογματίζοντα. Εἰκὸς δὲ καὶ ὅτι τινὲς ᾤοντο αὐτὸν μὴ ἀπὸ διαθέσεως τὰ περὶ μέλλοντος αἰῶνος, καὶ τὰ περὶ κρίσεως, καὶ ἀναστάσεως διδάσκειν, διακείμενον μὲν Σαμαρειτικῶς, ὡς μηδενὸς μετὰ τὸν βίον ἀποκειμένου τοῖς ἀνθρώποις, προσποιήσεως δὲ ἕνεκεν, κατὰ τὸ ἔνδοξον καὶ ἀρέσκον τοῖς Ἰουδαίοις, τὰ περὶ ἀναστάσεως καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς προφερόμενον. Καὶ δαιμόνιον δὲ ἔχειν ἔλεγον αὐτὸν διὰ τοὺς ὑπὲρ ἄνθρωπον αὐτοῦ λόγους, δι' ὧν Πατέρα ἴδιον ἔλεγε τὸν Θεὸν, καὶ ἐκ τοῦ C οὐρανοῦ καταβεβηκέναι, καὶ αὐτὸς εἶναι ὁ τῆς ζωῆς ἄρτος πολλῷ κρείττων τοῦ μάννα, ὡς τὸν φαγόντα τοῦτον τὸν ἄρτον ζήσεσθαι εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ἄλλα μυρία ὧν πεπλήρωται τὰ Εὐαγγέλια. Δύναται δὲ καὶ διὰ τὴν περὶ τὸν Βεελζεβοὺλ ὑπόνοιαν αὐτῶν εἰρῆσθαι· *Σὺ δαιμόνιον ἔχεις*, ἐπείπερ τινὲς ἐν Βεελζεβοὺλ τῷ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων ἐνόμιζον αὐτὸν ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια, οἱονεὶ ἔχοντα ἐν ἑαυτῷ τὸν Βεελζεβούλ. Οἱ μὲν οὖν ἐχθροὶ εἴσονται λέγοντες αὐτὸν δαιμόνιον ἔχειν· ἡμεῖς δὲ αὐτῷ πειθόμεθα φάσκοντι· *Ἐγὼ δαιμόνιον οὐκ ἔχω*· οὐδὲ γὰρ δύναται τυφλῶν ὀφθαλμοὺς ἀνοῖξαι, ἢ ταῦτα τὰ σημεῖα ποιεῖν, ἃ καὶ ἀναγέγραπται, ὧν καὶ ἴχνη καὶ λείμματα ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις ὀνόματι Ἰησοῦ μέχρι νῦν γίνεται. Μετὰ ταῦτα ζητήσαι τις ἂν τί D δήποτε, δύο δυσφημίας αὐτῷ προσαψάντων, τήν τε· *Σαμαρείτης εἶ σὺ*, καὶ τήν· *Δαιμόνιον ἔχεις*, τῶν ἀποκριθέντων αὐτῷ Ἰουδαίων, οὐχ ἐκείνων τῶν πεπιστευκότων αὐτῷ, οὐχὶ πρὸς τὰς δύο ἀπεκρίνετο, ἀλλὰ πρὸς μόνην τήν· *Δαιμόνιον ἔχεις*, εἰπών· *Ἐγὼ δαιμόνιον οὐκ ἔχω*. Καὶ ὅρα εἰ δύναται πρὸς τοῦτο

perinde quasi non simus ex Deo; nam propter hoc non audit, qui non audit verba Dei, quoniam ex Deo non est, et ex Deo non est propter seipsum; etiamsi aliquando acceperit potestatem fieri filius Dei, possitque diligendo inimicos, et orando pro his a quibus læditur, fieri filius Patris cœlestis.

28. *Responderunt ergo Judæi, et dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos, quod Samaritanus es tu, et dæmonium habes* [32]? Consentaneum est, propter id quod tacetur, frequenter hæc inter se quosdam de Servatore dixisse, Samaritanum illum appellantes, tanquam qui res Judaicas adulteraret, non secus atque Samaritani: *Non enim coutuntur Judæi Samaritanis* [33], in multis dogmatibus ab illis dissidentes. Sed profecto quæsitu dignum est quomodo, Samaritanis futurum sæculum negantibus, et ne animæ quidem permanentiam admittentibus, ausi fuerint Servatorem dicere Samaritanum, qui quamplurima docuerat et de resurrectione et de judicio. At fortassis hoc dicunt illum mordentes, perinde quasi non omnino eadem quæ illi decreta poneret. Verisimile est etiam aliquos existimasse eum non ex affectu de futuro sæculo, de resurrectione et de judicio docere, sed Samaritice affectum, perinde ac nihil reliquum foret post hanc vitam, simulationis causa propter opinionem quam habebant Judæi, et ut illis placeret, de resurrectione deque æterna vita verba facere. Quin dæmonium quoque eum habere dicebant, propter **354** ipsius sermones, qui hominum captum transcendebant, quibus Patrem proprium dicebat Deum, seque e cœlo descendisse, quodque esset panis vitæ longe melior manna, adeo ut qui ex hoc pane comederet, victurus esset in æternum, aliaque innumera quibus Evangelia repleta sunt [34]. Potest etiam propter suspicionem eorum circa Beelzebul dictum fuisse: *Tu dæmonium habes*, quandoquidem quidam in Beelzebul principe dæmoniorum existimabant eum ejicere dæmonia [35], tanquam qui in se haberet Beelzebul. Atque inimici quidem dicentes ipsum habere dæmonium, illi viderint: nos vero illi credamus dicenti: *Ego dæmonium non habeo* [36]: neque enim potest dæmonium cæcorum oculos aperire, vel hæc signa facere quæ scripta sunt, quorum etiam vestigia et reliquiæ vel usque in præsens fiunt in Ecclesiis, in nomine Domini. Præterea quærat aliquis cur respondentibus Judæis, non illis qui crediderant ei, duoque crimina ei impingentibus, nempe: *Samaritanus es tu*, et: *Dæmonium habes*, non ad duo, sed ad unum, nempe: *Dæmonium habes*, respondet dicens: *Ego dæmonium non habeo*. Et vide an ad hoc applicari

[32] Joan. VIII, 48. [33] Joan. IV, 9. [34] Joan. VI, 31-33 seq. [35] Luc. XI, 15. [36] Joan. VIII, 49.

(16) *Πῶς*. Deest in codice Regio, sed legitur in Bodleiano.

(17) *Καὶ μηδὲ τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιδιαμονὴν*, etc. Origenes *in Matth.* tom. XVII, num. 29: Οἱ Σαδδουκαῖοι μέντοι, λέγοντες μὴ εἶναι ἀνάστασιν, οὐ τὴν ἐν τῇ συνηθείᾳ τῶν ἁπλουστέρων ὀνομαζομένην ἀνάστασιν σαρκὸς ἠθέτουν, ἀλλὰ καὶ παντελῶς ἀνῄρουν τὴν τῆς ψυχῆς οὐ μόνον ἀθανασίαν, ἀλλὰ καὶ ἐπιδιαμονὴν, οἰόμενοι μηδαμοῦ ἐν τοῖς Μωϋσέως γράμμασι σημαίνεσθαι τὴν τῆς ψυχῆς μετὰ ταῦτα ζωήν. Τὸ δὲ αὐτὸ τοῖς Σαδδουκαίοις δόγμα περὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων ψυχῆς φρονοῦσι μέχρι τοῦ δεῦρο Σαμαρεῖς. Consule observationes in hunc locum.

(18) *Σαμαρείτην εἶναι*. Hæc desunt in editione Huetii, sed leguntur in codice Bodleiano.

possit illud illius parabolæ, quæ est apud Evangelium Lucæ [37]; nempe de eo qui cum descenderet a Jerusalem in Jericho, incidit in latrones; quem cum sacerdos, et Levita præteriissent, Samaritanus iter faciens venit ad eum, et viso eo misericordia motus est, et cum accessisset, obligavit vulnera ejus, infundens oleum et vinum. Nam si poterit quis de hac parabola disputans ostendere ad nullum alium præterquam ad solum Servatorem, referri posse quæ de Samaritano dicuntur, qui semimortuum et delapsum in latrones curavit, is ostendet etiam quare Servator non negarit se Samaritanum. At vero alius, quia differant apud Paulum [38] Judæi ab his qui sunt sub lege, considerans, et sensu anagogico pro his qui sunt sub lege Samaritanos intelligens, inveniensque Servatorem magis quam Paulum omnibus omnia factum fuisse, ut omnes lucrifaceret, dicet eo quod factus sit sub lege his qui sub lege erant, veluti etiam Samaritanum fuisse factum; et idcirco non negasse etiam se Samaritanum fuisse. Rursus aliquis tertius interpretationem Samaritani intelligens significantis *custodem*, dicturus est, quamvis alia consideratione dixerint Judæi Jesum Samaritanum, ipsum tamen, significatione nominis perspecta, illud se esse non negasse; scientem se **355** custodem animarum hominum, de quo etiam dictum est: *Ecce non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israel* [39]; et: *Custodiens parvulos Dominus* [40]. Hebræi etiam *Somer* dicunt *custodem*, sicque tradunt Samaritanos primum appellatos fuisse, quod missi fuerint ab Assyriorum rege ad custodiam terræ Israel, post captivitatem Israelis [41], qui diversus erat a Juda: qui etiam Israel propter peccata multa in captivitatem deductus fuit Assyriorum.

29. *Respondit Jesus: Ego dæmonium non habeo, sed honoro Patrem meum, et vos ignominia afficitis me; ego non quæro gloriam meam; est qui quærit, et judicat* [42]. Si lignum juxta decursus aquarum plantatum [43] hujusmodi est, ut fructum suum in tempore suo afferat, ita ut ne folium quidem ejus defluat, sed cuncta quæcunque fecerit, felicem habeant successum, quid existimandum est de Servatore nostro Jesu, nisi quod, cum sit lignum vitæ quatenus est sapientia, et cum sapientia sit lignum vitæ omnibus recipientibus eam, et fructificat, et alia folia præter fructus talia habet, ut ne unum quidem ex ipsis defluat? Hanc ob causam

A γενέσθαι τὸ τῆς ἐν τῷ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγελίῳ παραβολῆς περὶ τοῦ ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Ἱεριχὼ καταβαίνοντος, καὶ ἐμπεσόντος εἰς τοὺς λῃστάς· ὅντινα ὁ μὲν ἱερεὺς ἀντιπαρῆλθε, καὶ ὁ λευΐτης· ὁ δὲ ὁδεύων Σαμαρείτης, ἐλθὼν κατ' αὐτὸν, καὶ ἰδὼν αὐτὸν ἐσπλαγχνίσθη, καὶ προσελθὼν κατέδησε τὰ τραύματα αὐτοῦ (19), ἐπιχέων ἔλαιον καὶ οἶνον· ἐὰν γὰρ δυνηθῇ τις διαλαμβάνων περὶ τῆς παραβολῆς δεῖξαι ἐπὶ μηδένα ἄλλον (20) ἢ ἐπὶ τὸν Σωτῆρα ἀναφέρεσθαι τὰ περὶ τοῦ Σαμαρείτου, ὃς τὸν ἡμιθανῆ καὶ ἐμπεσόντα εἰς τοὺς λῃστὰς ἰάσατο, παραστήσει καὶ διὰ τί οὐκ ἠρνήσατο εἶναι Σαμαρείτης. Ἄλλος δὲ διὰ τὴν παρὰ Παύλῳ διαφορὰν Ἰουδαίων καὶ τοῦ [f. τῶν] ὑπὸ νόμον θεωρήσας, καὶ ἀναγαγὼν τοὺς ὑπὸ νόμον εἰς τοὺς Σαμαρείτας, καὶ μᾶλλον Παύλου κα- B ταλαβὼν τὸν Σωτῆρα τοῖς πᾶσι πάντα γενόμενον, ἵνα τοὺς πάντας κερδήσῃ, ἐρεῖ διὰ τὸ τοῖς ὑπὸ νόμον αὐτὸν γεγονέναι ὡς ὑπὸ νόμον, οἱονεὶ καὶ Σαμαρείτην γεγονέναι, καὶ κατὰ τοῦτο μὴ ἠρνῆσθαι τὸ *Σαμαρείτης* (20*). Καὶ τρίτος δέ τις, τὴν ἑρμηνείαν τοῦ Σαμαρείτου ἐκλαβὼν, σημαίνοντος *τὸν φύλακα*, φήσει, ὅτι, εἰ καὶ κατ' ἄλλο ἔλεγον Σαμαρείτην αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι, αὐτὸς τὸ σημαινόμενον ἀπὸ τοῦ ὀνόματος ἐκλαβὼν οὐκ ἠρνήσατο αὐτό· εἰδὼς, ὅτι φύλαξ ἐστὶ τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν, καὶ περὶ οὗ εἴρηται· *Ἰδοὺ οὐ νυστάξει, οὐδὲ ὑπνώσει ὁ φυλάσσων τὸν Ἰσραὴλ*, καὶ τό· *Φυλάσσων τὰ νήπια ὁ Κύριος*. *Σωμὴρ* μέντοιγε Ἑβραῖοι λέγουσι *τὸν φύλακα*, οὕτω δὲ καὶ τοὺς Σαμαρεῖς πρῶτον ὠνομάσθαι (21) παραδιδόασι διὰ τὸ ὑπὸ τῶν Ἀσσυρίων C βασιλέως φύλακας αὐτοὺς πεπέμφθαι τῆς γῆς τοῦ Ἰσραὴλ μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν, τοῦ ἑτέρου παρὰ τὸν Ἰούδαν Ἰσραὴλ διὰ τὰς πολλὰς ἁμαρτίας αἰχμαλωτευθέντος εἰς τοὺς Ἀσσυρίους.

29. *Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς· Ἐγὼ δαιμόνιον οὐκ ἔχω, ἀλλὰ τιμῶ τὸν Πατέρα μου, καὶ ὑμεῖς ἀτιμάζετέ με· ἐγὼ οὐ ζητῶ τὴν δόξαν μου· ἔστιν ὁ ζητῶν, καὶ κρίνων*. Εἰ τὸ πεφυτευμένον ξύλον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων τοιοῦτόν ἐστιν, ὡς τὸν καρπὸν αὐτοῦ διδόναι ἐν καιρῷ αὐτοῦ, καὶ μηδὲ φύλλον αὐτοῦ ἀποῤῥεῖν, ἀλλὰ πάντα ὅσα ἂν ποιῇ κατευοδοῦσθαι, τί νομιστέον περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ, ἢ ὅτι αὐτὸς ὢν τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, κατὰ τὸ D εἶναι σοφία, καὶ τὴν σοφίαν εἶναι ξύλον ζωῆς πᾶσι τοῖς ἀντεχομένοις αὐτῆς, καὶ καρποφορεῖ, καὶ τὰ ἕτερα παρὰ τοὺς καρποὺς φύλλα τοιαῦτα ἔχει, ὡς μηδὲ ἓν αὐτῶν ἀποῤῥεῖν; Διὰ τοῦτο οὐδένα τοῦ Ἰησοῦ

[37] Luc. x, 30 seq. [38] I Cor. ix, 20, 21. [39] Psal. cxx, 4. [40] Psal. cxiv, 6. [41] IV Reg. xvii, 27 seq. [42] Joan. viii, 49, 50. [43] Psal. i, 3.

(19) *Αὐτοῦ*. Deest in codice Regio.

(20) *Ἄλλον*. Deest in eodem codice Regio.

(20*) Huetius addit εἶναι ante Σαμαρείτης.

(21) *Οὕτω δὲ καὶ τοὺς Σαμαρεῖς πρῶτον ὠνομάσθαι*, etc. Origenes homil. 9 *in Ezech.*, num. 1: *Samaria magis post captivitatem decem tribuum crevit, quando custodes ab Assyriis ad Israelis terram missi sunt, qui vocantur Samaritani;* SOMER *enim custos interpretatur lingua Hebræorum.* Eusebius ab Hieronymo conversus *Chronic.* l. ii, olymp. viii: *Sennacherib rex Chaldæorum ad custodiendam regionem Judæam incolas misit Assyrios, qui æmulatores legis Judææ facti Samaritæ nuncupati sunt: quod Latina lingua exprimitur* custodes. Sed Origenem et Eusebium, ipsisque etiam consentientes Epiphanium, Sulpitium Severum, et Eucherium coarguunt sacræ litteræ III Reg. xvi, 24. *Emitque* (Amri rex Israel) *montem Samariæ a Somer duobus talentis argenti, et ædificavit eum, et vocavit nomen civitatis quam exstruxerat, nomine Somer domini montis, Samariam.* Utramque notationem profert Epiphanius hæres. ix, cap. 1. Græci μυθοπλάσται Σαμάρειαν quasi σῆμα Ἄρεος dictam putant, ut in Eusebii laudatum locum observat Scaliger. HUETIUS.

λόγον, καὶ ταῦτα ἀναγραφῆς ἀξιωθέντα ὑπὸ τῶν ἁγίων μαθητῶν αὐτοῦ, ὡς ἔτυχεν ἐκδεκτέον· ἀλλὰ πᾶσαν βάσανον καὶ τοῖς νομιζομένοις εἶναι σαφέσι προσακτέον, οὐκ ἀπογινώσκοντα, ὅτι καὶ περὶ τὸν ἀνυπονόητον καὶ ἁπλοῦν εἶναι νομισθέντα λόγον αὐτοῦ εὑρεθήσεται τοῖς ὀρθῶς ζητοῦσιν ἄξιόν τι τοῦ ἱεροῦ στόματος ἐκείνου. Εἰ δέ που μὴ εὑρίσκομεν, ἡμᾶς, καὶ οὐ λόγον τοῦ Ἰησοῦ αἰτιατέον, ὡς οὐ πνέοντα τῶν ἐκ πληρώματος μεστῶν ἀληθείας καὶ σοφίας δογμάτων. Ταῦτα δέ μοι εἴρηται βουλομένῳ ἐξετάσαι τό· *Ἐγὼ δαιμόνιον οὐκ ἔχω*· δι' οὗ διδασκόμεθα πάντες οἱ τῷ Εὐαγγελίῳ ἐντυγχάνοντες πρᾶγμα ὃ οὐκ ᾔδειμεν καὶ πρὶν ἐντυχεῖν τῷ Εὐαγγελίῳ. Τί δὲ τοῦτό ἐστιν ἤδη κατανοητέον. Ἀρέσκει κατὰ τὰς Γραφὰς τοὺς ἁμαρτάνοντας πολλὰ ποιεῖν παρὰ τὸν λόγον, οὐ δι' ἄλλο ἢ τῷ δεκτικοὺς αὐτοὺς γεγονέναι ἐνεργείας πονηροῦ πνεύματος, ἢ θελήματος ἀκαθάρτου δαιμονίου. Οὐχ ὤκνησαν οὖν καὶ τὰ νομισθέντα ἂν ἐλάχιστα εἶναι ἁμαρτημάτων δαιμονίοις προσάψαι οἱ φήσαντες τὴν ὀξυχολίαν δαιμόνιον εἶναι, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν καταλαλιάν. Εἰκὸς δὲ καὶ ἄλλα μυρία δαιμονίων φαντασιούντων ἡμᾶς, καὶ ἐνεργούντων, κατὰ τὸ ἐκείνων θέλημα ποιεῖν· καὶ ἔστιν ἐν ἀνθρώποις ὥσπερ οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου, καὶ οὐδεὶς δίκαιος ἐπὶ τῆς γῆς, ὃς ποιήσει ἀγαθὸν, καὶ οὐχ ἁμαρτήσεται· οὕτω καὶ οὐδεὶς ἀεὶ ἀπὸ δαιμονίων καθαρεύσας, καὶ μηδέποτε γενόμενος τῆς ἀπὸ τούτων ἐνεργείας ἀνεπίδεκτος. Διόπερ, ἀλληγοροῦντες τὰς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ θεραπείας, ἐν αἷς εἰσι καὶ τῶν δαιμονίων ἀπελάσεις, ἐροῦμεν πάντων ἀεὶ ἀπελαύνεσθαι τοὺς δαίμονας ὑπὸ Ἰησοῦ, τῶν παρὰ τὸ τεθεραπεῦσθαι ὑπὸ τοῦ Λόγου μηκέτι παραδεχομένων τὰς τῶν δαιμόνων ἐνεργείας. Μόνου τοίνυν νομίζω εἶναι Ἰησοῦ φωνὴν (τοῦ μόνου ἀπεκδυσαμένου τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰς ἐξουσίας, καὶ δειγματίσαντος ἐν παῤῥησίᾳ, καὶ θριαμβεύσαντος ἐν ξύλῳ, τρόπαιον κατὰ πάσης ἀντικειμένης δυνάμεως τὸν σταυρὸν στήσαντος), ὥσπερ τό· *Ἔρχεται ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου, καὶ ἐν ἐμοὶ οὐκ ἔχει οὐδὲν*, οὕτως καὶ τό· Ἐγὼ δαιμόνιον οὔτε ἔσχον, οὔτε ἔχω, οὔτε ἕξω. Τὴν δὲ φωνὴν δυνάμεθα μὲν καὶ ἡμεῖς προενέγκασθαι καὶ λέγειν· *Δαιμόνιον οὐκ ἔχω*, ἀλλ' ἐλεγχθησόμεθα ὁμοίως τοῖς ἀρνησαμένοις περὶ τοῦ δαιμονᾷν (22), καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς πράγμασιν ἀποδειχθεῖσιν, ὅτι ἐψεύσαντο. Ἢ οὐκ ἔλεγχος (23) τοῦ δαιμονᾷν ἡμᾶς, ὅταν μεμηνότων κατάστασιν ἔχοντες βοῶμεν, ἀπὸ θυμοῦ καὶ ὀργῆς φλεγόμενοι, ἢ λελυττηκότες, καὶ ὡσπερεὶ χρεμετίζοντες (24) κἂν ταῖς ἰδίαις γαμεταῖς δίκην ἵππων θηλυμανῶν ἐπιβαίνομεν, ἐκβάλλοντες (25) τοὺς περὶ ἀπαθείας λόγους Θεοῦ εἰς τὰ ὀπίσω; Ἀλλὰ κἂν ταπεινοὶ καὶ συννεφεῖς ὑπὸ τῆς λύπης καθελκόμενοι, καὶ τὸ ἴδιον τῶν λογικῶν γαῦρον ἀπολέσαντες ἐπιλανθανόμεθα τοῦ ἄνευ Θεοῦ στρουθίου (25') πίπτειν εἰς παγίδα,

A nullum Jesu verbum, præsertim quod habitum dignum fuerit scriptione a sanctis ipsius discipulis, vulgariter intelligendum est. Quin etiam omnis diligentia adhibenda est a nobis his etiam quæ existimantur aperta; non desperantes in ejus sermone, etiamsi extemporaneus et simplex esse creditur, inveniri semper aliquid illius ore sacro dignum a recte quærentibus. Quod si aliquando non inveniamus, nos incusandi sumus, non Jesu sermo, tanquam qui non spiret ex plenitudine dogmata plena veritatis et sapientiæ. Quæ mihi dicta sunt volenti inquirere de eo : *Ego dæmonium non habeo :* per quod omnes Evangelium legentes rem docemur, quam, antequam Evangelium legeremus, non noveramus : quæ qualisnam sit jam consideranda est. B Convenit juxta Scripturas multa peccantes facere præter rationem, non ob aliud nisi quia facti fuerint capaces operationis mali spiritus, vel voluntatis immundi dæmonis. Non dubitarunt igitur vel ea quæ existimantur esse levia peccata, dæmoniis **356** tribuere illi qui dixerunt repentinam iram similiterque detractionem dæmonium esse. Consentaneum vero est, dæmoniis in nobis imaginationes imprimentibus, in nosque operantibus innumera alia, nos juxta illorum voluntatem facere : et ut inter homines nullus est absque sordibus [44], et nullus justus super terram, qui faciat bonum, et non peccet [45]; sic etiam nullus est semper a dæmoniis mundus, et perpetuo factus incapax C operationis horum. Quocirca allegorice interpretantes curationes in Evangelio positas, in quibus sunt etiam dæmonum expulsiones, dicemus Jesum ab illis omnibus semper dæmonas expellere, qui propterea quod curati fuerint a Filio Dei, non amplius admittunt dæmonum operationes : quamobrem solius Jesu vocem esse reor (qui solus exspoliavit principatus et potestates, et ostentans palam, et triumphans eas in ligno [46], tropæum adversus omnem potentiam contrariam statuit crucem), ita dicere : Ego dæmonium neque habui, neque habeo, ac ne habiturus quidem sum, quemadmodum illud etiam dixit: *Venit princeps mundi hujus, et in me non habet quidquam* [47]. Possumus quidem etiam nos proferre et dicere: *Dæmonium* D *non habeo;* sed refellemur perinde atque hi qui cum negaverint se insanire, ipsis factis convincuntur mentitos fuisse. Annon manifestum argumentum nos insanire, quando statum habentes insanientium clamamus, excandescentia et ira accensi? Vel cum rabie agitati, et tanquam hinnientes proprias etiam conjuges instar equorum equarum amore insanientium conscendimus, post tergum ejicientes quidquid Deus dixerit de sedandis affectibus? Quin etiam quia abjecti, et obscuri a mœrore detinea-

[44] Job XIV, 4. [45] Eccli. VII, 21. [46] Coloss. II, 15. [47] Joan. XIV, 30.

(22) Codex Bodleianus, περὶ τοῦ μὴ δαιμονᾷν.
(23) Codex Regius, ἔλεγχον, male.
(24) Idem codex Regius, ὥσπερ οἱ χρεμετίζοντες.
(25) Idem codex Regius, ἐμβάλλοντες.
(25') Leg. στρουθίον, in accusativo, nisi forte quis, solœcismum Origeni condonans, genitivum retinere velit propter *attractionem*, ut aiunt, articuli τοῦ præcedentis. Utut sit, deest particula negativa. EDIT. PATROL.

mur, propriaque generositate eorum qui rationis sunt compotes, amissa, obliviscimur ne unum quidem passerem absque Deo in laqueum cadere [48], justaque esse quarumlibet rerum, quæ hominibus contingunt, judicia, quid dicturi sumus, nisi nos hæc pati, quia vicerit nos diabolus, et quia etiam animæ partem præstantissimam (principatum quam vocant) offuscarit turbidaritque? Quin etiam timores rerum non timendarum, gaudiaque elata de rebus nihili, quorum sunt actiones? Annon dæmonum, qui impleverunt eos qui cum veritate dicere nequeunt: *Ego dæmonium non habeo?* Sed consentaneum est futuros aliquos, qui sanctos patriarchas, vel servum illum sacrum, vel admirandos prophetas, vel potentissimos Servatoris
357 nostri Jesu apostolos in hanc disputationem afferentes, nos refutent, quasi hi perinde atque Jesus dicturi sint: *Ego dæmonium non habeo;* ad quos dicere licet: Num hi etiam aliquando peccarunt, an falsum est illud: *Omnes enim peccaverunt, ac destituuntur gloria Dei* [49]? num etiam verum non est illud: *Nullus mundus est a sorde* [50]? annon dictum est cum consideratione: *Non est justus super terram qui faciat bonum et non peccet* [51]? annon perspicuum est omnes Scripturas veras esse? Igitur non semper neque ab initio poterant hi dicere, ac ne hi qui transeunt ad vitam virtute constantem: *Ego dæmonium non habeo;* sed solius hominis, qui consideratur in Servatore, vox est illa ab initio: qui etiam hanc ob causam propriissime et perfectissime solus Patrem honoravit. Nullus enim honorans aliquid eorum quæ honorantur a Deo, honorat spernentem quæ ille honoret. Alioquin quomodo dicendus est aliquis honorare Patrem, qui spiritum adoptionis nullo prorsus modo acceperit? Nam nullus habet adoptionis spiritum peccans: *Qui enim ex Deo genitus est, non peccat* [52]. Præterea quomodo honorat quis Patrem, honorans gloriam quæ est ab hominibus; vel argentum, vel terrenas divitias, [aut (28) pulchritudinem quæ ex carne et sanguine constat], vel generatim quæ sunt propria materiei, et interitus? Itaque perspicuum est quomodo Servatoris vox illa sit: *Honoro Patrem* [53], quam pro virili contendere nos etiam debemus dicere, tribuentes Deo et Patri honorem, nec ulli alii tribuentes ipsum, contestante nobis conscientia in Spiritu sancto [54]. Ac pulchre profecto cum advenisset temporis plenitudo, missus a Deo ut ex muliere nasceretur, fieretque sub lege [55], quasi qui esset sub lege dicente: *Honora patrem tuum et matrem tuam, ut bene sit tibi* [56], nullum alium habens patrem, nisi Deum cœlestem, inquit: *Sed honoro patrem meum* [56*]. Dicemus vero etiam nos hanc vocem, si consideraverimus regenerationis lavacrum, lotique in eo, ut

A καὶ τοῦ δίκαια εἶναι τὰ περὶ ἑνὸς ἑκάστου τῶν συμβαινόντων ἀνθρώποις κρίματα, τί φήσομεν, ἢ ὅτι καὶ τοῦ δαιμονίου ἡμᾶς νικήσαντος, καὶ τὸ ἡγεμονικὸν ἡμῶν θολώσαντος, ταῦτα πάσχομεν; Ἀλλὰ καὶ φόβοι τῶν οὐ φοβερῶν, καὶ περιχάρειαι ἐπὶ τοῖς μηδενὸς ἀξίοις, τίνων ἂν εἴη ἐνεργήματα ἢ δαιμόνων πληρωσάντων τοὺς μὴ δυναμένους μετὰ ἀληθείας λέγειν· *Ἐγὼ δαιμόνιον οὐκ ἔχω;* Ἀλλ' εἰκός τινας τοὺς ἁγίους πατριάρχας, ἢ τὸν ἱερὸν θεράποντα, ἢ τοὺς θαυμασίους προφήτας, ἢ τοὺς δυνατωτάτους τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ ἀποστόλους φέροντας εἰς τὴν ἐξέτασιν δυσωπήσειν ἡμᾶς ὡς ἄρα καὶ οὗτοι εἴποιεν ἂν ὁμοίως τῷ Ἰησοῦ· *Ἐγὼ δαιμόνιον οὐκ ἔχω*· πρὸς ὃν ἔστιν
B εἰπεῖν· Ἆρα καὶ οὗτοί ποτε ἥμαρτον, ἢ ψεῦδος τό· *Πάντες γὰρ ἥμαρτον, καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ*, καὶ οὐκ ἀληθὲς τό· *Οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου*, οὐδὲ τεθεωρημένως εἴρηται τό· *Οὐκ ἔστι δίκαιος ἐπὶ γῆς, ὃς ποιήσει ἀγαθὸν, καὶ οὐχ ἁμαρτήσεται;* Ἀλλὰ σαφὲς, ὅτι ἀληθεῖς αἱ πᾶσαι Γραφαὶ, καὶ οὐκ ἀεὶ οὐδὲ ἐξ ἀρχῆς ἐδύναντο λέγειν, οὐδ' οἱ μεταβάλλοντες ἐπὶ τὸν κατὰ ἀρετὴν βίον, τό· *Ἐγὼ δαιμόνιον οὐκ ἔχω*· ἀλλ' ἡ μόνου τοῦ κατὰ τὸν Σωτῆρα νοουμένου ἀνθρώπου ἀρχῆθεν ἦν φωνὴ, διὰ τοῦτο κυριώτατα καὶ ἀληθέστατα μόνον τὸν Πατέρα τιμήσαντος· οὐδεὶς γὰρ, τιμῶν τι τῶν μὴ τιμωμένων (26) ὑπὸ Θεοῦ, τιμᾷ τὸν ἀτιμάζοντα τὰ ὑπ' αὐτοῦ τιμώμενα· πῶς γὰρ λεκτέον, ὅτι τιμᾷ τὸν Πατέρα ὁ μηδὲ τὴν ἀρχὴν τὸ πνεῦμα τῆς υἱοθεσίας λα-
C βών; Οὐδεὶς δὲ ἔχει τὸ πνεῦμα τῆς υἱοθεσίας ἁμαρτάνων· *Ὁ γὰρ ἐκ τοῦ Θεοῦ γεγεννημένος οὐχ ἁμαρτάνει.* Καὶ πῶς τιμᾷ τὸν Πατέρα ὁ τιμῶν δόξαν τὴν παρὰ ἀνθρώπων, ἢ ἀργύριον, ἢ τὸν χοϊκὸν πλοῦτον, ἢ τὸ ἐκ σαρκῶν καὶ αἱμάτων κάλλος, ἢ ἁπαξαπλῶς τι τῶν οἰκείων τῇ ὕλῃ καὶ τῇ φθορᾷ; Δῆλον οὖν πῶς τοῦ Σωτῆρός ἐστι φωνή· *Τιμῶ τὸν Πατέρα*, ἥντινα ὅσῃ δύναμις φιλοτιμητέον, συμμαρτυρούσης ἡμῖν τῆς συνειδήσεως ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, εἰπεῖν, ἀποδιδοῦσι τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τὴν τιμὴν, καὶ μὴ ἑτέρῳ (27) ἀπονέμουσιν αὐτήν. Καὶ καλῶς γε ὁ ἐλθόντος τοῦ πληρώματος τοῦ χρόνου ἀπεσταλμένος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γενέσθαι ἐκ γυναικὸς, καὶ γενέσθαι ὑπὸ τὸν νόμον, ὡς ὑπὸ τὸν λέγοντα νόμον τυγχάνων τό· *Τίμα τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα, ἵνα εὖ σοι γένηται*, οὐ-
D δένα ἄλλον ἔχων πατέρα ἢ τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς Θεόν φησιν· *Ἀλλὰ τιμῶ τὸν Πατέρα μου.* Ἐροῦμεν δὲ καὶ ἡμεῖς ταύτην τὴν φωνὴν, νοήσαντες τὸ τῆς παλιγγενεσίας λουτρὸν, καὶ λουσάμενοι κατ' αὐτὸ ἐπὶ τὸ γενέσθαι υἱοὶ Θεοῦ, καὶ μηκέτι καλοῦντες πατέρα ἐπὶ τῆς γῆς τῷ υἱοὶ γεγονέναι τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς Πατρὸς, καὶ ἀδελφοὶ τοῦ εἰπόντος· *Πορεύομαι πρὸς τὸν Πατέρα μου, καὶ Πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεόν μου, καὶ Θεὸν ὑμῶν.* Δῆλον οὖν, ὅτι κυριώτατα καὶ τελειότατα εἰπόντος τοῦ Ἰησοῦ· *Ἐγὼ δαιμόνιον*

[48] Matth. x, 29. [49] Rom. III, 23. [50] Job XIV, 4. [51] Eccl. VII, 21. [52] I Joan. V, 18. [53] Joan. VIII, 49. [54] Rom. IX, 1. [55] Gal. IV, 4. [56] Exod. XX, 12; Ephes. VI, 2. [56*] Joann. VIII, 49.

(26) Ferrarius videtur legisse τῶν τιμωμένων, deleta particula negativa μή.

(27) Codex Regius, τῷ τὴν τιμὴν τὴν τιμὴν, καὶ μὴ ἑτέρῳ.

(28) Hæc supplevimus e Perionio.

οὐκ ἔχω, ἀλλὰ τιμῶ τὸν Πατέρα μου· οἱ μιμηταὶ αὐτοῦ, ἕκαστος κατὰ δύναμιν πάντα ἰσχύσας ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντι αὐτὸν Χριστῷ Ἰησοῦ, καὶ αὐτὸς ἐρεῖ τό· *Ἐγὼ δαιμόνιον οὐκ ἔχω, ἀλλὰ τιμῶ τὸν Πατέρα μου.* Τίς δὲ νεκροῖς συνὼν, καὶ ἐν τάφοις οἰκῶν δυνηθείη ἂν εἰπεῖν τό· *Ἐγὼ δαιμόνιον οὐκ ἔχω;* ἢ τίς ἄλλο τι παρὰ τὸν Θεὸν, καὶ τὸν Λόγον αὐτοῦ, καὶ τὸ ὑπὸ τοῦ Λόγου προτασσόμενον τιμῶν, ἑτέρῳ τὴν τιμὴν διδοὺς, δέον τὴν τιμὴν ἀποδιδόναι αὐτῷ, εἴποι (29) ἂν, ὡς Ἰησοῦ μαθητής· *Ἀλλὰ τιμῶ τὸν Πατέρα μου;* Ἑξῆς ἐστι τούτοις τό· *Καὶ ὑμεῖς ἀτιμάζετέ με,* εἰρημένον πρὸς τοὺς ἀτιμάσαντας αὐτὸν, καὶ εἶπον αὐτῷ τό· *Οὐ καλῶς λέγομεν ἡμεῖς, ὅτι Σαμαρείτης εἶ σὺ, καὶ δαιμόνιον ἔχεις;* οἰηθέντες τὸ κακῶς εἰρημένον καλῶς λελαληκέναι· κακῶς γὰρ νοοῦντες Σαμαρείτην καὶ δαιμόνιον ἔχοντα τὸν Σωτῆρα ἀπεφήναντο. Νομιστέον δὲ τό· *Καὶ ὑμεῖς ἀτιμάζετέ με,* οὐχὶ καὶ ἐκείνοις μόνοις εἰρῆσθαι τότε, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀεὶ ἀτιμάζουσι, δι' ὧν πράττουσι παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, τὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀτιμάζουσι, δι' ὧν ἀδικοῦσι, τὸν Χριστὸν, ὅς ἐστι δικαιοσύνη, καὶ ἀτιμάζουσι, δι' ὧν κατὰ ἀδυναμίαν καὶ ἀσθένειαν ἐπιτελοῦσι, τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν, ἥτις ἐστὶν ὁ Σωτήρ· Χριστὸς γὰρ Θεοῦ δύναμις. Καὶ παντὶ δὲ τῷ ἐξουδενοῦντι σοφίαν λεχθείη ἂν τό· *Ὑμεῖς ἀτιμάζετέ με·* ἐπείπερ Χριστὸς καὶ σοφία ἐστίν· ἀλλὰ καὶ εἰ δέον τὸ ἐξ αὐτοῦ τινα μετὰ πάντων ἀνθρώπων εἰρηνεύειν, ὥστ' ἂν εἰπεῖν τὸ προφητικὸν ἐκεῖνο· *Μετὰ τῶν μισούντων τὴν εἰρήνην ἤμην εἰρηνικὸς,* καὶ δέον ἀναλαβεῖν τὴν ὑπερέχουσαν Θεοῦ πάντα νοῦν εἰρήνην, φρουροῦσαν τὴν καρδίαν καὶ τὰ νοήματα τοῦ ἀνειληφότος αὐτήν. Εἰ δὲ πολεμικός (30) τις εἴη, καὶ δάκνων, καὶ καταιτιώμενος, καὶ κατεσθίων τὸν πλησίον, καὶ πεπληρωμένος τῆς ἐν τῷ ἡγεμονικῷ ἑαυτοῦ στάσεως τῶν παθῶν, καὶ τούτῳ ἂν λεχθείη τό· *Ὑμεῖς ἀτιμάζετέ με·* Χριστὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν. Ἔτι δὲ ἐπείπερ πᾶς *ὁ φαῦλα πράσσων μισεῖ τὸ φῶς, καὶ οὐκ ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς,* φῶς δέ ἐστιν ὁ εἰπών· *Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου,* δῆλον, ὅτι φαῦλα πράσσων, ἀτιμάζων τὸ φῶς, ἀτιμάζει Χριστὸν, καὶ αὐτὸς ἀκουσόμενος τό· *Καὶ ὑμεῖς ἀτιμάζετέ με.* Καὶ τί με δεῖ ἐπὶ πλέον μηκύνειν τὸν λόγον, ἀναπτύσσοντα, καὶ δεικνύντα τίνες εἰσὶν οἱ ἐλεγχόμενοι ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἀκούοντες ὑπ' αὐτοῦ τό· *Ὑμεῖς ἀτιμάζετέ με,* σαφῶν ὄντων ἐκ τῶν ἀποδεδομένων, καὶ τῶν δυναμένων τούτοις ἀκολούθως αὐτοῖς συνάπτεσθαι.

A efficiamur filii Dei, non amplius vocabimus patrem super terram eo quod facti fuerimus filii Patris cœlestis [57], fratresque dicentis : *Vado ad Patrem meum, et Patrem vestrum, et Deum meum, et Deum vestrum* [58]. Quamobrem perspicuum est quod propriissime, et perfectissime dicente Jesu : *Ego dæmonium non habeo, sed honoro Patrem meum*, unusquisque nostrum imitator ejus, quoad fieri potest, et omnia potens in Christo Jesu eum corroborante [59], dicturus etiam est : *Ego dæmonium non* **358** *habeo, sed cohonesto Patrem meum.* Cæterum quis inter mortuos versans, in sepulcrisque habitans dicere poterit : *Ego dæmonium non habeo ?* vel quis quidpiam aliud honorans præter Deum, Verbumque ipsius, ac præter id quod a Verbo præcipitur alteri honorem tribuens, cum sit necesse honorem illi tribuere, B dicturus est tanquam Jesu discipulus : *Sed honoro Patrem meum ?* cui dicto proximum est hoc : *Et vos ignominia me afficitis*, quod dictum est ad eos qui illum contemptui habebant, quique illi dicebant : *Nonne bene dicimus nos, quod Samaritanus es tu, et dæmonium habes ?* existimantes, quod male dixerant, se bene dixisse : male enim cogitantes enuntiarunt Servatorem Samaritanum, et dæmonium habentem. Nec vero existimandum est illis solis tunc dictum fuisse : *Et vos ignominia me afficitis*, sed his etiam qui perpetuo Christum, qui est justitia, ignominia afficiunt per ea quæ injuste agunt ; atque etiam his qui ignominia potentiam Dei affi- C ciunt, quæ est Servator (Christus enim est Dei potentia [60]), ex his quæ efficiunt in debilitate et infirmitate. Quin etiam cuicunque spernenti Dei sapientiam dicetur : *Vos ignominia me afficitis*, quandoquidem Christus etiam est sapientia [61] [atque etiam pax [62]]. Quod si quispiam est ex ipso, is pacem etiam cum hominibus omnibus habeat oportet, adeo ut dicat propheticum illud : *Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus* [63], opus etiam est ut recipiat pacem superantem omnem Dei intelligentiam [64], corque custodientem et sensus ejus qui eam receperit. Quod si quis, bellandi cupidus, mordeat etiam incusetque ac devoret proximum, sitque etiam plenus perturbationis, causa seditionis exsistentis in suo ipsius animæ principatu, huic etiam dicetur: D *Vos ignominia me afficitis :* Christus enim pax nostra est [65]. Rursus quoniam *qui male agit, odit lucem, et non venit ad lucem* [66], luxque est ille qui dixit : *Ego sum lux mundi* [67], perspicuum est quod qui male agit, ignominia lucem afficiens, ignominia etiam Christum afficiat; auditurus etiam : *Et vos ignominia me afficitis.* Et quid opus est in longum protrahere sermonem, explicantem et ostendentem quinam sint qui a Jesu redarguantur, et qui sint qui audiant ab ipso : *Vos ignominia me afficitis*, cum manifesti sint ex his quæ explicuimus, et ex his quæ his consequenter conjungi possunt ?

30. Μετὰ ταῦτα ἴδωμεν τί ἐστι τό· *Ἐγὼ δὲ οὐ*

359 30. Post hæc videamus quid sit : *Ego autem*

[57] Matth. XXIII, 9. [58] Joan. XX, 17. [59] Philip. IV, 13. [60] I Cor. I, 24. [61] ibid. [62] Ephes. II, 14. [63] Psal. CXIX, 7. [64] Philip. IV, 7. [65] Ephes. II, 14. [66] Joan. III, 20. [67] Joan. VIII, 12.

(29) Codex Regius, male, δέον τῷ τὴν τιμὴν ἀποδιδόναι αὐτὴν, εἴποι, etc.

(30) Idem codex Regius, male, Ὁ δὲ πολεμικός.

non quæro gloriam meam : est qui quærit, et judicat [68]. Quærit Deus, qui nobis suum ipsius Filium dedit, in singulis qui eum receperint, gloriam Christi : quam quidem inveniet in his qui sui curam egerint, quique diligenter excolunt natura sibi ingenitas ad virtutem causas : alioquin hanc non inventurus in his qui hujusmodi non fuerint : et non inveniens, judicat eos in quibus non invenit gloriam Filii sui, ad quos dicet : *Per vos jugiter nomen meum male audit inter gentes* [69]. Addubitabit etiam aliquis propter hoc : *Est qui quærit et judicat*, num ad Deum referri hoc opus sit, cum palam dixerit Servator : *Neque enim Pater quemquam judicat, sed omne judicium dedit Filio suo, ut omnes honorent Filium, sicut honorant Patrem* [70]. At vide an ad hoc uti possis eo dicto : *Non possum ego facere a me ipso quidquam : sicut audio, judico : et judicium meum justum est : quoniam non quæro voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me* [71]. Nam si, ut audit a Patre Servator, sic judicat, quærens non suam, sed Patris, qui eum misit, voluntatem, et hanc ob causam justum est ejus judicium ; fortassis judicium quod judicat qui a Patre audit, non est audientis, sed magis proprie ejus qui dicit audienti. Sin vero etiam dicit : *Judicium meum justum est*, audi eum in eodem Evangelio dicentem : *Omnia mea tua sunt* [72] ; nam si verum est quod a Servatore dictum est : *Omnia mea tua sunt*, perspicuum est judicium etiam ipsum, de quo inquit : *Judicium meum justum est*, Patris esse judicium ; quod si Patris est judicium, potest solvi dubium hujus dicti : *Ego autem non quæro gloriam meam ; est qui quærit, et judicat.* Habet autem quamdam modestiæ emphasim convenientem Servatori quod dicitur : *Ego autem non quæro gloriam meam* : neque enim admodum decebat illum, ut gloriam exigeret, et ob hoc judicaret eos qui illi illam non reddidissent ; sed oportebat uti Pater, qui gloriam Filio dederat, exigeret eam ab his qui eum illa privabant, judicaretque eos propter illum. Fortassis etiam Servator, imitator Patris cum esset, gloriam Dei quærit ab his qui didicerunt quæ sunt Dei ; et nisi invenerit in aliquibus Patris gloriam, judicabit illos, tanquam qui potestatem acceperit faciendi judicium, quoniam Filius hominis est [73]. Heracleon sane illud : *Est qui quærit, et judicat*, **360** [(32) ad Patrem non refert, cum hæc dicat : « *Qui quærit, et judicat*,] est, qui me vindicat, minister ad hoc ordinatus, qui non temere gladium portat, vindex regis [74] : Moyses autem est hic, quemadmodum superius illis dixit Jesus dicens : *In quem vos sperastis* [75]. » Postea subjungit : « Qui judicat, et punit, est Moyses, hoc est ipse legislator. » Postea dubium contra seipsum movet Heracleon dicens : « Quomodo igitur dicit omne judicium sibi traditum fuisse ? » et existimans se sol-

A *ζητῶ τὴν δόξαν μου· ἔστιν ὁ ζητῶν, καὶ κρίνων.* Ζητεῖ ὁ Θεὸς, δοὺς ἡμῖν τὸν Υἱὸν ἑαυτοῦ, ἐν ἑκάστῳ τῶν εἰληφότων αὐτὸν, τὴν δόξαν τοῦ Χριστοῦ· ἥντινα εὑρήσει μὲν ἐν τοῖς ἐπιμελουμένοις ἑαυτῶν, καὶ ἐξεργαζομένοις τὰς ἐγκαταφυτευθείσας ἐπ' ἀρετῇ ἀφορμάς· οὐχ εὑρήσει δὲ ἐν τοῖς μὴ τοιούτοις· καὶ μὴ εὑρίσκων κρίνει ἐκείνους ἐν οἷς οὐχ εὑρίσκει τὴν δόξαν τοῦ Υἱοῦ ἑαυτοῦ, πρὸς οὓς ἐρεῖ· *Δι' ὑμᾶς διαπαντὸς τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσιν.* Ἐπαπορήσαι δ' ἄν τις διὰ τό· *Ἔστιν ὁ ζητῶν, καὶ κρίνων*, εἰ χρὴ τοῦτο ἀναφέρειν ἐπὶ τὸν Θεὸν, σαφῶς τοῦ Σωτῆρος εἰρηκότος· *Οὐδὲ γὰρ ὁ Πατὴρ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ Υἱῷ, ἵνα πάντες τιμῶσι τὸν Υἱὸν, καθὼς τιμῶσ τὸν Πατέρα.* Ἀλλ' ὅρα εἰ δύνασαι πρὸς τοῦτο χρ[ή]-

B σασθαι τῷ· *Οὐ δύναμαι ἐγὼ ποιεῖν ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐδέν· καθὼς ἀκούω, κρίνω· καὶ ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ δικαία ἐστίν· ὅτι οὐ ζητῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με.* Εἰ γὰρ, καθὼς ἀκούει ὁ Σωτὴρ ἡμῶν ἀπὸ τοῦ Πατρὸς, οὕτως κρίνει, ζητῶν οὐ τὸ ἴδιον θέλημα, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντος αὐτὸν Πατρὸς, καὶ διὰ τοῦτο δικαία ἐστὶν ἡ κρίσις αὐτοῦ· μήποτε κυριώτερον ἡ κρίσις, ἣν κρίνει ὁ ἀκούων, οὐκ ἔστι τοῦ ἀκούοντος, ἀλλὰ τοῦ λέγοντος ἀκούοντι. Κἂν λέγῃ δὲ, ὅτι *Ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ δικαία ἐστὶν*, ἄκουε ἐν τῷ αὐτῷ Εὐαγγελίῳ λεγομένου τοῦ· *Πάντα τὰ ἐμὰ σά ἐστιν*· εἰ γὰρ ἀληθὲς ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος εἰρημένον τό· *Πάντα τὰ ἐμὰ σά ἐστι*, δῆλον, ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κρίσις, περὶ ἧς φησιν· *Ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ δικαία ἐστὶ*, τοῦ Πατρός ἐστιν ἡ

C κρίσις· εἰ δὲ τοῦ Πατρός ἐστιν ἡ κρίσις, δύναται λελῦσθαι τὸ ἐπηπορημένον περὶ τοῦ (31)· *Ἐγὼ δὲ οὐ ζητῶ τὴν δόξαν μου· ἔστιν ὁ ζητῶν, καὶ κρίνων.* Ἔχει δέ τινα καὶ ἀτυφίας ἔμφασιν πρεπούσης τῷ Σωτῆρι τὸ λεγόμενον ἐν τῷ· *Ἐγὼ δὲ οὐ ζητῶ τὴν δόξαν μου*· οὐδὲ γὰρ πάνυ ἔπρεπεν αὐτὸν τὴν ἑαυτοῦ δόξαν ἀπαιτεῖν, καὶ ἐπὶ τούτῳ κρίνειν τοὺς μὴ ἀποδεδωκότας αὐτήν· ἀλλ' ἐχρῆν τὸν Πατέρα δόξαν δεδωκότα τῷ Υἱῷ ἀπαιτεῖν αὐτὴν ἀπὸ τῶν ἀποστερούντων, καὶ κρίνειν αὐτοὺς ἐπὶ ταύτῃ. Τάχα δὲ καὶ ὁ Σωτὴρ, μιμητὴς ὢν τοῦ Πατρὸς, ζητεῖ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ ἀπὸ τῶν μανθανόντων τὰ περὶ Θεοῦ· καὶ εἰ μὴ εὕροι τὴν τοῦ Πατρὸς δόξαν ἔν τισι, κρίναι ἂν ἐκείνους, ὡς ἐξουσίαν λαβὼν κρίσιν ποιεῖν, ὅτι

D Υἱὸς ἀνθρώπου ἐστίν. Ὁ μέντοιγε Ἡρακλέων τό· *Ἔστιν ὁ ζητῶν, καὶ κρίνων*, οὐκ ἀναφέρει ἐπὶ τὸν Πατέρα, τοιαῦτα λέγων· « *Ὁ ζητῶν, καὶ κρίνων*, ἐστὶν, ὁ ἐκδικῶν με, ὁ ὑπηρέτης ὁ εἰς τοῦτο τεταγμένος, ὁ μὴ εἰκῇ τὴν μάχαιραν φορῶν, ὁ ἔκδικος τοῦ βασιλέως· Μωϋσῆς δέ ἐστιν οὗτος, καθὰ προείρηκεν αὐτοῖς λέγων· *Εἰς ὃν ὑμεῖς ἠλπίσατε*· » εἶτ' ἐπιφέρει, ὅτι « Ὁ κρίνων, καὶ κολάζων ἐστὶ Μωϋσῆς, τουτέστιν αὐτὸς ὁ νομοθέτης. » Καὶ μετὰ τοῦτο πρὸς ἑαυτὸν ἐπαπορεῖ ὁ Ἡρακλέων λέγων· « Πῶς οὖν οὐ (33) λέγει τὴν κρίσιν πᾶσαν παραδεδόσθαι αὐτῷ ; » καὶ νο-

[68] Joan. VIII, 50. [69] Isa. LII, 5 ; Rom. II, 24. [70] Joan. V, 22, 23. [71] ibid. 30. [72] Joan. XVII, 10. [73] Joan. V, 27. [74] Rom. XIII, 4. [75] Joan. V, 45.

(31) Περὶ τοῦ. In codice Regio deest τοῦ.
(32) Hæc supplevimus e Perionio.

(33) Οὐ redundare videtur, nec etiam legit Ferrarius.

μίζων λύειν τὴν ἀνθυποφορὰν, ταῦτά φησι· « Καλῶς A λέγει· ὁ γὰρ κριτὴς, ὡς ὑπηρέτης, τὸ θέλημα τούτου ποιῶν κρίνει, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων φαίνεται γινόμενον. » Πῶς δὲ ἄλλῳ τινὶ ἀνατίθησι τὴν κρίσιν, ὡς ὑποδεεστέρῳ τοῦ Σωτῆρος, καθ' ὃ νομίζει, τῷ Δημιουργῷ, οὐδ' οὕτως ἀποδείξασθαι δύναται, σαφῶς γεγραμμένου τοῦ· *Οὐδὲ γὰρ ὁ Πατὴρ κρίνει οὐδένα· ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ Υἱῷ*· καὶ τοῦ· *Ἐξουσίαν ἔδωκεν αὐτῷ κρίσιν ποιεῖν, ὅτι Υἱὸς ἀνθρώπου ἐστίν.*

31. *Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐάν τις τὸν ἐμὸν λόγον τηρήσῃ, θάνατον οὐ μὴ θεωρήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα.* Ὥσπερ ἐστί τις ζωὴ ἀδιάφορος, ἡ μήτε ἀγαθὸν, μήτε κακὸν τυγχάνουσα, καθ' ἣν λέγομεν ζῆν καὶ τοὺς ἀσεβεῖς, καὶ τὰ ἄλογα ζῶα· καὶ ἑτέρα διάφορος, ἀλλ' ἀγαθὸν (34), περὶ ἧς φησιν ὁ Παῦλος· B *Ἡ ζωὴ ἡμῶν κέκρυπται σὺν τῷ Χριστῷ ἐν τῷ Θεῷ*· καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος ἡμῶν περὶ ἑαυτοῦ· *Ἐγώ εἰμι ἡ ζωή*· οὕτως τὸν μὲν ἐναντίον τῇ διαφόρῳ (35) ζωῇ θάνατον ἀδιάφορον ἐρεῖς· τὸν δὲ ἐχθρὸν τῷ εἰπόντι· *Ἐγώ εἰμι ἡ ζωὴ*, πονηρόν τινα καὶ χαλεπὸν θάνατον, ὃν ὁ ἀποθνήσκων ἐστὶν ἐν τῷ θανάτῳ· περὶ οὗ γέγραπται· *Ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται, ὁ θάνατος.* Καὶ περὶ τούτου γε τοῦ θανάτου νομιστέον λέγειν τὸν Ἀπόστολον ταῦτα· *Διὰ τοῦτο ὥσπερ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε, καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος, καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους ὁ θάνατος διῆλθεν, ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον. Ἄχρι γὰρ νόμου ἡ ἁμαρτία ἦν ἐν κόσμῳ· ἁμαρτία γὰρ οὐκ ἐλλογεῖται μὴ ὄντος νόμου· ἀλλ' ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέ-* C *χρι Μωϋσέως, καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδάμ*· καὶ μετ' ὀλίγα· *Εἰ γὰρ ἐν ἑνὸς παραπτώματι ὁ θάνατος ἐβασίλευσε διὰ τοῦ ἑνὸς, πολλῷ μᾶλλον οἱ τὴν περισσείαν τῆς χάριτος, καὶ τῆς δικαιοσύνης λαμβάνοντες ἐν ζωῇ βασιλεύουσι* (36) *διὰ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ Ἰησοῦ*· τίς γάρ ἐστιν ὁ διὰ τῆς ἁμαρτίας θάνατος εἰς τὸν κόσμον εἰσελθὼν, ἢ ὁ ἔσχατος ἐχθρὸς Χριστοῦ καταργηθησόμενος; καὶ τίς ὁ εἰς πάντας ἀνθρώπους θάνατος διελθὼν, τῷ πάντας ἡμαρτηκέναι, ἢ αὐτὸς οὗτος, ὃς καὶ ἐβασίλευσεν ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωϋσέως; Μωϋσῆς δὲ, τουτέστιν ὁ νόμος, ἦν μέχρι τῆς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ ἐπιδημίας. Καὶ ἐβασίλευσέ γε ἐν ἑνὸς παραπτώματι, διὰ τοῦ ἑνὸς, ἕως οἱ τὴν περισσείαν τῆς χάριτος καὶ τῆς δικαιοσύνης λαβόντες D ἐν ζωῇ βασιλεύσωσι διὰ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ Ἰησοῦ. Τοῦτον οὖν τὸν θάνατον οὐ θεωρήσει εἰς τὸν αἰῶνα ὁ τὸν λόγον τοῦ Μονογενοῦς καὶ Πρωτοτόκου πάσης κτίσεως τηρήσας, πεφυκότα κωλύειν θεωρεῖσθαι τὸν θάνατον. Οὕτω δὲ ἀκουστέον τοῦ· *Ἐάν τις τὸν ἐμὸν λόγον τηρήσῃ, θάνατον οὐ μὴ θεωρήσῃ εἰς*

vere objectionem, hæc inquit: « Pulchre dicit; nam Moyses tanquam minister, voluntatem Christi faciens judicat, quemadmodum apparet etiam in hominibus evenire. » Quomodo vero alii tanquam inferiori Servatore (nempe, ut ipse putat, Demiurgo, et mundi Effectori) judicium tribuat, neque ostendere potest, cum aperte sit scriptum: *Neque enim Pater judicat quemquam, sed omne judicium dedit Filio* [76]: et illud: *Potestatem dedit ipsi judicium faciendi, quoniam Filius hominis est* [77].

31. *Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in æternum* [78]. Quemadmodum est quædam vita quæ nobis est indifferens, neque bonum, neque malum exsistens, juxta quam etiam impios et animalia bruta vivere dicimus; et altera, quæ non est indifferens, non malum, sed bonum exsistens, de qua inquit Paulus [79]: *Vita nostra abscondita est cum Christo in Deo*; et ipse Dominus noster de seipso [80]: *Ego sum vita*: ita mortem eam, quæ contraria sit indifferenti vitæ, indifferentem dixeris; illam vero quæ est inimica dicenti: *Ego sum vita*, malam quamdam et asperam mortem; qua qui moritur, est in morte; de qua scriptum [81]: *Ultimus inimicus aboletur, nempe mors.* Ac profecto de hac morte censendum est Apostolum hæc loqui [82]: *Propter hoc, quemadmodum per unum hominem peccatum intravit in mundum, etiam per peccatum mors, et sic in omnes homines pertransiit, eo quod omnes peccaverunt. Usque ad legem enim peccatum erat in mundo: peccatum enim non imputatur, non exsistente lege: sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysem, etiam in eos qui non peccarunt ad similitudinem transgressionis Adam:* et post pauca [83]: *Etenim si per unius delictum mors regnavit per unum, multo magis hi qui exuberantiam* **361** *gratiæ et justitiæ accipiunt, in vita regnabunt, auctore uno Jesu Christo.* Quænam enim est mors quæ per peccatum introivit in mundum, nisi ultimus inimicus Christi abolendus? et quænam mors illa est, quæ in omnes homines pervasit, eo quod omnes peccaverint, nisi hæc quæ etiam regnavit ab Adam usque ad Moysem? Moyses autem, hoc est lex, fuit usque ad Servatoris nostri Jesu Christi adventum [84]. Ac profecto regnavit unius delicto per unum, quousque qui exuberantiam gratiæ et justitiæ accipiunt per vitam, regnent auctore uno Jesu Christo. Hanc igitur mortem non videbit in æternum, qui sermonem Unigeniti et Primogeniti omnis creaturæ servaverit, natura aptum ad prohibendum ut mors non videatur. Sic igitur intelligendum est: *Si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in æternum*, perinde ac si hæc

[76] Joan. v, 22. [77] ibid. 27. [78] Joan. viii, 51. [79] Colos. iii, 3. [80] Joan. xi, 25. [81] I Cor. xv, 26. [82] Rom. v, 12 seq. [83] Rom. v, 17. [84] Luc. xvi, 16; Rom. x, 4.

(34) *Καὶ ἑτέρα διάφορος, ἀλλ' ἀγαθόν.* Ita codices Regius et Bodleianus, necnon Perionius, qui vertit: *Et alia differens, sed bonum.* At videtur legisse Ferrarius, καὶ ἑτέρα μὴ ἀδιάφορος, οὐ κακὸν, ἀλλ' ἀγαθόν.

(35) *Διαφόρῳ.* Ferrarius legebat, ἀδιαφόρῳ.

(36) *Βασιλεύουσι.* Lege, βασιλεύσουσι.

loquens, quia donasset lucem audientibus, diceret illis: Si quis meam hanc servaverit lucem, tenebras non videbit in æternum. Nam fieri non potest ut tenebræ oriantur illi qui servat hanc lucem; atqui si hanc lucem quis perdiderit, futurum est ut mox talis videat tenebras. Isto igitur modo etiam vita facta est in Sermone, qui in principio erat apud Deum [85]. Quocirca principium, hoc est Sapientia, quæ dicit: *Deus creavit me initium viarum suarum ad opera ejus* [86], de sermone in seipsa existente, in quo facta est vita, docebit et dicet: *Si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in æternum:* pariter enim servabit quis sermonem et vitam in ipso factam, ab ipsoque inseparabilem, quæ etiam vita lux est hominum lucens in tenebris, et ab ipsis non apprehensa [87]. Si igitur veluti percunctans Propheta dicat: *Quis est homo qui vivet, et non videbit mortem* [88]? respondebimus a Servatore nostro edocti, et dicemus: Ille homo vivet, et non videbit mortem, qui servat sermonem dicentis: *Si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in æternum.* Hoc in loco pariter quæro num forte vocabulum, *in æternum*, intelligendum sit communiter: ut totum sit hujusmodi: Si quis sermonem meum servaverit in æternum, mortem non videbit in æternum. Videtur enim aliquis tandiu non videre mortem, quandiu sermonem servat Jesu; simul enim atque quis eum perdiderit, **362** mortem etiam vidit. Quod si recurrere quis potest ad profundiores rationes, et considerare quomodo dicatur ab homine: *Et in pulverem mortis adduxisti me* [89], et a Paulo: *Quis me liberabit ex corpore hoc mortali* [90]? videbit etiam quomodo quandiu servatus fuerit sermo, tandiu mors visa non fuerit ab eo, qui ipsum servarit: et quomodo, cum quis ægre attendens observationi sermonis, et circa ejus custodiam negligens factus, eum cessarit custodire, tunc mortem viderit, non apud alium, quam apud seipsum. Ac profecto dogma legemque sempiternam censendum est hoc esse, perpetuo dicendum esse his qui receperint sermonem: *Si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in æternum* [91]. Ut autem, ut ita dicam, diutius visæ tenebræ aciem illius qui viderit obtundunt, sic mors conspecta ab eo qui sermonem non servarit, interimit, et mortificat, excæcatque aciem contemplationi assuetam, adeo ut opus habeat eo qui cæcorum oculos aperit. Ac profecto existimo idcirco cæcos, quorum nota fuerunt cæci, qui in Evangelio scribuntur amisisse oculos, eo quod, sermonem cum non servassent, mortem conspexerint.

32. *Dixerunt ei Judæi: Nunc cognovimus quod dæmonium habes* [92]. Complures, hique sapientes, omne genus peccati, cujus una etiam species est,

A τὸν αἰῶνα, ὡς εἰ χαρισάμενος ὁ ταῦτα λέγων φῶς τοῖς ἀκούουσιν, ἔφασκεν αὐτοῖς· Ἐάν τις τὸ ἐμὸν τοῦτο τηρήσῃ φῶς, σκότος οὐ μὴ θεωρήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα· ἀδύνατον γὰρ γενέσθαι σκότος τῷ τηροῦντι τὸ φῶς· εἰ μέντοιγε ἀπολέσαι τις τοῦτο τὸ φῶς, ἕπεται τῷ ἀπολωλεκότι εὐθέως ἰδεῖν τὸ σκότος. Οὕτω τοίνυν καὶ ἐν τῷ Λόγῳ ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν γέγονεν ἡ ζωή· διόπερ ἡ ἀρχὴ, τουτέστιν ἡ Σοφία, ἡ λέγουσα· *Ὁ Θεὸς ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδοῦ αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ*, περὶ τοῦ ἐν αὐτῇ λόγου ἐν ᾧ γέγονεν ἡ ζωὴ, διδάξει, καὶ φήσει· *Ἐάν τις τὸν ἐμὸν λόγον τηρήσῃ, θάνατον οὐ μὴ θεωρήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα·* ἅμα γὰρ τηρήσῃ τις τὸν λόγον, καὶ τὴν ἀχώριστον αὐτοῦ γενομένην ἐν αὐτῷ ζωὴν, ἥτις ἅμα καὶ φῶς ἐστι τῶν ἀνθρώπων, τὸ ἐν τῇ σκοτίᾳ φαῖ-
B νον, καὶ μὴ καταλαμβανόμενον ὑπ' αὐτῆς. Ἐὰν οὖν οἱονεὶ πυνθανόμενος ὁ Προφήτης λέγῃ· *Τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὃς ζήσεται, καὶ οὐκ ὄψεται θάνατον;* ἀποκρινούμεθα (37) μαθόντες ἀπὸ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, καὶ ἐροῦμεν, ὅτι ἄνθρωπός ἐστιν, ὃς ζήσεται, καὶ οὐκ ὄψεται θάνατον, ὃς τηρεῖ τὸν λόγον τοῦ εἰπόντος· *Ἐάν τις τὸν ἐμὸν λόγον τηρήσῃ, θάνατον οὐ μὴ θεωρήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα.* Ἅμα δὲ ἐν τῷ τόπῳ ζητῶ μήποτε τὸ *εἰς τὸν αἰῶνα*, ἀπὸ κοινοῦ ληπτέον, ὥστ' ἂν εἶναι τοιοῦτον τὸ ὅλον· Ἐάν τις τὸν ἐμὸν λόγον τηρήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα, θάνατον οὐ μὴ θεωρήσῃ. Καὶ γὰρ ἔοικεν ἐπὶ τοσοῦτόν τις μὴ θεωρεῖν τὸν θάνατον, ὅσον τηρῇ τὸν τοῦ Ἰησοῦ λόγον· ἅμα γάρ τις ἀπώλεσεν αὐτὸν, καὶ θάνατον ἐθεώρησεν. Εἰ δὲ καὶ
C ἀνατρέχειν τις δύναται ἐπὶ τοὺς βαθυτέρους λόγους, καὶ νοεῖν πῶς ὑπὸ ἀνθρώπου λέγοιτ' ἂν τό· *Εἰς χοῦν θανάτου κατήγαγές με*, καὶ ὑπὸ Παύλου· *Τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου;* θεωρήσει τίνα τρόπον ὅσον μὲν ἐτηρεῖτο ὁ λόγος, θάνατος οὐκ ἐθεωρεῖτο τῷ τηροῦντι αὐτόν· ὅτε δέ τις καμὼν ἐν τῇ προσοχῇ, καὶ τηρήσει τοῦ λόγου, ἢ ἀπροσεκτήσας περὶ τὸ τηρεῖν, οὐκ ἔτι αὐτὸν τετήρηκε, τότε τὸν θάνατον ἐθεώρησεν, οὐ παρ' ἄλλον ἢ παρ' ἑαυτόν. Καὶ νομιστέον γε τοῦτο δόγμα εἶναι, καὶ νόμον αἰώνιον, ἀεὶ ἂν ἡμῖν λεχθησομένου, παραλαβοῦσι τὸν λόγον, τοῦ· *Ἐάν τις τὸν ἐμὸν λόγον τηρήσῃ, θάνατον οὐ μὴ ὄψεται εἰς τὸν αἰῶνα.* Ὥσπερ δὲ, ἵν' οὕτως ὀνομάσω, ἐπιπλεῖον θεωρηθὲν τὸ σκότος ἀφανίζει (38) τὰς ὄψεις τοῦ
D θεωρήσαντος, οὕτως θεωρηθεὶς ὁ θάνατος ἀπὸ τοῦ τὸν λόγον μὴ τηρήσαντος θανατοῖ, καὶ νεκροῖ τὴν θεωρήσασαν αὐτὸν ὄψιν, καὶ ἀποτυφλοῖ, ὡς διὰ τοῦτο δεηθῆναι τοῦ ἀνοίγοντος ὀφθαλμοὺς τυφλῶν. Καὶ οἶμαί γε, διὰ τοῦτο οἱ τυφλοὶ, ὧν σύμβολον ἦσαν οἱ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τυφλοὶ, τὰς ὄψεις ἀπολωλέκασιν, ἐπείπερ τὸν λόγον μὴ τηρήσαντες τὸν θάνατον ἐθεώρησαν.

32. *Εἶπον αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι· Νῦν ἐγνώκαμεν, ὅτι δαιμόνιον ἔχεις.* Οἱ μὲν πολλοὶ καὶ τῶν σοφῶν (39) πᾶν γένος ἁμαρτήματος, οὗ ἐν εἴδει ἐστὶ

[85] Joan. I, 2. [86] Prov. VIII, 22. [87] Joan. I, 5. [88] Psal. LXXXVIII, 49. [89] Psal. XXI, 16. [90] Rom. VII, 24. [91] Joan. VIII, 51. [92] ibid. 52.

(37) Codex Regius, ἀποκρινόμεθα.
(38) Codex Regius, ἀφανίζειν, male.
(39) *Οἱ μὲν πολλοὶ καὶ τῶν σοφῶν*, etc. Plato lib. IX *De legib.*, Plotinus *Ennead.* I, lib. I. At non ex perversis solum judiciis, sed ex malo etiam recte judicatorum usu peccata oriuntur. Cicero

καὶ τὸ ἐν λόγῳ ἁμάρτημα, οὐκ ἄλλοθεν ἢ ἀπὸ κριμάτων μοχθηρῶν οἴονται (40) γίνεσθαι· οἱ δὲ ταῖς ἁγίαις Γραφαῖς, ὡς θείαις πεπιστευκότες, διαλαμβάνουσι περὶ τῶν παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον ὑπ' ἀνθρώπων πραττομένων, ὡς οὐ χωρὶς δαιμονίων, ἢ ὁποίων δήποτε δυνάμεων ἀντικειμένων τῶν τοιούτων ἐπιτελουμένων. Καὶ οἱ Ἰουδαῖοι τοίνυν κατὰ (41) δαιμονίου ἐνέργειαν ὑπελάμβανον εἰρηκέναι τὸν Ἰησοῦν τό· *Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν· Ἐάν τις τὸν ἐμὸν λόγον τηρήσῃ, θάνατον οὐ μὴ θεωρήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα.* Καὶ τοῦτο ἐπεπόνθεισαν, μήτε τὸν λόγον τηρήσαντες, μήτε τοῦ λεγομένου τὴν δύναμιν θεωρήσαντες· ὁ μὲν γὰρ θάνατόν τινα ἐχθρὸν τῷ λόγῳ ἐπιστάμενος, ὃν ἀποθνήσκουσιν οἱ ἁμαρτάνοντες, τοῦτον ἔφασκε (42) μὴ θεωρεῖσθαι εἰς τὸν αἰῶνα ὑπὸ τοῦ τὸν λόγον αὐτοῦ τηρήσαντος· οἱ δὲ περὶ τοῦ B κοινοτέρου θανάτου νομίσαντες εἶναι τὸ λεγόμενον παραπαίειν ᾤοντο τὸν λέγοντα, ἀποθανόντος Ἀβραὰμ, καὶ τῶν προφητῶν, μὴ ἀποθανεῖσθαι εἰς τὸν αἰῶνα πάντα τὸν τηρήσαντα αὐτοῦ τὸν λόγον.

33. *Ἀβραὰμ ἀπέθανε, καὶ οἱ προφῆται, καὶ σὺ λέγεις· Ἐάν τις τὸν ἐμὸν λόγον τηρήσῃ, οὐ μὴ γεύσηται θάνατον* (42*) *εἰς τὸν αἰῶνα· μὴ σὺ μείζων εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραὰμ, ὅστις ἀπέθανε; καὶ οἱ προφῆται ἀπέθανον· τίνα σεαυτὸν ποιεῖς;* Εἰ κατὰ (43) τὴν ἁπλουστέραν ἐκδοχὴν, ὡς καὶ αὐτοὶ ἀποδεδώκαμεν, δοκεῖ εἶναι σαφὲς τὸ τῆς ὑπολήψεως τῶν Ἰουδαίων ἀποκριναμένων πρὸς τὸν τοῦ Σωτῆρος λόγον περὶ τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ τῶν προφητῶν, ὡς ἀποτεθνηκότων, οὐδὲν ἧττον οὐκ C ἀπαρασήμαντον τὴν ἐξέτασιν μετὰ συγκρίσεως τῆς πρὸς ἕτερα παραπλήσια ἐατέον. Ἆρα γὰρ ᾤοντο σὺν οὐδενὶ λόγῳ τὸν Σωτῆρα (44) εἰρηκέναι τό· *Ἐάν τις τὸν ἐμὸν λόγον τηρήσῃ, θάνατον οὐ μὴ θεωρήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα*, καὶ διὰ τοῦτο σαφές τι πρὸς τὸν λόγον αὐτοῦ ἀπεκρίναντο; ἢ, καθὼς (45) ἐνοήσαμεν οὐ περὶ τοῦ κοινοτέρου θανάτου αὐτὸν λελαληκέναι, καὶ διαλαμβάνοντες περὶ Ἀβραὰμ, καὶ τῶν προφητῶν, ὡς καὶ αὐτῶν ἐν τῷ χείρονι θανάτῳ γεγενημένων ποτὲ, τὸν λόγον αὐτοῦ μὴ παραδεξάμενοι, μηδὲ ὑπολαμβάνοντες αὐτὸν εἶναι τηλικοῦτον, ὁποῖον ἐπηγγείλατο ὁ λέγων· φασί· *Νῦν ἐγνώκαμεν, ὅτι δαιμόνιον ἔχεις;* Τὸ δὲ ὅμοιον καὶ ἐπ' ἄλλων αὐτοῦ λόγων καὶ τῶν πρὸς αὐτοὺς ἀποκρίσεων ἐπὶ πλειόνων ἐν τοῖς ἀνωτέρω ἐξητάσαμεν· οἷον ἐπὶ D

A peccatum in sermone, non aliunde oriri existimant, quam a pravis judiciis. At vero qui Scripturis sacris tanquam divinis crediderunt, sic disputant de hominibus præter rationem operantibus, tanquam absque dæmoniis, vel qualibuscunque potentiis contrariis peccata non perficiantur. Quamobrem Judæi etiam existimabant Jesum juxta dæmonis operationem dixisse [93]: *Amen, amen dico vobis: Si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in æternum.* Quod passi sunt, quia nec sermonem servaverunt, nec vim dicti viderunt. Nam mortem quamdam sciens Jesus inimicam esse rationi, qua moriuntur peccantes, **363** hanc in æternum non videri dicebat ab eo, qui sermonem ipsius servaverit; illi autem de communi morte B dictum esse existimantes, aberrare arbitrati sunt, cum mortuus fuisset Abraham cæterique prophetæ, dicentem neminem in æternum mori, qui mandata sua servarit.

33. *Abraham mortuus est et prophetæ, et tu dicis: Si quis sermonem meum servaverit, mortem non gustabit in æternum; num tu major es patre nostro Abrahamo, qui mortuus est? et prophetæ mortui sunt. Quem teipsum facis* [94]? Etiamsi juxta simpliciorem intelligentiam, quemadmodum et nos interpretati sumus, videatur apertum esse id, quod Judæi suspicati fuerant, respondentes ad Servatoris sermonem de Abraham, cæterisque prophetis, per- C inde quasi illi mortui fuissent, nihilominus non sinenda est disputatio inexplorata cum collatione ostendente superiora similia. Utrum existimabant Servatorem cum nulla ratione dixisse: *Si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in æternum*, et hanc ob causam manifestum quiddam ad ipsius sermonem responderunt? an potius, sicut consideravimus, non de communi morte ipsum locutum fuisse opinabantur, et animo cogitantes Abraham et prophetas aliquando spiritualiter mortuos fuisse, sermone illius spreto, ut qui ne eum quidem talem esse, qualem loquens se promittebat, existimarent, inquiunt: *Nunc cognovimus quod dæmonium habes* [95]? Simile vero etiam in aliis ipsius sermonibus pluribus verbis in superioribus D exquisivimus, veluti in Samaritide; quando cum

[93] Joan. VIII, 51. [94] ibid. 52, 53. [95] ibid. 52.

(73) *Ἀρχόμενοι τῶν ἑξῆς*. Tres deinceps desiderantur tomi, de quorum aliquo hæc intelligenda sunt, quæ habet Origenes *in Matth.* tom. xvi, num. 19 : Πλὴν ἔν τινι τῶν εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγέλιον ἐπὶ ποσὸν κατὰ ταῦτα ἐξητάσαμεν· ὅτε προέκειτο διηγήσασθαι τό· Τῇ ἐπαύριον οὖν ὄχλος πολὺς ὁ ἐλθὼν εἰς τὴν ἑορτὴν, καὶ τὰ ἑξῆς· « Veruntamen in quodam super Evangelium secundum Joannem Commentario, ea quoque aliqua ex parte a nobis expensa sunt; quando videlicet illud exponendum nobis propositum erat : *In crastinum autem turba multa, quæ venerat ad diem festum* (*Joan* xii, 12), et reliqua. »

(74) Codex Bodleianus, ἐρχώμεθα· Regius, ἐχώμεθα· Perionius autem videtur legisse εὐχόμεθα.

(75) Codex Regius, ἱερὲ ἀδελφὲ ἄνθρωπε Ἀμβρόσιε, διεξέλθωμεν.

2. « Καὶ δείπνου γενομένου (75*), τοῦ διαβόλου ἤδη A βεβληκότος εἰς τὴν καρδίαν Ἰούδα Σίμωνος τοῦ Ἰσκαριώτου ἵνα παραδῷ αὐτὸν, εἰδὼς, ὅτι (76) πάντα δέδωκεν αὐτῷ ὁ Πατὴρ εἰς τὰς χεῖρας, καὶ ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐξῆλθε, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ὑπάγει, ἐγείρεται ἐκ τοῦ δείπνου, καὶ τίθησι τὰ ἱμάτια, καὶ λαβὼν λέντιον διέζωσεν ἑαυτόν· εἶτα βάλλει ὕδωρ εἰς τὸν νιπτῆρα, καὶ ἤρξατο νίπτειν τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν, καὶ ἐκμάσσειν τῷ λεντίῳ ᾧ ἦν διεζωσμένος. » Ἐν ταῖς εἰς τὸ κατὰ Λουκᾶν ὁμιλίαις συνεκρίναμεν ἀλλήλαις (77) τὰς παραβολὰς, καὶ ἐζητήσαμεν, τί μὲν σημαίνει τὸ κατὰ τὰς θείας Γραφὰς ἄριστον, τί δὲ παρίστησι τὸ κατ' αὐτὰς δεῖπνον. Καὶ νῦν τοίνυν λελέχθω, ὅτι ἄριστον μέν ἐστιν ἡ πρώ- B τη καὶ πρὸ τῆς συντελείας τῆς ἐν τῷ βίῳ τούτῳ ἡμέρας πνευματικῆς τοῖς εἰσαγομένοις ἁρμόζουσα τροφή· δεῖπνον δὲ, ἡ τελευταία καὶ τοῖς ἤδη (78) ἐπὶ πλεῖον προκεκοφόσι παρατιθεμένη κατὰ λόγον. Καὶ ἄλλως δὲ εἴποι ἄν τις, ἄριστον μὲν εἶναι τὸν νοῦν τῶν παλαιῶν Γραμμάτων, δεῖπνον δὲ τὰ ἐναποκεκρυμμένα τῇ καινῇ Διαθήκῃ μυστήρια. Ταῦτα δὲ καὶ ἐν προοιμίῳ λέλεκται ἐξετάζοντι, πῶς γενομένου δείπνου ἐγείρεται ὁ Ἰησοῦς ἐκ τοῦ δείπνου, καὶ βαλὼν ὕδωρ εἰς τὸν νιπτῆρα ἄρχεται τοὺς τῶν μαθητῶν νίπτειν πόδας· οἶμαι γὰρ, ὅτι οἱ μετὰ τοῦ Ἰησοῦ δειπνοῦντες, καὶ ἐν τῇ ἐπὶ τέλει τοῦ βίου τούτου ἡμέρᾳ μεταλαμβάνοντες σὺν αὐτῷ τροφῆς, δέονται μὲν καθαρσίου τινὸς, οὐ μὴν περί τι τῶν πρώτων τοῦ τῆς ψυχῆς, ἵν' οὕτως ὀνομάσω, σώματος, ἀλλ', ὡς ἂν εἴποι τις, C χρῄζουσιν ἀποπλύνασθαι τὰ τελευταῖα, καὶ τὰ ἔσχατα, καὶ τῇ γῇ ἀναγκαίως ὁμιλοῦντα· καὶ τοῦτο τὸ καθάρσιον πρῶτον μὲν ὑπ' οὐδενὸς ἢ τοῦ Ἰησοῦ μόνου γενέσθαι δύναται, δεύτερον δὲ καὶ τὸ (78*) ὑπὸ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, πρὸς οὓς εἶπε· « Καὶ ὑμεῖς ὀφείλετε τοὺς πόδας ἀλλήλων νίπτειν· ὑπόδειγμα γὰρ ἔδωκα ὑμῖν, ἵνα, καθὼς ἐγὼ ἐποίησα ὑμῖν, καὶ ὑμεῖς ποιῆτε. » Καὶ ὁ Εὐαγγελιστής γε ἐν τούτοις μοι δοκεῖ, διεγείρων ἡμῶν τὸν νοῦν ἐπὶ τὸ νοητὸν (79) τῶν κατὰ τὸν τόπον, μὴ τετηρηκέναι μὲν σωματικὴν περὶ τοῦ νίψασθαι τὴν ἀκολουθίαν, ὅτε (80) πρὸ τοῦ δείπνου καὶ τῆς ἐπὶ τὸ δειπνεῖν ἀνακλίσεως οἱ δεόμενοι τοῦ νίψασθαι τοὺς πόδας νίπτονται· ὑπερβὰς δὲ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον τῷ λόγῳ, ἤδη ἀνακλιθέντα τὸν Ἰησοῦν ἐπὶ τὸ δειπνεῖν ἐγηγερκέναι ἐκ τοῦ δείπνου, ἵνα δειπνησάντων ἄρξηται νίπτειν τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν ὁ Διδάσκαλος καὶ ὁ D Κύριος (81)· πρὸ μὲν γὰρ τοῦ δείπνου ἦσαν λελουμένοι, καὶ γενόμενοι ὅλοι καθαροὶ, κατὰ τό· « Λούσασθε, καθαροὶ γένεσθε, ἀφέλετε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν κατέναντι τῶν ὀφθαλμῶν ὑμῶν, » καὶ τὰ ἑξῆς· μετὰ δὲ τὸ λουτρὸν ἐκεῖνο ἐδεήθησαν δευτέρου

2. « Et cœna facta, cum diabolus jam immisisset in cor Judæ Simonis Iscariotæ, ut proderet eum, sciens Jesus omnia dedisse sibi Patrem in manus, seque a Deo exisse, et ad Deum abire, surgit a cœna, et ponit vestimenta; cumque accepisset linteum, præcinxit se: deinde misit aquam in pelvim, et cœpit lavare pedes discipulorum, et extergere linteo quo præcinctus erat [28]. » In homiliis quas in Lucam edidimus, parabolis inter se collatis, inquisivimus quid in divinis Scripturis significaret prandium, quidque rursus in his significaret cœna. **405** Dicatur ergo etiam nunc quod prandium sit ille primus cibus qui iis qui introducuntur convenit, atque etiam antequam finiatur dies spiritualis qui hac vita obtingit; cœnam vero esse ultimum illum cibum qui rationabiliter apponitur his qui plus profecerunt. Nisi dicat etiam aliquis prandium esse intelligentiam veterum Scripturarum, cœnam vero mysteria quæ in Novo Testamento sunt recondita. Hæc autem in prœmio dicta mihi fuere exquirenti quomodo facta cœna surgit Jesus, et missa aqua in pelvim cœpit lavare pedes discipulorum. Arbitror enim ego eos qui cum Jesu cœnant, cibum cum ipso percipientes in ultimo hujus vitæ die, purificatione quidem aliqua opus habere; cum tamen non opus habeant ut primæ partes corporis animæ, ut ita loquar, illorum laventur; sed, ut aliquis diceret, illa illis tantum lavanda sint quæ sunt ultima et extrema, et quæ in terra necessario versantur; hancque purificationem primum quidem a nullo præterquam a solo Jesu fieri posse; deinde vero etiam a discipulis suis, quibus dixit: « Debetis et vos mutuo lavare pedes: exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, sic et vos faciatis [29]. » Quin evangelista etiam videtur mihi, excitans mentem nostram ad intelligentiam spiritualem præsentis loci non observasse hoc in loco corporalem lavandi consequentiam et ordinem; quandoquidem qui opus habent lavari, ante cœnam, anteque cœnæ accubitum pedes lavent; sed id temporis cum sermone consumpsisset, scripsisse Jesum, qui jam accubuerat cœnandi causa, a cœna surrexisse, ut discipulorum, qui jam cœnarant, Magister et Dominus inciperet pedes lavare; namque ante cœnam loti erant, et facti mundi toti, propter illud: « Lavamini, mundi estote, auferte vitia ab animabus vestris, coram oculis vestris [30], » et quæ sequuntur; post quod lavacrum secunda etiam aqua egebant ad solos pedes, hoc est ad eas solas corporis partes quæ infimæ sunt. Nam fieri non posse arbitror, ut anima

[28] Joan. XIII, 2 seq. [29] Joan. XIII, 14, 15. [30] Isa. I, 16.

(75*) *Γενομένου*. Ita correximus hic et infra quod legebatur γινομένου. EDIT.

(76) Codex Regius, εἰς τὴν καρδίαν, ἵνα παραδῷ αὐτὸν Ἰούδας Σίμωνος Ἰσκαριώτης, εἰδὼς, ὅτι, etc.

(77) Idem codex Regius, ἀλλήλας, male.

(78) *Ἡ τελευταία καὶ τοῖς ἤδη*, etc. Sic hiatum qui in codice Regio comparet replet codex Bodleianus.

(78*) Forte legendum sit sine hoc articulo. EDIT.

(79) Codex Regius, τὸν νοητόν, male.

(80) *Ὅτε*. Scribendum videtur ὅτι.

(81) Codex Regius, male, καὶ ὃν Κύριος. (Hæc Reg. cod. scriptura potest esse, levissima correctione ac mutatione, pro, ὁ διδάσκαλος ὢν καὶ Κύριος, et ideo minus contemnenda. EDIT.)

nihil sordium contrahat, ne in extremis quidem partibus, et quæ infimæ sunt, etiamsi quoad homines perfectus quis esse videatur. Atque multi quidem etiam post baptismum peccatorum pulvere caput replent, vel ea quæ **406** hoc sunt paulo inferiora ; qui vero germane ipsius Jesu discipuli fuerint, adeo ut eo perveniant ut etiam cum eo ipso cœnent, solos pedes habent, qui egeant lavari ἀπὸ τοῦ Λόγου [hoc est a Filio Dei et ratione]. Et certe qui videt diversitates peccatorum, quique peccata considerat quantum ad accuratam et constantem rationem (quæ nec peccata existimantur esse apud multos), is visurus est quænam sint illa ob quæ opus habeant pedes lavari a Jesu. Sin vero talia sunt pedum inquinamenta, quid facturi sumus nos qui nunquam ad cœnandum cum Jesu pervenimus, quique non pedes tantum habemus inquinatos ? dicente Jesu Petro tum nescienti, sed agnituro postea mysterium lavationis pedum qui a Jesu mundantur : « Nisi lavero te, non habebis partem mecum [31] ; » quod quem sensum habeat inquires ; utrumne hunc : Nisi lavero te, nullam omnino bonam partem habiturus es ; an illum : Ne mecum quidem præceptore ac Domino habiturus es partem, nisi te lavero, sed cum me inferioribus, inter quos sunt ii qui post baptismum nec cœnarunt mecum, nec pedes habuerunt a me lotos ; vel si cœnarunt, a me tamen loti non fuerunt. Illud autem noto propter hæc verba : « Ecce ego sto ad ostium et pulso : si quis mihi aperuerit ostium, ingrediar ad eum, et cœnabo cum eo, et ipse mecum [32] ; » ne forte Jesus cum ullo non prandeat ; neque enim eget introductione, et primis disciplinis, neque prandet aliquis cum eo, sed qui cum illo comedit tantum cœnat : « Plus quam » enim « Salomon, » inquit [33], « hoc in loco, » de quo scriptum est : « Et erat prandium Salomonis » hoc, quod in Regum tertio recensitum est [34]. Ausim etiam hoc dicere tanquam consequens huic dicto : « Nisi lavero te , non habebis partem mecum , » Jesum Juda pedes non lavisse : nimirum quod illi jam diabolus immisisset in cor, ut Jesum traderet præceptorem et Dominum, cum invenisset eum non indutum omnem Dei armaturam, nec habentem fidei scutum, quo valet quis omnes mali illius sagittas ignitas exstinguere [35-36] : intelligo enim hoc quod scriptum est : « Cum jam diabolus immisisset [37], » sicut etiam Scriptura hac de re in septimo psalmo docet, nimirum feriente diabolo, qui veluti sagittarius sagittas ignitas confecit iis qui omni custodia cor suum non servant. Est autem psalmi contextus talis [38] : « Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit, arcum suum tetendit, et paravit **407** illum, et in eo paravit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit. Ecce parturiit

A ὕδατος εἰς μόνους τοὺς πόδας, τουτέστι τὰ κατωτάτω τοῦ σώματος· ἀδύνατον γὰρ οἶμαι μηδὲν ῥυπωθῆναι τῆς ψυχῆς, μηδὲ τὰ τελευταῖα, καὶ τὰ κατωτάτω αὐτῆς, κἂν ὡς ἐν ἀνθρώποις τέλειός τις εἶναι δοκῇ. Οἱ μὲν οὖν πολλοὶ καὶ μετὰ τὸ λουτρὸν κονιορτοῦ τῶν ἁμαρτημάτων πληροῦνται καὶ τὴν κεφαλὴν, ἢ τὰ ὀλίγα (81*) ταύτης κατωτέρω· οἱ δὲ γνησίως τῷ Ἰησοῦ μαθητεύοντες, ὡς φθάσαι καὶ ἐπὶ τὸ συνδειπνεῖν αὐτῷ, μόνους τοὺς πόδας δεομένους ἔχουσι τῆς ἀπὸ τοῦ Λόγου νίψεως. Ἐνορῶν δὲ διαφοραῖς ἁμαρτημάτων, καὶ κατανοῶν τὰ, ὡς μὲν πρὸς τὸ ἀκριβὲς καὶ τὸ ἐῤῥωμένον τοῦ λόγου, ἁμαρτήματα, πρὸς δὲ τοὺς πολλοὺς οὐδὲ νομιζόμενα (82) εἶναι ἁμαρτήματα, ὄψει τίνα ἐστὶν, ἐφ' οἷς δέονται οἱ πόδες τοῦ νίψασθαι ἀπὸ τοῦ Ἰησοῦ. Καὶ εἴπερ τοιαῦτά ἐστι τὰ κατὰ τοὺς πόδας
B μολύσματα, τί ποιήσομεν οἱ μηδέποτε ἐπὶ τὸ μετὰ τοῦ Ἰησοῦ δεῖπνον ἐφθακότες, μηδὲ τοὺς πόδας μόνους μεμολυσμένοι, λέγοντος Ἰησοῦ τῷ μὴ εἰδότι τότε Πέτρῳ, ἀλλὰ γνωσομένῳ μετὰ ταῦτα τὸ μυστήριον τῆς νίψεως τῶν ὑπὸ Ἰησοῦ καθαριζομένων ποδῶν τὸ, « Ἐὰν μὴ νίψω σε, οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ ; » ὅπερ ζητήσεις τί δηλοῖ· πότερον, ὅτι, Οὐδ' ὅλως ἔχεις μέρος, ἐὰν μὴ νίψω σε, ἀγαθὸν, ἤ· Οὐ μετ' ἐμοῦ μὲν τοῦ διδασκάλου καὶ Κυρίου, μετὰ τῶν ἐλαττόνων δέ μου, ἐν οἷς εἰσιν οἱ μετὰ τὸ λούσασθαι μήτε δειπνήσαντες τὸ μετ' ἐμοῦ δεῖπνον, μήτε νιψάμενοι ὑπ' ἐμοῦ τοὺς πόδας, ἢ δειπνήσαντες μὲν, οὐ νιψάμενοι δέ. Ἐγὼ ἐφίστημι διὰ τό· « Ἰδοὺ ἐγὼ ἕστηκα ἐπὶ τὴν θύραν, καὶ κρούω· ἐάν τις ἀνοίξῃ μοι τὴν θύραν, εἰσ-
C ελεύσομαι πρὸς αὐτὸν, καὶ δειπνήσω μετ' αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς μετ' ἐμοῦ· » μήποτε ὁ Ἰησοῦς οὔτε ἀριστᾷ μετά τινος (οὐ γὰρ δεῖται εἰσαγωγῆς καὶ πρώτων μαθημάτων), οὔτε ἀριστᾷ τις μετ' αὐτοῦ, ἀλλ' ὁ μετ' αὐτοῦ ἐσθίων δειπνεῖ μόνον· « Πλεῖον » γὰρ, φησὶ, « Σολομῶντος ὧδε, » περὶ οὗ γέγραπται· « Καὶ ἦν τὸ ἄριστον Σολομῶν » τόδε, ὃ κατείλεκται ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Βασιλειῶν. Καὶ τοῦτο δὲ τολμήσας εἴποιμ' ἂν, ὡς ἀκόλουθον τῷ, « Ἐὰν μὴ νίψω σε, οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ, » ὅτι οὐκ ἔνιψε τοὺς πόδας τοῦ Ἰούδα, ἤδη εἰς τὴν καρδίαν βεβλήκει ὁ διάβολος ἵνα τὸν διδάσκαλον καὶ Κύριον παραδῷ, εὑρὼν αὐτὸν οὐκ ἐνδεδυμένον τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐκ ἔχοντα τὸν τῆς πίστεως θυρεὸν, ᾧ δύναταί τις πάντα τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ τὰ πεπυρωμένα σβέσαι· γεγραμμένου γὰρ
D τοῦ, « Τοῦ διαβόλου ἤδη βεβληκότος, » ἀκούω, ὡς καὶ ἐν ἑβδόμῳ ψαλμῷ τῆς Γραφῆς περὶ τούτου διδασκούσης, ὡς τοξότου, καὶ βέλη πεπυρωμένα ἐξεργαζομένου τοῖς μὴ πάσῃ φυλακῇ τηροῦσι τὴν ἑαυτῶν καρδίαν. Ἔχει δὲ οὕτως ἡ τοῦ ψαλμοῦ λέξις· « Ἐὰν μὴ ἐπιστραφῆτε, τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ στιλβώσει, τὸ τόξον αὐτοῦ ἐνέτεινε, καὶ ἡτοίμασεν αὐτὸ, καὶ ἐν αὐτῷ ἡτοίμασε σκεύη θανάτου, τὰ βέλη αὐτοῦ τοῖς καιομένοις ἐξειργάσατο. Ἰδοὺ ὠδίνησεν ἀδικίαν, συνέλαβε πόνον καὶ ἔτεκεν ἀνομίαν. » Πᾶς μὲν οὖν ὁμολογήσει τό·

[31] Joan. XIII, 8. [32] Apoc. III, 20. [33] Matth. XII, 42 ; Luc. XI, 31. [34] III Reg. IV, 22. [35-36] Ephes. VI, 11, 16. [37] Joan. XIII, 2. [38] Psal. VII, 13, 15.

(81*) Ὀλίγα. Forte legendum ὀλίγῳ.
(82) *Πρὸς δὲ τοὺς πολλοὺς οὐδὲ νομιζόμενα.* Ita hunc locum in codice Regio mutilum sanitati restituit codex Bodleianus.

« Ἰδοὺ ὠδίνησεν ἀδικίαν, συνέλαβε πόνον, καὶ ἔτεκεν ἀνομίαν, » δύνασθαι ἀναφέρεσθαι ἐπὶ τὸν διάβολον· ἄτοπον δὲ μὴ ὁμοίως τούτῳ καὶ αὐτὰ νομίζειν λέγεσθαι· « Ἐὰν μὴ ἐπιστραφῆτε, τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ στιλβώσει, τὸ τόξον αὐτοῦ ἐνέτεινε, καὶ ἡτοίμασεν αὐτὸ, καὶ ἐν αὐτῷ ἡτοίμασε σκεύη θανάτου· » σκεύη γὰρ θανάτου ἄλλως οὐδεὶς ἐν τῷ τόξῳ ἑαυτοῦ ᾧ ἐνέτεινεν ἡτοίμασεν, ἢ οὗ τῷ φθόνῳ θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον. Ἀπὸ τούτων τοίνυν τῶν βελῶν ἃ τοῖς καιομένοις ἐξειργάσατο ὁ διάβολος, ἐνέβαλεν εἰς τὴν καρδίαν Ἰούδα Σίμωνος Ἰσκαριώτου, οὗ ἤδη (83) βεβλημένου ἐν τῷ δείπνῳ οὕτως, ὥστε δὲ καὶ ἀρέσκεσθαι αὐτῷ· ἐπείπερ ἡ τοῦ δείπνου τούτου τροφὴ, καὶ ὁ οἶνος ὁ ἐν αὐτῷ, οὐκ ἐδύνατο γενέσθαι ἐν καρδίᾳ ὑπὸ τοῦ διαβόλου βεβλημένῃ βέλει (84) περὶ τοῦ προδοθῆναι τὸν τάχα ἑστιάτορα· ἐπεὶ μὴ σαφῶς ἐν τούτοις φαίνεται τίς ἦν, ὑφ' οὗ τὸ δεῖπνον ἐγίνετο, ὡς ἐν τοῖς πρὸ τούτων, « Ἐποίησαν, φησὶν, αὐτῷ δεῖπνον ἐκεῖ, καὶ ἡ Μάρθα διηκόνει, καὶ ὁ Λάζαρος εἷς ἦν ἐκ τῶν ἀνακειμένων σὺν αὐτῷ. » Ἐπὶ μὲν οὖν τοῦ Ἰούδα γέγραπται τό· « Τοῦ διαβόλου ἤδη βεβληκότος εἰς τὴν καρδίαν, ἵνα παραδῷ αὐτὸν Ἰούδας Σίμωνος Ἰσκαριώτης· » τούτῳ δὲ ἀκολούθως λέγοις ἂν περὶ ἑκάστου τῶν ὑπὸ τοῦ διαβόλου εἰς τὴν καρδίαν τετρωμένων· τοῦ διαβόλου ἤδη βεβληκότος εἰς τὴν καρδίαν, ἵνα πορνεύσῃ τοῦ δεῖνα, καὶ ἵνα ἀποστερήσῃ τοῦ δεῖνα, καὶ ἵνα δοξομανῶν εἰδωλολατρείαν ἀναδέξηται τὴν τῶν δοκούντων εἶναι ἐπ' ἀξιώματος τοῦ δεῖνα· καὶ οὕτως ἐπὶ τῶν λοιπῶν ἁμαρτημάτων, ἅπερ ὁ διάβολος βάλλει εἰς τὴν γυμνὴν τοῦ θυρεοῦ τῆς πίστεως καρδίαν· ἐν ᾧ θυρεῷ πίστεως δύναταί τις οὐχ ἓν οὐδὲ δύο, ἀλλὰ πάντα τὰ βέλη πονηροῦ τὰ πεπυρωμένα σβέσαι.

3. Ἐγγιζούσης τοίνυν τῆς κατὰ τὸ πάθος οἰκονομίας, ἐφ' ὃ ἔμελλεν αὐτὸν παραδιδόναι Ἰούδας Σίμωνος Ἰσκαριώτης τετρωμένος ὑπὸ τοῦ διαβόλου, « Δείπνου ἤδη γινομένου, εἰδὼς, » φησὶν, « ὁ Ἰησοῦς, ὅτι πάντα ἔδωκεν αὐτῷ ὁ Πατὴρ εἰς τὰς χεῖρας, καὶ ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐξῆλθε, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ὑπάγει, ἐγείρεται ἐκ τοῦ δείπνου. » Οὐκοῦν τὰ μὴ πρότερον ὄντα ἐν ταῖς χερσὶ τοῦ Ἰησοῦ δίδοται ὑπὸ τοῦ Πατρὸς εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ, καὶ οὐ τινὰ μὲν, τινὰ δ' οὔ, ἀλλὰ πάντα· ὅπερ πνευματικῶς (85) ὁ Δαβὶδ βλέπων φησὶ τό· « Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου· » καὶ γὰρ οἱ ἐχθροὶ τοῦ Ἰησοῦ μέρος τι τῶν πάντων ἦσαν, οὓς ᾔδει, ὅσον ἐπὶ τῇ προγνώσει, δεδόσθαι ἀπὸ τοῦ Πατρὸς αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς. Ἵνα δὲ σαφέστερον θεωρήσωμεν τί ἐστι τὸ, « Πάντα ἔδωκεν αὐτῷ ὁ Πατὴρ εἰς τὰς χεῖρας, » προσχῶμεν τῷ· « Ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν, οὕτως καὶ ἐν τῷ Χριστῷ (86) πάντες ζωοποιηθήσονται· » ἀλλ' εἰ καὶ πάντα ἔδωκεν αὐτῷ ὁ Πατὴρ εἰς τὰς χεῖρας, καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσονται, οὐ

[39] Sap. II, 24. [40] Joan. XII, 2. [41] Joan. XIII, 2. [42] Ephes. VI, 16. [43] Joan. XIII, 2, 4. [44] Psal. CIX, 1. [45] Joan. XIII, 3. [46] I Cor. XV, 22.

(83) Ita hunc locum sanitati restituit codex Bodleianus, vitiose enim in codice Regio legitur, βεβλημένου τῷ δείπνῳ οὐχ ὥστε δὲ ἀρέσθαι αὐτῷ, etc.

(84) Codex Regius, βέλη, male.

(85) Codex Bodleianus, πνευματικῶς· Regius, πνεύματι καί.

(86) Codex Regius, ἐν τῷ Κυρίῳ, omisso καί.

injustitiam, concepit laborem, et peperit iniquitatem. » Atque omnis quidem fatebitur verba hæc : « Ecce parturiit injustitiam, concepit laborem, et peperit iniquitatem, » referri posse ad diabolum ; ad quorum etiam verborum similitudinem non existimare dictum fuisse illud : « Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit, arcum suum tetendit, et paravit illum, et in eo paravit vasa mortis, » absurdum est. Nam vasa mortis nemo alius arcu suo quem tetendit, paravit, nisi ille cujus invidia mors intravit in orbem [39]. Ex iis igitur sagittis, quas ardentibus confecerat diabolus, immisit in cor Judæ Simonis Iscariotis, jam sic in cœna saucii, ut etiam illi placeret celeriter convivatorem prodere : quoniam cœnæ hujus cibus, vinumque quod in ipsa erat, cor non poterat (diaboli enim erat sagitta saucium) penetrare. Nec aperte in his apparet quis esset ille a quo cœna fiebat, ut in superioribus : « Fecerunt illic, inquit, cœnam illi, et Martha ministrabat, eratque Lazarus unus ex recumbentibus cum ipso [40]. » Atque de Juda quidem scriptum est : « Cum jam diabolus immisisset in cor Judæ Simonis Iscariotæ, ut proderet eum [41] ; » sed huic consequenter dices de singulis cor a diabolo saucium habentibus : cum jam misisset diabolus in cor illius ut fornicaretur ; et in cor illius ut fraudaret ; et ut perditæ opinionis admittat idololatriam alicujus ex his qui videntur esse in dignitate : et isto modo in cæteris peccatis etiam dices, quæ diabolus mittit in cor quod non habet fidei scutum ; quo fidei scuto non unam, aut duas, sed omnes mali sagittas ignitas exstinguere quis potest [42].

3. Appropinquante igitur œconomia passionis, in qua proditurus eum erat Judas Simonis Iscariotes, a diabolo saucius factus ; « cœna jam facta, sciens, » inquit, « Jesus omnia sibi dedisse Patrem in manus, seque a Deo exiisse, et ad Deum abire, surgit a cœna [43]. » Igitur quæ antea non erant in manibus Jesu, dantur a Patre in manu illius, nec aliqua quidem, et aliqua non, **408** sed omnia : quæ spiritualiter David videns inquit [44] : « Dixit Dominus Domino meo : Sede ad dextram meam, donec inimicos tuos subdam scabellum pedibus tuis. » Etenim inimici Jesu pars quædam omnium erant quos noverat Jesus, quantum ad præscientiam, sibi datos fuisse a Patre. Ut autem videamus apertius quid sit, « Omnia dedit ei Pater in manus [45], » inspiciamus hoc dictum : « Quemadmodum enim omnes in Adam moriuntur, sic etiam in Christo omnes vivificabuntur [46] ; » nam quamvis dederit illi omnia Pater in manus, atque in Christo sint omnes vivificandi, non confunditur tamen justitia Dei, quin distributio fiat ex dignitate uniuscujusque ; quod

declaratur ex his quæ mox huic dicto, « Sic in Christo omnes vivificabuntur, » subjunguntur, nempe, « Unusquisque autem in suo ordine [47]. » Rursusque varie ipsos considerabis ordines eorum qui in Christo sunt vivificandi, quando impletur illud, « Omnia dedit ei Pater in manus [48], » illud notans : « Primitiæ; Christus ; deinde hi qui sunt Christi, in adventu ejus ; deinde finis ; » qui finis cum Christo in adventu ejus instabit, « cum tradiderit regnum Deo et Patri ; prius omni principatu, et omni potestate, ac virtute abolitis [49]. » [(87) Hæc autem sunt, ut arbitror, cum quibus lucta est, ut jam non sit principatus, non potestas, non etiam virtus, cum quibus est lucta et colluctatio [50] : ob eamque causam jam luctæ nullus erit relictus locus, omni principatu, potestate et virtute deletis.] Movet autem me ut credam principatum omnem, et potestatem omnem, et virtutem omnem quæ destruuntur, ea esse adversus quæ nobis sit pugna, eo quod his quæ Paulus dixit mox subjungatur : « Oportet enim eum regnare, donec posuerit omnes inimicos sub pedes suos : deinde novissimus hostis aboleatur mors [51] ; » quod profecto cum hoc dicto, « Omnia dedit illi Pater in manus ejus [52], » convenit; id quod apertius exponens Paulus inquit : « Cum autem dicat omnia illi subjecta esse, palam est excipiendum esse eum, qui subjecit illi omnia [53]. » Sin vero omnia subjecta fuere præter eum qui subjecit illi omnia, perspicuum est quod et is de quo scriptum est, « Coram Domino omnipotente collum fregit [54], » erit ex his qui subduntur illi ; victus ut cedat Sermoni, Filio Dei, et ut subdatur imagini Dei, et sit subsellium Christi pedum. Œconomiam igitur aspiciens ad bonum finem jam tendentem, **409** propter illud : « Cum jam immisisset diabolus in cor Judæ Simonis Iscariotis, ut eum proderet [55], » noverat omnia sibi Patrem dedisse, dedisseque in manus omnia capientes, ut omnia essent illi mancipia; vel omnia dedisse sibi Patrem in manus noverat, hoc est in actiones suas et recte facta ; nam « Pater, » inquit, « meus ad hoc usque temporis operatur, et ego operor [56]. » Cæterum propter illa quæ a Deo exierant facta extra Deum, et extra eum qui noluisset principaliter exire a Patre, exivit a Deo Jesus, ut quæ exierant venirent in manus via et ordine Jesu, et disponerentur ad Deum ire sequentia Jesum; et quia sequerentur Jesum, futura apud Deum, ex quo dictum est Petro : « Quo ego vado, non potes me nunc sequi ; sequeris autem postea [57] : » adhuc enim habebat Petrus quod non permitteret illum sequi Λόγον [et Filium Dei]. Simile vero esse, sed juxta quamdam justam analogiam

A συγχεῖται ἡ δικαιοσύνη τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ κατ' ἀξίαν ἕκαστον οἰκονομεῖσθαι· ὅπερ δηλοῦται ἐπιφερομένου τῷ, « Οὕτως ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσονται, » τοῦ· « Ἕκαστος δὲ ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι. » Πάλιν τε αὐτὰ διαφόρως νοήσεις τάγματα τῶν ἐν Χριστῷ ζωοποιηθησομένων, ὅτε πληροῦται τὸ, « Πάντα ἔδωκεν αὐτῷ ὁ Πατὴρ εἰς τὰς χεῖρας, » ἐπιστήσας τῷ· « Ἀπαρχὴ Χριστὸς, ἔπειτα οἱ τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ, εἶτα τὸ τέλος· » ὅπερ τέλος μετὰ τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ ἐνστήσεται, « ὅτε παραδώσει τὴν βασιλείαν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, πρότερον καταργήσας πᾶσαν ἀρχὴν, καὶ πᾶσαν ἐξουσίαν, καὶ δύναμιν. » Ταῦτα δ', οἶμαι, ἐστὶ πρὸς ἃ ἡ πάλη, ἵνα μηκέτι ᾖ ἀρχὴ, καὶ ἐξουσία, καὶ δύναμις· πρὸς ἃ ἡ πάλη, καὶ διὰ τοῦτο μηκέτι ὑπάρχῃ πάλη, καταργηB θείσης πάσης ἀρχῆς τε καὶ ἐξουσίας, καὶ δυνάμεως. Κινεῖ δέ με εἰς τὸ τὴν καταργουμένην πᾶσαν ἀρχὴν, καὶ πᾶσαν ἐξουσίαν, καὶ δύναμιν εἶναι τὰ πρὸς ἃ ἡ πάλη, τὸ ἐπιφερόμενον παρὰ τῷ Παύλῳ τούτοις, τό· « Δεῖ γὰρ αὐτὸν βασιλεύειν ἄχρις οὗ θῇ πάντας τοὺς ἐχθροὺς ὑπὸ πόδας αὐτοῦ· εἶτα ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος· » καὶ συνᾴδει γε τῷ· « Πάντα ἔδωκεν αὐτῷ ὁ Πατὴρ εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ· » ὅπερ σαφέστερον ἐκτιθέμενός φησιν ὁ Ἀπόστολος· « Ὅταν δὲ εἴπῃ, ὅτι πάντα ὑποτέτακται, δῆλον, ὅτι ἐκτὸς τοῦ ὑποτάξαντος αὐτῷ τὰ πάντα· » εἰ δὲ ἅπαντα ὑποτέτακται, καὶ τοῦτο δῆλον, ὅτι ὑποτέτακται πάντα ἐκτὸς τοῦ ὑποτάξαντος αὐτῷ τὰ πάντα, καὶ οὗτος περὶ οὗ γέγραπται, « Ἐνώπιον Κυρίου παντοκράτορος ἐτραχηλίασε, » τῶν ὑποτασσομένων αὐτῷ ἔσται, νικηθεὶς ἐπὶ C τῷ εἶξαι τῷ Λόγῳ, καὶ ὑποταγῆναι τῇ εἰκόνι τοῦ Θεοῦ, καὶ γενέσθαι ὑποπόδιον τῶν Χριστοῦ ποδῶν. Τὴν τοίνυν οἰκονομίαν βλέπων ἐπὶ τὸ χρηστὸν τέλος ὁδεύουσαν ἤδη, διὰ τὸ, « Τοῦ διαβόλου βεβληκότος εἰς τὴν καρδίαν, ἵνα παραδῷ αὐτὸν Ἰούδας Σίμωνος Ἰσκαριώτης, » ᾔδει, ὅτι πάντα ἔδωκεν αὐτῷ ὁ Πατὴρ, καὶ ἔδωκεν εἰς τὰς χωρούσας τὰ πάντα χεῖρας, ἵνα ᾖ τὰ πάντα αὐτῷ ὑποχείρια, ᾗ πάντα ἔδωκεν αὐτῷ ὁ Πατὴρ εἰς τὰς χεῖρας, τουτέστιν εἰς τὰς πράξεις αὐτοῦ, καὶ τὰ ἀνδραγαθήματα· « Ὁ Πατήρ μου » γὰρ, φησὶν, « ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι. » Διὰ τὰ ἐξελθόντα δὲ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, ἔξω γενόμενα τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ μὴ βουληθέντος προηγουμένως ἐξελθεῖν ἀπὸ τοῦ Πατρὸς, ἐξῆλθεν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, ἵνα ἔλθῃ D τὰ (88) ἐξελθόντα εἰς τὰς χεῖρας ὁδῷ καὶ τάξει τοῦ Ἰησοῦ, καὶ οἰκονομηθῇ πρὸς τὸν Θεὸν ὑπάγειν ἀκολουθοῦντα αὐτῷ, διὰ τὸ ἀκολουθεῖν αὐτῷ ἐσόμενα πρὸς τὸν Θεόν· Πέτρῳ μὲν εἴρηταί ποτε· « Ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, οὐ δύνασαί μοι νῦν ἀκολουθῆσαι (89)· ἀκολουθήσεις δὲ ὕστερον· » ἔτι γὰρ εἶχεν ὁ Πέτρος τὸ μὴ ἐπιτρέπον αὐτῷ ἀκολουθεῖν τῷ Λόγῳ ἤδη ποτέ. Τὸ δ' ὅμοιον εἶναι νοεῖν σε δεῖ, ἀλλὰ κατά τινα δικαίαν ἀναλογίαν λεχθησόμενον πρὸς ἕκαστον τῶν

[47] I Cor. xv, 23. [48] Joan. xiii, 3. [49] I Cor. xv, 23, 24. [50] Ephes. vi, 12. [51] I Cor. xv, 25, 26. [52] Joan. xiii, 3. [53] I Cor. xv, 27. [54] Job. xv, 25. [55] Joan. xiii, 2. [56] Joan. v, 17. [57] Joan. xiii, 36.

(87) Hæc supplevimus e Perionio.

(88) Sic habet codex Bodleianus ; in codice autem Regio legitur : Διὰ τὰ ἐξελθόντα δὲ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, ἐξῆλθεν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, ἔξω γενόμενον τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ μὴ βουληθέντος προηγουμένως ἐξελθεῖν ἀπὸ τοῦ Πατρὸς ἔλθῃ τὰ, etc.

(89) Codex Regius, male, οὐ δύνασαί με νῦν, ἀκολουθήσεις δὲ, etc.

πάντων δ ἔδωκε τῷ Υἱῷ ὁ Πατὴρ εἰς τὰς χεῖρας· ἑκάστῳ μὲν γὰρ τῶν πάντων λεχθήσεται τό· « Ἀκολουθήσεις δέ μοι ὕστερον· » ἀλλ' εἰ μὴ ἅμα ἀκολουθήσουσιν, οὐκ ἐπὶ τὸν αὐτὸν ἀναφέρεται καιρὸν τὸ ἑκάστῳ τῶν ἀκολουθησάντων αὐτῶν ἁρμόζον τὸ *ὕστερον* ἐν τῷ· « Ἀκολουθήσεις δέ μοι ὕστερον. » καὶ τοῦτό μοι νόει καὶ περὶ πάντων τῶν καταργουμένων, εἴτε ὅταν καταργήσῃ πᾶσαν ἀρχὴν, εἴτε πᾶσαν ἐξουσίαν, εἴτε πᾶσαν δύναμιν, καὶ ἁπαξαπλῶς ἄχρις οὗ θῇ πάντας τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος. « Εἰδὼς » οὖν « ὁ Ἰησοῦς, ὅτι πάντα ἔδωκεν αὐτῷ ὁ Πατὴρ εἰς τὰς χεῖρας, καὶ ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐξῆλθε, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ὑπάγει, » καὶ εἰδὼς ὅσον ἐφ' οἷς κεκινήμεθα, ὡς διηγησάμεθα παριστάντες (90) τὸ φανὲν ἡμῖν εἰς τὸ, « Ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθε, » καὶ εἰς τὸ, « Πρὸς τὸν Θεὸν ὑπάγει· ἐγείρεται, » φησὶν, « ἐκ τοῦ δείπνου, » ὅπερ κατὰ τοῦτο κατανοήσομεν μετὰ τῶν ἑξῆς. Καὶ ὅρα εἰ δύνασαι ἐν τούτοις λέγειν, ὅτι ἀπεριστάτως μὲν αὐτὸν εὔφρανε τὸ μετὰ τῶν μαθητῶν δειπνεῖν· περιστατικῶς δὲ καὶ ἀναγκαίως διὰ τοὺς μαθητὰς ἀπὸ τοῦ δείπνου ἐγείρεται, καὶ ἐπὶ ποσὸν τοῦ δειπνεῖν παύσεται, ἕως τοὺς τῶν μαθητῶν καθαρίσῃ πόδας, οὐ δυναμένων ἔχειν μέρος μετ' αὐτοῦ, ἐὰν μὴ αὐτὸς νίψῃ.

4. Τί οὖν λέγεται μετὰ τὸ, « Ἐγείρεται ἐκ τοῦ δείπνου, » κατανοήσωμεν. « Τίθησι, » φησὶ, « τὰ ἱμάτια, καὶ λαβὼν λέντιον διεζώσατο. » Καὶ ἐν τούτοις δὲ εἴποιμεν ἂν τοῖς μὴ βουλομένοις ἀπὸ τῶν ῥητῶν ἀναβαίνειν, καὶ νοητῶς νοεῖν τὰ παρατιθέμενα ἐν τούτοις τῆς ψυχῆς βρώματα· Τί γὰρ ἐλύπει ἐνδεδυμένον αὐτὸν νίψαι τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν; Ἀλλὰ μή πως, ἐὰν ἴδωμεν (91) ἀξίως τοῦ Ἰησοῦ τὰ ἐνδύματα αὐτοῦ ἃ περιέκειτο δειπνῶν, καὶ εὐφραινόμενος μετὰ τῶν μαθητῶν, ἐννοήσωμεν τίνα κόσμον περίκειται ὁ γενόμενος σὰρξ Λόγος. Τοῦτον δὲ ἔν τινι ὑφάσματι λέξεων πρὸς λέξεις, καὶ φωνῶν πρὸς φωνὰς συνεστηκότα ἀποτίθεται, κἂν γυμνότερος μετὰ δουλικοῦ σχήματος, ὅπερ δηλοῦται διὰ τοῦ, « Λαβὼν λέντιον, διεζώσατο, » γίνεται, ἵνα καὶ μὴ πάντῃ γυμνὸς, καὶ μετὰ τὸ νίψαι οἰκειοτέρῳ ὑφάσματι ἀπομάξῃ τοὺς τῶν μαθητῶν πόδας. Καὶ ὅρα ἐν τούτοις πῶς ἑαυτὸν σμικρύνει (92) ὁ μέγας καὶ δεδοξασμένος Λόγος γενόμενος σὰρξ, ἵνα νίψῃ τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν· « Βάλλει » γὰρ, φησὶν, « ὕδωρ εἰς τὸν νιπτῆρα. » Ἀβραὰμ μὲν οὖν, « ἡνίκα ἀναβλέψας τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ εἶδε· καὶ ἰδοὺ τρεῖς ἄνδρες (93) εἱστήκεισαν ἐπάνω αὐτοῦ· καὶ ἰδὼν

A et rationem, illud quod dicendum est singulis illis omnibus quæ Pater Filio dedit in ipsius manus (singulis enim omnibus dicetur illud: « Sequeris autem me postea ») considerare te oportet: verum si simul non sequantur, cum dicitur, « Sequeris autem me postea, » vox *postea*, singulis qui secuti fuerint conveniens, non ad idem tempus refertur; id quod etiam mihi considera de his quæ destruuntur, sive cum destruxerit omnem principatum, sive omnem potestatem, sive omnem virtutem, et generatim donec posuerit omnes inimicos suos sub pedes suos, atque ultimus hostis abolebitur mors [58]. « Sciens» igitur «Jesus omnia dedisse sibi Patrem in manus, seque a Deo exisse, et ad Deum abire [59], » et sciens quantum in hæc moti sumus, ut exposuerimus B in medium adducentes opinionem nostram in hoc dictum, « A Deo exivit, » et in hoc, « Ad Deum vadit; surgit, » inquit, « a cœna, » quod pariter considerabimus cum sequentibus. Et vide an possis in his dicere, summopere quidem illum oblectatum fuisse cœnando cum discipulis suis; afflictim vero, et necessario, propter discipulos, a cœna surgere, eatenusque a cœnando eum cessare, quatenus pedes mundet discipulorum non valentium habere partem secum, nisi ipse illorum pedes laverit.

410 4. Sed diligenter quid dicatur post hæc verba, « Surgit a cœna, » consideremus. « Ponit, » inquit, « vestimenta, cumque accepisset linteum, præcinxit se [60]. » Dicamus etiam in hoc contextu ad eos qui nolunt a verbis ascendere, et mente con- C siderare animæ cibos in his verbis positos: Quid obstabat quominus indutus ipse discipulorum pedes lavaret? At vero nisi aliquo modo viderimus, ut dignum est ipsius Jesu, vestimenta quibus circumdabatur cœnans cum discipulis, et se exhilarans, considerabimus quod ornamentum circa se habebat caro factus Filius Dei Sermo. Hoc autem formatum in quadam textura et tela dictionum ad dictiones, et vocum ad voces deponit, fitque nudior cum figura servili, quod declaratur per illud, « Cum accepisset linteum, præcinxit se, » ut et non omnino nudus esset, et cum lavisset, tela ad id accommodatiore discipulorum abstergeret pedes. Et vide in his, quomodo magnus et glorificatus Sermo factus D caro seipsum minuat, ut lavet pedes discipulorum; « Mittit » enim, inquit, « aquam in pelvim [61]. » Atque Abraham equidem « cum respexisset oculis suis vidit: et ecce tres viri steterunt juxta eum,

[58] I Cor. xv, 24-26. [59] Joan. xiii, 3. [60] Joan. xiii, 4. [61] ibid. 5.

(90) Idem codex Regius, male, περιστάντες.

(91) *Ἀλλὰ μή πως, ἐὰν ἴδωμεν*, etc. Vitiosa hic erat Ferrariana interpretatio, quam correximus; rectior vero Perioniana, quanquam aliqua etiam in ea desidero. Talis autem illa est: « Sed si minus pro Jesu dignitate vestes vidimus, quibus amictus cum discipulis lætus cœnavit; certe animis nostris cernamus quo ornatu Verbum quod caro factum est, indutum erat. Hunc, qui ex textura quadam verborum cum verbis, et vocum cum vocibus constabat, detrahit, nudiorque fit cum servili habitu; quemadmodum ex illo perspicitur, » etc. Videntur legisse Ferrarius et Perionius, καὶ γυμνότερος γίνεται μετὰ, etc. Habitus autem ille, verbis constans, littera Scripturæ est; alter autem, anagoge.

(92) Codex Bodleianus, σμικρύνει· Regius perperam habet κρύνει.

(93) Codex Regius, ἰδοὺ ἄνδρες, omissa voce τρεῖς.

A quos cum vidisset occurrit eis de ostio tabernaculi, et incurvavit se versus terram, et dixit: Amabo, Domine, si hanc gratiam a te impetrare possum, ne, quæso, prætereas servum tuum [62]. » Non ipse accipit aquam, non promittit se pedes eorum, qui veluti hospites advenerant, lavare, sed inquit: « Sumatur, quæso, aqua, et laventur pedes vestri [63]. » Sed ne Joseph quidem aquam attulit ut lavaret undecim fratrum pedes, sed homo de domo Joseph « eduxit ad eos Simeon, et tulit aquam ut lavarent pedes suos [64]. » At vero ille qui dixit, « Ego veni, non tanquam qui recumbit, sed tanquam qui ministrat [65], » quique dicebat juste, « Discite a me quia mitis sum, et humilis corde [66], » ipse mittit aquam in pelvim; norat enim neminem sic posse la-
B vare pedes discipulorum [(95) ut quod abluerentur, ipsi cum eo partem haberent, quemadmodum ipse posset. Aqua autem, mea quidem sententia, tale verbum erat, abluens discipulorum pedes], qui venerant **411** ad pelvim appositam sibi a Jesu. Deinde quæro cur tandem non scriptum sit: Lavit pedes discipulorum; sed dictum fuerit: « Et cœpit lavare pedes discipulorum [67]. » Utrum enim consuetudo talis est Scripturarum, juxta quam non jure, comparatione consuetudinis multorum, præponi videtur illud, *cœpit?* an cœpit quidem Jesus lavare pedes discipulorum, haud tamen tum cessavit illorum pedes lavare? lavit enim postea, atque ipsum lavare complevit, quoniam inquinati fuerant, juxta
C illud, « Omnes vos offendemini causa mea nocte hac [68], » et juxta illud quod Petro est dictum: « Non cantabit gallus, donec ter abnegaris me [69]. » Cum enim hæc peccata commissa fuerunt, tunc opus habuerunt discipulorum pedes inquinati ut rursum lavarentur: quos lavare cœpit quando surgit a cæna, ac lavare complevit cum eos mundasset non amplius inquinandos. Hunc etiam in modum cœpit extergere pedes discipulorum; illos complens abstergere, cum complevit etiam lavare.

προσέδραμεν εἰς συνάντησιν αὐτοῖς ἀπὸ τῆς θύρας (94) τῆς σκηνῆς· καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ εἶπε· Κύριε, εἰ ἄρα εὗρον χάριν ἐναντίον σου, μὴ παρέλθῃς τὸν παῖδά σου, » οὐκ αὐτὸς λαμβάνει ὕδωρ, οὐδὲ ἐπαγγέλλεται νίπτειν τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν, ὡς ξένων ἐλθόντων πρὸς αὐτόν· ἀλλά φησι· « Ληφθήτω δὴ ὕδωρ, καὶ νιψάτωσαν τοὺς πόδας ὑμῶν. » Ἀλλ' οὐδὲ Ἰωσὴφ ἤνεγκεν ὕδωρ νίψαι τοὺς πόδας τῶν ἀδελφῶν, ἀλλ' ὁ ἐπὶ τοῦ οἴκου Ἰωσὴφ ἄνθρωπος « ἐξήγαγε πρὸς αὐτοὺς τὸν Συμεὼν, καὶ ἤνεγκεν ὕδωρ νίψαι τοὺς πόδας αὐτῶν. » Ὁ δὲ εἰπὼν, « Ἦλθον οὐχ ὡς ἀνακείμενος (96), ἀλλ' ὡς ὁ διακονῶν, » καὶ δικαίως λέγων τὸ, « Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾷός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, » αὐτὸς βάλλει ὕδωρ εἰς τὸν νιπτῆρα· ᾔδει γὰρ, ὅτι οὐδεὶς οὕτω δύναται νίψαι τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν, ὡς διὰ τὸ νίψασθαι ἔχειν αὐτοὺς τὴν μερίδα μετ' αὐτοῦ, ὡς αὐτός. Τὸ δὲ ὕδωρ, κατ' ἐμὲ, τοιόσδε λόγος ἦν, νίπτων τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν ἐλθόντας ἐπὶ τὸν ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ παρατιθέμενον αὐτοῖς νιπτῆρα. Εἶτα ζητῶ τί δήποτε οὐ γέγραπται μὲν τό· Ἔνιψε τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν· λέλεκται δὲ τό· « Καὶ ἤρξατο νίπτειν τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν. » Ἆρα γὰρ συνήθειά ἐστι τοιαύτη (97) τῶν Γραφῶν, καθ' ἣν δοκεῖ μὴ εὐλόγως, ὡς πρὸς τὴν τῶν πολλῶν συνήθειαν, προτάσσεσθαι τὸ, *ἤρξατο;* ἢ τὸ μὲν, Ἤρξατο νίπτειν τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν ὁ Ἰησοῦς, οὐ μὴν ἐπαύσατο τότε νίψας αὐτῶν τοὺς πόδας; ὕστερον γὰρ ἔνιψε, καὶ ἐτέλεσε τὸ νίπτειν, ἐπεὶ ἐμολύνθησαν, κατὰ τὸ, « Πάντες ὑμεῖς σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ, » καὶ τὸ πρὸς Πέτρον λεγόμενον τό· « Οὐ μὴ φωνήσει ἀλέκτωρ, ἕως ἂν ἀρνήσῃ με τρίς· » τούτων γὰρ γενομένων τῶν ἁμαρτημάτων, νίψεως πάλιν ἐδέοντο οἱ μολυνθέντες τῶν μαθητῶν πόδες· οὓς ἤρξατο νίπτειν, ἡνίκα ἐγείρεται ἐκ τοῦ δείπνου, συνετέλεσε τὸ νίπτειν καθαρίσας αὐτοὺς οὐκ ἔτι μολυνθησομένους· οὕτω δὲ καὶ τὸ μὲν ἤρξατο ἐκμάσσειν τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν, συνετέλεσε δὲ ἐκμάσσων, ὅτε συνετέλεσε καὶ νίπτων.

5. « Venit ergo ad Simonem Petrum; et dicit ei ille: Domine, tu mihi lavas pedes? Respondit Jesus, et dixit ei: Quod ego facio, tu nunc nescis; scies autem postea. Dicit ei Petrus: Nequaquam
D laveris pedes meos in æternum. Respondit ei Jesus: Si non lavero te, non habes partem mecum. Dicit ei Simon Petrus: Domine, non tantum pedes meos, sed et manus, et caput. Dicit ei Jesus: Qui lotus est, nihil opus habet, præterquam pedes lavare,

5. « Ἔρχεται οὖν πρὸς Σίμωνα Πέτρον· λέγει αὐτῷ· Κύριε, σύ μου νίπτεις πόδας; Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ὃ ἐγὼ ποιῶ, σὺ οὐκ οἶδας ἄρτι· γνώσῃ δὲ μετὰ ταῦτα. Λέγει αὐτῷ ὁ Πέτρος· Οὐ μὴ νίψῃς τοὺς πόδας μου εἰς τὸν αἰῶνα. Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς αὐτῷ· Ἐὰν μὴ νίψω σε, οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ. Λέγει αὐτῷ Σίμων Πέτρος· Κύριε, οὐ τοὺς πόδας μου μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς χεῖρας, καὶ τὴν κεφαλήν. Λέγει αὐτῷ Ἰησοῦς· Ὁ λε-

[62] Gen. XVIII, 2, 3. [63] ibid. 4. [64] Gen. XLIII, 23, 24. [65] Luc. XXII, 27. [66] Matth. XI, 29. [67] Joan. XIII, 5. [68] Matt. XXVI, 31. [69] Joan. XIII, 38.

(94) *Θύρας*. Deest in codice Regio, sed legitur in Bodleiano.

(95) Hæc a Ferrario prætermissa, e Perioniana interpretatione supplevimus.

(96) *Ἦλθον, οὐχ ὡς ἀνακείμενος*, etc. Hæc αὐτολεξεὶ Jesum dixisse nullus evangelistarum scripsit, sed verborum securus, in sententia, quæ Luc. XXII, 27, exstat, acquievit Origenes, ut non illi solum, sed Patribus etiam fere omnibus usu venire solet. HUETIUS.

(97) *Ἆρα γὰρ συνήθειά ἐστι τοιαύτη*, etc. Mendosa hæc erant in codice Ferrarii, cujus interpretationem emendamus. Optime vero codex Regius, quem sic recte interpretatus est Perionius: « Utrum enim est hæc consuetudo scriptorum (legebat γραφέων), ex qua non videtur recte, quod ad multorum morem attinet, præponi illud *cœpit:* an cœpit ille quidem tum abluere discipulorum pedes, non tamen tum eorum pedes abluere destitit?

A λουμένος οὐκ ἔχει χρείαν εἰ μὴ τοὺς πόδας νίψασθαι, ἀλλ' ἔστι καθαρὸς ὅλος· καὶ ὑμεῖς καθαροί ἐστε, ἀλλ' οὐχὶ πάντες· ᾔδει γὰρ τὸν παραδιδόντα αὐτόν· διὰ τοῦτο εἶπεν· Οὐχὶ πάντες καθαροί ἐστε.» Τοῖς νῦν ὑπὸ τοῦ Πέτρου λεγομένοις ἐν καιρῷ χρησόμεθα παραδείγματος ἕνεκεν, εἴ που δέοι, ὅτι ἔστι δυνατόν τινα κατὰ πρόθεσιν βελτίστην λέγειν διὰ τὸ ἀνεπιστῆμον τὸ μηδαμῶς ἑαυτῷ συμφέροντα· εἰ γὰρ συμφέρον μὲν ἦν πρὸς τὸ ἔχειν μέρος μετὰ τοῦ Ἰησοῦ τὸ νίψασθαι τοὺς πόδας ὑπ' αὐτοῦ, Πέτρος δὲ μὴ ἐπιστάμενος, ὅτι συμφέρον τοῦτο ἦν, πρότερον μὲν εἶπεν, οἱονεὶ ἐπαπορῶν δυσωπητικῶς, τὸ, «Κύριε, σύ μου νίπτεις τοὺς πόδας;» δεύτερον δὲ τὸ, «Οὐ μὴ νίψῃς μου τοὺς πόδας εἰς τὸν αἰῶνα,» καὶ τὰ λεγόμενα κωλυτικὰ ἦν ἔργου τοῦ φέροντος B αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἔχειν μετὰ τοῦ Σωτῆρος τὸ μέρος, δῆλον, ὅτι, εἰ καὶ ὑγιεῖ προθέσει καὶ σεβασμίῳ πρὸς τὸν Διδάσκαλον τοῦτο ἔλεγεν, ἐπιβλαβῶς ἑαυτῷ ἔλεγε. Τοῦτο δὲ τοιούτου εἴδους τῶν ἁμαρτημάτων ὁ βίος πεπλήρωται τῶν ἐν τῷ πιστεύειν, προτιθεμένων μὲν τὰ κρείττονα, διὰ δὲ ἄγνοιαν τὰ ἐπὶ τὸ ἐναντίον φέροντα λεγόντων, ἢ καὶ πραττόντων. Καὶ τοιοῦτοί γέ εἰσιν οἱ τὸ, «Μὴ ἅψῃ, μὴ γεύσῃ, μὴ θίγῃς,» φάσκοντες, «περὶ πάντων τῶν εἰς φθορὰν, καὶ ἀπόχρησιν» τῶν ἀνθρώπων, κατά τινα πολὺ τῆς θείας ὑποβεβηκυῖαν τῶν ὡς ἄνθρωπος ἀποθάνῃ διδασκαλίαν (98). Τί δὲ δεῖ περὶ τῶν ἐν ταῖς αἱρέσεσι κλυδωνιζομένων καὶ περιφερομένων παντὶ ἀνέμῳ ἐπὶ τὴν κυβείαν τῶν ἀνθρώπων λέγειν, διαλαλούντων (99) σωτήρια τὰ ὀλέθρια, καὶ ὡς ἐπὶ σεβασμῷ τοῦ Ἰησοῦ C τὰ ψεύδη περὶ αὐτοῦ δοξαζόντων; Πολλάκις δὲ τὸν Πέτρον τοιοῦτον ἡ Γραφὴ ἐσημειώσατο θερμότερον εἰς τὸ ἐπαγγέλλεσθαι τὰ φαινόμενα αὐτῷ κρείττονα· καθάπερ καὶ ἐν τῷ ἀνεξετάστως εἰρημένῳ καὶ ἀθετητικῶς τῆς Ἰησοῦ περὶ τῶν μαθητῶν προφητείας εἰπόντος, «Πάντες ὑμεῖς σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ,» καὶ τὴν αἰτίαν παριστάντος (1) ἐν τῷ· «Γέγραπται γάρ· Πατάξω τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήσεται τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης·» ἀνεξετάστως γὰρ πρὸς τοῦτο, καὶ ἀθετητικῶς τῆς Ἰησοῦ ἀποφάσεως εἶπε τό· «Εἰ καὶ πάντες σκανδαλισθήσονται ἐν σοὶ (2), ἐγὼ οὐ σκανδαλισθήσομαι·» καὶ τοῦτο, ἔτι τότε προπετὲς ὂν ἐν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ, αἴτιον ἢ καὶ γέγονε τοῦ ὑπὲρ τὸ μέτρον τούτων λοιπῶν σκανδαλισμοῦ ἡμαρτηκέναι αὐ- D τὸν, ἀρνησάμενον τὸν Ἰησοῦν τρὶς πρὶν ἀλεκτροφωνίας· διόπερ, ἐπιστήσας τοιαύτῃ προτέρᾳ ἑαυτοῦ προπετείᾳ, ὠφελήθη (3) τὰ μέγιστα, ὡς γενέσθαι στιβαρώτατος καὶ μακροθυμότατος· ὅπερ δηλοῦται, Παύλου μὲν εἰπόντος αὐτῷ ἔμπροσθεν πάντων, «Εἰ σὺ, Ἰουδαῖος ὑπάρχων, ἐθνικῶς καὶ οὐκ Ἰουδαϊκῶς ζῇς, πῶς τὰ ἔθνη ἀναγκάζεις Ἰουδαΐζειν;» καὶ τὰ ἑξῆς, τοῦ δὲ μετὰ στίβους σιωπήσαντος, περὶ οὗ ἐν

sed est mundus totus: et vos mundi estis, sed non omnes: sciebat enim, quisnam esset proditor ipsius: propterea dixit: Non estis mundi omnes. » His quæ nunc a Petro sunt dicta, opportune utemur exempli causa, sicubi opus fuerit, propterea quod facile factu sit, ut aliquis propter imprudentiam optimo proposito dicat quæ sibi minime sint utilia. Nam si Petro utile erat ad habendam partem cum Jesu, ut sui pedes lavarentur ab ipso, et Petrus nesciens utile hoc esse, prius quidem illud, veluti addubitans, dixit verecunde, « Domine, tu mihi lavas pedes? » ac denuo: « Non lavabis mihi pedes in æternum, » et **412** quæ Petrus dicebat, prohibebant opus quod eo eum eveheret, ut haberet partem cum Servatore, perspicuum est, etiamsi sano proposito, et venerando ad Præceptorem hoc dixerit, nocenter sibi dixisse. Itaque hac specie peccatorum vita eorum repleta est, qui dum ad fidem veniunt, res quidem proponunt sibi præstantes: propter ignorantiam tamen, quæ in contrarium ducunt dicunt, vel etiam faciunt. Atque hujusmodi profecto sunt qui dicunt: « Ne tetigeris, neque gustaveris, neque contrectaveris, de omnibus quæ sunt in corruptionem et abusum » hominum[71], juxta quamdam divina longe inferiorem doctrinam earum rerum, per quas homo quasi moritur. Quid autem dicere oportet de his qui in hæresibus fluctuant, quique omni vento circumferuntur[72] per versutiam hominum divulgantium salutaria esse quæ perniciem afferunt, ac tanquam in honorem Jesu falsa de ipso opinantium? Petrum itaque sæpenumero Scriptura talem notavit ferventiorem ad promittendum quæ sibi videbantur meliora; quemadmodum etiam in eo quod dixit absque ulla examinatione ac veluti spernens prophetiam Jesu de discipulis dicentis, « Omnes vos offendemini mea causa nocte hac[73], » et causam ostendentis in eo quod ait: « Scriptum est enim: Percutiam pastorem, et dispergentur oves gregis[74]; » absque ulla enim examinatione, et quasi spernens enuntiationem Jesu, dixit ad hoc: « Etiamsi omnes offendantur tua causa, ego tamen nunquam offendar[75]; » id quod tum temporis temerarium exsistens in animo ipsius, etiam in causa fuit ut graviore præ cæteris lapsu peccarit ipse, Jesum ter negando ante galli cantum. Hanc ob causam talem sui ipsius temeritatem priorem diligentius cum perspexisset, maximum ex ea fructum percepit, adeo ut postea factus sit fortissimus, atque ad quidquid accidisset æquanimiter ferendum paratissimus; quod declaratur ex eo quod Paulo dicente illi coram omnibus, « Si tu Judæus cum sis, gentiliter vivis, et non Judaice, quomodo gentes cogis Judæorum more vivere[76]? » et quæ sequun-

[70] Joan. XIII, 6 seq. [71] Colos. II, 21, 22. [72] Ephes. IV, 14. [73] Matth. XXVI, 31. [74] ibid. [75] ibid. 33 [76] Galat. II, 14.

(98) *Τῶν ὡς ἄνθρωπος ἀποθάνῃ διδασκαλίαν.* Huetius sic intelligit: juxta quamdam divina longe inferiorem doctrinam, quæ res monstrat, per quas homo interit.

(99) Codex Regius, male, διαλαλοῦντα.

(1) Codex Regius, male, περιστάντος.

(2) Idem codex Regius, mendose, σκανδαλισθήσεσθαι ἐν ἐμοὶ, ἐγὼ, etc.

(3) Idem codex Regius, male, ὠφεληθῆναι.

tur, hic cum fortitudine tacuit, [et patientissime quod illo in loco cum ratione factum fuerat non docuit,] qua de re accommodatius quis in Epistola ad Galatas disputabit. Quin in apostolorum quoque Actis constantia ipsius ad eamdem imaginem transformati patebit singula observantibus et mentem adhibentibus. Igitur hoc etiam in loco, Jesu, qui a cœna surrexerat, **413** et posuerat vestimenta, quique præcinxerat se eo linteo quod acceperat, quique posuerat aquam in pelvim, atque incœperat lavare pedes discipulorum et abstergere linteo quo erat præcinctus, cum omnes exhibuissent pedes, consequenter opinioni quam jam ante de Jesu conceperant, videntes quod talis non sine causa, nec, ut multi dicerent, gravare volens discipulos, lavat ipsorum pedes; sed utile aliquid perficiens, quod exspectabant in posterum cognoscendum: considerantes ne forte hæc agerentur symbolum exsistens alicujus rei, solus Petrus id quod in promptu erat et apertum intuitus, nullo alio consilio adhibito, veluti honorans Jesum, non præbuit illi suos pedes lavandos, sed primum quidem tentavit illum pudore perfundere dicens[77]: «Domine, tu mihi lavas pedes?» deinde, cum debuisset parere dicenti, «Quod ego facio, tu nescis nunc; scies autem postea,» inquit: «Non mihi lavabis pedes in æternum.» Alioquin etiam cum cæteri discipuli commisissent seipsos Jesu fidei, de re nulla illi contradicentes, hic ex his quæ dicit, etiamsi recte se verba facere putabat, non solum Jesum incusat, tanquam qui sine causa discipulorum pedes lavare incœperit, verum etiam condiscipulos. Nam si ipse, opinione sua, dum prohibere vellet, officiosum se præbuit, illis idipsum non considerantibus, etiam illos accusavit qui præter officium pedes suos lavandos Jesu præbuissent. Atque equidem si cogitasset, rei quæ cum ratione efficitur, non contradicendum, cogitassetque rationabile esse id quod fiebat, dum lavarentur discipulorum pedes a Jesu, haudquaquam repugnasset facto. Quamobrem apparet sine judicio eum cogitasse voluntatem Jesu de lavandis pedibus discipulorum rationi consentaneam non fuisse. Quod si opus est Scripturam perscrutari usque ad ea quæ minima esse putantur, quæret aliquis cur tandem cum in numerandis apostolis primum locum obtineat Petrus (fortassis quia cæteris honorabilior, quoniam etiam vere omnium ultimus Judas ob malum affectum in ultimum locum

A τῇ πρὸς Γαλάτας οἰκειότερόν τις διαλήψεται. Καὶ ἐν ταῖς Πράξεσι δὲ τῶν ἀποστόλων, τὸ καθεστηκὸς αὐτοῦ εἰς τὴν αὐτὴν (4) εἰκόνα μεταμορφωθέντος τοῖς ἑκάστῳ ἐφιστᾶσι καὶ προσέχουσι φανεῖται. Καὶ ἐνθάδε τοίνυν ἐγερθέντι τῷ Ἰησοῦ ἐκ τοῦ δείπνου, καὶ θέντι τὰ ἱμάτια, καὶ διαζωσαμένῳ ὃ εἴληφε λέντιον, καὶ βάλλοντι ὕδωρ εἰς τὸν νιπτῆρα, καὶ ἀρξαμένῳ τοὺς πόδας νίπτειν τῶν μαθητῶν, καὶ ἐκμάσσειν τῷ λεντίῳ ᾧ ἦν διεζωσμένος, πάντες μὲν παρεῖχον τοὺς πόδας ἀκόλουθον τῇ περὶ τοῦ Ἰησοῦ προλήψει, θεωροῦντες, ὅτι οὐκ ἂν ὁ τηλικοῦτος ἀλόγως, καὶ, ὡς ἂν οἱ πολλοὶ λέγοιεν, βαρεῖν τοὺς μαθητὰς θέλων, νίπτοι αὐτῶν τοὺς πόδας· ἀλλά τι χρήσιμον ἐπιτελῶν, ὃ περιέμενον γνώσεσθαι ὕστερον, ἐννοοῦντες μήποτε σύμβολόν τινος ταῦτα πράττοιτο, μόνος
B δὲ ὁ Πέτρος τῷ προχειροτέρῳ ἐνιδὼν (4*), καὶ οὐ μόνος δὲ ὁ Πέτρος τῷ προχειροτέρῳ ἐνιδὼν, καὶ οὐδένα ἕτερον λογισμὸν ἐκείνῳ παρατιθεὶς, ὡς σέβων τὸν Ἰησοῦν, οὐ παρεῖχεν αὐτοῦ εἰς τὸ νίψασθαι τοὺς πόδας, ἀλλὰ πρότερον μὲν δυσωπεῖν αὐτὸν ἐπειρᾶτο ἐν τῷ· «Κύριε, σύ μου νίπτεις τοὺς πόδας;» μετὰ δὲ τοῦτο δέον αὐτὸν πεισθῆναι τὸ, «Ὃ ἐγὼ ποιῶ, σὺ οὐκ οἶδας ἄρτι· γνώσῃ δὲ μετὰ ταῦτα,» φησὶ τό· «Οὐ μὴ νίψῃς μου τοὺς πόδας εἰς τὸν αἰῶνα.» Ἄλλως δὲ τῶν λοιπῶν μαθητῶν ἐμπιστευσάντων ἑαυτοὺς τῷ Ἰησοῦ, καὶ περὶ μηδενὸς ἀντιλεγόντων αὐτῷ, οὗτος (5) δι' ὧν λέγει, εἰ καὶ ὑγιῶς ἔδοξε προτίθεσθαι, οὐ μόνον τοῦ Ἰησοῦ κατηγορεῖ, ὡς ἀλόγως ἀρξαμένου νίπτειν τοὺς τῶν μαθητῶν πόδας, ἀλλὰ
C καὶ τῶν συμφοιτητῶν· εἰ γὰρ αὐτὸς μὲν, ὡς ᾠήθη, τὸ καθῆκον ἐν τῷ κωλύειν ἐθέλειν ἐποίησεν, ἐκεῖνοι δὲ μὴ ἑωράκασιν αὐτὸ, κατηγόρησεν ἐκείνων παρὰ τὸ καθῆκον ἑαυτῶν τοὺς πόδας ἐμπαρεσχηκότων τῷ Ἰησοῦ, καὶ εἰ φρονεῖται τῷ εὐλόγῳ μὴ δεῖν ἀντιλέγειν, καὶ εὔλογον ἐνόμιζεν εἶναι τὸ γινόμενον ἐν τῷ νίπτεσθαι τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ, οὐκ ἀντέλεγε τῷ γινομένῳ· φαίνεται οὖν ἀκρίτως μὴ εὔλογον νενομικέναι εἶναι τὸ περὶ τοῦ νίψασθαι τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν τὸ Ἰησοῦ βούλημα. Εἰ δὲ χρὴ μέχρι τῶν ἐλαχίστων εἶναι νομιζομένων ἐρευνᾷν τὴν Γραφὴν, ζητήσαι τις ἂν τί δήποτε, πρώτου (6) κατειλεγμένου τοῦ Πέτρου εἰς τὸν ἀριθμὸν τῶν δώδεκα (τάχα ὡς τῶν λοιπῶν τιμιωτέρου, ἐπεὶ καὶ ὁ ἀληθῶς πάντων ἔσχατος Ἰούδας ἦν (7) ὑπὸ τῆς μο-
D χθηρᾶς διαθέσεως ἐπὶ τὰ τελευταῖα ἀνταπεῤῥιμμένος [8]), ὁ Ἰησοῦς, ἀρξάμενος νίπτειν τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν, καὶ ἐκμάσσειν τῷ λεντίῳ ᾧ ἦν διεζωσμένος, οὐκ ἀπὸ Πέτρου ἤρξατο (9)· καὶ λεκτέον

[77] Joan. XIII, 6, 7

(4) *Εἰς τὴν αὐτὴν*, etc. In codice Regio deest εἰς.

(4*) *Καὶ οὐ μόνος δὲ ὁ Πέτρος τῷ προχειροτέρῳ ἐνιδών*. Hæc ex anterioribus repetita, præmissis tantum duobus vocabulis ex iis quæ sequuntur, typographorum negligentia irrepsisse videntur, quamvis et in aliis recentioribus imp. legantur. EDIT.

(5) Codex Regius, οὕτως.

(6) Idem codex Regius, πρὸ τοῦ.

(7) Idem codex Regius, male, τήν.

(8) Idem codex Regius, mendose, ἀν τὰ πεῤῥιμμένος, cum omnino legendum sit ἀνταπεῤῥιμμένος.

(9) *Οὐκ ἀπὸ Πέτρου ἤρξατο*, etc. Ut crederet Origenes a Petro lavandi initium minime factum, ex eo inductus est, quod postquam dixit Joannes, Ἤρξατο νίπτειν τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν, subdit: ἔρχεται οὖν πρὸς Σίμωνα Πέτρον. At quanto verisimilius est lavationem pedum primo generaliter, ut fit, enuntiasse evangelistam, quam deinde singulatim descripsit. Id videtur insinuare illud, ἔρχεται οὖν. Dixit autem: ἤρξατο νίπτειν, pro, ἔνιψε, ut Luc. III, 8, Καὶ μὴ ἄρξησθε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς· Πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ, et sæpe alias, ut supra ipse agnoscit Origenes. Idem est sæpenumero vocabuli *incipio* usus apud Latinos auctores, et præsertim apud poetas. Horat. lib. I *Epist.*, 5:

Potare et spargere flores

πρὸς τοῦτο, ὅτι, Ὥσπερ ἰατρὸς, πλείοσιν ἀῤῥώστοις κατὰ τὴν ἰατρικὴν διακονούμενος, ἀπὸ τῶν κατεπειγόντων καὶ χείρονα πεπονθότων τὴν ἀρχὴν ποιεῖται τῆς θεραπείας, οὕτως ὁ ἐῤῥυπωμένους τοὺς πόδας νίπτων τῶν μαθητῶν ἄρχεται ἀπὸ τῶν μᾶλλον ἐῤῥυπωμένων· καὶ τάχα ἐπὶ τελευταῖον ἦλθε τὸν Πέτρον, ὡς ἔλαττον πάντων δεόμενον τῆς νίψεως τῶν ποδῶν· τάχα δὲ καὶ εἰς τὸ δοκεῖν ἀντιλέγειν ἡ ἐγγὺς καθαρότητος κατάστασις τῶν ποδῶν αὐτοῦ συνεβάλλετο.

A projectus jacet), cum Jesus incœpisset lavare pedes discipulorum, et abstergere linteo quo erat præcinctus, **414** non a Petro incœperit [sed ab illo]. Ad quod respondendum est: Ut medicus plurimis infirmis subministrans juxta artem medicinæ, initium medendi facit ab his qui urgentur quique pejus affecti sunt, sic discipulorum sordidos pedes lavantem, incœpisse a magis sordidis; atque equidem fortassis ad Petrum postremo venit, quia minus cæteris indigeret ut sibi lavarentur pedes: fortassis etiam status pedum suorum, qui proxime accedebat ad munditiem, effecit ut contradicere cogitaret.

6. Βασανιζόμενον δὲ τὸ ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ εἰρημένον, τὸ, « Ὁ λελουμένος οὐκ ἔχει χρείαν νίψασθαι, ἀλλ' ἔστι καθαρὸς ὅλος· καὶ ὑμεῖς καθαροί ἐστε, ἀλλ' οὐχὶ πάντες, » τάχα ὑποβάλλει νοῦν τοιοῦτον, ὡς ἤδη νιψαμένων τοὺς πόδας ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ τῶν μαθητῶν, καὶ πρὸς τῷ λελοῦσθαι οὐκ ἔτι ἐχόντων χρείαν νίψασθαι· ἔτι δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ Πέτρου ἤδη ὄντος καθαροῦ, καὶ πρὶν νίψῃ τοὺς πόδας αὐτοῦ ὁ Ἰησοῦς. Ἐὰν δέ τις πρὸς ταῦτα ζητῇ, Τί δήποτ' οὖν, εἰπὼν, « Ὁ λελουμένος οὐκ ἔχει χρείαν νίψασθαι, ἀλλ' ἔστι καθαρὸς ὅλος, » μὴ χρείαν ἐχόντων νίψασθαι τῶν μαθητῶν, νίπτει τοὺς πόδας αὐτῶν ὁ Ἰησοῦς; λεκτέον αὐτῷ τό· « Παντὶ τῷ ἔχοντι δοθήσεται, καὶ προστεθήσεται. » Ἐπεὶ τοίνυν εἶχον καὶ οἱ μαθηταὶ τὸ εἶναι καθαροὶ, προστίθησιν Ἰησοῦς τῇ καθαρότητι αὐτῶν καὶ τὸ νίπτειν αὐτῶν τοὺς πόδας· οὔτε τοὺς μὴ λελουμένους νίψων ἂν, οὔτε τοὺς μὴ ὅλους καθαρούς· ἀλλ' οὕτως ὥστ' ἂν εἰπεῖν περὶ τῶν οὕτως καθαρῶν, κἂν γάρ τις ᾖ τέλειος ἐν C υἱοῖς ἀνθρώπων, τῆς ἀπὸ σοῦ (10), ἵν' οὕτως ὀνομάσω, καθαρότητος ἀπούσης, εἰς καθαρὸν οὐ λογισθήσεται. Καὶ ταῦτα δὲ ὕστερον ἐκτίθεμαι ὑποπεσόντα μετὰ τὸ ὑπαγορευθῆναι τὰ πρότερα, σωζόντων ἡμῶν καὶ τὴν τάξιν τῶν ὑπεισελθόντων νοῦν, ὡς πρότερον μὲν βλέπειν ῥυπωθέντας τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν δεδεῆσθαι τῆς ἀπὸ τοῦ Ἰησοῦ νίψεως, νῦν δ' ὅτι διὰ τοῦτ' αὐτῶν ἔνιψε τοὺς πόδας, ἐπεὶ ἦσαν ὡς ἐν ἀνθρώποις καθαροὶ, ἀλλ' οὐχὶ καὶ παρὰ Θεῷ· χωρὶς γὰρ Ἰησοῦ οὐδεὶς παρὰ Θεῷ καθαρὸς γίνεται, καὶ πρὸ αὐτοῦ (11) νομισθῇ διά τινος ἐπιμελείας αὐτὸν καθαρὸν πεποιηκέναι. Τοῖς δ' ὡς ἐν ἀνθρώποις καθαροῖς ἤδη γεγενημένοις, καὶ λουσαμένοις τὸ τοῦ Ἰησοῦ βάπτισμα, καὶ νιψαμένοις ὑπ' αὐτοῦ τοὺς πόδας, ἐνοικεῖν καὶ τὸ ἅγιον δύναται Πνεῦμα, D

estis, si feceritis ea [32]; » neque enim beatus Judas. At ego non existimo recte hoc dictum eo referri ad illud dictum : « Beati estis, si feceritis ea. » Hoc enim totum, et de Juda, et de quovis, quamvis pravissimus sit, verum est : Beatus es, quisquis hæc feceris; tanquam si dicerem intemperanti (etiamsi non auditurus sit quæ dicuntur, neque temperantia usurus), Beatus es, si temperate vixeris; et sapientiam sperneuti, etiamsi ingrediatur hoc propositum : Beatus es tu, si sapientiam et disciplinam susceperis. Proinde vide ne forte hæc verba, « Non de omnibus vobis dico [33], » referenda sint ad illud : « Non est servus major domino suo [34]. » Quoniam enim « quisquis peccatum committit, servus est peccati [35], » committebat autem peccatum Judas, et maxime cum diabolus immisisset in cor ejus ut Servatorem proderet [36], servus erat Judas peccati. Servus autem peccati cum esset, non erat Verbi Dei servus : istoque modo ne Jesu quidem amplius apostolus erat; jam enim factus erat diaboli, qui in cor ejus immiserat ut Servatorem proderet. **425** Idcirco negans Servator eum esse servum suum et apostolum, cum dixisset, « Non est servus major domino suo, neque apostolus major eo qui misit ipsum [37], » addidit : « Non de omnibus vobis dico [38]. » Post hoc videamus hoc dictum, « Ego scio quos elegerim, » quod simplicius tale est : Scio qualis sit unusquisque eorum quos elegi : quamobrem scio etiam qualis sit Judas, nec me clam est quæ diabolus jam immiserit in cor ejus adversum me. Atque talem habet intelligentiam propter quamdam consuetudinem Scripturæ, cum utitur vocabulo *scio*, atque illi similibus; cujusmodi etiam est, *novi*, Servatore alicubi dicente futurum ut dicat dicturis, « In nomine tuo manducavimus, et bibimus, et dæmonia ejecimus [39], » hoc, « Nunquam novi vos [40], » et illud : « Nescio vos unde sitis [41] : » quod si simplicius intelligatur, videbimur infra dignitatem Salvatoris cogitare. Proinde vide ne forte, quoniam « cognovit Dominus qui sunt ejus [42], » non agnoscat etiam qui non sint ejus; et quomodo de quibusdam inquit, « Nunquam novi vos, » sic dicat etiam de Juda, si non est ipsius : Nunquam novi te. Quod si cum esset Jesu Judas, postea lapsus fuit, dicturus certe est illi Jesus : Nescio te unde sis. Unde etiamnum, quia immiserit diabolus in cor ejus hæc adversus Jesum, nescit illum Jesus; quamobrem non dixit, Nunc ego scio omnes præsentes, sed : « Ego scio quos elegerim [43] (tanquam diceret, electos meos). Non de omnibus autem præsentibus inquio, « Ego scio quos elege-

A τοῦτο ἀναφέρεσθαι τὸ λεγόμενον· τοῦτο γὰρ ὅλον καὶ περὶ Ἰούδα καὶ παντὸς οὑτινοσοῦν, κἂν φαυλότατος ᾖ, ἀληθὲς, τό· Μακάριος εἶ ὁ δεῖνα, ἐὰν ποιήσῃς τάδε· ὡς εἰ λέγοιμι καὶ τῷ ἀκολάστῳ (εἰ καὶ μὴ ἀκούσηται τῶν λεγομένων, μηδὲ σωφρονήσῃ)· Μακάριος εἶ, ἐὰν σωφρονήσῃς· καὶ τῷ σοφίαν ἐξουδενοῦντι, εἰ καὶ ἐπιβαίνει τῇ προαιρέσει ταύτῃ· Μακάριος εἶ, ἐὰν σοφίαν καὶ παιδείαν ἀναλάβῃς. Μήποτε οὖν τὸ, « Οὐ περὶ πάντων ὑμῶν λέγω; » ἀνοίσομεν εἰς τὸ εἰρημένον, τό· « Οὐκ ἔστι δοῦλος μείζων τοῦ κυρίου αὐτοῦ· » ἐπεὶ γὰρ « πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, δοῦλός ἐστι τῆς ἁμαρτίας, » ἐποίει δὲ τὴν ἁμαρτίαν ὁ Ἰούδας, καὶ μάλιστα τοῦ διαβόλου βεβληκότος εἰς τὴν καρδίαν αὐτοῦ, ἵνα παραδῷ τὸν Σωτῆρα, δοῦλος ἦν Ἰούδας τῆς ἁμαρτίας. Δοῦλος δὲ B ὢν τῆς ἁμαρτίας, οὐκ ἦν τοῦ Λόγου τοῦ Θεοῦ δοῦλος· οὕτω δὲ οὐδὲ ἀπόστολος τοῦ Ἰησοῦ ἔτι ἦν· ἤδη γὰρ τοῦ διαβόλου ἐγεγόνει, βεβληκότος εἰς τὴν καρδίαν αὐτοῦ ἵνα παραδῷ τὸν Σωτῆρα· διὸ ἀρνούμενος αὐτὸν εἶναι δοῦλον ἑαυτοῦ ὁ Σωτὴρ καὶ ἀπόστολον, εἶπε καὶ τό· « Οὐκ ἔστι δοῦλος μείζων τοῦ κυρίου αὐτοῦ, οὐδὲ ἀπόστολος μείζων τοῦ πέμψαντος αὐτὸν, » τό (35)· « Οὐ περὶ πάντων ὑμῶν λέγω. » Μετὰ τοῦτο ἴδωμεν τό· « Ἐγὼ οἶδα τίνας ἐξελεξάμην, » ὅπερ ἁπλούστερον μὲν τοιοῦτόν ἐστι· Τίς ἐστιν ἕκαστος ὧν ἐξελεξάμην οἶδα· οἶδα οὖν καὶ τίς ἐστιν ὁ Ἰούδας, καὶ οὐ λανθάνει με, τοῦ διαβόλου ἤδη βεβληκότος εἰς τὴν καρδίαν αὐτοῦ τὰ κατ' ἐμοῦ. Καὶ τοιοῦτον δὲ ἔχει νοῦν διά τινα τῆς Γραφῆς περὶ τοῦ *οἶδα* συνήθειαν, C καὶ τῶν ὁμοίων τῇ λέξει ταύτῃ· ὁποῖόν ἐστι καὶ τὸ *ἔγνων*. Φησί που ὁ Σωτὴρ ἐρεῖν τοῖς λέξουσι, « Τῷ ὀνόματί σου ἐφάγομεν (36), καὶ ἐπίομεν, καὶ δαιμόνια ἐξεβάλομεν, » τὸ, « Οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς, » καὶ τό· « Οὐκ οἶδα ὑμᾶς πόθεν ἐστέ· » ὅπερ ἐὰν ἁπλούστερον νοῆται, παρὰ τὸ ἀξίωμα δόξομεν τοῦ Σωτῆρος ὑπολαμβάνειν. Ἀλλὰ μήποτε, ἐπεὶ « ἔγνω Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ, » τοὺς μὴ ὄντας αὐτοῦ οὐκ ἔγνω· καὶ ὥς φησι περί τινων τὸ, « Οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς, » οὕτω εἴποι ἂν καὶ περὶ τοῦ Ἰούδα, εἰ μὲν μὴ ὄντος αὐτοῦ· Οὐδέποτε (37) ἔγνων σε· εἰ δὲ γενόμενος μεταπέπτωκε, λεχθείη ἂν πρὸς αὐτόν· Οὐκ οἶδά σε πόθεν εἶ. Καὶ νῦν οὖν, τοῦ διαβόλου ἤδη βεβληκότος εἰς τὴν καρδίαν αὐτοῦ τὰ κατὰ τοῦ Ἰησοῦ, οὐκ οἶδεν αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς. Διὸ οὐκ εἶπε· Νῦν D ἐγὼ οἶδα πάντας τοὺς παρόντας, ἀλλ', « Ἐγὼ οἶδα τίνας ἐξελεξάμην, » ὡς εἰ ἔλεγε, τοὺς ἐκλεκτούς μου. Οὐ περὶ πάντων δὲ τῶν παρόντων φημὶ τό· « Ἐγὼ οἶδα τίνας ἐξελεξάμην· » καὶ γίνεται τὸ γενόμενον ὑπὸ τοῦ ἑνὸς ἐξ ὑμῶν παραδώσοντός με, ἵνα πληρωθῇ ἡ λέγουσα Γραφή· « Ὁ τρώγων μου τὸν ἄρτον ἐπῆρεν ἐπ' ἐμὲ τὴν πτέρναν αὐτοῦ. » Πα-

[32] Joan. XIII, 17. [33] ibid. 18. [34] ibid. 16. [35] Joan. VIII, 34. [36] Joan. XIII, 2. [37] Joan. XIII, 16. [38] ibid. 18. [39] Matth. VII, 22; Luc. XIII, 26. [40] Matth. VII, 25. [41] Luc. XIII, 27. [42] II Tim. II, 19. [43] ibid. 18.

(35) Scribendum videtur καὶ τό.

(36) *Τῷ ὀνόματί σου ἐφάγομεν*, etc. Hæc ex Matthæo simul et Luca in unum confudit Origenes. Ferrarius legisse videtur : Κύριε, οὐκ ἐν τῷ ὀνόματί σου προεφητεύσαμεν, καὶ ἐν τῷ ὀνόματί σου δαιμόνια, etc., siquidem interpretatur : « Domine, nonne nomine tuo prophetavimus, et nonne nomine tuo dæmonia, » etc., ex Matthæo solo.

(37) Codex Bodleianus, recte, εἰ μὲν μὴ ὄντος αὐτοῦ· οὐδέποτε, etc.; Regius, male, εἰ μὲν οὖν οὐδέποτε, etc.

ρωπέφρασται δὲ τὸ ῥητὸν ἀπὸ τοῦ τεσσαρακοστοῦ ψαλμοῦ, οὕτως ἔχον· « Καὶ γὰρ ὁ ἄνθρωπος τῆς εἰρήνης μου, ἐφ' ὃν ἤλπισα, ὁ ἐσθίων ἄρτους μου, ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν· » οὐκοῦν ὁ Σωτὴρ τὸ ῥητὸν τοῦτο περὶ τοῦ Ἰούδα καὶ ἑαυτοῦ φησιν εἰρῆσθαι· ἐν ᾧ ζητήσεις πῶς ἄνθρωπος εἰρήνης Ἰούδας ἦν, καὶ ἐπ' αὐτὸν ὁ Σωτὴρ ἤλπισε. Δηλοῦσθαι οὖν διὰ τούτων νομίζω, ὅτι γνησίως ποτὲ ἐπεπιστεύκει· οὐ γὰρ ἄν, μηδέποτε υἱὸν εἰρήνης γενόμενον αὐτὸν ἀποστέλλων μετὰ τῶν λοιπῶν ἀποστόλων (38), ἔλεγε καὶ αὐτῷ· τοῖς γὰρ δώδεκα ἀναγέγραπται εἰρηκέναι τό· « Εἴπατε· Εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ· καὶ ἐὰν ἐκεῖ ᾖ υἱὸς εἰρήνης, ἡ εἰρήνη ὑμῶν ἐπ' αὐτὸν ἀναπαύσεται· εἰ δὲ μή γε, ἡ εἰρήνη ὑμῶν ἐφ' ὑμᾶς ἀνακάμψει· » καὶ γὰρ ὅρα μεθ' ὅσα ὁ διάβολος ἔβαλεν αὐτοῦ εἰς τὴν καρδίαν τὰ κατὰ τοῦ Σωτῆρος, καὶ πρὸ ὀλίγου κλέπτης εἶναι μεμαρτύρηται· οὐκ ἂν δ', οἶμαι, ἀρχῆθεν κλέπτης ὤν, ἐπιστεύθη τὸ γλωσσόκομον· ἄξιος οὖν τοῦ πιστευθῆναι (39) ὢν (εἰ καὶ προεγνώσθη μεταπεσούμενος), ἐπιστεύθη· καὶ τηλικοῦτος ἦν ἄνθρωπος εἰρήνης Χριστοῦ, ὡς ἐλπίδας ἀγαθάς ποτε τὸν Ἰησοῦν ἐπ' αὐτῷ ὡς καλῷ ἀποστόλῳ ἐσχηκέναι· ἄκουε (40) γὰρ τοῦ· « Ἐφ' ὃν ἤλπισα. » Ἐγὼ δ' οἶμαι, ὅτι καὶ λόγων ἀπορρήτων τροφιμωτάτων κεκοινώνηκε τοῖς ἀποστόλοις ἀπὸ Ἰησοῦ λαβών, περὶ ὧν εἶπεν· « Ὁ ἐσθίων ἄρτους μου· » τὸ δέ (41)· « Ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ τὴν πτέρναν αὐτοῦ, » μεταπέφρασται εἰς τό· « Ἐπῆρεν ἐπ' ἐμὲ τὴν πτέρναν αὐτοῦ, » ὥστε ταὐτὸν εἶναι τό, *Ἐμεγάλυνε*, τῷ, *Ἐπῆρε*. Καὶ εἰ χρὴ τήν, « Ἐπῆρεν ἐπ' ἐμὲ τὴν πτέρναν αὐτοῦ, » καί, « Ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμὸν αὐτοῦ, » σαφηνίσαι λέξιν, φήσομεν, ὅτι τοῦτο ποιεῖ ὁ λὰξ ἐντείνων τινί· τοιοῦτος δὲ καὶ Ἰούδας ἦν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καταπατῶν, καὶ τρώγων ἦν μετὰ τοῦ Ἰησοῦ τὸν ἄρτον αὐτοῦ, ὅτε βάψας ὁ Ἰησοῦς τὸ ψωμίον λαμβάνει, καὶ δίδωσιν Ἰούδᾳ Σίμωνος Ἰσκαριώτῃ, ἐπῆρεν Ἰούδας ἐπὶ τὸν Διδάσκαλον τὴν πτέρναν αὐτοῦ, ὅτι (42) μετὰ τὸ ψωμίον εἰσῆλθεν ὁ Σατανᾶς εἰς τὸν Ἰούδαν. Εἰ δὲ δύναται καὶ τό· « Ἡ ἀνομία τῆς πτέρνης μου κυκλώσει με, » συνεξεταζόμενον τῷ· « Ἐπῆρεν ἐπ' ἐμὲ τὴν πτέρναν αὐτοῦ, » ἀναφέρεσθαι ἐπὶ τὸν Ἰούδαν γενόμενον ἐν τῇ μερίδι τοῦ Ἰησοῦ, καὶ κτῆμα χρηματίσαντα αὐτοῦ, καὶ ἀπόστολον, πτέρναν δὲ διὰ τὸ τελευταῖον αὐτὸν γεγονέναι τροπικῶς λεγόμενον, καὶ αὐτὸς συνεπισκέψῃ.

A rim : » utque hoc eveniat, quod evenit, unus ex vobis est causa ; qui me est proditurus, ut impleatur Scriptura dicens : « Qui manducat panem meum, sustulit contra me calcaneum suum [44]. » Translatum autem est παραφραστικῶς dictum hoc a psalmo quadragesimo, sic habens : « Etenim homo pacis meæ, in quo speravi, qui edebat panes meos, magnificavit adversum me supplantationem ; » quod dictum Servator de Juda, ac de seipso dictum fuisse inquit. In quo quæres quomodo homo pacis Judas fuerit, et quomodo Servator in eum speravit. His verbis ergo declarari arbitror Judam aliquando sincere credidisse ; neque enim, ni aliquando fuisset filius pacis, misisset eum Dominus cum cæteris apostolis ; eique dixisset (nam duodecim scriptum est eum dixisse), « Dicite : Pax huic domui;
B et si illic **426** fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra ; sin minus, ad vos revertetur pax vestra [45] ; » proinde vide post quanta diabolus immiserit hæc in cor ejus adversum Servatorem, et quia dictus est paulo ante fur esse. Non autem opinor quod marsupium ei concreditum fuisset, si a principio fur fuisset ; sed dignus cum esset cui illud crederetur (etiamsi eum præscisset lapsurum Jesus), illius illi cura credita fuit ; fuitque tantus homo pacis Christi, ut in eo velut bono apostolo bonam spem habuerit aliquando Jesus ; considera enim illud : « In quo speravi [46]. » Proinde meum est judicium sermones eum occultos, et firmissimos,
C ac maxime nutrientes, quos a Jesu accepisset, apostolis communicasse, de quibus dixit : « Qui edebat panes meos [47]. » Cæterum pro : « Magnificavit adversum me supplantationem suam, » fecit evangelista : « Sustulit adversum me calcaneum suum, » ut idem valeat *magnificavit* quod *sustulit*. Quod si contextus hic : « Sustulit adversum me calcaneum suum, » et, « Magnificavit adversum me supplantationem suam [48], » necessario nobis explanandus sit, dicemus hoc fieri a calce intendente plagas alicui ; cujusmodi etiam erat Judas Dei Filium decipiens, manducansque cum Jesu ejus panem, cum (immersam buccellam accipiente Jesu, ac Judæ Simoni Iscariotæ porrigente [49],) sustulit Judas adversus Præceptorem calcaneum suum, quia post buccellam intravit Satanas in Judam. An vero illud : « Ini-
D quitas calcanei mei circumdabit me [50], » una examinatum cum eo : « Sustulit contra me calcaneum suum, » referri ad Judam possit, qui fuit in parte Jesu, et habitus possessio ejus, et apostolus, dictus vero calcaneum tropice, quod ipse ultimum proditor fuerit, tu ipse etiam considerabis.

9. « Ἀπάρτι λέγω ὑμῖν πρὸ τοῦ γενέσθαι, ἵνα πιστεύσητε, ὅταν γένηται, ὅτι ἐγώ εἰμι. » Τὴν ἀναφορὰν ἡ λέξις αὕτη ἔχει ἐπὶ τὸ προειρημένον τό·

9. « Nunc dico vobis antequam fiat, ut cum factum fuerit, credatis quia ego sum [51]. » Relationem habent verba hæc ad id quod superius est dictum :

[44] ibid. [45] Luc. x, 5, 6. [46] Psal. xl, 10. [47] ibid. [48] Joan. xiii, 18. [49] Joan. xxvi, 27. [50] Psal. xlviii, 6. [51] Joan. xiii, 19.

(38) *Ἀποστόλων*. Editio Huetii perperam habet ἀποστέλλω.

(39) *Πιστευθῆναι ὢν (εἰ καὶ προεγνώσθη μεταπεσούμενος), ἐπιστεύθη*. Sic recte habet codex Bodleianus; in Regio vitiose legitur, πιστευθῆναι προεγνώσθη μεταπονούμενος, ἐπιστεύθη

(40) Codex Bodleianus, ἄκουε· Regius, ἀκούω.

(41) *Τὸ δέ*. Deest in editione Huetii, sed legitur in codice Bodleiano.

(42) *Ὅτι*. Ferrarius legisse videtur ὅτε, vertit enim, « quando. »

« Non de omnibus vobis dico : ego scio quos elegerim; sed ut impleatur Scriptura: Qui manducat panem meum, sustulit adversum me calcaneum suum [52] ; » hoc enim futurum, ut Scriptura impleretur de eo qui sustulit adversum me calcaneum suum (qui est ille, qui manducat panem meum); nunc dico vobis, et dico antequam fiat, ut, cum factum fuerit quod prophetatum in Scriptura futurum est ut impleatur, credatis me esse eum 427 de quo hæc prophetata sunt, propter eum qui, cum manducaret panem meum, sustulit adversum me calcaneum suum. Sed quærat aliquis quomodo dictum sit discipulis, quorum laverat pedes Jesus, perinde quasi nondum credidissent ipsum esse Christum : « Nunc dico vobis antequam fiat, » et propter hoc dico, « ut cum factum fuerit, credatis me esse [53] » Christum prophetatum. At vide num possimus caventes accusare tales, tantosque Jesu discipulos, quasi qui nondum credidissent, consilium etiam servare dicentis : « Ut cum factum fuerit, credatis quia ego sum. » Qui recipit sapientiæ theoremata, interdum per priora, quibus jam sapiens est, percipit posteriora, in quibus antea non erat sapiens sapientiorque erit : quemadmodum illud etiam dicitur : « Hæc enim audiens sapiens, sapientior erit [54]. » Ut igitur si sapienti dicerentur quædam, et subjungeretur : Hæc te faciunt sapientem ; non omnino sapientem consideraremus ex non sapiente, sed ex sapiente sapientiorem, tanquam profectu succedente, et tendente ad perfectionem : sic mihi considera credentem posse magis credentem fieri : apostoli enim cum aliquando ad Dominum accessissent, non seipsos incusantes tanquam non credentes, dixerunt illi : « Domine, adauge nobis fidem [55] : » siquidem in vocabulo, *adauge*, aperte ostenditur fidem habuisse apostolos capientem additamentum. Quamobrem si hæc intelleximus, mihi considera additamenta rerum fidem facientium, post quædam quæ antea fidem fecerant, addidisse fidei; adeo ut discipuli præter ea quæ habebant fidem facientia, etiam hoc assumpserint, ut viderent Scripturam dicentem : « Qui manducat panem meum, sustulit contra me calcaneum suum [56], » impletam, ob oculos ponente eo qui prophetabatur se esse, de quo talia prædicta fuerant : videque ut intelligas hoc vocabulum, « Ut credatis [57], » perinde ac sit, Ut operemini, permanentes in credulitate, nullam causam habentes qua mutemini. Ac certe nisi magnitudine magna fides esset, aut multitudine multa, haudquaquam dixisset Paulus [58] : « Etiamsi habuero omnem fidem. » Ut enim perfectus, et omnes habens virtutes, cum singulatim unamquamque virtutem perfectam perceperit, perfectam habet sapientiam, et

A « Οὐ περὶ πάντων ὑμῶν λέγω· ἐγὼ οἶδα τίνας ἐξελεξάμην· ἀλλ' ἵνα ἡ Γραφὴ πληρωθῇ· Ὁ τρώγων μετ' ἐμοῦ τὸν ἄρτον ἐπῆρεν ἐπ' ἐμὲ τὴν πτέρναν αὐτοῦ. » Τοῦτο γὰρ τὸ ἐσόμενον, ἵνα ἡ Γραφὴ πληρωθῇ περὶ τοῦ ἐπαίροντος ἐπ' ἐμὲ τὴν πτέρναν αὐτοῦ (ὅς ἐστι τρώγων μετ' ἐμοῦ τὸν ἄρτον), ἀπάρτι λέγω ὑμῖν, καὶ λέγω πρὸ τοῦ γενέσθαι, ἵνα, ἐπὰν γένηται τὸ πληρωθησόμενον τῶν προφητευθέντων ἐν τῇ Γραφῇ, πιστεύσητε, ὅτι ἐγώ εἰμι περὶ οὗ ταῦτα προπεφήτευται, ἀπὸ τοῦ τρώγοντος μετ' αὐτοῦ τὸν ἄρτον, ἐπάραντος τὴν ἑαυτοῦ πτέρναν κατ' αὐτοῦ. Ζητήσει δ' ἄν τις πῶς εἴρηται τοῖς μαθηταῖς, ὧν ἔνιψε τοὺς πόδας ὁ Ἰησοῦς, ὡς μηδέπω πιστεύσασιν, ὅτι καὶ αὐτὸς εἴη ὁ Χριστὸς, τό· « Ἀπάρτι λέγω ὑμῖν πρὸ τοῦ γενέσθαι, » καὶ διὰ B τοῦτο λέγω, ἵνα, ὅταν « γένηται, πιστεύσητε, ὅτι ἐγώ εἰμι » ὁ προφητευθεὶς Χριστός. Καὶ ὅρα εἰ δυνάμεθα κατηγοροῦντες τῶν τηλικούτων Ἰησοῦ μαθητῶν, ὡς οὐδέπω πεπιστευκότων, καὶ τὸ βούλημα σώζειν τοῦ εἰπόντος· « Ἵνα πιστεύσητε, ὅταν γένηται, ὅτι ἐγώ εἰμι. » Παραλαμβάνων σοφίας θεωρήματα ἔσθ' ὅτε καὶ προτέροις ἤδη (43) σοφός ἐστιν ἀναλαμβάνει δεύτερα, ἐφ' οἷς οὐ πρότερον ἦν σοφὸς, καὶ σοφώτερος ἔσται· καθὼς λέγεται καὶ τό· « Τῶνδε γὰρ ἀκούσας σοφὸς, σοφώτερος ἔσται. » Ὥσπερ οὖν εἰ ἐλέγετο τῷ σοφῷ τάδε τινὰ, καὶ ἐπεφέρετο· — Ταῦτά σε ποιεῖ σοφὸν, — οὐ πάντως ἂν ἐκ τοῦ μὴ σοφοῦ σοφὸν ἐνοήσαμεν, ἀλλὰ καὶ ἐκ σοφοῦ σοφώτερον, ὡς ἐπιγινομένης τῆς προκοπῆς, καὶ ὁδευούσης ἐπὶ τὴν C τελειότητα· οὕτω μοι νόει καὶ τὸν πιστεύοντα δύνασθαι πιστότερον γενέσθαι· καὶ γὰρ οἱ ἀπόστολοι, προσελθόντες ποτὲ τῷ Κυρίῳ, οὐχ ἑαυτῶν κατηγοροῦντες ὡς ἀπίστων, ἔλεγον αὐτῷ τό· « Κύριε, πρόσθες ἡμῖν πίστιν· » καὶ γὰρ ἐν τῷ, *πρόσθες*, σαφῶς παρίσταται, ὅτι πίστιν εἶχον χωροῦσαν προσθήκην. Εἴπερ οὖν συνήκαμεν ταῦτα, νόει μοι τὰς προσθήκας τῶν πιστοποιούντων, μετά τινα πρότερον πιστοποιήσοντα, προστιθέναι τῇ πίστει· ὥστε καὶ τοὺς μαθητὰς πρὸς οἷς εἶχον πιστοποιητικοῖς, καὶ τοῦτο προσειληφέναι τὸ βλέπειν πληρουμένην τὴν λέγουσαν Γραφήν· « Ὁ τρώγων μου τὸν ἄρτον ἐπῆρεν ἐπ' ἐμὲ τὴν πτέρναν αὐτοῦ, » παριστάντος τοῦ προφητευομένου, ὅτι αὐτὸς ἦν περὶ οὗ ταῦτα ἐθεσπίζετο (44)· καὶ ἄκουε τοῦ, « Ἵνα πιστεύσητε, » ὡς ἴσον δυναμένου D τῷ, Ἵνα ἐνεργῆτε (45), παραμένοντες τῷ πιστεύειν, καὶ μηδεμίαν ἀφορμὴν πρὸς τὸ μετατίθεσθαι ἴσχοντες. Καὶ εἴ τοι μὴ μεγέθει μεγάλη ἡ πίστις ἦν, ἢ πλήθει πολλὴ, οὐκ ἂν ἔλεγεν ὁ Παῦλος τό· « Κἂν ἔχω πᾶσαν τὴν πίστιν· » ὥσπερ γὰρ ὁ τέλειος, καὶ πάσας ἔχων τὰς ἀρετὰς, τελείαν ἑκάστην ἀναλαβὼν, τελείαν ἔχει τὴν σοφίαν, καὶ τελείαν τὴν σωφροσύνην, οὕτω δὲ καὶ τὴν εὐσέβειαν, καὶ τὰς λοιπάς· οὕτως ἄν τις εἴπε τῇ τοῦ πιστεύειν ἀρετῇ τελείως τῷ πᾶσαν (46) ἔχειν τὴν πίστιν. Ταῦτα δέ φημι ὡς οὐ

[52] Joan. XIII, 18. [53] Joan. XIII, 19. [54] Prov. I, 5. [55] Luc. XVII, 5. [56] Joan. XIII, 18. [57] ibid. 19. [58] I Cor. XIII, 2.

(43) *Ἤδη*. Lego οἷς ἤδη.

(44) Codex Bodleianus, ἐθεσπίζετο ; Regius, τεθέσπιστο.

(45) Editio Huetii, τῷ, Ἵνα πιστεύσητε, ἐνεργῆτε.

(46) *Τελείως τῷ πᾶσαν*, etc. Legendum fortasse, τελείαν καὶ πᾶσαν, etc., vel, τελειωθέντα πᾶσαν, etc.

κυρίως ἂν λεχθησομένης τῆς ἀτελοῦς σοφίας, ἢ σωφροσύνης, ἢ εὐσεβείας, ἢ τῶν λοιπῶν ἀρετῶν, ἀλλὰ καταχρηστικῶς, καὶ τῶν ἐν ἑκάστῃ ἀρετῇ προσκοπῶν ὁμωνύμως τῇ τελείᾳ ὀνομαζομένων· οὕτω γὰρ σοφὸς λέγεται ὁ ἁμαρτάνων μέν τινα ὡς ἐλέγχου δεῖσθαι, οὐ μὴν καὶ μισῶν τοὺς ἐλέγχοντας, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἀγαπῶν, καθὸ γέγραπται· « Ἔλεγχε σοφὸν, καὶ ἀγαπήσει σε· » οὕτω δὲ καὶ σοφὸς λέγεται, ἐπιδεκτικὸς ὢν ἑτέρων θεωρημάτων σοφίας, καὶ μηδέπω ἔχων τὰ δεύτερα, καθὸ λέγεται καὶ τό· « Δίδου σοφῷ ἀφορμὴν, καὶ σοφώτερος ἔσται. » Ἀλλὰ γὰρ ἐπὶ ταῦτα ἐληλύθαμεν, δεικνύντες, ὅτι ἐνδέχεται τὸν ἤδη πιστεύοντα μανθάνειν τινὰ, ἵνα πάλιν πιστεύῃ, καὶ διὰ τῆς προσθήκης τῶν μαθημάτων προστιθέναι τῇ πίστει. Εἰ δὲ βουλόμεθα εἰδέναι τίς ἐστιν ὁ πᾶσαν ἔχων τὴν πίστιν, λάβωμεν, ἐπὶ παραδείγματος, κεφαλαιωδῶς τὰ ἐν τῷ πιστεύεσθαι σώζοντα τὸν πιστεύοντα, φέρε εἰπεῖν, ὄντα τὸν ἀριθμὸν ἑκατὸν, καὶ λέγωμεν, ὅτι ὁ μὲν τὰ προειρημένα ἑκατὸν ἀδιστάκτως παραδεχόμενος, καὶ ἑκάστῳ αὐτῶν βεβαίως πιστεύων, πᾶσαν ἔχει τὴν πίστιν· ὁ δὲ λείπων ἔν τινι ἀριθμῷ τῶν ἐν τῷ πιστεύεσθαι σωζόντων, ἢ τῇ πρὸς τὰ πιστευόμενα βεβαιότητι, τοσοῦτον λείπει τοῦ πᾶσαν ἔχειν τὴν πίστιν, ὅσοις ἀριθμοῖς πιστεύων ἐνδεῖ, ἢ ὅσον ἀφέστηκε τῆς περὶ τῶν πιστευόντων βεβαιότητος, εἴτε πάντων, εἴτε τινῶν· ἵν' ἐπὶ τοῦ παρόντος δοθῇ τισι μὲν δύνασθαι βεβαίως πιστεύειν τινά· τισὶ δὲ πιστεύειν μὲν, οὐ βεβαίως δέ· πλὴν ὁμολογουμένως δοθείη ἀμήχανον ἀποδείκνυσθαι τὸν ἐν ἑνὶ ἀτελῆ μηδὲν (47) ἔχειν βεβαιότητα· ὅτι οὐ τὸ ἴσον ἀπόστημα ἀπὸ τῆς πρὸς τὰ πιστευόμενα βεβαιότητος ἀπέχει ἕκαστος τῶν, ἵν' οὕτως ὀνομάσω κατὰ τὴν Γραφὴν, ὀλιγοπίστων, καὶ τὴν πρὸς τὰ πιστευόμενα βεβαιότητα οὐδέπω ἀνειληφότων. Τούτοις δὲ ἕπεται διὰ τό· « Κατὰ τὴν πίστιν σου γενηθήτω σοι, » καὶ διὰ τό· « Ἡ πίστις σου (48) σέσωκέ σε, » ἑκάστῳ ἀπαντῆσαι κατὰ τὴν ἐν τῇ δικαίᾳ κρίσει τοῦ Θεοῦ ἀμοιβὴν, ἀνάλογον τοιᾷδε καὶ τοιᾷδε πίστει, καὶ σωτηρίᾳ (49)· εἴ γέ ἐστί τις καὶ ἐν ταύτῃ σωζομένων διαφορὰ, ὡς τό· « Ὧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν, » φθάνειν καὶ ἐπὶ τὰ μέτρα τῆς πίστεως, καὶ τὰ μέτρα τῆς ἀπὸ Θεοῦ ἀμοιβῆς, καὶ σωτηρίας. Ὁ δὲ τὸν τούτων κατανοήσας λόγον θεωρήσει πῶς εὐλόγως ὡς μὴ δυναμένοις κρίνειν τοῖς ἀνθρώποις λέγεται· « Μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε, » καὶ τό· « Μὴ πρὸ καιροῦ τι κρίνετε, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ Κύριος. » Πάλιν εἰς ταῦτα, ἐπεὶ ἔλεγον, ὡς (50) ἐπὶ παραδείγματος, ἑκατὸν ὄντων τῶν σωζόντων ἐν τῷ πιστεύεσθαι, τὸν μὲν τοῖς ἑκατὸν βεβαίως πιστεύοντα πᾶσαν ἔχειν τὴν πίστιν, τὸν δὲ λείποντα τῇ πρός τινα τῶν ἑκατὸν πίστει, τῇ πρὸς τὰ πιστευόμενα βεβαιότητι διαφόρως, μὴ πᾶσαν ἔχειν τὴν πίστιν· ἐκθήσομεν σαφηνείας ἕνεκεν τοιαῦτα. Πρῶτον πάντων πίστευσον, ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Θεὸς,

A perfectam modestiam, atque etiam sic pietatem, et cæteras virtutes; sic aliquis diceret perfectum in virtute credendi, cum omnem habere fidem. Hæc **428** autem dico, tanquam sapientia, modestia, pietas, cæteræque virtutes imperfectæ non possint a nobis proprie nominari, sed abusive; cum etiam perfectus qui efficitur in unaquaque virtute, nominetur æquivoce cum eo qui est virtute perfecta. Nam hunc in modum sapiens dicitur, qui in quibusdam quidem offendit, ut objurgatione egeat, haud tamen odit objurgantes, imo vero diligit, juxta quod scriptum est[59]: « Argue sapientem, et diliget te; » hunc etiam in modum sapiens dicitur ille, qui capax cum sit aliorum speculationum sapientiæ, nondum quæ restant habet, juxta B quod dicitur illud etiam[60]: « Da sapienti occasionem, et sapientior erit. » At enim huc devenimus, ostendentes contingere, ut qui jam credit, discat aliqua rursum crediturus, et per additamentum eorum quæ didicerit, addere fidei. Sin vero videre volumus quisnam sit qui omnem habeat fidem, sumamus, exempli gratia, breviter quæ credentem servant, dum creduntur: sintque, ut ita loquar, numero centum, et dicamus eum quidem qui hæc centum, quæ prædiximus, sine ulla hæsitatione accipit, singulis ipsis constanter credens, omnem habere fidem; deficientem vero in aliquo numero rerum earum quæ servant, dum creduntur, vel minus firmum exsistentem erga ea quæ creduntur, C eo magis abesse ab habendo omnem fidem, quo plures numeri sibi credenti defuerint: quoque magis abfuerit a firmitate eorum quæ creduntur, sive omnium, sive aliquorum (ut interim demus aliquem aliquibus constanter credere posse, aliquibus vero credere, sed non constanter), attamen omnium consensu dederis difficillimum demonstratu esse, ut cui unus defuerit numerus, nihil habeat firmitatis: eo quod non æquali distantia distet a firmitate, erga ea quæ creduntur, unusquisque eorum qui sunt, ut ita loquar juxta Scripturam, exigua fide præditi, et qui nondum receperunt firmitatem erga ea quæ creduntur. His vero consequens est, propter illud: « Juxta fidem tuam fiat tibi[61], » et illud: « Fides tua te servavit[62], » D unumquemque habere retributionem quæ est in justo judicio Dei, juxta proportionem talis et talis fidei et salutis: quandoquidem in hac est eorum qui servantur differentia: adeo ut illud: « Qua mensura metiemini, eadem mensura remetietur vobis[63], » pertingat etiam ad mensuras fidei, et ad mensuras retributionis, et salutis quæ est a Deo. Hanc rationem qui considerarit diligenter, videbit quomodo merito dicatur hominibus, quasi judicare

[59] Prov. IX, 8. [60] ibid. 9. [61] Matth. IX, 29. [62] ibid. 22; Marc. X, 52. [63] Matth. VII, 2; Marc. IV, 24.

(47) Codex Regius perperam habet, ὁμολογοῦμεν ὡς δοθεῖσαν ἀμήχανον ἀποδείκνυνται τὸν ἐνατέλη πρὸς μηδέν, etc. At codex Bodleianus lectionem nostri textus exhibet, quæ certe vera est. — Certius forsan ad verum accederet, si πρός ante μηδέν ex cod. Reg. restitueretur. EDIT. PATROL.

(48) Σου. Deest in codice Regio, sed legitur in Bodleiano.

(49) Codex Regius habet σωτηρίαν, male.

(50) Codex Regius, πάλιν ταῦτα ἐπεὶ λέγον ὡς, etc.

non valentibus : « Nolite judicare, **429** ne judicemini[64], » et illud : « Ne judicetis quidquam ante tempus, donec venerit Dominus[65]. » Rursus in hæc, quoniam dixi exempli gratia, centum numero exsistentibus his quæ servant dum creduntur, his centum firmiter credentem, omnem habere fidem; non habentem vero fidem erga aliqua eorum centum, vel varie affectum firmitate erga ea quæ creduntur, non habere omnem fidem, explanationis gratia exponemus alia : Ante omnia credito unum esse Deum, qui omnia condidit, et perfecit; quique omnia fecit ut essent, ex re non exsistente : quin etiam credamus necesse est Jesum Christum esse Dominum, et omni veritati, quæ de ipso dicitur tum juxta illius divinitatem, tum juxta illius humanitatem : in Spiritum etiam sanctum credendi necessitatem habemus : et quod liberi arbitrii cum simus, punimur ob ea quæ peccamus, honoremur vero ob recte facta. Age igitur ponamus, si quis se credere in Jesum putans, non credat unum esse Deum Legis, et Evangelii, cujus gloriam cœli, tanquam ab ipso facti, enarrant, et firmamentum annuntiat opera manuum suarum[66], tanquam earum opus; huic profecto maximum deerit fidei caput. Vel rursus si quis credat Jesum sub Pontio Pilato præside cruci affixum, sacram rem quamdam, et salutarem mundo attulisse; non item credens eum ex Maria Virgine, et sancto Spiritu ortum assumpsisse, sed ex Joseph et Maria : huic etiam deerunt maxime necessaria ad habendam omnem fidem. Rursus e regione si quis divinitatem illius admittat, humanitateque ejus offensus nihil humani circa eum factum fuisse credat, vel hypostasin sumpsisse, huic quoque non vulgaria deerunt ad omnem fidem. Econtrario denuo si quis humanas de eo res admittat, spreta hypostasi Unigeniti et Primogeniti omnis creaturæ; haudquaquam is dicere poterit omnem se habere fidem. Sicque mihi per ordinem considera ; ut videamus quanta res sit absque ullo defectu et constanter omnem habere fidem, adeo potentem, quando tota est in hominis anima, ut vel montes (qualescunque sint illi) transferre possit : **430** cum omnes quidem homines loco dimovere valeant montem, vel montes quos Jesus ostenderit; sin vero quædam defuerint perfectæ fidei, desit etiam potentia transferendi montes. Ac profecto tali in hujusmodi rebus utar exemplo : Ut tales, totque habentes vires, primum navim deducunt in mare; sin vero vel unus cooperarius, vel vires alicujus rei his defuerint, non de-

A ὁ τὰ πάντα κτίσας, καὶ καταρτίσας, καὶ ποιήσας ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα. Χρὴ δὲ καὶ πιστεύειν, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ πάσῃ τῇ περὶ αὐτοῦ κατὰ τὴν θεότητα καὶ τὴν ἀνθρωπότητα ἀληθείᾳ· δεῖ δὲ καὶ εἰς τὸ ἅγιον πιστεύειν Πνεῦμα· καὶ ὅτι αὐτεξούσιοι ὄντες κολαζόμεθα μὲν ἐφ' οἷς ἁμαρτάνομεν, τιμώμεθα δὲ ἐφ' οἷς εὖ πράττομεν. Φέρε οὖν καθ' ὑπόθεσιν, εἴ τις, δοκῶν (51) πιστεύειν εἰς τὸν Ἰησοῦν, μὴ πιστεύοι, ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Θεὸς ὁ Νόμου καὶ Εὐαγγελίου, οὗ τὴν δόξαν οὐρανοὶ, ὡς ὑπ' αὐτοῦ γεγενημένοι, διηγοῦνται, καὶ τὸ στερέωμα ἀναγγέλλει τὴν ποίησιν τῶν χειρῶν αὐτοῦ, ὡς ἔργον τυγχάνον αὐτῶν· οὗτος ἂν τῷ μεγίστῳ λείποι τῆς πίστεως κεφαλαίῳ (52)· ἢ πάλιν εἴ τις πιστεύων ὅτι (53), ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου σταυρωθεὶς ἱερόν (54) τι B χρῆμα καὶ σωτήριον τῷ κόσμῳ ἐπιδεδήμηκεν· ἀλλ' οὐκ ἐκ Παρθένου τῆς Μαρίας, καὶ ἁγίου Πνεύματος τὴν γένεσιν ἀνείληφεν, ἀλλ' ἐξ Ἰωσὴφ καὶ Μαρίας· καὶ τούτῳ ἂν λείποι εἰς τὸ πᾶσαν ἔχειν τὴν πίστιν τὰ ἀναγκαιότατα. Πάλιν τε αὖ εἰ τὴν μὲν (55) θεότητά τις αὐτοῦ παραδέχοιτο, τῇ δὲ ἀνθρωπότητι προσκόπτων μηδὲν ἀνθρώπινον περὶ αὐτὸν πιστεύοι γεγονέναι, ἢ ὑπόστασιν εἰληφέναι· καὶ τούτῳ ἂν λείποι πρὸς πᾶσαν τὴν πίστιν οὐ τὰ τυχόντα. Ἢ εἰ ἀνάπαλιν τὰ μὲν περὶ αὐτὸν ἀνθρώπινα προσίοιτο, τὴν δὲ ὑπόστασιν τοῦ Μονογενοῦς, καὶ Πρωτοτόκου πάσης κτίσεως ἀθετοῖ· καὶ οὗτος οὐ δύναιτο λέγειν πᾶσαν ἔχειν τὴν πίστιν. Καὶ οὕτως καθεξῆς μοι νόει, ἵνα θεωρήσωμεν ὁπηλίκον ἐστὶ τὸ ἀνελλιπῶς καὶ C βεβαίως πᾶσαν τὴν πίστιν ἔχειν, τοσοῦτον δυναμένην, ὅτε πᾶσά ἐστιν ἐν ἀνθρώπου ψυχῇ, ὥστε ἅ τινά ποτέ ἐστι τὰ ὄρη, μεθιστάνειν αὐτὰ δύνασθαι· πάντων μὲν τῶν ἀνθρώπων δυναμένων μεθιστάνειν τὸ δεικνύμενον ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ ὄρος, καὶ τὰ δεικνύμενα αὐτῷ· εἰ δὲ λείποι τινὰ τῇ πάσῃ πίστει, λείπειν τῇ δυνάμει τοῦ μετατιθέναι ὄρη. Καὶ χρήσομαί γε καὶ τοιούτῳ καὶ εἰς ταῦτα παραδείγματι· ὥσπερ καθέλκουσιν οἱ τοσοῦτοι, τοιάνδε δύναμιν ἔχοντες, πρώτως εἰς θάλασσαν τὴν ναῦν· εἰ δὲ λείποιεν οὗτοι κἂν ἑνὶ τῶν συνεργῶν, ἢ τῇ δυνάμει τινὸς, οὐκ ἂν καθέλκοιτο ἡ ναῦς· οὕτως οἱονεὶ πολλοὶ μετατιθέντες εἰσὶ τὰ ὄρη, ἡ πᾶσα πίστις· τοσοῦτον δὲ λείπει τῇ δυνάμει τῆς τῶν ὀρῶν μεταθέσεως, ὅσον λείπει πρὸς τὸ πᾶσαν τὴν πίστιν ἔχειν, ὁ ἔτι κατ' αὐτὴν ἀτελής. Καὶ ὅρα εἰ D μὴ χρησίμως ὅλα ταῦτα ἐξήτασται διὰ τοὺς μαθητὰς, ὧν ἔνιψεν ὁ Ἰησοῦς τοὺς πόδας, πρὸς οὓς εἰπών, ὡς ἂν ὑπολάβοι ὁ μὴ ἐξετάσας, ὡς μηδέπω πιστεύσαντας, τό· « Ἀπάρτι λέγω ὑμῖν πρὸ τοῦ γενέσθαι, ἵνα πιστεύσητε, ὅταν γένηται, ὅτι ἐγώ εἰμι. » Ἅμα δὲ καὶ ἀναπτυσσόμενος ὁ λόγος δείκνυσι πηλίκη μέν

[64] Matth. VII, 1. [65] I Cor. IV, 5. [66] Psal. XVIII, 2.

(51) *Εἴ τις, δοκῶν*, etc. Quemadmodum Valentiniani eorumque consectanei.

(52) *Ἂν τῷ μεγίστῳ λείποι τῆς πίστεως κεφαλαίῳ*. His verbis hiatus qui in codice Regio erat, reparatur ex codice Bodleiano.

(53) *Ἢ πάλιν εἴ τις πιστεύων, ὅτι*, etc. Hæc hæresis ad Carpocratianos, Ebionitas, Cerinthianos, aliaque Christiani nominis propudia pertinet.

(54) Codex Regius, ἕτερον.

(55) *Πάλιν τε αὖ εἰ τὴν μέν*, etc. In ipsis Ecclesiæ incunabulis succrevit hæc hæresis, eamque jugulat Joannes, I Epist. IV, 3 : Πᾶν πνεῦμα ὃ μὴ ὁμολογεῖ τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα, ἐκ Θεοῦ οὐκ ἔστι. Hæc erat τῶν φαντασιαστῶν et δοκητῶν opinio, quæ in varias sectas dissipata est. His Simon Magus, Saturninus, Basilides, Valentinus, Cerdon, Marcion, Apelles, aliique de se nomina fecerunt. Vide Theodoretum, *Hæretic. Fabul.* lib. V, cap. 11 et 14. HUETIUS.

ἐστιν ἡ κατὰ τὴν πᾶσαν πίστιν ἀρετὴ, καὶ ὅτι σπανίως εὑρισκομένη· πόσῳ δ' ἕκαστος ἡμῶν ἀπολείπεται τοῦ τὴν πᾶσαν ἔχειν πίστιν, ὥστε ὄρη μεθιστάνειν. Πλὴν οὐκ εὐκαταφρόνητον πρὸς τὸ ποιεῖν πιστεύειν ἐστὶ κατὰ τὰ νῦν προκείμενα, τὸ τοὺς προφήτας μὲν προτεθεσπικέναι τὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦ· κατὰ δὲ τὸν λόγον αὐτῶν ἀπηντηκέναι τῷ Σωτῆρι τὰ προειρημένα.

A ducitur navis; sic veluti multi transferentes montes est omnis fides, in qua qui fuerit imperfectus, quo minus habuerit omnem fidem, eo magis aberit a potentia transferendi montes. Proinde vide an non utiliter hæc omnia indagata fuerint propter discipulos, ad quos (cum lavisset Jesus eorum pedes) ut suspicari posset negligens lector, quasi ad nondum credentes, dixit: « Nunc dico vobis priusquam fiat, ut cum factum fuerit, credatis quia ego sum[67]. » Pariter vero etiam explicata oratio, quanta res sit virtus omnem continens fidem ostendit, et quod raro inveniatur: ostendit præterea quam procul absit quivis nostrum, ut habeat illam omnem fidem, qua montes transferat. Cæterum non contemnenda res est quæ nos ad credendum inducit, juxta ea quæ nunc sunt proposita, quod prophetæ vaticinati antea fuerint quæ ad Jesum pertinent, et quod juxta sermonem illorum Servatori acciderint quæ ab ipsis prædicta fuerunt.

10. « Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν· Ὁ λαμβάνων ὅντινα πέμψω, ἐμὲ λαμβάνει· ὁ δὲ ἐμὲ λαμβάνων λαμβάνει τὸν πέμψαντά με. » Ὁ Ἰησοῦς πέμπει οὐ μόνον ἁγίους, ἀλλὰ καὶ ἁγίους καὶ ἀγγέλους· καὶ πέμπει μὲν τοὺς διὰ τὸ ἀποστέλλεσθαι ὑπ' αὐτοῦ ἀποστόλους ὀνομαζομένους. Ἤδη δὲ τούτων οἱ μὲν ἄνθρωποί εἰσιν, οἱ δὲ δυνάμεις κρείττους· οὐ γὰρ ἁμαρτησόμεθα τὸ, ἀπόστολος, ὄνομα τάσσοντες καὶ περὶ τούτων περὶ ὧν γέγραπται· « Πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν· » Εἰ γὰρ παρὰ (56) τὸ *ἀποστέλλεσθαι* ἀπόστολοι, πάντες δέ εἰσιν ὑπὸ « τοῦ ποιοῦντος τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα, » εἰς διακονίας (57) ἀποστελλόμενοι ὄντες λειτουργικὰ πνεύματα, καὶ οὗτοι ἂν εἶεν ἀπόστολοι τοῦ ἀποστέλλοντος αὐτούς· καὶ ἕκαστός γε τῶν πεμπομένων ἀπό τινος ἀπόστολός ἐστι τοῦ πέμψαντος· καθὸ ἐν τοῖς ἀνωτέρω λέλεκται μετὰ τό· « Οὐκ ἔστι δοῦλος μείζων τοῦ κυρίου αὐτοῦ, οὐδὲ ἀπόστολος μείζων τοῦ πέμψαντος αὐτόν. » Κατὰ τοῦτο δὲ οὐχ ἁμαρτήσει καὶ τὸν Ἰωάννην ἀπόστολον λέγων Θεοῦ διὰ τό· « Ἐγένετο ἄνθρωπος ἀπεσταλμένος παρὰ Θεοῦ, ὄνομα αὐτῷ Ἰωάννης· » καὶ τὸν Ἡσαΐαν διὰ τό· « Τίνα ἀποστελῶ, καὶ τίς πορεύσεται πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον; » ὅτε ἀπεκρίνατο λέγων· « Ἰδού εἰμι ἐγὼ, ἀπόστειλόν με. » Τί δὲ περὶ τούτων λέγω, ὅτε καὶ ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῇ (58) ὁ τηλικοῦτος ἡμῶν Σωτὴρ ἀπόστολος εἴρηται τοῦ Πατρός; γέγραπται γάρ· « Ἔχοντες οὖν ἀρχιερέα μέγαν (59), καὶ ἀπόστολον Ἰησοῦν Χριστόν. » Καὶ νῦν οὖν ὃν ἐὰν ἀποστέλλῃ ὁ Σωτὴρ διακονησάμενον τῇ τινων σωτηρίᾳ, ὁ ἀποστελλόμενος ἀπόστολός ἐστιν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἀλλ' ὁ ἀπόστολος, ὥσπερ τοῦ ἀποστείλαντός ἐστιν ἀπόστολος, οὕτως τισὶ πρὸς οὓς ἀποστέλλεται μόνοις (60) ἐστὶν ἀπόστολος· ὅπερ νοῶν ὁ Παῦλος ἔλεγεν· « Εἰ καὶ ἄλλοις οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος, ἀλλά γε ὑμῖν εἰμι· ἡ γὰρ σφραγίς μου τῆς ἀποστολῆς ὑμεῖς ἐστε ἐν Κυρίῳ. » Ἔξεστιν οὖν τινα εἶναι ἀπό-

B 10. « Amen, amen dico vobis: Qui recipit quemcunque misero, me recipit: qui autem me recipit, recipit eum qui misit me[68]. » Mittit Jesus non solum sanctos, verum etiam et sanctos et angelos: nominanturque hi quos mittit, eo quod ab ipso mittantur, apostoli, [hoc est *missi*.] Jam vero horum apostolorum alii sunt homines; alii virtute præstantiores: nec enim a vero aberravimus apostoli nomen his angelis etiam ponentes, de quibus scriptum est[69], quod « omnes sint administratorii spiritus, qui in ministerium emittuntur, propter eos qui hæredes erunt salutis. » Nam si *παρὰ τὸ ἀποστέλλεσθαι* ἀπόστολοι [hoc est, a *mittendo* missi] omnesque ab eo « qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos ignis flammam[70], » in ministerium mittuntur administratorii spiritus, hi etiam C apostoli [hoc est *missi*] dicentur ejus a quo mittuntur. Atque unusquisque profecto qui mittitur ab aliquo, apostolus, [hoc est *missus*,] est illius qui misit; juxta quod in superioribus est dictum post ea verba: « Non est servus major domino suo, neque apostolus **431** major eo qui misit ipsum. » Hanc ob causam non aberrabit a vero qui Joannem etiam dixerit Dei apostolum propter illud: « Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes[71]. » Quin Isaias quoque apostolus erit, propter illud: « Quem mittam, et quis ibit ad populum hunc? » quando respondit dicens: « En ego sum, mitte me[72]. » Sed quid de hisce dico, quando et in Epistola ad D Hebræos talis tantusque Servator noster dictus sit apostolus a Patre? Scriptum est enim: « Habentes igitur Pontificem magnum et apostolum Jesum Christum[73]. » Quamobrem si Servator aliquem miserit qui aliquorum salutem administrarit, is qui mittitur, apostolus est Jesu Christi. Verum ut apostolus apostolus est ejus qui misit, sic quibusdam solis ad quos mittitur, est apostolus. Hanc rem considerans Paulus dicebat: « Etiamsi aliis non sim apostolus, vobis sum tamen; nam signa-

[67] Joan. XIII, 19. [68] ibid. 26. [69] Hebr. I, 14. [70] ibid. 7 et Psal. CIII, 4. [71] Joan. I, 6. [72] Isa. VI, 8. [73] Hebr. III, 1; IV, 14.

(56) *Παρά*. Deest in codice Regio, sed legitur in Bodleiano.

(57) *Διακονίας*. Forte legendum διακονίαν.

(58) *Ἐπιστολῇ*. Deest in codice Regio, sed est in Bodleiano.

(59) *Ἔχοντες οὖν ἀρχιερέα μέγαν*, etc. Duos locos in unum, memoria lapsus, ut contingere festinantibus solet, confudit hic Origenes; alterum Hebr. III, 1, et IV, 14, alterum.

(60) Codex Regius, μόνος.

culum apostolatus mei vos estis in Domino [74]; » proinde licet alicui esse apostolo Jesu Christi ad unum solum misso; si, Dei providentia, uni soli sermonem is administraverit. Quæ quidem diximus, ut rursus videamus eorum qui Jesu Christi apostoli fuerunt habiti, excellentiam : « Dexteras enim societatis mihi, et Barnabæ, inquit, dederunt, ut nos in gentes, ipsi vero in circumcisionem [75]. » Igitur Paulus gentibus solis erat apostolus, Petrus toti circumcisioni. Quod si ex nobis habitus fuerit aliquis dignus, ut ostendit apostolus, eundi ad aliquem, vel ad paulo plures, apostolus is efficitur. Nec extollatur factus Apostolus, illius dicti memor: « Quod superest autem, illud requiritur in dispensatoribus, ut fidus aliquis inveniatur [76]; » non enim si quæritur aliquid, illud omnino invenitur. Cæterum propter hoc dictum : « Qui recipit si quem misero [77], » quoscunque contigerit a Jesu mitti, hos nominat apostolos, etiamsi tales non sint ut diximus. Diximus etiam contingere, ut aliqua præstantiora, quam natura sit hominum, mittantur a Jesu; propterea, qui recipit quem miserit Jesus, Jesum in misso recipit; qui autem Jesum recipit, Patrem recipit: igitur qui recipit quem Jesus miserit, Jesu Patrem recipit, qui misit ipsum. Potest etiam hæc oratio talis esse : Qui recipit quem ego misero, me recipit, eo usque pertingens ut me recipiat; qui vero me non recipit per aliquem meum apostolum, sed **432** me recipit, non ab hominibus, neque per homines administratum, sed ad animas advenientem eorum qui se ipsos diligenter præparaverunt ad mei receptionem; hi Patrem, qui me misit, recipiunt, ita ut non solus ego Christus futurus sim in ipso, sed ipse quoque Pater. Possumus autem ex his repugnantia etiam considerare : qui namque recipit quem miserit filius mali, ille Antichristum recipit; qui vero recipit filium mali, et admittit sermonem Christo contrarium, fingentem se esse veritatem, falsoque promittentem se esse justitiam, is ipsum recipit malum. Quamobrem attendamus, ut tanquam boni nummularii, eorum quidem quæ vera sunt, ministrum probemus, falsa vero administrantem reprobemus. Atque hoc quidem in loco, « Qui recipit, inquit, si quem misero, me recipit; qui autem me recipit, recipit eum qui me misit [78] : » et : « Qui videt me, videt eum, qui misit me [79] : » at vero non dictum est : Qui credit in vos, credit in me; neque : Qui videt vos, videt me: ut enim recipiamus suos ipsius apostolos vult quidem ille, non tamen ut in illos credamus. Quamobrem recipiamus eos qui a Sermone ad nos mittuntur, ipsumque Dei Sermonem; haudquaquam tamen recipiamus apostolum Antichristi sermonemque falsum.

A στολον Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐνὶ μόνῳ ἐξαποσταλέντα, εἰ ἐνὶ μόνῳ, Θεοῦ προνοίᾳ, τὸν λόγον διηκονήσατο. Καὶ ταῦτά φαμεν ἵνα πάλιν βλέπωμεν τὴν τῶν χρηματισάντων Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀποστόλων ὑπεροχήν· « Δεξιὰς γὰρ, φησὶν, ἔδωκαν ἐμοὶ, καὶ Βαρνάβᾳ κοινωνίας, ἵνα ἡμεῖς εἰς τὰ ἔθνη, αὐτοὶ δὲ εἰς τὴν περιτομήν. » Οὐκοῦν Παῦλος ἔθνεσι μόνοις ἀπόστολος ἦν, καὶ Πέτρος ὅλῃ τῇ περιτομῇ. Ἡμῶν δὲ κἂν ἀξιωθῇ τις, ὡς παρέστησεν ὁ Ἀπόστολος, τοῦ γενέσθαι ἐνί που, ἢ ὀλίγῳ πλείοσιν, ἀπόστολος γίνεται. Κἂν γένηται δὲ, μὴ ἐπαιρέσθω, μεμνημένος τοῦ· « Ὁ δὲ λοιπὸν, ζητεῖται ἐν τοῖς οἰκονόμοις ἵνα πιστός τις εὑρεθῇ· » οὐ γὰρ πάντως εἰ ζητεῖται, τὸ ζητούμενον εὑρίσκεται. Ταῦτα διὰ τό· « Ὁ λαμβάνων ἐάν τινα πέμψω· » ὅσους ἐνδέχεται πέμπεσθαι (61) ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ ὀνομάζει ἀποστόλους, κἂν μὴ, ὡς εἰρήκαμεν, τοιοῦτοι ὦσι, καὶ ὅτι ἐνδέχεται B καὶ τῆς ἀνθρώπων φύσεως κρείττονα ὄντα πέμπεσθαι ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ· ὁ οὖν λαμβάνων ὃν ἂν πέμψῃ ὁ Ἰησοῦς, τὸν ἐν τῷ ἀποσταλέντι Ἰησοῦν λαμβάνει· ὁ δὲ λαμβάνων τὸν Ἰησοῦν Πατέρα λαμβάνει· ὁ ἄρα λαμβάνων ὃν ἂν πέμψῃ ὁ Ἰησοῦς, λαμβάνει τὸν πέμψαντα τὸν Ἰησοῦ Πατέρα. Δύναται δὲ καὶ τοιοῦτος ὁ λόγος εἶναι· Ὁ μὲν λαμβάνων ὃν ἐὰν ἐγὼ πέμψω, ἐμὲ λαμβάνει, καὶ μέχρι τοῦ ἐμὲ παραδέξασθαι φθάνει· ὁ δὲ μὴ διά τινος ἐμοῦ ἀποστόλου ἐμὲ λαμβάνων, ἀλλὰ χωρῶν ἐμὲ οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, οὐ δι' ἀνθρώπων διακονούμενον, ἀλλ' ἐπιδημοῦντα ταῖς τῶν εὐτρεπισάντων ἑαυτοὺς πρὸς τὴν ἐμὴν παραδοχὴν ψυχαῖς, C τὸν πέμψαντά με λαμβάνει Πατέρα, ὡς μὴ μόνον ἐμὲ τὸν Χριστὸν εἶναι ἐν αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ τὸν Πατέρα. Ἔστι δὲ ἐκ τούτων καὶ τὰ κατ' ἐναντιότητα νοῆσαι (62)· ὁ γὰρ λαμβάνων ὃν ἐὰν πέμψῃ ὁ υἱὸς τοῦ πονηροῦ, ἐκεῖνος τὸν Ἀντίχριστον λαμβάνει· ὁ δὲ λαμβάνων τὸν υἱὸν τοῦ πονηροῦ, καὶ παραδεξάμενος τὸν ἀντίχριστον λόγον, ὑποκρινόμενον εἶναι ἀλήθειαν, καὶ ψευδῶς ἐπαγγελλόμενον εἶναι δικαιοσύνην, οὗτος αὐτὸν λαμβάνει τὸν πονηρόν. Διὸ προσέχωμεν, ἵν' ὡς καλοὶ τραπεζῖται δοκιμάζωμεν μὲν τὸν τῶν ἀληθῶν διάκονον, ἀποδοκιμάζωμεν δὲ τὸν τῶν ψευδῶν. Ἐνθάδε μὲν οὖν « ὁ λαμβάνων, φησὶν, ἐάν τινα πέμψω, ἐμὲ λαμβάνει· ὁ δὲ ἐμὲ λαμβάνων λαμβάνει τὸν πέμψαντά με· καὶ ὁ θεωρῶν ἐμὲ θεωρεῖ τὸν πέμψαντά με· » οὔτε δὲ εἴρηται· Ὁ πιστεύων εἰς ὑμᾶς D πιστεύει εἰς ἐμέ· οὔτε· Ὁ θεωρῶν ὑμᾶς θεωρεῖ ἐμέ· λαμβάνειν μὲν γὰρ ἡμᾶς βούλεται τοὺς ἀποστόλους ἑαυτοῦ, οὐ μὴν καὶ πιστεύειν εἰς αὐτούς. Λαμβάνωμεν οὖν τοὺς ὑπὸ τοῦ Λόγου ἡμῖν ἀποστελλομένους, καὶ αὐτὸν τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ· μηδέποτε δὲ παραδεξώμεθα ἀπόστολον Ἀντιχρίστου, καὶ λόγον ψευδῆ.

11. « Cum hæc dixisset Jesus, turbatus est spiritu, et testificatus est, et dixit : Amen, amen dico vobis, quod unus ex vobis me proditurus est [80]. »

11. « Ταῦτα εἰπὼν ὁ Ἰησοῦς ἐταράχθη τῷ πνεύματι, καὶ ἐμαρτύρησε καὶ εἶπεν· Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με. » Ἀνω-

[74] I Cor. IX, 2. [75] Galat. II, 9. [76] I Cor. IV, 2. [77] Ibid. [78] Joan. XIII, 20. [79] Joan. XII, 45. [80] Joan. XIII, 21, 22.

(61) Sic codex Bodleianus, Regius vero, ἐὰν δέχεται πέμψασθαι.

(62) Codex Regius perperam habet κατέναντι ὅτι τὰ νοῆσαι.

τέρῳ εἶπε· « Νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται· » νῦν δὲ λέγεται, ὅτι « Ταῦτα εἰπὼν ὁ Ἰησοῦς ἐταράχθη τῷ πνεύματι· » καὶ ζητῶ τοιαῦτα εἰς τὸν τόπον, τί δήποτε οὐκ εἴρηται ἀνάλογον τῷ· « Νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται, » τό· « Τὸ πνεῦμα » τοῦ Ἰησοῦ τετάρακται· ἢ ἀνάλογον τῷ· « Ἐταράχθη τῷ πνεύματι, » τό· « Νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται. » Καὶ ταῦτα ζητεῖν ἐτόλμησα μετρίως, τηρήσας ἐν πάσῃ (63) τῇ Γραφῇ διαφορὰν ψυχῆς καὶ πνεύματος, καὶ μέσον μέν τι θεωρῶν εἶναι τὴν ψυχὴν καὶ ἐπιδεχομένην ἀρετὴν καὶ κακίαν· ἀνεπίδεκτον δὲ τῶν χειρόνων τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ· τὰ γὰρ κάλλιστα καρποὶ λέγονται εἶναι τοῦ πνεύματος, οὐχ ὡς ἂν οἰηθείη τις τοῦ ἁγίου, ἀλλὰ τοῦ ἀνθρώπου· πρὸς ἀντιδιαστολὴν γὰρ τούτου φανερὰ λέγεται εἶναι τὰ ἔργα τῆς σαρκός, πάντα ψεκτὰ τυγχάνοντα· ἐπεὶ μηδὲν ἔργον σαρκὸς ἐπαινετόν. Ἅπαξ δὲ μέχρι τοῦ δεῦρο εὗρον πνεῦμα φαύλου σκληρύνεσθαι λεγόμενον ὑπὸ Κυρίου τοῦ Θεοῦ· γέγραπται γὰρ οὕτως ἐν τῷ Δευτερονομίῳ· « Καὶ οὐκ ἠθέλησε Σηὼν βασιλεὺς Ἐσεβὼν (64) παρελθεῖν ἡμᾶς δι' αὐτοῦ, ὅτι ἐσκλήρυνε Κύριος ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ κατίσχυσε καρδίαν αὐτοῦ, ἵνα παραδοθῇ εἰς τὰς χεῖράς σου, ὡς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ· » ἀλλὰ τὰ περὶ μὲν τούτου οἰκειότερον ἐν τοῖς εἰς τὸ Δευτερονόμιον ἐξετασθείη ἄν· νῦν δὲ πρόκειται λέγειν πῶς τὰ προειρημένα εἰπὼν ὁ Ἰησοῦς ἐταράχθη, οὐ τὴν ψυχήν, οὐδὲ τῇ ψυχῇ, ἀλλ' οὐδὲ τοῦ πνεύματος, ἀλλὰ τῷ πνεύματι. Ἵν' οὖν τὸ περὶ τοῦ πνεύματος παρατήρημα μὴ διαπίπτῃ, λεκτέον, ὅτι ἐν μὲν τῷ· « Νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται, » τὸ τῆς ταραχῆς πάθος ψυχῆς ἦν· ἐν δὲ τῷ· « Ἐταράχθη τῷ πνεύματι ὁ Ἰησοῦς, » ὅπερ ἐστὶ τὸ ἀνθρώπινον, τὸ πάθος ἦν ἐρχόμενον τῇ ἐπικρατείᾳ τοῦ πνεύματος· ὡς γὰρ ὁ ἅγιος ζῇ πνεύματι προκατάρχοντι τῶν ἐν τῷ ζῆν, καὶ πάσης πράξεως, καὶ εὐχῆς, καὶ τοῦ πρὸς Θεὸν ὕμνου· οὕτως πᾶν ὅ τί ποτ' ἂν ποιῇ, ποιεῖ πνεύματι· ἀλλὰ κἂν πάσχῃ, πάσχει πνεύματι. Εἰ δὲ ὁ ἅγιος, πόσῳ μᾶλλον ταῦτα λεκτέον περὶ τοῦ τῶν ἁγίων ἀρχηγοῦ Ἰησοῦ, οὗ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου, ἐν τῷ ἀνειληφέναι αὐτὸν ὅλον ἄνθρωπον, τὸ ἐν αὐτῷ διέσειε τὰ λοιπὰ ἐν αὐτῷ ἀνθρώπινα; Καὶ οὕτως ἐταράχθη τῷ πνεύματι, ἵνα μαρτυρήσῃ, καὶ ἵνα εἴπῃ μετὰ τοῦ θείου οἱονεὶ ὅρκου, τοῦ, « Ἀμήν, » τό· « Λέγω ὑμῖν, ὅτι εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με· » τοῦ γὰρ πνεύματος, οἶμαι, θεωρήσαντος τὸ ἤδη ἀπὸ τοῦ διαβόλου βεβλημένον εἰς τὴν καρδίαν Ἰούδα Σίμωνος Ἰσκαριώτου, ἵνα τὸν Διδάσκαλον παραδῷ, φωτισθεῖσα τὸ ἐσόμενον (65) ἐταράχθη· καὶ ἐπεὶ ἡ ταραχὴ ἀπὸ τῆς ἐν πνεύματι γνώσεως γεγένηται, ὃ καὶ ἐν ταραχῇ ἐγένετο, Ἰησοῦς, εἴρηται, ἐταράχθη τῷ πνεύματι. Τάχα δὲ καὶ κατὰ μίαν ἐκδοχὴν τήν, « Ἡ σὰρξ ἀσθενής, » καὶ ἡ σὰρξ τετάρακται· ταῦτα δ' ἦν ὁ Ἰησοῦς, περὶ οὗ ὑπὸ τοῦ Γαβριὴλ πρὸς τὴν Μαρίαν

A Superius dixerat : « Nunc anima mea turbata est [81] ; » nunc vero dicitur : « Hæc cum dixisset Jesus, turbatus est spiritu ; » et quæro hunc in locum talia ; curnam scilicet dictum non fuerit, Spiritus Jesu turbatus est, perinde atque, « Nunc anima mea turbata est ; » vel cur hoc dictum : « Nunc anima mea turbata est, » ad similitudinem illius dicti : « Turbatus est spiritu, » pronuntiatum non fuerit. Quæ quærere ausus sum mediocriter, quod per totam Scripturam diligenter observaverim spiritus et animæ differentiam, mediumque quiddam viderim esse animam, capacemque virtutis et vitii ; spiritum vero hominis qui in ipso est, mala recipere minime posse ; quippe cum res optimæ fructus dicantur esse spiritus, et spiritus hominis, non Spiritus
B sancti, ut arbitraretur aliquis. Nam ad distinctionem hujus spiritus hominis, manifesta opera carnis nuncupantur ea omnia quæ sunt vituperabilia, quoniam nullum est carnis opus laudabile. 433
Hactenus autem semel inveni spiritum hominis mali indurari dictum a Domino Deo. Hunc enim in modum scriptum est in Deuteronomio : « Noluitque Seon, rex Esebon, prælerire nos per ipsum, quod induraverat Dominus Deus spiritum ejus ; et occupavit cor ejus, ut traderetur in manus tuas, ut in die hac [82] ; » quæ quidem accommodatius in Deuteronomio examinabuntur. Nunc autem propositum est nobis dicere, quomodo, quæ superius diximus, locutus Jesus, turbatus fuerit ; et cur turbatus non fuerit in anima, neque propter animam, neque a
C spiritu, sed spiritu. Ne igitur quod observavimus de spiritu prætereat, dicendum est, ubi dicitur : « Nunc anima mea turbata est, » illam turbationis affectionem fuisse animæ ; ubi vero dicitur : « Jesus turbatus est spiritu, » affectionem humanam fuisse venientem a dominio spiritus. Ut enim sanctus vivit spiritu auspicante in vita actionem omnem, et votum, et laudem ad Deum ; sic quidquid fecerit, id facit spiritu ; atque etiam, si patitur, spiritu patitur. Quod si sanctus sic se habet, quanto magis dicenda sunt hæc de Jesu sanctorum principe, cujus spiritus hominis qui in eo est, dum ipsum totum hominem assumeret, concussit cætera in ipso humana ? Huncque in modum turbatus est spiritu, ut testaretur, et diceret cum divino quasi juramento illud : « Amen
D dico vobis, quod unus ex vobis me proditurus est [83] ; » cum enim, opinor, spiritus vidisset id quod jam immissum fuerat a diabolo in cor Judæ Simonis Iscariotæ, nimirum ut Præceptorem proderet, futurum prævidens turbatus est ; et quoniam perturbatio illa ex cognitione est orta quæ erat per spiritum, qui etiam spiritus perturbabatur, dictus est Jesus turbatus fuisse spiritu. Fortasse vero juxta unam

[81] Joan. XII, 27. [82] Deut. II, 30. [83] Joan. XIII, 21.

(63) *Τηρήσας ἐν πάσῃ*, etc. Vide *in Matth.* tom. XIII, n. 2.

(64) Codex Regius, Σιὼν βασιλεὺς εὐσεβῶν.

(65) *Φωτισθεῖσα τὸ ἐσόμενον.* Sic habet codex Regius. Perionius vertit, « illustratus ad id quod futurum erat ; » videtur legisse φωτισθεὶς εἰς τὸ ἐσόμενον. Eodem redit Ferrarii interpretatio, « futurum prævidens, » quem tamen ita legisse non asseverarim. HUETIUS.

intelligentiam, nempe illam quæ dicit, « Caro est infirma [84], » caro etiam perturbata est: hæc autem caro erat Jesus, juxta illud quod a Gabriele Mariæ dictum est: « Ecce concipies in utero, et vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, et filius Altissimi vocabitur [85]. » Cæterum notabis in his quæ indagavimus, quomodo vox *testatus est* referatur ad ea verba, « Unus ex vobis me proditurus est. » Hoc etenim dictum discipulis, et prophetatum de Juda, qui **434** unus erat ex eis, testimonium erat æquivoce, opinor, cum illa significatione quæ a testando et moriendo pro Dei cultu deducitur. Nec enim eamdem significationem fuisse reor per vocem *testatus est*, quando declaratur verbum illud, a quo ὁ μάρτυς [hoc est *testis*] Dei et Christi sui figuratus est, et nunc quando refertur ad hæc verba, « Unus ex vobis me proditurus est. » Adhuc pro viribus observo, « Unus ex vobis me proditurus est, » quod refertur ad Judam, ne forte hoc ostendat eum ab ordine apostolico decidisse, in quo fuit et ipse sublimatus, quod aliquando æque affectus fuerit atque alii apostoli. Sic enim ego intelligo et illud: « En Adam factus est quasi unus ex nobis [86]; » quoniam ne illic quidem dictum fuerit *quasi nos*, vel *quasi ego*; sed propter unum qui cecidit a beatitudine, *quasi unus ex nobis*, quoniam unus cecidit; quod etiam concinere mihi videtur cum hoc versu: « Vos autem quasi homines moriemini, et quasi unus de principibus cadetis [87]. » Plures enim cum essent principes, unus ruit, cujus ruinam fere imitantes peccatores, illius ruina ruunt. Ut enim ille in divinitate exsistens ruit, sic et ii quibus sermo ille inquit: « Ego dixi: Dii estis, et filii Excelsi omnes [88]. » Cum autem ceciderint a beatitudine, cum principaliter non essent homines, moriuntur quasi homines, et quasi unus ex principibus cadunt. Existimo vero etiam cum admiratione dicta fuisse hæc verba tali sensu: Qui me proditurus est, non est alienus a discipulis meis, ac ne unus quidem ex multis et vulgaribus discipulis, sed unus ex illorum apostolorum numero quos ego mihi honorando delegeram. Atque multi quidem qui Jesum condemnarunt, dicunt: « Crucifige, crucifige eum [89], » et, « Tolle hunc e terra [90]; » at eum tradere opus illius fuit qui vidit et cognovit eum: talium enim tantarumque disciplinarum, quas seorsim cum apostolis audierat, cum sciret eum præceptorem, ac Dominum cum agnovisset, prodens eum, magnitudinem illius, quam norat, prodidit, cum nullus qui magnitudinem illius non vidisset, acturus fuisset hoc. Nam prodens proderet ille quidem magnum; at non in quantum est magnus, cum Jesum non nosset in

his etiam esse a quibus non cognoscatur. Sed vide ne forte idem non sit esse cum aliquo, quod in promissione tanquam dignis datur, et stare in medio non agnoscentium eum. Cum enim sit in promissione illud : « Ubi duo, vel tres congregati fuerint in nomine meo, ego etiam in medio eorum sum ; » et illud : « Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi, » non ejusmodi est illud : « In medio vestri stat, quem vos nescitis. » Proinde qui dixerat : « Ecce ego vobiscum sum, » in præsenti contextu inquit : « Adhuc paulisper vobiscum sum. » Et qui dicit : « Adhuc paulisper vobiscum sum, » haudquaquam præsenti sensibiliter Judæ, in cujus cor jam immiserat diabolus, ut proderet Servatorem, dixit : Tecum sum; non amplius enim erat cum ipso, cum intinctam offulam ipsi porrigeret. Quando vero post offulam ingressus est in Judam Satanas, multo minus erat cum illo Jesus, abducente procul seipsum a Servatore ; « Quæ enim convenientia Christi cum Beliar [4] ? » Quamvis attamen adhuc paulisper cum filiolis futurus esset Jesus, ipsorum pater, sciamus oportet illud « paulisper, » magnum esse. Nam etiamsi cum illis non erat Jesus, nihilominus quæsituri erant Jesum ; quemadmodum Petrus post negationem amare flevit, quærens, opinor, Jesum. Nunc igitur illud : « Filioli, adhuc paulisper vobiscum sum » dictum est : paulo autem post ait : « Pusillum, et jam non videbitis me; et iterum pusillum, et videbitis me : » quando dicentibus discipulis : « Quid est hoc, quod dicit, Pusillum ? nescimus quid loquatur, cum intellexisset Jesus quia vellent eum interrogare, dixit illis : De hoc quæritis inter vos, quod dixi : Pusillum, et non videbitis me ; et iterum pusillum, et videbitis me : Amen, amen dico vobis : Plorabitis, **454** et lamentabimini vos ; mundus autem gaudebit ; vos autem mœrore afficiemini, sed mœror vester vertetur in gaudium [5-6]. » Illo enim pusillo tempore, quo non videbant eum, quærebant Jesum. Quocirca plorabant, et lamentabantur, sed mœrore commutato illis in gaudium, implebatur tunc illud : « Et iterum pusillum, et videbitis me. » In quibus disquires an is qui post pusillum ipsum visurus non est, si quidem postea illum visurus est, post tempus non longum ipsum omnino visurus sit ; considerantibus nobis illud : « Et iterum pusillum, et videbitis me. » Cæterum quærere Jesum, est quærere sermonem, sapientiam, justitiam, veritatem et potentiam Dei, quæ omnia est Christus. Quærunt vero quidam eum ex his qui signa viderunt, quique cum ipso videre sumpserunt ab eo panem, et comedunt : habentibus illis quærendi causam, eo quod nutriti fuerint a Λόγῳ et Filio Dei : « Quæritis enim me, inquit, non quia signa videritis, sed quia comederitis ex panibus, et saturati sitis [7]. » Deinde quoniam antea

[4] II Cor. VI, 15. [5-6] Joan. XVI, 16-20. [7] Joan. VI, 26.

(52) Codex Regius, male, μετ' αὐτοῦ.

Judæis dixerat : « Ego vado, et quæretis me, et in peccato vestro moriemini [8];» et: « Quo ego vado, vos non potestis venire ; » ad illud referens id de quo agimus, inquit : « Et sicut dixi Judæis : Quo ego abeo, vos non potestis venire ; ita etiam vobis dico nunc [9]. » Ut enim illis, inquit, hoc dixi, sic etiam vobis ; sed vobis etiam hoc dico non de multo tempore. Sic enim ego intelligo illud, «etiam vobis dico nunc,» quæ non idem sonant ac si dixisset : Et vobis dico, absque additione vocabuli, *nunc*. Judæi enim, quos præviderat morituros in peccato suo, ire non poterant, nec ad breve tempus quo abibat Jesus ; at vero disciputi post illud pusillum tempus, in quo non amplius futurus erat cum eis, propter ea quæ superius diximus, poterant sequi Sermonem abeuntem ad suas ipsius dispensationes. Et nisi his verbis, « quo ego vado, vos non potestis venire, » præposita fuissent hæc, « sicut dixi Judæis, » simplicius existimassemus hæc etiam dicta fuisse, referentes verbum *nunc* ad id temporis, quo anima Jesu e vita decedebat. Cæterum si Judæi perituri erant, et Jesus periturus, descensurusque ad inferos, quomodo ire non poterant quo Jesus abibat ? Sed dicet aliquis
455 quod in paradiso Dei etiam futurus erat Jesus, ad quem, qui in peccatis suis moriebantur, proficisci non poterant; discipulos vero Jesu cum tunc ire non possent, postea potuisse; idcirco Judæis in peccato suo morientibus dictum fuisse : « Quo ego abeo, vos non potestis venire [10] ; » discipulis vero : « Quo ego abeo, vos non potestis venire nunc [11]. » Elocutionis enim talis est ordo : Sicut dixi Judæis, etiam vobis dico : Quo ego vado, vos non potestis venire nunc. Quanquam sic etiam non parum quæstionis habet hic locus, propter hoc : « Filius hominis aget in corde terræ tres dies et tres noctes [12]. » Nam quomodo tres dies et tres noctes egit in corde terræ, qui simul atque cum decessisset e vita, futurus erat in paradiso Dei, juxta illud : « Hodie mecum eris in paradiso Dei [13] ? » Sic autem perturbavit hoc dictum nonnullos, ceu absonum, ut suspicari ausi fuerint hæc verba : « Hodie mecum eris in paradiso Dei, » addita fuisse Evangelio ab aliquibus illud adulterantibus. At vero nos juxta simpliciorem quidem sensum intelligimus, eum fortasse, antequam abiret in cor terræ, ut vocant, restituisse in paradiso Dei dicentem sibi : « Domine, memento mei, dum veneris in regnum tuum [14]; » juxta vero profundiorem sensum dicimus plerumque

A « Καὶ ὑμῖν λέγω ἄρτι, » ὅπερ οὐκ ἔστι ταὐτὸν τῷ· Καὶ ὑμῖν λέγω, χωρὶς προσθήκης τῆς, *ἄρτι*· Ἰουδαῖοι μὲν γὰρ οὓς προέβλεπεν ἐν τῇ ἑαυτῶν ἁμαρτίᾳ ἀποθανουμένους οὐκ ἐπὶ βραχυνόμενον χρόνον οὐκ ἐδύναντο ἥκειν, ὅπου ὑπῆγεν ὁ Ἰησοῦς· οἱ δὲ μαθηταὶ, μεθ' ὧν ἔμελλε μικρὸν χρόνον μηκέτι ἔσεσθαι μετ' αὐτῶν, διὰ τὰ προειρημένα οὐκ ἐδύναντο (53) ἕπεσθαι τῷ Λόγῳ ἀπιόντι ἐπὶ τὰς ἑαυτοῦ οἰκονομίας. Καὶ εἰ μὴ προετέτακτο τοῦ· « Ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν, » τό· « Καθὼς εἶπον (54) τοῖς Ἰουδαίοις, » κἂν ἁπλούστερον ἐδόκουν μὲν ταῦτα εἰρῆσθαι, ἀναφερόμενα ἐπὶ τὴν ἀπὸ τοῦ βίου ἔξοδον τῆς Ἰησοῦ ψυχῆς νῦν. Εἰ δὲ καὶ οἱ Ἰουδαῖοι ἀποθνήσκειν ἔμελλον, καὶ ὁ Ἰησοῦς ἀποθανὼν, καὶ καταβαίνων (55) εἰς ᾅδου, πῶς ὅπου ὁ Ἰησοῦς ὑπῆ-
B γεν, ἐκεῖνοι οὐκ ἐδύναντο ἀπελθεῖν; Ἀλλ' ἐρεῖ τις, ἐπεὶ καὶ ἐν τῷ παραδείσῳ ἔμελλε γίνεσθαι τοῦ Θεοῦ, ἔνθα οἱ μὲν ἐν ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῶν ἀποθανούμενοι γίνεσθαι οὐκ ἔμελλον, οἱ δὲ τοῦ Ἰησοῦ μαθηταὶ τότε μὲν οὖν οὐκ ἐδύναντο ἐκεῖ γενέσθαι, ὕστερον δέ· διὰ τοῦτο πρὸς μὲν τοὺς ἐν ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῶν ἀποθανουμένους Ἰουδαίους λέλεκται τό· « Ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν· » πρὸς δὲ τοὺς μαθητάς· « Ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν ἄρτι· » τὸ γὰρ ἑξῆς τῆς λέξεώς ἐστι τοιοῦτον· Καθὼς εἶπον τοῖς Ἰουδαίοις, καὶ ὑμῖν λέγω· Ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν ἄρτι. Καὶ οὕτω δὲ οὐκ ὀλίγην ἔχει ζήτησιν ὁ τόπος διὰ τό· « Ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς ποιή-
C σει τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας· » πῶς γὰρ τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας ποιήσει ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς, ἅμα τῇ ἐξόδῳ ἐν τῷ παραδείσῳ ἔμελλεν (56) ἔσεσθαι τοῦ Θεοῦ κατὰ τό· « Σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ τοῦ Θεοῦ ; » Οὕτω δὲ ἐτάραξέ τινας ὡς ἀσύμφωνον τὸ εἰρημένον, ὥστε τολμῆσαι αὐτοὺς ὑπονοῆσαι προστεθῆσθαι τῷ Εὐαγγελίῳ ἀπό τινων ῥᾳδιουργῶν αὐτὸ τό· « Σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ τοῦ Θεοῦ. » Ἡμεῖς δέ φαμεν ἁπλούστερον μὲν, ὅτι τάχα πρὶν ἀπελθεῖν εἰς τὴν λεγομένην καρδίαν τῆς γῆς ἀπεκατέστησεν εἰς τὸν παράδεισον τοῦ Θεοῦ τὸν εἰπόντα αὐτῷ· « Μνήσθητί μου, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου· » βαθύτερον δὲ, ὅτι πολλαχοῦ τὸ, *σήμερον*, ἐν τῇ Γραφῇ καὶ ἐπὶ ὅλον παρατείνει τὸν ἐνεστηκότα αἰῶνα· ὥσπερ δὲ καὶ
D ἐν τῷ· « Ἐφημίσθη ὁ λόγος οὗτος παρὰ Ἰουδαίοις μέχρι τῆς σήμερον, » καί· « Οὗτος πατὴρ Μωαβιτῶν μέχρι τῆς σήμερον ἡμέρας, » καί· « Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, καὶ μὴ ἀπόστητε ἀπὸ Κυρίου. » Ἐν τῇ *σήμερον* οὖν ἡμέρᾳ ἐπαγγέλ-

[8] Joan. VIII, 21. [9] Joan. XIII, 33. [10] Joan. VIII, 21. [11] Joan. XIII, 33. [12] Matth. XII, 40. [13] Luc, XXIII, 43. [14] ibid. 42.

(53) *Οἱ δὲ μαθηταὶ, μεθ' ὧν ἔμελλε μικρὸν χρόνον μηκέτι ἔσεσθαι μετ' αὐτῶν, διὰ τὰ προειρημένα οὐκ ἐδύναντο*, etc. Hæc videntur vertenda quemadmodum vertit Perionius, « Discipuli autem, cum quibus brevi tempore jam futurus non erat, ob ea quæ paulo ante dicta sunt, non poterant, » etc. Sed aliter fortasse legebat Ferrarius, et rectius quidem; ideoque nihil immutamus.

(54) Codex Regius, male, καθὼς εἶπε. Ibidem, pro κἂν ἁπλούστερον ἐδόκουν μὲν ταῦτα εἰρῆσθαι, ἀναφερόμενα, etc. Ferrarius videtur legisse : κἂν ἁπλούστερον ἐδοκοῦμεν ταῦτα εἰρῆσθαι ἀναφερόμενοι, etc., quæ lectio ferri non potest.

(55) *Καὶ καταβαίνων*. In codice Regio deest καί. Forte legendum ἀποθανὼν καταβαίνειν.

(56) *Ἔμελλεν*. Forte scribendum, μέλλων, vel legendum, ὃς ἅμα τῇ ἐξόδῳ ἐν τῷ παραδείσῳ ἔμελλεν, etc.

λεται (57) αὐτῷ ἀξιώσαντι μνησθῆναι αὐτοῦ ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ τὸ ἐν τῷ ἐνεστηκότι αἰῶνι πρὸ τοῦ μέλλοντος ποιῆσαι αὐτὸν γενέσθαι σὺν αὐτῷ (58) ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν διὰ μέσου ἐν παρεκβάσει εἰς τὸ προειρημένον εἰρήσθω· τοῖς δὲ μαθηταῖς ἀκολουθεῖν βουλομένοις τῷ Ἰησοῦ, οὐχ ὡς ἂν οἱ ἁπλούστεροι ὑπολάβοιεν σωματικῶς, ἀλλ' ὡς δηλοῖ τό· « Ὃς ἂν μὴ ἄρῃ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθήσῃ ὀπίσω μου, οὐκ ἔστι μου ἄξιος εἶναι μαθητής, » φησὶ νῦν ὁ Κύριος ὅτι, « Ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν ἄρτι· » εἰ γὰρ ἐβούλοντο ἀκολουθεῖν τῷ Λόγῳ, καὶ ὁμολογεῖν αὐτὸν μὴ σκανδαλιζόμενοι ἐν αὐτῷ, ἀλλ' οὐκ ἐδύναντό πω τοῦτο ποιεῖν· « Οὔπω γὰρ ἦν Πνεῦμα, ὅτι Ἰησοῦς οὔπω ἐδοξάσθη. Καὶ οὐδεὶς δύναται εἰπεῖν, Κύριος Ἰησοῦς, εἰ μὴ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. » Ἄπεισι δὲ ὁ Λόγος τὰς ἑαυτοῦ πορείας· καὶ ἀκολουθεῖ μὲν αὐτῷ ὁ Λόγῳ ἑπόμενος· οὐ δύναται δὲ ἀκολουθεῖν ὁ μὴ εὐτρεπισμένος ἀξίως αὐτοῦ ὡς κατ' ἴχνη (59) βαίνειν τοῦ λόγου ὁδηγοῦντος πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα τοὺς πάντα πράττοντας, ἵνα καὶ δύνωνται αὐτῷ ἕπεσθαι, καὶ ἀκολουθῶσιν αὐτῷ, ἕως ἂν (60) εἴπωσιν ἀξίως τῷ Χριστῷ· « Ἐκολλήθη ὀπίσω σου ἡ ψυχή μου. » Αὐτάρκη δὲ περιγραφὴν εἰληφότος τοῦ λϐ' τῶν εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγέλιον ἐξηγητικῶν, αὐτοῦ που καταπαύσομεν τὸν λόγον.

A vocabulum, *hodie*, in Scriptura extendere præsens tempus in totum sæculum, ut in illud : « Divulgatum est hoc verbum apud Judæos usque hodie[15]; » et : « Hic est pater Moabitarum usque in hodiernum diem[16]; » et : « Hodie si vocem ejus audieritis, ne recedatis a Domino[17]. » Itaque oranti latroni ut sui memoria habeatur in regno Dei, promittit Christus in vocabulo *hodie* se facturum, ut latro ipse secum sit in regno Dei in præsenti sæculo ante futurum. Sed hoc per digressionem dictum sit in id quo de agimus. At vero discipulis volentibus sequi Jesum, non ut simpliciores rentur, corporaliter, sed ut significat illud[18] : « Qui non tulerit crucem suam, et me subsecutus fuerit, non est dignus meus esse discipulus, » inquit nunc Dominus[19] : « Quo B ego abeo, vos non potestis **456** venire nunc. » Nam etiamsi sequi volebant Verbum Dei Filium, et confiteri eum non offensi causa ipsius, nondum poterant tamen hoc facere : « Nondum enim erat Spiritus, quod nondum esset Jesus glorificatus[20]. » « Et nullus potest dicere, Dominus Jesus, nisi in Spiritu sancto[21]. » Cæterum abit Λόγος [id est Filius Dei,] pergens ad sua itinera, quem quidem sequitur qui λόγον, [hoc est rationem,] sequitur; non potest vero sequi, qui seipsum non præparaverit pro dignitate illius, ad suum ipsius Patrem adducentis eos qui nihil non agunt ut possint illum sequi, et sequuntur eum, donec, ut Christo dignum est dicant : « Adhæsit anima mea post te[22]. » Verum cum secundus et tricesimus tomus Explanationum in Evangelium a Joanne traditum sufficientem scriptionem acceperit, illius sermonem hic finiemus (61).

Λείπουσιν οἱ τόμοι τριακοστὸς τρίτος, καὶ τριακοστὸς τέταρτος, καὶ τριακοστὸς πέμπτος, καὶ τριακοστὸς ἕκτος, καὶ τριακοστὸς ἕβδομος, καὶ τριακοστὸς ὄγδοος, καὶ τριακοστὸς ἔνατος.

ΕΚ ΤΩΝ

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ ΕΙΣ ΤΑΣ ΠΡΑΞΕΙΣ ΤΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ.

EX ORIGENIS

HOMILIIS IN ACTA APOSTOLORUM (62).

Ἐκ τῆς εἰς τὰς Πράξεις ὁμιλίας δ'.

Ἔδει πληρωθῆναι τὴν Γραφὴν, ἣν προεῖπε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ στόματος Δαυὶδ περὶ Ἰούδα·

C *E quarta homilia in Acta.*

457 *Oportebat impleri Scripturam, quam prædixerat Spiritus sanctus per os David de Juda*[23] : in quo

[15] Matth. XXVIII, 15. [16] Gen. XIX, 37. [17] Psal. XCIV, 8. [18] Matth. X, 38. [19] Joan. XIII, 33. [20] Joan. VII, 39. [21] I Cor. XII, 3. [22] Psal. LXII, 9. [23] Act. I, 16.

(57) Codex Regius, ἀπὸ τοῦ ἐν τῇ σήμερον ἡμέρᾳ ἐπαγγέλλεται. Ibidem pro αὐτῷ ἀξιώσαντι, forte scribendum αὖ τῷ ἀξιώσαντι.

(58) *Σὺν αὐτῷ*. In codice Regio deest σύν.

(59) Codex Regius, εὐτρεπισμένος, ὥστε εὐτόνως κατ' ἴχνη.

(60) *Ἂν ἀξίως*. Deest in codice Regio.

(61) Ambrosius Ferrarius in fine interpretationis suæ sic lectorem alloquitur : « Lector amice, scito me in hoc libro vertendo summa usum esse fide, ac diligentia, ut nihil prorsus sit immutatum ab eo, quod scribit Auctor. Scito præterea me nihil invenisse in hoc libro, quod videatur decretis sanctæ matris Ecclesiæ adversari; nam si invenissem, aut librum non vertissem, aut locum signassem suspectum. Tamen omnia judicio subjecta esse velim sanctissimæ matris Ecclesiæ, et quilibet caute, et cum judicio legat. » In qua solemni obtestatione Ferrarii candor, vel intelligentia rerum valde videntur requirenda. Nam præterquam quod paucula quædam vel a Græcis dissona, vel cum superioribus male cohærentia reperiantur, quæ nonnunquam duximus emendanda, consulto aliqua perversæ doctrinæ labe respersa detraxisse videtur; nec pauciora superesse passus est, quæ ab Ecclesiæ decretis non exiguo recedant intervallo. Hæc vero suis notata sunt locis, ac præsertim in *Origenianis*.

(62) Desumptum est hocce fragmentum ex *Philocaliæ* capite septimo.

psalmo de Juda scriptum est. Dixerit fortasse quispiam Spiritum sanctum non loqui; manifeste enim Servatoris sermo est dicentis: *Deus, laudem meam ne reticueris; quia os peccatoris, et os fraudulenti in me apertum est*, et quæ deinceps, usque ad ea verba: *et episcopatum ejus accipiat alter* [14]. Quomodo igitur, si Servator est qui hæc dicit, ait Petrus: *Oportebat impleri Scripturam, quam prædixerat Spiritus sanctus per os David?* Forsitan igitur quod hic docemur tale est. Personas fingit Spiritus sanctus in prophetis; et si personam induxerit Dei, non est Deus qui loquitur, sed Spiritus sanctus ex persona Dei loquitur. Si Christum induxerit, non est Christus qui loquitur, sed Spiritus sanctus ex persona Christi loquitur. Ita et si personam prophetæ exhibuerit, vel hujus aut illius populi, quamcunque tandem personam introducit, Spiritus sanctus est, qui omnes illas personas fingit.

A ἐν ᾧ ψαλμῷ τὰ περὶ τοῦ Ἰούδα γέγραπται (63). Εἴποι τις ἄν, ὅτι οὐ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον λαλεῖ· σαφῶς γὰρ τοῦ Σωτῆρός εἰσιν οἱ λόγοι λέγοντος· *Ὁ Θεός, τὴν αἴνεσίν μου μὴ παρασιωπήσῃς· ὅτι στόμα ἁμαρτωλοῦ, καὶ στόμα δολίου, ἐπ' ἐμὲ ἠνοίχθη*· καὶ τὰ ἑξῆς ἕως· *Καὶ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λάβοι ἕτερος*. Πῶς οὖν, εἰ ὁ Σωτήρ ἐστιν ὁ ταῦτα λέγων, φησὶν ὁ Πέτρος· *Ἔδει πληρωθῆναι τὴν Γραφήν, ἣν προεῖπε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ στόματος Δαυΐδ;* Μήποτε οὖν ὃ διδασκόμεθα ἐνταῦθα, τοιοῦτόν ἐστι. Προσωποποιεῖ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν τοῖς προφήταις· καὶ ἐὰν προσωποποιήσῃ τὸν Θεόν, οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς ὁ λαλῶν, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ λαλεῖ· καὶ ἐὰν προσωποποιήσῃ τὸν Χριστόν, οὐκ ἔστιν ὁ Χριστὸς ὁ λαλῶν, ἀλλὰ τὸ Πνεῦ-
B μα τὸ ἅγιον ἐκ προσώπου τοῦ Χριστοῦ λαλεῖ. Οὕτω, κἂν προσωποποιήσῃ τὸν προφήτην, ἢ τὸν λαὸν ἐκεῖνον, ἢ τὸν λαὸν τοῦτον, ἢ ὅ τι δήποτε προσωποποιεῖ, τὸ ἅγιον Πνεῦμά ἐστι τὸ πάντα προσωποποιοῦν.

RUFINI PRESBYTERI

AD HERACLIUM

Præfatio in Explanationem Origenis super Epistolam Pauli ad Romanos.

458 *Volentem me parvo subvectum navigio oram tranquilli littoris stringere, et minutos de Græcorum stagnis pisciculos legere, in altum, frater Heracli, laxare vela compellis, relictoque opere, quod in transferendis Homiliis Adamantii senis habebam, suades ut nostra voce quindecim* (64) *ejus volumina, quibus Epistolam Pauli ad Romanos disseruit, explicemus: in quibus ille dum sectatur Apostoli sensum, in tam profundum pelagus aufertur* (65), *ut metus ingens sit illuc eum sequenti* (66), *ne magnitudine sensuum, velut immanitate opprimatur undarum. Tum deinde nec illud aspicis, quod tenuis mihi est spiritus ad implendam ejus tam magnificam dicendi tubam. Super omnes autem difficultates est, quod interpolati sunt ipsi libri. Desunt enim fere apud omnium bibliothecas (incertum sane quo casu) aliquanta ex ipso corpore volumina; et hæc adimplere, atque in Latino opere integram* (67) *consequentiam dare, non est mei ingenii, sed, ut tu credis qui hæc exigis, muneris fortasse divini. Addis autem, ne quid laboribus meis desit, ut omne hoc quindecim* (68) *voluminum corpus, quod Græcus sermo ad quadraginta fere aut eo amplius millia versuum produxerit, abbreviem, et ad media, si fieri potest, spatia coarctem. Dura satis imperia, et tanquam ab eo qui pondus operis hujus scire nolit, imposita. Aggrediar tamen, si forte orationibus tuis, quæ mihi tanquam homini impossibilia videntur, aspirante Domino, possibilia fiant. Sed ipsum jam, si videtur, Origenem, qualiter præfationem suscepti operis dirigat, audiamus.*

[14] Psal. CVIII, 2.

(63) *Ἐν ᾧ ψαλμῷ τὰ περὶ τοῦ Ἰούδα γέγραπται.* Neque in hoc solum psalmo, sed et in XL etiam et LIV Judæ nequitia et crimina produntur. HUETIUS.

(64) Ita potiores mss. Manuscriptus vero codex Vallis-claræ, et unus Regius habent *decem*. Sed juxta Cassiodorum legendum videtur *viginti*.

(65) Libri antea editi, *effertur*. Ms. unus Regius, *affertur*, male.

(66) Ita potiores mss. Editi vero, et mss. quidam, *sequi... opprimar* (al. *opprimamur*) *undarum. Deinde ne illud quidem aspicis*, etc.

(67) In quibusdam mss. legitur: *Desunt enim fere* (al. *pene*) *apud omnium bibliothecas. Incertum sane quo casu aliquanta ex ipso corpore volumina subtrahantur, et hæc adimplere in Latino opere, et integram*, etc. Sed rectius cæteri mss. et editi ut in nostro textu.

(68) Ita mss. plerique, et editi. Cæteri vero mss., alius *decem*, alii *duodecim*.

ORIGENIS

COMMENTARIORUM IN EPISTOLAM S. PAULI AD ROMANOS PRÆFATIO.

Quod cæteris apostoli Pauli Epistolis difficilior A putatur ad intelligendum hæc quæ ad Romanos scripta est, duabus mihi videtur fieri ex causis. Una, quod elocutionibus interdum confusis et minus explicitis utitur; alia, quod quæstiones in ea plurimas movet, et eas præcipue, quibus innitentes hæretici astruere solent quod uniuscujusque gestorum causa non ad propositum debeat, sed ad naturæ diversitatem referri; et ex paucis hujus Epistolæ sermonibus totius Scripturæ sensum, qui arbitrii libertatem concessam a Deo homini docet, conantur evertere. Propter quod deprecantes prius Deum, *qui docet hominem scientiam* [25], et qui dat *per Spiritum verbum sapientiæ* [26], quique *illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum* [27], ut dignos nos facere B dignetur intelligere parabolas, et obscuros sermones, dictaque sapientium et ænigmata [28], ita demum explanationis Epistolæ (69) Pauli ad Romanos contingemus exordium, præmittentes hæc quæ ab studiosis observari solent, quod videtur Apostolus in hac Epistola perfectior fuisse quam in cæteris. Etenim cum primam ad Corinthios scriberet, erat quidem in magnis profectibus; aliquid tamen de se velut nutabundus (70) eloquitur, cum dicit : *Sed macero corpus meum, et servituti subjicio, ne forte cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar* [29]. Sed et ad Philippenses **459** scribens, quiddam in se minus adhuc esse illius, quam postea assecutus est, perfectionis ostendit, cum dicit conformari se morti Christi, *si quomodo* occurrat *in resurrectionem, quæ est a mortuis* [30]. Non enim diceret, *si quomodo*, si ei jam tunc C res indubitata videretur. Sed et in consequentibus ejusdem Epistolæ hæc eadem ostendit, cum dicit [31] : *Non quod jam consecutus sim, aut jam perfectus sim; sequor autem ut comprehendam, in quo et comprehensus sum a Christo. Fratres, ego meipse non arbitror apprehendisse* (71). Quod si quis putat per humilitatem dictum, videat in consequentibus quam magna de profectibus suis memorat, cum dicit [32] : *Unum autem, ea quidem quæ retro sunt obliviscens, et ad ea quæ in ante sunt me extendens, secundum propositum sequor, ad palmam supernæ vocationis Dei in Christo Jesu*; et post hoc dicit : *Quicunque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus*. In quo ostendit duplicem esse perfectionem : unam, quæ est in expletione virtutum, secundum quam dicit quod non sit perfectus; et aliam, cum ita quis proficit, ut decidere non possit, neque retrorsum aspicere, secundum quam dicebat : *Quicunque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus*. Quomodo ergo docebitur perfectior jam secundam ad Corinthios scripsisse quam primam? Ex his sine dubio quæ in ea scripta referuntur, cum dicit : *Tribulationem patimur, sed non angustiamur; aporiamur, sed non exaporiamur; persecutionem patimur, sed non derelinquimur; dejicimur, sed non perimus; semper mortem Jesu in corpore nostro circumferentes, ut et vita Jesu in corpore nostro manifestetur* [33]. Qui ergo semper mortem Jesu in corpore suo circumferebat, nunquam utique in eo (72) concupiscebat caro adversus spiritum, sed erat ei subjecta, utpote mortificata ad similitudinem mortis Christi. Quod si dicat nobis aliquis hæc verisimilia non videri, quia non multum temporis inter primam Epistolam fuerit ac secundam, potest et ex eo evidentius noscere, quod in prima Epistola ejectum eum qui fuerat incesti scelere pollutus, et traditum Satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus fieret in die Domini [34] (73), in secunda [35] jam revocat, et Ecclesiæ membris associat. Quod utique non faceret, nisi processu temporis dignos in eo fructus pœnitentiæ pervidisset, et quod jam caro interitum, quem designaverat Apostolus suscepisset, peccato scilicet et vitiis mortua, ut ita demum viveret Deo [36]. Cum ergo tantum spatii fuerit, quo peccator incestus salutem spiritus laudabili carnis interitu receperit, quomodo non putandum est multo velociore cursu Apostolum quæ perfecta sunt assecutum? Sed in illis quidem iste ejus fuerit profectus : quanto (74) autem sublimior et eminentior sit ad Romanos scribens, ex ipsius Epistolæ sermonibus colligamus, in qua dicit : *Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, an*

[25] Psal. XLIII, 10. [26] I Cor. XII, 8. [27] Joan. I, 9. [28] Prov. I, 6. [29] I Cor. IX, 27. [30] Philip. III, 10, 11. [31] ibid. 12, 13. [32] ibid. 13, 15. [33] II Cor. IV, 8-10. [34] I Cor. V, 5. [35] II Cor. II, 8. [36] Rom. VI, 11.

(69) *Epistolæ.* Deest in editis.

(70) Sic mss. plerique. Editi vero et ms. Regius num. 1639, *de sæculo ut mutabundus*, male.

(71) Ita potiores mss. et editi. Mss. vero aliquot omittunt *ipse* et postea habent, *nondum arbitror comprehendisse.*

(72) Sic mss. plerique. Libri vero editi et mss. quidam : *semper mors Jesu in corpore nostro manifestatur. Qui ergo mortem Jesu in corpore suo circumferebatur, nunquam in eo*, etc. Ms. unus habet utrobique *mortificationem*, pro *mortem*.

(73) *In die Domini.* Hæc verba omittuntur in libris antea editis, et in ms. Regio num. 1639, sed restituuntur ex cæteris mss.

(74) Mss. quidam et editi, *quantum*. Deinde ms. Regius num. 1639, *colligimus*.

angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Sicut scriptum est : Quia propter te morte afficimur (75) *tota die, æstimati sumus sicut oves occisionis. Sed in his omnibus supervincimus propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque potestates, neque præsentia, neque futura, neque virtus, neque altitudo, neque profundum, neque alia ulla creatura, poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro* [37]. *Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu sancto* [38]. Nunquid videtur (76) eadem sublimitate mentis dixisse : *Macero corpus meum, et servituti subjicio, ne forte cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar* [39], qua et hic dicit : quia *in his omnibus supervincimus* ; et : *Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus,* et cætera quæ descripsit, *poterint* (77) *nos separare a charitate Dei?* His igitur nobis, prout potuimus, de sensu ejus in hac Epistola jam perfectiore conceptis, etiam illud haud absurde admonebimus, quod videtur hanc Epistolam de Corintho scribere, et aliis quidem pluribus indiciis, evidentius tamen ex eo quod dicit : *Commendo autem vobis Phœben sororem nostram ministràm Ecclesiæ, quæ est Cenchris* [40]. Cenchris enim dicitur locus Corintho vicinus, imo portus ipsius Corinthi. Et ex hoc ergo apparet de Corintho scripta, et ex eo quod dicit : *Salutat vos Gaius hospes meus* [41] : de quo Gaio scribens Corinthiis commemorat, dicens : *Gratias ago Deo meo, quod neminem vestrum baptizavi, nisi Crispum et Gaium* [42]. Simile et deinde datur indicium ubi dicit : *Salutat vos Erastus arcarius civitatis* [43] (78) : de quo Erasto ad Timotheum
460 secundam Epistolam scribens dixit : *Erastus remansit Corinthi* [44]. Ex quibus omnibus colligi certissima videntur indicia quod de Corintho scripta sit. Illud sane non parum cedit ad intelligentiæ difficultatem, quod multa de Lege Moysi in hac eadem contexuntur (79) Epistola, de vocatione gentium, de Israel secundum carnem, et de Israel qui non est secundum carnem, de circumcisione carnis et cordis, de lege spirituali et lege litteræ, de lege carnis et lege membrorum, de lege mentis et lege peccati, de interiore et exteriore homine : quæ singula prædixisse sufficiat ; in his enim continentia haberi videtur Epistolæ. Nunc jam, prout viam nobis Dominus aperire dignatur, ad explanationem ipsius quantocius (80) properemus.

Prima nobis quæstio de nomine ipsius Pauli videtur exsurgere, cur is qui Saulus dictus est in Actibus apostolorum [45], nunc Paulus dicatur. Invenimus in Scripturis divinis quibusdam veterum commutata vocabula, ut ex Abram vocatus sit Abraham, ex Sarai Sara [46], et ex Jacob Israel [47]. In Evangeliis quoque [48] ex Simone Petrus, et filii Zebedæi filii tonitrui nuncupati sunt. Sed hæc ex præcepto Dei legimus facta : nusquam vero erga Paulum invenimus tale aliquid gestum (81). De qua re quibusdam visum est, quod Pauli proconsulis, quem apud Cyprum Christi fidei subjecerat [49], vocabulum sibi Apostolus sumpserit, ut sicut reges solent devictis, verbi gratia, Parthis Parthici, et Gothis Gothici nominari, ita et Apostolus subjugato Paulo Paulus fuerit appellatus. Quod ne nos quidem usquequaque evacuandum putamus. Tamen quia nulla talis in Scripturis divinis consuetudo deprehenditur, magis ex his quæ in exemplo nostris sunt, absolutionem quæramus. Invenimus igitur in Scripturis aliquantos binis, alios etiam ternis usos esse nominibus, ut Salomonem, eumdemque Jeddedi (82) ; Sedechiam, eumdemque Joachim ; Oziam, eumdemque et Azariam [50] ; aliosque plurimos in Regum vel in Judicum libris, binis nominibus invenies vocitatos. Sed nec Evangelia quidem hunc eumdem renuunt morem. Nam et Matthæus ipse refert de se, quod *cum transiret Jesus, invenit quemdam sedentem ad telonium, Matthæum nomine* [51]. Lucas vero de eodem dicit, quia cum transiret Jesus, *vidit publicanum quemdam nomine Levi, et dixit ei : Sequere me* [52]. Sed et idem Matthæus in catalogo apostolorum dicit post multos (83) : *Matthæus publicanus, et Jacobus Alphæi, et Lebbæus, et Simon Chananæus* [53]. Marcus vero ita refert : *Matthæus publicanus, et Thomas, et Jacobus Alphæi, et Thaddæus* [54]. Hunc eumdem, quem Matthæus Lebbæum, Marcus Thaddæum posuit (84). Lucas vero ita posuit : *Matthæus, Thomas, Jacobus, et Judas Jacobi* [55]. Igitur eumdem, quem Matthæus Lebbæum, et Marcus

[37] Rom. VIII, 35 sqq. [38] Rom. IX, 1. [39] I Cor. IX, 27. [40] Rom. XVI, 1. [41] ibid. 23. [42] I Cor. I, 14. [43] Rom. XVI, 23. [44] II Tim. IV, 20. [45] Act. IX, 1 seq. [46] Gen. XVII, 5, 15. [47] Gen. XXXV, 10. [48] Marc. III, 16, 17. [49] Act. XIII, 9. [50] II Reg. XII, 25; IV Reg. XXV, 27 ; XV, 1, 32. [51] Matth. IX, 9. [52] Luc. V, 27. [53] Matth. X, 3, 4. [54] Marc. III, 18. [55] Luc. VI, 15, 16.

(75) Sic ms. Regius num. 1639 et editi. Cæteri vero mss., *mortificamur* ; et quidam paulo post, *superamus*. Deinde editi hic et infra habent, *angustia* pro *angeli*.

(76) Mss. plerique, *videbitur*. Sed ms. Regius num. 1639 et editi, *videtur*.

(77) Editi, *poterit*. Ms. unus, *poterunt*.

(78) Genebrardus, hic de suo addidit, ὁ οἰκονόμος τῆς πόλεως · quæ verba nec in mss. nec in aliis editis reperiuntur. Deinde editi omittunt *epistolam*.

(79) *Contexuntur*. Libri editi, *connectuntur*.

(80) *Quantocius*. Deest in omnibus mss. nostris, sed exstat in editis.

(81) Sic mss. plerique et Rabanus. Editi vero et mss. quidam, *tale quid gestum*.

(82) Ita recte ms. Regius num. 1639, in quo convenit cum Græco qui habet II Reg. XII, 25, Ἰεδδεδί. Exemplaria tamen quædam Græca habent Ειεδιδιά, alia Ἰεδδιδιά · et inde fit ut plerique mss. nostri, Rabanus et editi habeant, alii *Idida*, alii *Ididam* ; editio Veneta *Didoa dici* ; sed *dici* omittitur in plerisque mss. et apud Rabanum.

(83) Mss. plures, *post multa*.

(84) Alias, *et Marcus Thaddæum posuit*.

Thaddæum dixit, Lucas Judam Jacobi scripsit. Certum est autem evangelistas non errasse in nominibus apostolorum; sed quia moris erat binis vel ternis nominibus uti Hebræos, unius ejusdemque viri diversa singuli vocabula posuere (85). Secundum hanc ergo consuetudinem videtur nobis et Paulus duplici usus esse vocabulo; et donec quidem genti propriæ ministrabat, Saulus esse vocatus, quod et magis appellationi patriæ vernaculum videbatur; Paulus autem appellatus esse (86), cum A Græcis et gentibus leges ac præcepta conscribit. Nam et hoc ipsum quod Scriptura dicit: *Saulus autem, qui et Paulus*[86], evidenter non ei tunc primum Pauli nomen ostendit impositum, sed veteris appellationis id fuisse designat. Hæc ab ipso auctore operis omissa, nos quia id dissertationis initium videbatur exposcere, puto quod non inconvenienter præmisimus. Cætera jam de explanationum corpore, quibus poterimus compendiis exsequemur (87).

[86] Act. xiii, 9.

(85) Editi, *singuli nominum vocabula posuere.* Sed omnes mss. nostri et Rabanus omittunt *nominum.*

(86) Editi, perperam, *Paulum autem appellatum esse.* Deinde ms. Regius num. 1639, *Legis ac Evangelii præcepta conscribit.* Sed cæteri mss., Rabanus et editi ut in textu, nisi quod ms. unus Regius num. 1641 habeat *conscripsit* loco *conscribit.*

(87) Ms. unus Regius num. 1641, *Nunc jam cætera de explanationis corpore. . . exsequamur.*

ORIGENIS
COMMENTARIORUM IN EPISTOLAM B. PAULI
AD ROMANOS
LIBER PRIMUS.

461 1. *Paulus servus Jesu Christi*[87]. De Paulo B jam diximus. Requiramus nunc cur servus dicatur is qui alibi[88] scribit: *Non enim accepistis spiritum servitutis iterum* (88) *in timore, sed accepistis spiritum adoptionis, in quo clamamus: Abba Pater;* et iterum[89]: *Quia autem estis filii, misit Deus Spiritum Filii sui in corda nostra clamantem: Abba Pater. Itaque jam non est servus, sed filius.* Quomodo ergo, cum etiam his quibus prædicabat, dicat quia *jam non est servus, sed filius,* ipse se servum profitetur? Sive id secundum illam humilitatem dictum putemus, quam Dominus docuit, dicens[90]: *Discite a me quia mitis sum et humilis corde,* non errabimus. Neque enim per hoc læditur veritas libertatis in Paulo (89). Dicit enim et ipse: *Nam cum liber sim ab omnibus, omnibus me servum* C *feci*[91] (90). Servit ergo Christo, non in spiritu servitutis, sed in spiritu adoptionis, quia omni libertate nobilior est servitus Christi. Sive quasi imitator ejus pronuntiet qui dixerat[92] (91): *Ecce ego sum in medio vestrum, non sicut discumbens, sed sicut ministrans;* et ejus qui semetipsum exinanivit formam servi accipiens[93], ut sicut iis qui in lege sunt fit et ipse sub lege, et iis qui sine lege sunt efficitur etiam ipse sine lege[94], ita et ipse pro his qui adhuc servi sunt, et nondum per spiritum adoptionis in libertatem perducti filiorum, servus efficiatur, contrarium non videbitur. Ad hoc potest etiam illud addi, quod ad Corinthios scribens idem Apostolus, et de nuptiis vel castitate præcipiens, tanquam alieno nomine quædam de libertate ac servitute interserit, dicens[95]: *Servus vocatus es? Nihil cures: sed et si potes liber fieri, magis utere. Qui enim in Domino vocatus est servus, libertus est Domini: similiter et qui liber vocatus est, servus est Christi. Pretio empti estis, nolite fieri servi hominum.* Quæ utique nonnullis contra rationem videntur inserta. Quid enim ad nuptiarum vel castitatis præcepta

[87] Rom. i, 1. [88] Rom. viii, 15. [89] Galat. iv, 6,7. [90] Matth. xi 29. [91] I Cor. ix, 19. [92] Luc. xxii, 27. [93] Philip. ii, 7. [94] I Cor. ix, 21. [95] I Cor. vii, 21-23.

(88) *Iterum.* Deest in pluribus mss., sicut et paulo post, *accepistis.* Deinde mss. fere omnes et editi, *quia estis filii..... in corda nostra,* etc., sed rectius ms. unus ut in nostro textu.

(89) Ms. Regius num. 1639. *neque enim per hoc veritas laborat in Paulo.* Sed cæteri mss., et editi ut in textu.

(90) Libri antea editi, et ms. Regius num. 1639, *ab omnibus, hominibus* (al. *omnium*) *me servum feci.*

(91) Sic mss. plerique, Salodianus et Merlinus. Genebrardus vero, *sive quia imitatur ejus pronuntiatum qui dixerat.* Ms. Regius num. 1656, *sive quis eum imitatorem ejus pronuntiet, qui dixerat,* etc.

commemoratio servitutis ac libertatis assumitur (92)? Sed nos sensum Pauli ita intelligimus, quod servum dicat eum qui jugali conditione constrictus est: quia *mulier non habet potestatem corporis sui, sed vir ejus; et vir non habet potestatem corporis sui, sed uxor ejus*[66]. Propter quod et in aliis dicit de eis, quia *non est servituti subjectus frater, vel soror in talibus*[67], scilicet, quod in aliis eos servituti sciret esse subjectos. Est ergo servus vocatus, qui in conjugio positus venit ad Christum, cui dicitur: *Servus vocatus es? Nihil ad te attineat: sed et si potes liber fieri, magis utere*[68]; quia in conjugibus alterius (93) continentiæ libertas alteri generat periculum castitatis. Non enim debent nisi ex consensu ad tempus vacare orationi[69], et iterum in idipsum est revertendum, ne eos tentet B Satanas propter incontinentiam suam. Is ergo qui pro nexu conjugii servus vocatus est, libertus est Domini. Libertus enim neque ex integro liber, neque ex integro servus est (94). Si in cæteris virtutibus liber fuerit, si fidei, patientiæ, misericordiæ, justitiæ tenuerit libertatem, libertus Domini appellatur, utpote qui pro animi virtutibus liber sit, et pro conjugali necessitate (95) sit servus. Liber vero est qui sine uxore per puritatem continentiæ venit ad Christum, qui tamen servus Christi efficitur, dum ex integro virtutibus servit. Paulus ergo, sicut quidam tradunt, cum uxore vocatus est; de qua dicit ad Philippenses scribens[70]: *Rogo etiam te, germane compar, adjuva* **462** *illas:* qui C quoniam ab ipsa ex consensu liber effectus est, servum se (96) nominat Christi. Si vero, ut aliis videtur, sine uxore, nihilominus qui liber vocatus est, servus est Christi. Quid est autem servum esse Christi, nisi quod est servum esse verbi Dei (97), sapientiæ, justitiæ, veritatis, et omnium omnino virtutum, quæ omnia Christus est? Sed et illud, si videtur, in hoc loco addamus, quod sicut scientia, quæ nunc datur sanctis, per speculum datur et in ænigmate (98), et prophetia, et cætera dona Spiritus sancti[71]: ita et libertas, quæ nunc sanctis præstatur, nondum plena libertas est, sed velut *per*

A *speculum, et in ænigmate*[72]; et ideo sancti servos se esse dicunt, ad comparationem illius libertatis, quæ *facie ad faciem* tribuitur. Qui etenim potest in carne quis positus adipisci integram libertatem, ut in nullo jam serviat carni? Sicut nec adoptionem filiorum quis in corpore positus habere ex integro potest. Atque utinam hoc saltem obtineri possit in vita mortalium, ut servus quis Christi ex integro fiat: et non carni, non sanguini, non vanæ gloriæ, non cupiditati, non avaritiæ, non iracundiæ, non invidiæ; sed qui soli Christo, id est omnibus simul virtutibus serviat. Hæc de eo quod scriptum est: *Paulus servus Jesu Christi.*

2. *Vocatus Apostolus*[73]. Nomen hoc, id est *vocatus*, quia ad omnes pertinet qui in Christo credunt, generale potest videri; sed unusquisque secundum id quod in eo prævidit et elegit (99) Deus, aut apostolus vocatur, aut propheta, aut magister, aut liber ab uxore, aut servus in conjuge; et pro diversitate gratiæ completur illud quod scriptum est[74]: *Multi sunt vocati, pauci autem electi* (1). Sciendum tamen est quod possibile est aliquem esse vocatum apostolum, aut vocatum prophetam, aut vocatum magistrum, et si neglexerit vocationis suæ gratiam, decidere ex ea: sicut et Judas, qui apostolus vocatus est, et negligens vocationis suæ gratiam, ex apostolo effectus est proditor (2). Et fuit quidem vocatus apostolus, sed non fuit electus apostolus. Sed et ille propheta qui in tertio Regnorum libro refertur prophetasse de Jeroboam[75], vocatus propheta fuit; si autem et electus, ipse discutito, quoniam quidem prohibitus panem manducare in Israel, manducavit, et interemptus est a leone (3). Sunt et multi vocati magistri per omnes Ecclesias Dei, et vocati ministri; sed nescio qui in his electi magistri sint, et electi ministri. Sic et puto esse quosdam vocatos quidem ut patiantur (4) pro Christo, non tamen electos; id est, vocatos martyres, sed non electos (5) martyres: ut sunt illi qui post tormentorum agones et carcerum, non usque ad finem in confessionis tolerantia perduraruut. Est et vocata virgo, sed non electa virgo;

[66] I Cor. VII, 4. [67] ibid. 15. [68] ibid. 21. [69] ibid. 5. [70] Philip. IV, 3. [71] I Cor. XII, 8 seq. [72] II Cor. XIII, 12. [73] Rom. I, 1. [74] Matth. XXII, 14. [75] III Reg. XIII, 24, 25.

(92) Ms. Regius num. 1639, *commemorata servitus ac libertas assumitur?* Cæteri mss. et editi ut in textu.

(93) Editi, *alteri*. Et infra mss. quidam cum editis, *esse revertendum*.

(94) Sic mss. nostri, Salodianus et Merlinus. Genebrardus vero, *servus est appellatus*.

(95) Ita omnes mss. nostri. Editi vero, *pro actione virtutis*. Deinde mss. plures, *et pro jugali necessitate*, etc.

(96) Ms. codex Ebroicensis, *adjuva illas quæ cum ipsa sunt; quia cum ipse servus esset, ex consensu liber effectus, servum se*, etc. Codex autem Vallisclaræ, et unus Regius num. 1639, *adjuva illas. Qui cum ipsa ex consensu liber effectus est*, etc. Editi et alter ms. Regius num. 1640, *adjuva illas quæ cum ipsa sunt. Ex consensu igitur* (al. deest *igitur*) *liber effectus servum*, etc.; sed rectius ms. Regius num. 1641, ut in textu.

D (97) Sic mss. plerique. Cæteri vero et editi, *Quid est autem servum esse Christi? Quod est* (al. deest. *quod est*) *servum esse verbi Dei*, etc.

(98) Editi plerique, *est per speculum in ænigmate..., et ut cætera dona*, etc.

(99) Sic ms. Regius num. 1639. Cæteri vero mss., Rabanus et editi, *prævidet et eligit*, al. *elegit*. Deinde ms. unus Regius num. 1641, *aut servus in conjugio*.

(1) Editi et mss. quidam: *Multi vocati, pauci electi*.

(2) Sic mss. et Rabanus. Editi vero, *effectus est prædo et proditor*.

(3) Ita mss. et Rabanus. Editi vero, *et revertendo captus est a leone*.

(4) Sic mss. nostri et Rabanus. Editi, *putantur pati*.

(5) *Sed non electos*. Hæc desiderantur in libris antea editis.

quæ scilicet non fuerit sancta (6) corpore et spiritu [76]. Et est vocatus pastor, sed non electus pastor (7), qui præest quidem gregi, et lacte ejus utitur, et lanis ejus operitur; sed infirmum non requirit, et claudum non colligit, et fortem circumscribit in labore [77]. Ita est et vocatus abstinens, sed non electus abstinens (8), scilicet qui jejunat tristis, et exterminans faciem suam ut hominibus placeat [78]. Sed et per singulos gratiarum gradus similiter invenies multos quidem vocatos, paucos autem electos.

3. *Segregatus in Evangelium Dei* [79] (9). In Paulo

[76] I Cor. VII, 34. [77] Ezech. XXXIV, 3, 4. [78] Matth. VI, 16. [79] Rom. I, 1.

(6) Sic mss. et Rabanus. Editi, *sed non electa, quæ scilicet virgo sancta fuerit*, etc.

(7) *Pastor*. Deest in editis. Deinde ms. unus, *non colligat*.

(8) *Abstinens*. Deest in editis. Deinde mss. quidam, *et exterminat*. Cæteri vero, Rabanus et editi, *et exterminans*. Paulo post ms. unus, *sic et per singulos*, etc.

(9) *Segregatus in Evangelium Dei*, etc. Quam infida sit Rufini interpretatio, liquet ex Græcis, quæ *Philocaliæ* capite 25 sic repræsentantur: Τρίτον ἔστιν ἰδεῖν τό· *Ἀφωρισμένος εἰς Εὐαγγέλιον Θεοῦ·* καὶ ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας ὁ Ἀπόστολος περὶ αὐτοῦ τοιαῦτά φησιν· *Ὅτε δὲ ηὐδόκησεν ὁ Θεὸς ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητρός μου, ἀποκαλύψαι τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἐν ἐμοί.* Ἐπιλαμβάνονται δὲ τῶν τοιούτων λέξεων οἱ μὴ συνιέντες τὸν ἐκ προγνώσεως Θεοῦ προορισμὸν, αἴτιον τυγχάνοντα τοῦ γίνεσθαι τὰ προγινωσκόμενα· καὶ οἴονται διὰ τούτων εἰσάγειν τοὺς ἐκ κατασκευῆς καὶ φύσεως σωζομένους. Τινὲς δὲ καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν ἐκ τῶν τοιούτων ἀναιροῦσι ῥητῶν, συγχρώμενοι καὶ τῷ, *Ἀπηλλοτριώθησαν οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀπὸ μήτρας*, ἐν Ψαλμοῖς εἰρημένῳ. Πρὸς μὲν οὖν τοῦτό ἐστιν ἀπαντῆσαι, ἐρωτῶντας περὶ τῆς ἑξῆς λέξεως· γέγραπται γάρ· *Ἀπηλλοτριώθησαν οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀπὸ μήτρας· ἐπλανήθησαν ἀπὸ γαστρὸς, ἐλάλησαν ψευδῆ· θυμὸς αὐτοῖς κατὰ τὴν ὁμοίωσιν τοῦ ὄφεως.* Καὶ πευσόμεθά γε τῶν ὡς ἀσαφεῖ τῇ λέξει ἐπιβαινόντων, εἰ οἱ ἀπαλλοτριωθέντες ἁμαρτωλοὶ ἀπὸ μήτρας, ἅμα τῷ ἐξελθεῖν ἀπὸ γαστρὸς τῆς μητρὸς αὐτῶν, ἐπλανήθησαν, καὶ τῆς σωζούσης ὁδοῦ ἐσφάλησαν, αὐτοὶ εἰς τοῦτο ἐνεργήσαντες. Πῶς δὲ οἱ ἀπαλλοτριωθέντες ἁμαρτωλοὶ ἀπὸ μήτρας, ἀπὸ γαστρὸς ἐπλανήθησάν τε καὶ ἐλάλησαν ψευδῆ; οὐ γὰρ δὴ δείξουσιν ὅτι ἅμα τῷ γεννηθῆναι, ἄναρθρον φωνὴν προϊέντο ψευδῆ τινα τροφευόμενοι. Ἀλλ' εἰ προσέχωμεν τοῖς προτεταγμένοις τοῦ προορισμοῦ ἐν τῇ ἐξεταζομένῃ ἐπιστολῇ λεγομένοις, δυνησόμεθα, τὰ περισπῶντα τοὺς ἁπλουστέρους πρὸς παραδοχὴν τοῦ ἀδικίαν κατηγοροῦντος κατὰ τοῦ θείου δόγματος καθελόντες, ἀπολογήσασθαι περὶ τοῦ ἐκ κοιλίας μητρὸς ἀφορίζοντος, καὶ εἰς Εὐαγγέλιον Θεοῦ ἀφορίζοντος τὸν δοῦλον Ἰησοῦ Χριστοῦ, κλητὸν ἀπόστολον Παῦλον. Οὕτω δὲ ἔχει τὰ ῥητά· *Οἴδαμεν ὅτι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθὸν, τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσιν· ὅτι οὓς προέγνω καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς. Οὓς δὲ προώρισε, τούτους καὶ ἐκάλεσε· καὶ οὓς ἐκάλεσε, τούτους καὶ ἐδικαίωσε· οὓς δὲ ἐδικαίωσε, τούτους καὶ ἐδόξασε.* Πρόσχωμεν οὖν τῇ τάξει τῶν λεγομένων· δικαιοῖ δὲ ὁ Θεὸς καλέσας πρότερον, οὐκ ἂν δικαιώσας οὓς μὴ ἐκάλεσε· καλεῖ δὲ πρὸ τῆς κλήσεως προορίσας, οὐκ ἂν καλέσας, οὓς μὴ προώρισε· καὶ ἔστιν αὐτῶν ἡ ἀρχὴ τῆς κλήσεως καὶ τῆς δικαιώσεως οὐχ ὁ προορισμός· οὗτος γὰρ εἰ ἦν ἡ ἀρχὴ τῶν ἑξῆς, κἂν πιθανώτατα ἐκράτουν οἱ παρεισάγοντες τὸν περὶ φύσεως ἄτοπον λόγον· ἀνωτέρω δέ ἐστι τοῦ προορισμοῦ ἡ πρόγνωσις· *Οὓς γὰρ προέγνω*, φησὶ, *καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ.* Προατενίσας οὖν ὁ Θεὸς τῷ εἱρμῷ τῶν ἐσομένων, καὶ κατανοήσας ῥοπὴν τοῦ ἐφ' ἡμῖν τῶνδέ τινων ἐπὶ εὐσέβειαν, καὶ ὁρμὴν ἐπὶ ταύτην μετὰ τὴν ῥοπὴν, καὶ ὡς ὅλοι ἑαυτοὺς ἐπιδώσουσι τῷ κατ' ἀρετὴν ζῆν, προέγνω αὐτοὺς, γινώσκων μὲν τὰ ἐνιστάμενα, προγινώσκων δὲ τὰ μέλλοντα, καὶ οὓς οὕτω προέγνω, καὶ προώρισε συμμόρφους ἐσομένους τῆς εἰκόνος τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ. Ἔστιν οὖν τις ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, εἰκὼν τυγχάνων τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, καὶ τούτου εἰκὼν, καὶ λεγομένη εἰκὼν τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ· ἥν τινα νομίζομεν εἶναι ἣν ἀνέλαβε ψυχὴν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἀνθρωπίνην· γενομένην διὰ τὴν ἀρετὴν τῆς εἰκόνος τοῦ Θεοῦ εἰκόνα. Ταύτης δὲ, ἣν οἰόμεθα εἰκόνος εἰκόνα εἶναι τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, συμμόρφους προώρισε γενέσθαι ὁ Θεὸς, οὓς διὰ τὴν περὶ αὐτῶν πρόγνωσιν προώρισεν. Οὐ νομιστέον τοίνυν αἰτίαν τῶν ἐσομένων τὴν πρόγνωσιν τοῦ Θεοῦ εἶναι· ἀλλ' ἐπεὶ ἔμελλε γενέσθαι κατ' ἰδίας ὁρμὰς τοῦ ποιοῦντος, διὰ τοῦτο προέγνω· εἰδὼς τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν, τούσδε μέν τινας προέγνω καὶ προώρισε συμμόρφους ἐσομένους τῆς εἰκόνος τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, ἄλλους δὲ εἶδεν ἀπηλλοτριωμένους. Ἐὰν δέ τις ἀνθυποφέρῃ πρὸς ταῦτα, εἰ δυνατόν ἐστι μὴ γενέσθαι ἃ τοιάδε ἔσεσθαι προεγίνωσκεν ἐσόμενα ὁ Θεὸς, φήσομεν ὅτι ἀδύνατον μὲν μὴ γενέσθαι, οὐχὶ δὲ εἰ ἀδύνατον μὴ γενέσθαι, ἀνάγκη μὴ γενέσθαι, ἢ γενέσθαι· καὶ γίνεται οὐ πάντως ἐξ ἀνάγκης, ἀλλὰ δυνατοῦ ὄντος καὶ τοῦ αὐτὰ μὴ γενέσθαι. Τῆς δὲ λογικῆς ἔχεται ἐντρεχείας τε καὶ θεωρίας, ὁ περὶ τῶν δυνατῶν τόπος, ἵνα ὁ σμήξας ἑαυτοῦ τὸ ὄμμα τῆς ψυχῆς δυνηθῇ τῇ λεπτότητι τῶν ἀποδείξεων παρακολουθήσας, κατανοῆσαι πῶς μέχρι τῶν τυχόντων οὐκ ἐμποδίζεται τὸ εἶναί τις πολλὰ δυνατὸν, ἑνὸς ἐκ τῶν πολλῶν ὄντος τοῦ ἐσομένου, προεγνωσμένου τε οὑτωσὶν, ὅτι ἔσται μὲν, οὐκ ἐξ ἀνάγκης δὲ ἔσται· ἀλλ' ἐνδεχομένου τυγχάνοντος τοῦ μὴ γενέσθαι, ἔσται τὸ οὐ στοχαστικῶς εἰρημένον, ἀλλ' ἀληθῶς προεγνωσμένον. Μὴ νομιζέτω δέ τις ἡμᾶς τὸ *κατὰ πρόθεσιν* σεσιωπηκέναι, ὡς θλίβον ἡμῶν τὸν λόγον· ἐπεί φησιν ὁ Παῦλος· *Οἴδαμεν δὲ ὅτι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθὸν, τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσιν.* Ἀλλὰ προσέχετε, ὅτι τοῦ κατὰ πρόθεσιν εἶναι κλητοὺς τὴν αἰτίαν καὶ ὁ Ἀπόστολος ἀποδέδωκεν εὐθέως, εἰπὼν, ὅτι, *Οὓς προέγνω, καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ·* καὶ τίνα γε ἄλλον ἐχρῆν ἐγκαταχωρισθῆναι εἰς τὴν δικαιοῦσαν κλῆσιν τῇ προθέσει τοῦ Θεοῦ, ἢ τοὺς ἀγαπῶντας αὐτόν; Πάνυ δὲ τὴν ἐκ τοῦ ἐφ' ἡμῖν αἰτίαν παρίστησι τῆς προθέσεως καὶ προγνώσεως, τό· *Οἴδαμεν ὅτι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς τὸ ἀγαθόν·* σχεδὸν γὰρ εἶπεν ὅτι πάντα τὰ συνεργοῦντα εἰς τὸ ἀγαθὸν διὰ τοῦτο συνεργεῖ, ἐπεὶ ἄξιοί εἰσι συνεργήσεως οἱ ἀγαπῶντες τὸν Θεόν. Ἅμα δὲ καὶ ἐρωτήσωμεν τοὺς τὰ ἐναντία λέγοντας, καὶ ἀποκρινάσθωσαν ἡμῖν πρὸς ταῦτα· ἔστω καθ' ὑπόθεσιν εἶναί τινα ἐφ' ἡμῖν, καὶ τοῦτο ἐροῦμεν αὐτοῖς ἀναιροῦσι τὸ ἐφ' ἡμῖν, ἕως ἂν ἐκ τῆς ὑποθέσεως ἐλεγχθῇ αὐτῶν ὁ λόγος οὐχ ὑγιὴς ὤν. Ὄντος δὴ τοῦ ἐφ' ἡμῖν, ἄρα ὁ Θεὸς ἐπιβαλὼν τῷ εἱρμῷ τῶν ἐσομένων προγνώσεται τὰ πραχθησόμενα ἐκ τοῦ ἐφ' ἡμῖν, ἑκάστῳ τῶν ἐχόντων τὸ ἐφ' ἡμῖν, ἢ οὐ προγνώσεται; Τὸ μὲν οὖν λέγειν, οὐ προγνώσεται, ἀγνοοῦντός ἐστι τὸν ἐπὶ πᾶσι νοῦν, καὶ μεγαλωσύνην τοῦ Θεοῦ· εἰ δὲ δώσουσιν ὅτι προγνώσεται, πάλιν ἐρωτήσωμεν αὐτούς· Ἆρα τὸ ἐγνωκέναι αὐτὸν αἴτιόν ἐστι τοῦ ἔσεσθαι τὰ ἐσόμενα, διδομένου τι εἶναι τοῦ ἐφ' ἡμῖν, ἢ ἐπεὶ ἔσται προέγνω, καὶ οὐδαμῶς ἐστιν αἰτία αὐτοῦ ἡ πρόγνωσις τῶν ἐσομένων ἐκ τοῦ ἐφ' ἡμῖν ἑκάστῳ; Δυνατὸν οὖν ἦν, τῶνδέ τινων ἀπαντησάντων, μὴ τόδε, ἀλλὰ τόδε ἐνεργῆσαι τὸν δημιουργηθέντα αὐτεξούσιον εἶναι. Τούτων οὖν τοιούτων ἂν λεχθησομένων, σώζεται καὶ τό· *Εὖ, δοῦλε ἀγαθὲ, καὶ πιστὲ, ἐπὶ*

non sola generalis vocatio ad apostolatum designatur, sed et electio protinus secundum Dei præscientiam subsecuta per hoc quod 463 segregatus dicitur in Evangelium Dei; sicut alibi ipse de se dicit : *Cum autem complacuit Deo, qui me segregavit de utero matris meæ, ut revelaret Filium suum in me* [80]. Quod tamen hæretici ad calumniam vocant, dicentes eum segregatum esse ab

A utero matris suæ ob hoc quod in eo naturæ bonitas inerat; sicut econtrario de his qui malæ naturæ sunt, dicitur in Psalmis [81], quia *segregati sunt peccatores ex utero.* Nos autem dicimus quod neque Paulus fortuito aut naturali differentia electus est, sed electionis suæ causas in semetipso dedit ei *qui* scit *cuncta antequam fiant* [82]; neque peccatores qui separantur a ventre judicis iniquitate separantur.

[80] Galat. I, 15, 16. [81] Psal. LVII, 4. [82] Dan. XIII, 42.

ὀλίγα ἦς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ Κυρίου σου· καὶ πᾶς ἔπαινος· σώζεται δὲ καὶ τὸ εὔλογον τοῦ· *Πονηρὲ δοῦλε καὶ ὀκνηρὲ, ἔδει σε βαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου εἰς τράπεζαν.* Οὕτω δὲ σωθήσεται μόνως τὰ δικαίως λεγόμενα πρὸς μὲν τοὺς ἐκ δεξιῶν· *Δεῦτε πρὸς μὲ οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ* B *καταβολῆς κόσμου, ὅτι ἐπείνασα, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν,* καὶ τὰ ἑξῆς· πρὸς δὲ τοὺς ἐξ εὐωνύμων· *Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ· ὅτι ἐπείνων, καὶ οὐκ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν·* καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀλλὰ καὶ εἴπερ τὸ, *Ἀφωρισμένος εἰς Εὐαγγέλιον Θεοῦ*, καὶ τὸ, *Ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητέρος μου*, ἀνάγκην τινὰ περιεῖχε, πῶς ἂν εὐλόγως ἔφασκε τό· *Ὑπωπιάζω μου καὶ δουλαγωγῶ τὸ σῶμα, μήπως ἄλλοις κηρύξας, αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι·* καὶ τό· *Οὐαὶ γάρ μοι ἐστὶν, ἐὰν μὴ εὐαγγελίζωμαι.* Σαφῶς γὰρ ἐκ τούτων παρίστησιν, ὅτι εἰ μὴ ὑπωπίαζεν αὐτοῦ τὸ σῶμα καὶ ἐδουλαγώγει, οἷόν τε αὐτὸν ἄλλοις κηρύξαντα ἀδόκιμον γενέσθαι, καὶ ὅτι δυνατὸν ἦν αὐτῷ οὐαὶ γενέσθαι, εἰ μὴ εὐηγγελίζετο. Μήποτε οὖν σὺν τούτοις ἀφώρισεν αὐτὸν ὁ Θεὸς ἐκ κοιλίας μητρὸς, καὶ ἀφώρισεν αὐτὸν εἰς Εὐαγγέλιον Θεοῦ σὺν τῷ ἑωρακέναι τὴν αἰτίαν τοῦ δικαίου ἀφ- C ορισμοῦ, ὅτι ὑπωπιάσει τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγήσει, εὐλαβούμενος μήπως ἄλλοις κηρύξας αὐτὸς ἀδόκιμος γένηται· καὶ ὅτι εἰδὼς αὐτῷ οὐαὶ ἔσεσθαι, ἐὰν μὴ εὐαγγελίσηται, φόβῳ τῷ πρὸς τὸν Θεὸν πρὸς τὸ μὴ γενέσθαι αὐτῷ οὐαὶ, οὐκ ἐσιώπα, ἀλλ' εὐηγγελίζετο; Καὶ ταῦτα δὲ ἑώρα ὁ ἀφορίζων αὐτὸν εἰς τὸ ἑαυτοῦ Εὐαγγέλιον ὅτι ἐν κόποις ἔσται περισσοτέρως, ἐν φυλακαῖς περισσευόντως, ἐν πληγαῖς ὑπερβαλλόντως, ἐν θανάτοις πολλάκις, ὑπὸ Ἰουδαίων πεντάκις τεσσαράκοντα παρὰ μίαν λήψεται, τρὶς ῥαβδισθήσεται, ἅπαξ λιθασθήσεται, καὶ τάδε τινὰ πείσεται, καυχώμενος ἐν ταῖς θλίψεσι, καὶ εἰδὼς ὅτι ἡ θλίψις ὑπομονὴν κατεργάζεται, καὶ ὑπομένων προγινωσκόμενα ἔσεσθαι, καὶ ἀφοριζόμενος ἐκ κοιλίας μητρὸς, καὶ ἀφωρίζετο εἰς Εὐαγγέλιον Θεοῦ. Διὰ ταῦτα δὲ ἦν ἄξιον αὐτὸν ἀφορισθῆναι εἰς Εὐαγγέλιον Θεοῦ, οὐ διὰ τὴν φύσιν ἔχουσάν τι ἐξαίρετον, καὶ ὅσον ἐπὶ τῇ κατασκευῇ, ὑπὲρ τὰς τῶν μὴ τοιούτων φύσεις, ἀλλὰ διὰ τὰς προεγνωσ- D μένας μὲν πρότερον πράξεις, ὕστερον δὲ γενομένας ἑκάστην ἐπὶ τῆς παρασκευῆς καὶ τῆς προαιρέσεως τῆς ἀποστολικῆς. Νῦν δὲ ἀποδιδόναι εἰς τὸ αὐτοῦ τοῦ Ψαλμοῦ ῥητὸν, οὐκ ἦν εὔκαιρον, παρεκβατικὸν γὰρ ἦν· διὸ εἰς τὴν οἰκείαν τάξιν, Θεοῦ διδόντος, ἀποδοθήσεται, ὅταν τὸν Ψαλμὸν διηγησώμεθα. Ἀρέσκει δὲ καὶ ταῦτα πεπλεονασμένα εἰς τὸ *ἀφωρισμένος.*

Tertio loco examinandum est illud : Segregatus in Evangelium Dei (*Rom.* I, 1) : *et in Epistola ad Galatas, hæc de se prædicat Apostolus* (*Galat.* I, 15) : Cum vero placuit ei, qui me segregavit ab utero matris meæ, ut revelaret Filium suum in me. *Hæc autem verba, qui prænotionem non intelligunt, sic interpretantur, quasi præfinitio causa sit cur eveniant quæ prænota sunt; ob eamque rem quosdam ex natura et conditione sua salvos introducunt. Nonnulli ex illis verbis libertatem nobis arbitrii adimunt, utunturque his etiam psalmi verbis :* Alienati sunt peccatores a vulva (*Psal.* LVII, 4, 5), *quibus cum interrogatione occurrere licet; scriptum est enim :* Alienati sunt peccatores ab utero, erraverunt a ventre matris, locuti sunt falsa : furor illis secundum similitudinem serpentis. *Et quæremus ab iis qui verba illa tanquam aperta accipiunt, an qui alienati sunt ab utero peccatores, simul ac materno utero egressi sunt, erraverint, et a via salutis suo aliquo* B *facto abducti sint. Quomodo vero abalienati ab utero peccatores, a ventre matris aberrarunt, et falsa locuti sunt? Non enim ostendent eos, simul ac nati sunt, veram ac plenam vocem, falsum quid proferentes, emisisse. Si vero ea respiciamus, quæ de præfinitione in hac quam explicamus Epistola dicuntur, poterimus, destructis iis quæ simpliciores in ejus sententiam pertrahunt qui divinam doctrinam injustitiæ accusat, de eo respondere qui ab utero matris destinat, quique servum Jesu Christi vocatum Apostolum Paulum in Evangelium Dei segregat. Verba hæc sunt* (*Rom.* VIII, 28, *seq.*) : Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum ipsius vocati sunt, quia quos præ- novit, eos et prædestinavit conformes imagini Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædestinavit, hos et vocavit : et quos vocavit, hos et justificavit : quos vero justificavit, hos et glorificavit. *Dictorum igitur seriem attendamus.* C *Justificat Deus quos prius vocavit : non autem justificavit quos non vocavit : vocat autem prædestinatos ante vocationem, quos non vocasset nisi prædestinasset; neque ipsis justificationis et vocationis principium est prædestinatio. Si enim hæc principium esset eorum quæ sequuntur, haud dubie vincerent qui absurdum de natura sermonem introducunt : sed ante prædestinationem prænotio est :* Quos enim, *inquit*, prænovit, hos et prædestinavit conformes imaginis Filii sui. *Deus igitur qui futurorum seriem prospexit, et libertatis nostræ propensionem cognovit, et aliquorum ad pietatem impetum affectumque post hanc propensionem, quodque ii se totos virtuti daturi sint, ipsos prænovit : cognoscens quidem præsentia, præsciens vero futura; et quos ita prænovit, futuros conformes imagini Filii sui, prædestinavit. Est igitur Dei Filius imago Dei invisibilis, et hujus imago, ea quæ Filii Dei imago dicitur, quam esse arbitramur eam quam Dei Filius assumpsit humanam animam, per virtutem imaginis Dei imaginem factam.* D *Hujus vero, quam imaginis Filii Dei imaginem esse putamus, conformes fieri prædestinavit Deus, quos per suam de ipsis prænotionem prædestinavit. Non est igitur existimanda futurorum causa esse prænotio Dei : sed quia futurum erat secundum proprios impetus et affectus facientis, propterea prænovit,* qui *novit* omnia ante ortum eorum (*Dan.* XIII, 42); *aliquos prænovit et prædestinavit imagini Filii sui fore conformes, alios vidit abalienatos. Ad hæc autem si quis objiciat, fieri ne possit ut non sint quæ talia fore prænovit Deus : respondebimus fieri non posse ut non eveniant; sed non ideo quia fieri non potest ut non eveniant, necesse est non evenire, vel evenire. Fiunt enim haudquaquam ex necessitate, sed fieri quoque potest ut non fiant. Sed rationis ac intelligendi acumen et perspicientiam desiderat locus hic de iis quæ fieri possunt, ut qui mentis suæ oculum absterserit, demonstrationum subtilitatem assecutus, intelligere possit quomodo in minimis etiam rebus non impedi-*

Denique statim in consequentibus vide quid de his dicat sermo divinus. Scriptum est enim [83]: *Segregati sunt peccatores ab utero, erraverunt a ventre, locuti sunt falsa.* Si intelligamus quomodo statim ut de ventre matris procedunt peccatores, erraverunt, vel locuti sunt falsa, pariter intelligimus quod justi separantur a ventre. Ergo et Paulus quod segregatus in Evangelium dicitur, et segregatus a ventre matris suæ, causas in eo et merita quibus in hoc segregari debuerit, vidit ille quem non latet mens. Prævidit enim quod abundantius quam cæteri omnes laboraturus esset in Evangelio [84], quod in fame et siti, in frigore et nuditate, periculis latronum, periculis fluminum, periculis maris [85], prædicaturus esset Evangelium Christi, sciens quod væ sibi esset si non evangelizaret [86], et quod maceraturus esset corpus suum, et servituti subjecturus, ne forte cum **464** aliis prædicasset (10), ipse reprobus efficeretur [87]. Hæc ergo et multa alia his similia (11) in eo de ventre matris prævidens Jesus, pro his segregavit eum in Evangelium. Si enim, ut A hæretici putant, vel sortis incerto, vel naturæ melioris prærogativa fuisset electus, nunquam utique timuisset ne si minus corporis sui frena tenuisset, evenire posset ut reprobus fieret, vel væ sibi futurum esset si evangelizare cessasset (12). Denique et ipse in consequentibus latius disserens ait, quia *quos præscivit et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui* [88], evidenter ostendens, quod eos quos præscivit Deus tales futuros, ut Christo se in passionibus conformarent, ipsos etiam conformes ac similes imaginis ejus prædestinavit et gloriæ. Præcedit ergo præscientia Dei, per quam noscuntur qui in se labores et virtutes habituri sint, et ita prædestinatio sequitur; nec tamen rursus prædestinationis causa putabitur præscientia. Quod enim apud B hominibus uniuscujusque meritum pensatur ex præteritis gestis, hoc apud Deum judicatur ex futuris; et valde impius est qui in hoc non credit Deo, ut quod nos in præteritis videmus, hoc ille videat in futuris. *Segregatus*, inquit, *in Evangelium Dei.* In aliis locis Scripturæ Evangelium Christi esse di-

[83] Psal. LVII, 4. [84] I Cor. XV, 10. [85] II Cor. XI, 26, 27. [86] I Cor. IX, 16. [87] ibid. 27. [88] Rom. VIII, 29.

:ur quominus sit aliquid, quod ad multa esse possit, cum unum sit e multis id quod futurum est; et ita prænotum sit fore quidem, sed non necessario fore. Sed cum fieri possit ut non sit, erit non conjectura dictum, sed vere prænotum. Neque vero quis putet nos illud, secundum propositum, *reticuisse, quasi sententiæ nostræ noceat. Ait enim Paulus :* Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum vocati sunt. *Sed consideret illius* secundum propositum *vocationis causam Apostolum statim reddidisse, cum dicit :* Quos prænovit, eos et prædestinavit conformes imagini Filii sui. *Et quem alium oportebat in justificantem vocationem proposito Dei secerni et segregari, præter eos qui ipsum diligunt? Hujus vero præpositi et prænotionis causam in nostra libertate esse satis declarat illud :* Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum : *perinde quasi dixisset, omnia quæ ad bonum conducunt, ideo conducere, quia auxilio digni sunt qui diligunt Deum. Sed interrogandi sunt, qui contrarium tuentur, ad hæc nobis respondeant. Ponamus in conditione, aliqua in nostra esse potestate; idque adversus eos qui liberum arbitrium tollunt, donec ex conditione eorum sententia falsa convincatur. Si ergo in nobis libera voluntas, an igitur Deus futurorum seriem intuitus, prænoscet ea quæ ex libertate unusquisque nostrum libertatis compos acturus sit? an non prænoscet? Qui responderit non prænoturum, ignoret ille necesse* D *est mentem infinitam, et magnitudinem Dei. Si prænoturum agnoscant, rursus quæremus ex ipsis, an ejus scientia causa sit cur eventura sint futura, cum concedatur aliquid in nostra esse potestate; an quia futurum est prænovit : neque ullo modo prænotio causa est eorum quæ unicuique nostrum ex libertate arbitrii futura sunt. Fieri ergo poterat, ut aliquibus occurrentibus impedimentis non hoc, sed illud faceret, qui liber creatus est. Hæc igitur et similia si dicantur, id quoque servatur :* Euge, serve bone et fidelis, super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam : intra in gaudium Domini tui (*Matth.* XXV, 21); *tum et laus omnis, quæ bonis tribuitur; ac demum ostenditur jure dici :* Serve nequam et ignave, oportebat te committere pecuniam meam trapezitæ (*ibid.* 26, 27). *Sic etiam stabunt quæ juste dicuntur iis, qui ad dexteram assistent :* Venite ad me, benedicti Patris mei; possidete præparatum vobis regnum a constitutione mundi; quia esurivi, et dedistis mihi manducare (*ibid.* 34, 35), *et quæ sequuntur : iis autem qui a sinistris :* Discedite a me, maledicti, in ignem æternum præparatum diabolo et angelis ejus; quia esurivi, et non dedistis mihi quod ederem, *et cætera. Quin etiam, si illud*, Destinatus in Evangelium Dei (*Rom.* I, 1); *et istud*, Qui destinavit me ab utero matris meæ (*Galat.* I, 15), *necessitatem aliquam continerent, quomodo recte* C *diceret Paulus :* Suggillo corpus meum, et in servitutem redigo, ne cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar; *et illud :* Væ etenim mihi, nisi Evangelium enuntiavero (*I Cor.* IX, 27)? *His enim aperte declarat, nisi castigaret corpus suum, et in servitutem redigeret, posse se, postquam aliis prædicasset, reprobum fieri, et sibi esse væ, nisi Evangelium annuntiasset. Fortassis igitur, cum istis segregavit illum Deus ex utero matris, et segregavit in Evangelium Dei, causam videns justæ segregationis, quod castigaturus esset corpus suum, et in servitutem redacturus, veritus ne postquam aliis prædicasset, ipse reprobus fieret, quodque sciens sibi fore væ, nisi Evangelium prædicasset, metuens ne sibi apud Deum væ esset, non siluit, sed Evangelium prædicavit. Atque hæc videbat qui eum segregavit in Evangelium suum, fore eum in ærumnis abundantius, in carceribus supra modum, in plagis plus justo, in mortibus frequenter : a Judæis quinquies quadragies una minus accepturum, ter virgis cæsum iri, semel lapidatum iri, et alia ejusmodi perpessurum* (*II Cor.* XI, 23, *seq.*) *: gloriantem in angustiis, et scientem tribulationem patientiam efficere, et sustinentem quæ futura Deus prænoverat, segregatum ex utero matris, et segregatum in Evangelium Dei. Propterea autem dignus erat qui segregaretur in Evangelium Dei, non propter excellentem aliquam naturam, et quæ ita esset comparata, ut eos qui tales non sunt, longe superaret : sed ob præscitas prius actiones, quæ postea factæ sunt ex apostolica quadam institutione. Neque jam Psalmi dictum interpretari tempestivum fuit; erat enim extra propositum : quare proprio loco, Deo dante, explicabitur, cum Psalmum edidisseremus. Sed hæc copiosius in illud*, Segregatus, *etc.*, *disputata sufficiant.*

(10) Al., *prædicaret*; al., *prædicaverit.*

(11) Sic mss. Editi vero : *Hæc ergo, et his similia, et alia multa*, etc.

(12) Editi, *cessaret.*

cunt, sicut et Marcus evangelista scribit [89]: *Initium Evangelii Jesu Christi, sicut scriptum est in Isaia propheta.* A Verum quoniam Christus Verbum est, et *in principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum* (13), *et Deus erat Verbum* [90], unum atque idem est dici Evangelium Dei et Evangelium Christi, vel quia ipse Dominus dicit quod *ego et Pater unum sumus* [91]: et iterum dicit ad Patrem: *Omnia mea tua sunt, et tua mea, et glorificatus sum in his* [92]. Ergo et Evangelium Patris Evangelium Filii est. Sed et Paulus dicit: *Evangelium meum quod prædico inter gentes* [93]: quod fortassis ut hæres Christi dicit, et tanquam in Evangelio cohæres, quia et alibi etiam plurimorum dicit esse Evangelium, sicut ad Galatas: *Sed et si velatum est* (14) B *Evangelium nostrum* [94]; *nostrum*, id est omnium qui cohæredes sumus Christi. Verum et secundum hoc quod ipse prædicator ejus est, recte suum dicit esse Paulus Evangelium.

465 4. *Quod ante promiserat per prophetas suos in Scripturis sanctis* [95]. Utrum simpliciter accipi debeat Evangelium per Scripturas propheticas a Deo repromissum; an ad distinctionem (15) alterius Evangelii quod æternum dicit Joannes in Apocalypsi [96], quod tunc revelandum est cum umbra transierit et veritas venerit, et cum mors fuerit absorpta et æternitas restituta, considerato etiam tu qui legis. Cui æterno Evangelio convenire videbuntur etiam illi æterni anni de quibus Propheta dicit: *Et annos æternos in mente habui* [97]. C Eique adjungi potest et ille liber vitæ, in quo sanctorum nomina scripta dicuntur [98]: sed et illi libri qui apud Danielem [99], cum judicium consedisset, aperti sunt; vel qui apud Ezechielem prophetam [1] deintus et deforis dicuntur inscripti: quæ omnia (16) non atramento, sed spiritu Dei vivi scripta memorantur [2]. De quibus quamvis periculosum videatur chartulis committere sermonem (17), tamen non otiose prætereunda sunt dicta sapientium et ænigmata [3], sed subtili admodum mentis acie, in quantum res patitur, velut per quoddam speculum contemplanda: ne forte is qui Verbum caro factus apparuit positis in carne (18), sicut Apostolus dicit [4], quia *manifestatus est in carne, justificatus in spiritu apparuit angelis*, hoc quod apparuit angelis (18*), non eis absque Evangelio apparuit: sicut ne nobis quidem hominibus, ad quos missum se dicit *evangelizare pauperibus, dimittere captivos in remissionem, et annuntiare annum Domini acceptum* [5]. Si ergo cum apparuit nobis hominibus, non sine Evangelio apparuit, consequentia videtur ostendere quod etiam angelico ordini non sine Evangelio apparuerit, illo fortassis quod æternum Evangelium a Joanne [6] memoratum supra edocuimus. Si vero etiam in reliquis cœlestibus ordinibus tale aliquid ab eo gestum esse suspicandum sit, in ea qua singuli quique sunt forma apparens eis, et annuntians (19) pacem, quoniam quidem *per sanguinem crucis suæ* pacificavit *non solum quæ in terra, sed et quæ in cœlis sunt* [7], etiam tu apud temetipsum discutito. *Quod promisit per prophetas suos in Scripturis sanctis* [8]. Quæ de Christo prædicta sunt per prophetas, hæc etiam de Evangelio prædicta esse sentiendum est, quamvis Marcus evangelista distinctionem facere videatur Christi et Evangelii, cum dicit [9]: *Qui dimiserit patrem et matrem*, etc., *propter me, vel propter Evangelium.* Quod et si proprie Evangelii promissiones requirendæ sunt, in prophetis abundanter invenies, ut est illud: *Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa* [10]; et: *Quam speciosi pedes evangelizantium bona* [11]! Ad hoc respicit et: *In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum* [12], et: *Velociter currit sermo ejus* [13]; sed et: *Ecce ego mitto pastores multos, et venatores multos, et capient eos super omnem montem, et super omnem collem* [14]. Per Jeremiam promittitur de Evangelio (20) quod nunc Paulus dicit, quia *promisit* Deus *per prophetas suos in Scripturis sanctis de Filio suo.*

5. (21) *Qui* Filius *secundum carnem* quidem *ex semine factus est David* [15]. Factus est autem sine dubio id quod prius non erat secundum carnem. Secundum spiritum vero erat prius, et non erat quando (22) non erat. Observandum est enim quia

[89] Marc. I, 1, 2. [90] Joan. I, 1. [91] Joan. X, 30. [92] Joan. XVII, 10. [93] II Tim. II, 8; Galat. II, 2. [94] II Cor. IV, 3. [95] Rom. I, 2, 3. [96] Apoc. XIV, 6. [97] Psal. LXXVI, 6. [98] Apoc. XVII, 8. [99] Dan. VII, 10. [1] Ezech. II, 9. [2] II Cor. III, 3. [3] Prov. I, 6. [4] I Tim. III, 16 [5] Isa. LXI, 1, 2. [6] Apoc. XIV, 6. [7] Colos. I, 20. [8] Rom. I, 2. [9] Marc. X, 29. [10] Psal. LXVII, 12. [11] Rom. X, 15. [12] Psal. XVIII, 5. [13] Psal. CXLVII, 15. [14] Jerem. XVI, 16. [15] Rom. I, 2.

(13) Ita ms. Regius num. 1641. Cæteri vero D mss. et editi, *et in principio erat apud Deum*, etc. Deinde editi, *unum atque idem dicit*, etc.

(14) Mss. quidam, *revelatum est.* Deinde mss. plerique et editi omittunt secundo loco *nostrum*, sed restituitur ex ms. Regio num. 1641.

(15) Sic Rabanus, ms. unus Regius num. 1640 et alter Vallis-claræ. Cæteri vero mss. et editi, *a Deo repromissum, ad distinctionem*, etc., omisso *an.*

(16) Ita Rabanus. Omnes vero mss. nostri, *omniaque.* Editi, *omnia quæque.*

(17) *Sermonem.* In editis omittitur et in pluribus mss., sed exstat in aliis et apud Rabanum.

(18) Ms. Regius num. 1639 et Rabanus, *positus in carne.* Cæteri mss. et editi ut in textu.

(18*) Vide *Origenian.* lib. II, quæst. 3, num. 23.

(19) Editi, *apparuit eis, annuntians*, etc.

(20) Editi, *per Jeremiam promittitur, quod nunc Paulus dicit de Evangelio*, etc. Ms. unus addit *quoque* ante *promittitur.* Cæteri mss. ut in textu.

(21) Si hunc locum commemorat Pamphilus martyr in *Apologia pro Origene: Quod promiserat per prophetas suos in Scripturis sanctis de Filio suo qui factus est secundum carnem ex semine David. Factus est quod ante non erat. Manifestum enim est quia secundum carnem non erat prius; secundum spiritum vero erat ante, et non erat quando non erat.*

(22) Editi, *et non erat prius* (ms. unus, *tempus*) *quando*, etc.

non dicit : *Qui prædestinatus est Filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis* [16]: sed, *Qui destinatus est Filius Dei* (23). Et nemo putet nos de hoc sermone curiosius quam res patitur, perscrutari. Quamvis enim in Latinis exemplaribus (24) *prædestinatus* soleat inveniri, tamen secundum quod interpretationis veritas habet, *destinatus* scriptum est, non *prædestinatus*. Destinatur enim ille qui est, prædestinatur vero ille qui nondum est, sicut hi de quibus (25) dicit Apostolus [17] : *Quos autem præscivit, illos et prædestinavit*. Præsciri ergo et prædestinari possunt illi qui nondum sunt ; ille autem qui est, et semper est, non prædestinatur, sed destinatur. Hæc dicta sint a nobis propter eos qui in unigenitum Filium Dei impietatem loquuntur, et ignorantes differentiam destinati et prædestinati, B putant eum inter eos qui, cum ante non fuerint, prædestinati sunt ut essent, numerandum : qui nunquam prædestinatus est ut esset Filius, sed semper fuit et est (26) sicut et Pater. Qui ergo semper est, destinatur, ut diximus, non prædestinatur ; qui autem prædestinatur, nondum erat tunc cum prædestinaretur, sed cœpit ex tempore. Necessaria igitur distinctione Apostolus utitur, eum qui ex semine David secundum carnem est, factum dicens ; eum vero quem Filium Dei *in virtute secundum spiritum sanctificationis* [18] nominat, destinatum. Etenim cum dixisset *Filium Dei*, non superfluo addidit, *in virtute*, indicans per hoc quod substantia Filius sit secundum spiritum sanctificationis. Christus C
466 enim Dei virtus et Dei sapientia dicitur [19], qui et vapor virtutis Dei, et manatio gloriæ Omnipotentis purissima, et splendor lucis æternæ, et imago bonitatis Dei appellatur [20]. (27) Sed requiritur, si id quod de semine David nascitur (28), secundum carnem est, quod vero in virtute destinatur secundum spiritum sanctificationis, Filius Dei et in substantia Dei est, quomodo accipiendum est de anima Jesu, quæ hic nequaquam cum carne et

A spiritu sanctificationis vel divinæ virtutis substantia nominatur ; de qua alibi ipse Salvator dicit, quia *tristis est anima mea usque ad mortem* [21] ; et : *Nunc anima mea turbata est* [22] : quam et a semetipso posuit, imo quæ (29) usque ad infernum descendit, de qua et dicitur : *Non derelinques animam meam in inferno* [23]. Certum est enim quia hæc non de semine David generata sit. Dicit enim quia quod factum est ex semine David, secundum carnem est [24]. Quia ergo neque in eo quod secundum carnem est, videtur annumerari, neque in eo ubi destinatur (30) Filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis [25], puto quod consuetudine sua Apostolus utatur etiam in hoc loco, sciens mediam semper esse animam inter spiritum et carnem, et aut jungere se carni, et effici unum cum carne ; aut sociare se spiritui, et esse unum cum spiritu : ex quo, si quidem cum carne sit, carnales homines fiant ; si vero cum spiritu, spiritales. Et idcirco extrinsecus eam non nominat, sed carnem tantum, vel spiritum ; scit enim alteri horum necessario animam cohærere, sicut et in his ad quos dicit: *Vos autem in carne non estis, sed in spiritu* [26] ; et : *Qui se jungit meretrici, unum corpus est* (meretricem hic carnem vel corpus vocans), *qui autem se jungit Domino, unus spiritus est* [27]. Ita ergo etiam nunc sciens de anima Jesu, quia sociata Domino, et cohærens ei, unus cum ipso factus sit spiritus sanctificationis, non eam nominavit extrinsecus, ne solveret Jesum : *Quod enim* (31) *Deus conjunxit, homo non separet* [28]. Sanctificationis vero spiritus dicitur secundum hoc quod præbet omnibus sanctitatem, sicut et alibi [29] de eo scriptum est : *Qui factus est sapientia nobis a Deo, et justitia, et sanctificatio, et redemptio*. Verum occurrunt nobis quidam quæstiones acerbissimas commoventes (32), quomodo videatur Christus descendere ex semine David, quem constat non esse ex Joseph natum, in quem Joseph series ex David descendentis genera-

[16] Rom. I, 4. [17] Rom. VIII, 29. [18] Rom. I, 4. [19] I Cor. I, 24. [20] Sap. VII, 25, 26. [21] Matth. XXVI, 38. [22] Joan. XII, 27. [23] Psal. XV, 10. [24] Rom. I, 3. [25] ibid. 4. [26] Rom. VIII, 9. [27] I Cor. VI, 16, 17. [28] Matth. XIX, 6. [29] I Cor. I, 30.

(23) Editi, *qui destinatus est Filius Dei in virtute*.

(24) Editi, *in Latinis codicibus et exemplaribus*. Deinde omittunt *secundum*.

(25) Sic ms. Regius num. 1641. Cæteri vero mss., Rabanus, et editi, alii, *sicut de his de quibus* (al. *quibus* omisso *de*) *dicit*, etc. ; alius, *sicut de quibusdam dicit*, etc.

(26) Ita ms. Regius num. 1641 ; cæteri vero mss., Rabanus et editi omittunt *et est*.

(27) Huc referendum videtur quod Pamphilus martyr in *Apologia* sua ex libro primo Epistolæ ad Romanos desumptum commemorat. *Quærat fortassis aliquis si Filius charitas est, præcipue propter hoc, quod Joannes ad Deum Patrem retulit hanc vocem, dicens :* Quia Deus charitas est (*I Joan.* IV, 8, 16). *Sed rursum ex ipsa ejus Epistola proferemus et illud quod ait :* Charissimi, diligamus invicem, quoniam charitas ex Deo est (*ibid* 7). *Qui ergo dixit :* Quia Deus charitas est, *ipse iterum charitatem docet esse ex Deo : quam charitatem non credo esse alium, nisi Unigenitum Filium ejus, sicut Deum ex Deo, ita charitatem ex charitate progenitum*.

D (28) *Nascitur*. Deest in antea editis. Paulo post mss. plures : *Filius Dei et substantia Dei est*.

(29) Editi et ms. unus, *imo qua*, etc. Sed cæteri mss. et Rabanus, *imo qua*, etc.

(30) Sic mss. et Rabanus ; editi vero, *neque in eo ubi descendit, de qua dicitur :* Non derelinques animam meam in inferno (*Psal.* XV, 10). *Destinatur*, etc.

(31) *Enim*. Deest in editis. Deinde ms. Regius num. 1639, et Rabanus, *non separat*. Cæteri mss. et editi, *non separet*.

(32) Editi, et ms. unus, *quædam questiones acerbissime* (al. *acerrime*) *commoventes*. Sed cæteri mss. et Rabanus, rectius, ut in textu. Socrates *Hist. eccl.* lib. VII, cap. 32, ait : Καὶ Ὠριγένης δὲ ἐν τῷ πρώτῳ τόμῳ τῶν εἰς τὴν πρὸς Ῥωμαίους τοῦ Ἀποστόλου Ἐπιστολὴν, ἑρμηνεύων πῶς θεοτόκος λέγεται, πλατέως ἐξήτασε. *Sed et Origenes in primo tomo* Commentariorum in Epistolam Pauli ad Romanos, *exponens qua ratione dicatur Deipara, eam quæstionem latissime pertractavit*. Quod ab Origene hoc in loco pertractatum fuisse verisimile est.

tionis adducitur. Quibus occurrere quamvis molestum sit secundum litteræ rationem, tamen respondetur a nostris, quod *Maria quæ desponsata Joseph antequam convenirent inventa est in utero habens de Spiritu sancto* [30], secundum legem sine dubio contribuli suo et cognato conjuncta est. Et quamvis dicatur ad eam ab angelo, quia *et Elisabeth cognata tua etiam ipsa pariet filium in senectute sua* [31] (Elisabeth autem ex filiabus Aaron esse dicitur), tamen affirmatur a nostris (33) quod cognationis nomen non solum ad contribules, sed et ad omnes qui sunt ex genere Israel, inter se invicem competenter possit aptari, sicut et idem apostolus de omnibus simul dicit [32] : *Qui sunt cognati mei secundum carnem.* Hæc quidem et alia his similia (34) respondentur ; verum quam sint valida adversum assertiones eorum qui nos de Scripturarum testimoniis perurgent, probato tu qui legis. Nobis tamen hæc intelligenda secundum spiritalem vel allegoricam rationem magis videntur, secundum quod nihil obest etiam quod Joseph pater Christi dicitur, cum omnino non sit ejus pater ; quia et in generationibus a Matthæo refertur [33], quod Josaphat genuerit Joram, et Joram genuerit Oziam ; in quarto autem Regnorum libro scriptum est [34], quod Joram genuerit Ochoziam, et Ochozias genuerit Joas, et Joas genuerit Amasiam, Amasias vero genuerit Azariam, ipsum qui interdum Ozias nominatur ; et Azarias Joatham. Hic ergo Ozias, qui et Azarias, cum in quarto Regnorum libro (35) dicatur Amasiæ esse filius, a Matthæo Joræ filius scribitur, tribus in medio generationibus prætermissis. Cujus rei dissertio, certum est quod non secundum historiam, sed secundum spiritalem intelligentiam constet ; quæ non est nobis nunc in transitu pulsanda : in suo enim loco tangetur (36). Interim sufficit nobis ad eos qui adversantur respondere, quod sicut Jesus Joseph filius esse dicitur, ex quo non est generatus ; et Ozias genitus ex Joram, ex quo non est genitus : ita et ex semine David secundum carnem Christus potest accipi, ut quidquid **467** rationis vel assertionis in Joram protulerunt, et in Joseph, hoc et in David suscipiendum dicamus.

6. *Ex resurrectione mortuorum Jesu Christi Domini nostri* [35]. Quomodo quidem is qui secundum carnem factus esse dicitur ex semine David, Filius Dei sit ex resurrectione mortuorum, difficile non est advertere ei qui legerit illud quod scriptum est [36] : *Decebat enim eum per quem omnia, et in quo omnia, multos filios in gloriam adducentem, auctorem salutis eorum per passiones consummari* (37). Finis autem passionum Christi, resurrectio est ; et quia post resurrectionem *ultra jam non moritur, neque mors ei ultra dominabitur* [37-38] ; et iterum dicitur, *quia etsi agnovimus Christum secundum carnem, sed nunc jam non novimus* [39], ideo omne quod est in Christo, jam nunc Filius Dei est. Quomodo autem hoc et ad eum qui Filius Dei in virtute destinatus est [40] referatur, coarctat intelligentiam nostram, nisi quod per indissolubilem unitatem Verbi et carnis, omnia quæ carnis sunt ascribuntur et Verbo, quomodo et quæ Verbi sunt prædicantur in carne. Jesum vero, et Christum, et Dominum invenimus sæpe ad utramque naturam referri, ut est illud : *Unus Dominus noster Jesus Christus, per quem omnia* [41] ; et iterum : *Si enim cognovissent, nunquam Dominum majestatis* (38) *crucifixissent* [42]. Primitivus ergo vel *primogenitus ex mortuis* dicitur [43] Christus. Sed requirendum nobis est, si solus est primogenitus vel primitivus ex mortuis, et non habet aliquos secum etiam in primitivatu (39) participes, de quibus dicit Apostolus quia *suscitavit nos cum Christo, simulque fecit sedere in cœlestibus* [44]. Ne forte ergo et isti quos dicit excitatos esse cum Christo, et cum eo sedere in cœlestibus, et ipsi primogeniti sint, vel primitivi ex mortuis, sicut et illi fuerunt qui cum illo suscitati esse dicuntur, cum *monumenta aperta sunt, et multorum sanctorum corpora apparuerunt et ingressa sunt* (40) *in sanctorum civitatem* [45]. Et de his talibus fortassis Apostolus dicit [46] esse illam Ecclesiam primitivorum, quam ascriptam memorat in cœlis.

7. *Per quem accepimus gratiam et apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine ejus* [47]. Per Christum accepisse se dicit gratiam et apostolatum, utpote mediatorem Dei et hominum [48]. *Gratiam et apostolatum.* Gratia ad laborum patientiam referenda est ; apostolatus ad prædicationis auctoritatem, quia et ipse Christus apostolus dicitur [49], id est missus a Patre, quippe qui ad evangelizandum pauperibus missum se dicit [50]. Omnia ergo quæ sua sunt, dat etiam discipulis suis. Gratia dicitur diffusa in labiis ejus [51]. Dat et apostolis

[30] Matth. I, 18. [31] Luc. I, 36. [32] Rom. VI, 3. [33] Matth. I, 7. [34] IV Reg. VIII, 25 ; XI, 2 ; XIV, 1 ; XV, 1, 7, 30, 32, 34. [35] Rom. I, 4. [36] Hebr. II, 10. [37-38] Rom. VI, 9. [39] II Cor. V, 16. [40] Rom. I, 4. [41] Cor. VIII, 6. [42] I Cor. II, 8. [43] Colos. I, 18. [44] Ephes. II, 6. [45] Matth. XXVII, 52. [46] Hebr. XII, 23. [47] Rom. I, 5. [48] I Tim. II, 5. [49] Hebr. III, 1. [50] Luc. IV, 18. [51] Psal. XLIV, 3.

(33) Editi, *affirmabitur a nostris.* Ms. Regius num. 1639, *affirmabitur a nobis ;* cæteri vero mss. ut in textu.

(34) Editi, *et alia similiter.*

(35) Editi et mss. nostri fere omnes habent, *in tertio Regnorum libro ;* sed male, cum constet non in tertio hæc, sed in quarto exstare.

(36) Sic recte ms. Regius num. 1639 ; cæteri vero mss. et editi, *jungetur.* Verisimile est Origenem de his disseruisse tomo I *Commentariorum in Matthæum ;* sed hæc modo non exstant.

(37) Editi et ms. unus, *consummare.*

(38) Editi et ms. unus, *gloriæ.*

(39) Sic mss. plerique ; editi vero et ms. unus, *primatu.*

(40) Sic mss. At vero editi, *et multa sanctorum corpora qui dormierant, surrexerunt, et ingressi sunt,* etc.

suis gratiam, cum qua laborantes dicant: *Abundantius vero quam omnes illi laboravi: non autem ego, sed gratia Dei mecum* [52]. Et quia de ipso dictum est: *Habentes igitur Pontificem et Apostolum confessionis nostræ Christum* [53], dat discipulis suis apostolatus dignationem, ut et ipsi efficiantur apostoli Dei. Neque enim gentes, quæ erant *alienæ a testamento Dei, et conversatione Israel* [54], credere poterant Evangelio, nisi per gratiam quæ apostolis fuerat data, per quam prædicantibus apostolis in fidem obedire dicitur [55] (41), et in omnem terram de nomine Christi sonus gratiæ eorum commemoratur exiisse [56], ita ut ad eos qui Romæ sunt perveniret, ad quos ait Apostolus: *In quibus estis et vos vocati Jesu Christi* [57]. Paulus vocatus apostolus dicitur, et Romani vocati quidem, non tamen apostoli, sed vocati sancti in obedientiam fidei. De diversitate autem vocatorum jam superius diximus (41*).

8. *Omnibus qui sunt Romæ dilectis Dei, gratia vobis et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo* [58]. Benedictio hæc pacis (42) et gratiæ, quam dat dilectis Dei ad quos scribit apostolus Paulus, puto quod non sit minor quam fuit benedictio Noe in Sem et in Japheth [59], quæ per Spiritum impleta est erga eos qui fuerant benedicti: similiter et ea in qua benedictus est Abraham a Melchisedech [60], et Jacob a patre suo Isaac [61], et duodecim patriarchæ qua benedicuntur a patre suo Israel [62]; vel benedictio Moysi (43) qua benedixit duodecim tribus Israel [63]. Non ergo his omnibus inferiorem duco (44) hanc Apostoli benedictionem, qua benedixit Ecclesias Christi. Ait enim et ipse de se [64]: *Puto enim quia et ego Spiritum Dei habeo.* In Spiritu ergo Dei scribit Apostolus et in Spiritu benedicit. Per ipsum ergo Spiritum benedictiones capient hi qui benedicuntur ab Apostolo, si tamen digni (45) inveniantur super quos veniat benedictio ejus. Alioquin fiet illud quod scriptum est [65]: *Si fuerit ibi filius pacis, pax vestra veniet super eum; sin autem, pax vestra ad vos revertetur.* Quod scriptum est ergo de pace, hoc et de gratia fiet, quia gratiam simul cum pace conjungit. Sciendum tamen est, quod hæc Apostoli consuetudo scribendi, non erga omnes ab eo servatur Ecclesias. Nam ad Corinthios quidem in prima et secunda, et ad Galatas, et ad Ephesios, et ad Philippenses similiter scribit [66]. Ad Colossenses vero [67], *Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro* dicit; et non addit, *et Domino nostro Jesu Christo.* Ad Thessalonicenses vero prima ita habet [68]: *Gratia vobis et pax,* **468** et nihil ultra. In secunda vero: *Gratia vobis, et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo* [69]. Ad Timotheum prima et secunda: *Gratia, misericordia et pax a Deo Patre, et Christo Jesu Domino nostro* [70]. Ad Titum vero [71]: *Gratia, misericordia et pax a Deo Patre, et Christo Jesu Salvatore nostro.* Et quamvis curiosior videatur hujuscemodi observatio, tamen qui nihil otiosum credit esse in Scripturis divinis, etiam horum differentias et diversitates non inanes putabit.

9. *Primum quidem gratias ago Deo meo per Jesum Christum pro omnibus vobis, quoniam fides vestra annuntiatur in universo mundo* [72]. Quoniam ad quosdam scribens Apostolus, dicit pro omnibus se gratias agere (46), sicut et nunc ad Romanos; ad alios vero scribens gratias quidem agit, sed non addit (47), *pro omnibus*; observans invenies quod ubi dicit *pro omnibus* se gratias agere, culpas aliquas graves aut probra in eos non exaggerat (48); ubi autem notat aliquos vel arguit, non addit ad gratiarum actionem (49), quod *pro omnibus* gratias agat, sicut et ad Corinthios [73] vel ad Colossenses [74]. Ad Galatas vero [75] omnino nec ponit gratiarum actionem, quod eos miratur *tam cito* transferri *ab eo qui vocavit* eos, *in aliud Evangelium.* Prima ergo vox incipit a gratiarum actione (50). Agere autem Deo gratias, hoc est sacrificium laudis offerre; et ideo addit, *Per Jesum Christum,* velut per Pontificem magnum. Oportet enim scire eum qui vult offerre sacrificium Deo, quod per manus pontificis debet offerre [76]. Sed et hoc quod dixit, *Deo meo,* non est otiose accipiendum. Non enim vox ista potest esse nisi sanctorum, quorum Deus dicitur, sicut Deus Abraham, vel Isaac, vel Jacob [77]. Non potest Dominum Deum suum dicere is cui venter Deus est [78], aut cui avaritia Deus est, aut cui gloria sæculi, et pompa mundi, aut potentia rerum caducarum Deus est. Quidquid enim unusquisque supra

[52] I Cor. XV, 10. [53] Hebr. III, 1, 4, 14. [54] Ephes. II, 12. [55] Rom. I, 5. [56] Psal. XVIII, 5; Rom. X, 18. [57] Rom. I, 6. [58] ibid. 7. [59] Gen. IX, 26, 27. [60] Gen. XIV, 19, 20. [61] Gen. XXVII, 28, 29. [62] Gen. XLIX, 3, seq. [63] Deut. XXXIII, 6, seq. [64] I Cor. VII, 40. [65] Luc. X, 6. [66] I Cor. I, 3; II Cor. I, 2; Galat. I, 3; Ephes. I, 2; Philip. I, 2. [67] Coloss. I, 3. [68] I Thess. I, 2. [69] II Thess. I, 2. [70] I Tim. I, 2; II Tim. I, 2. [71] Tit. I, 4. [72] Rom. I, 8. [73] I Cor. I, 4. [74] Coloss. I, 3. [75] Galat. I, 6. [76] Hebr. VIII, 3. [77] Exod. III, 6. [78] Philip. III, 19.

(41) Ms. unus Regius num. 1641, *fidei obedirent.* Alter Regius num. 1639, *in fidem obedire dicuntur.* Cæteri mss., Rabanus et editi, *in fidem obedire dicitur.*

(41*) Vide supra, num. 2.

(42) Rabanus, et ms. Regius num. 1639, *Benedictio autem pacis,* etc. Deinde idem ms., *puto quod non sit minor ea quæ fuit benedictio in Sem et in Japheth, quoniam per Spiritum,* etc. Sed cæteri mss. et editi ut in textu, nisi quod editi habeant, *quæ datur* pro *quam dat.*

(43) Ms. Regius num. 1639, *benedictione Moysi.* Deinde editi, *qui benedixit tribus,* etc. Sed cæteri mss. et Rabanus ut in textu.

(44) Editi et ms. unus, *dico,* male.

(45) Ms. Regius num. 1639, *si non indigni.*

(46) Ms. Regius num. 1639, *quando.* Deinde editi, *semper gratias agere,* etc.

(47) Editi, *agere, sed non addidit.*

(48) Editi, *aut probra non exaggeret.*

(49) Editi, *non addidit gratiarum actionem.*

(50) Sic mss. et Rabanus. At editi, *ad gratiarum actionem.*

cætera colit, hoc illi Deus est. Sed videamus quid est pro quo Apostolus gratias agit Deo suo. *Quoniam*, inquit, *fides vestra annuntiatur in universo mundo. In universo mundo* si simpliciter accipiamus, hoc videtur designare (51), quod in multis locis mundi, hoc est terræ hujus, eorum qui Romæ sunt fides et religio prædicetur. Si vero, ut in nonnullis, etiam in hoc loco mundus designatur qui ex cœlo constat et terra, atque omnibus quæ in eis sunt, potest etiam illud intelligi quod virtutes, de quibus dicitur quia *gaudium habeant super uno peccatore pœnitentiam agente* [78], multo magis de conversione quoque et fide Romanorum lætentur, nuntiantibus sibi angelis illis qui ascendunt et descendunt ad Filium hominis [79*]. Et ipsi enim B mirantur de conversione gentium, et quod in omnem terram exivit sonus apostolorum Christi Jesu. Denique et agones ipsorum spectantes in hoc mundo lætantur, sicut Apostolus dicit [80]: *Quia spectaculum facti sumus huic mundo, et angelis, et hominibus*. Potest tamen et ita intelligi, quod fides ista quam Romani habent, ipsa eademque sit, et non alia, quam quæ in universo mundo annuntiatur et creditur, quæ non solum in terra, sed etiam in cœlis prædicatur: quia Jesus pacificavit per sanguinem suum non solum quæ in terris sunt, sed et quæ in cœlis [81]; et in nomine ejus genu flectunt non solum terrestria, sed et cœlestia et inferna [82]. Et hoc est in universo mundo fidem prædicari, per quam omnis mundus sit (52) subditus Deo [83]. Ob- C servandum sane est quia ad hoc quod dixit, *primum quidem*, non reddidit, verbi gratia, ut diceret: Secundo autem; sed ut prædiximus de elocutionibus minus finitis; nisi forte videatur in eo reddi cum dicit: *Nolo autem vos ignorare, fratres* [84].

10. *Testis enim mihi est Deus, cui servio in spiritu meo, in Evangelio Filii ejus* [85]. Deus testis est sanctis suis, quia et ipsi testes sunt Dei, secundum quod dicit propheta (53): *Eritis mihi testes, et ego testis, dicit Dominus* [86]. Sed et Salvator ad discipulos dicit [87]: *Eritis mihi testes in Jerusalem, et in Samaria, et in omnibus finibus terræ*, secundum illud quod scriptum est [88]: *Qui confessus fuerit in me, et ego confitebor in eo coram Patre meo*. Videamus autem quid est quod dicit, *cui servio in spiritu meo*. D Servire in spiritu simile mihi videtur esse, imo et amplius aliquid quam adorare in spiritu, sicut et

A ipse Dominus dicebat ad Samaritanam mulierem: *Venit hora* (54), *et nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et veritate* [89]. Sed Paulus non solum adorat in spiritu, verum et deservit in spiritu. Nam adorare quis potest et sine affectu; deservire vero ejus est quem constringit affectus. Deservit ergo Apostolus Deo, non in corpore, neque in anima, sed in meliore sui parte, id est in spiritu. Hæc enim tria esse in homine designat ad Thessalonicenses scribens, cum dicit [90]: *Ut integrum corpus vestrum, et anima, et spiritus in die Domini nostri Jesu Christi servetur*. Et Daniel dicit: *Laudate, spiritus et animæ justorum, Dominum* [91]. Apostolus ergo ubique spiritum præfert, et repudiat carnem vel quæ carnis sunt. Denique et legis ipsius spiritum laudat; litteram vero tanquam carnem spernit, cum dicit [92]: *Littera occidit, spiritus vero vivificat*. Sed et cum dicit [93]:
469 *Etenim in quo infirmabatur lex per carnem, Deus Filium suum mittens in similitudine carnis peccati*, carnem legis, sine dubio litteram legis dicit. Per litteram namque infirmabatur lex, ut non posset impleri. Quis enim impleret vel de Sabbato quod scriptum est [94]: *Non te movebis de loco tuo in die Sabbatorum* (quomodo enim fieri poterat, ut se aliquis penitus non moveret de loco suo in die Sabbatorum?), vel de legibus lepræ in stamine, vel in pariete, vel in pellicula exortæ [95], et mille alia (55) in quibus secundum litteram tanquam secundum carnem infirmata est lex? Propterea ergo Apostolus dicit [96], *quia lex spiritualis est*. Qui igitur legem intelligit esse spiritualem, hic spiritu servit Deo. Unde et alias dicit [97]: *Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini*, hoc est, secundum litteram quæ occidit; *si autem spiritu actus carnis mortificaveritis, vivetis*. Requirendum sane est si et patres antiqui, patriarchæ, vel prophetæ, qui etiam ipsi fuerunt perfecti, in spiritu Deo servisse (56) credendi sunt, quia et *Abraham desideravit ut videret diem* Domini, *et vidit, et lætatus est* [98]; et *Moyses et Elias apparuerunt* in gloria *colloquentes cum* Jesu in monte [99]. In quo ostenditur Legem et Prophetas cum Evangeliis consonare, et in eadem gloria spiritalis aspectus atque intelligentiæ refulgere.

11. *Quomodo sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis, obsecrans si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeam in*

[78] Luc. XV, 10. [79*] Joan. I, 52. [80] I Cor. IV, 9. [81] Colos. I, 20. [82] Philip. II, 10. [83] Rom. III, 19. [84] Rom. I, 13. [85] ibid. 9. [86] Isai. XLIII, 12. [87] Act. I, 8. [88] Matth. X, 32. [89] Joan. IV, 23. [90] I Thess. V, 23. [91] Dan. III, 86. [92] II Cor. III, 6. [93] Rom. VIII, 3. [94] Exod. XVI, 29. [95] Levit. XIII, 48 seq. [96] Rom. VII, 14. [97] Rom. VIII, 13. [98] Joan. VIII, 56. [99] Matth. XVII, 3.

(51) Ms. Regius num. 1639, *hoc vult designare*.

(52) Alias, *sit*. Et infra, *sed prædiximus*, omisso *ut*.

(53) Ms. unus, *secundum quod dicit per prophetam*. Et paulo post alter ms. et editi, *Qui confessus fuerit me, et ego confitebor eum*, etc. Sed cæteri mss. et Rabanus ut in textu.

(54) Mss. aliquot, *Veniet hora*, etc. Alter ms., *Mulier, venit hora*, etc. Sed cæteri mss. et editi ut in textu.

(55) Sic. mss. plerique. Cæteri vero et editi, *et multa alia*, etc. Et paulo post: *Unde et ad alios dicit*.

(56) Editi, *in spiritu Deo servi esse* (ms. unus, *in Spiritu sancto servi esse*) *et gavisus est*, etc. Cæteri mss. ut in textu.

voluntate Dei veniendi ad vos [1]. Quod sine intermissione pro his quibus scribit, orare se dicit, mandati sui memor complet opere quod sermone præcipit [2]. Quia autem dicit obsecrare se si quomodo tandem aliquando prosperum iter habeat, ut in voluntate Dei veniat ad Romanos, considerandum est quod apostolus Dei ad opus sanctum, id est opus Evangelii, proficiscens, exspectat donec obsecrationibus impetret non solum (57) prosperum sibi iter fieri, sed et in voluntate Dei prosperum fieri. Unde et multo magis nobis, quibus non est vel operis tanta vel meriti conscientia, cum aliquid agere disponimus, a Deo itineris prosperitas postulanda est. Puto tamen quod etiam hoc voluit intelligi Apostolus, quia non semper itineris prosperitas Dei voluntate perficitur. Denique et Balaam iter habuit prosperum eundi ad Balach, ut malediceret populo Israel [3]; sed non fuit illa ex voluntate divina prosperitas. Et multi in rebus sæculi prosperis utuntur successibus, et exsultant in prosperitatibus suis; sed non est talis prosperitas ex voluntate Dei, nisi cum tale est opus itineris nostri, quale hic designat Apostolus.

12. *Desidero enim*, inquit, *videre vos, ut aliquod tradam vobis donum spiritale* (58) *ad confirmandum vos, id est, consolari in vobis per eam, quæ invicem est, fidem vestram atque meam* [4]. Primo omnium discere debemus opus esse apostolicum desiderare fratres, sed non aliam ob causam, nisi ut vel conferamus eis aliquid doni spiritalis si possumus, vel si non possumus, ipsi ut accipiamus ab his (59). Sine hoc enim non est probabile desiderium circumeundi fratres. Quod autem dicit, *ut aliquod tradam vobis donum spiritale*, videtur indicare esse aliquid quod donum quidem sit, non tamen spiritale. Nam donum fidei sine dubio spiritale est, et donum sapientiæ, et scientiæ, et virginitatis similiter. Ubi autem dicit de nuptiis et virginitate loquens: *Sed unusquisque proprium habet donum a Deo, alius sic, alius autem sic* [5]; donum quidem dicit esse nuptias, quoniam, sicut scriptum est, *a Deo aptatur mulier viro* [6]; sed non istud donum est spiritale. Possunt et alia multa dona Dei dici, ut divitiæ et fortitudo corporis, ut formæ decor, ut regnum terrestre. A Deo enim etiam hæc donantur, sicut et Daniel dicit: *Quia ipse facit reges, et commutat* [7]; sed non sunt hæc dona spiritalia. Beati sunt ergo illi quibus spiritalem gratiam tradere vult Apostolus ad confirmationem fidei, ut ultra jam non sint parvuli,

A neque circumferantur omni vento doctrinæ [8]. Quod cum fit a Paulo, et ipse consolationem capit, opus suum firmum et stabile videns; et illi consolantur qui apostolicæ gratiæ participes fiunt.

13. *Nolo autem vos ignorare, fratres* [9], *quia sæpe proposui venire ad vos* (*et prohibitus sum usque adhuc*) *ut aliquem fructum habeam et in vobis, sicut et in cæteris gentibus. Græcis ac barbaris, sapientibus et insipientibus debitor sum: ita quod in me est, promptus sum* (60) *et vobis, qui Romæ estis, evangelizare.* Est quidem et hyperbaton in hoc loco; est et elocutionis defectio. Sed hyperbaton hoc modo possumus reddere: Nolo autem vos ignorare, fratres, quia sæpe proposui venire ad vos, ut aliquem fructum habeam et in vobis, sicut et in cæteris gen-
B tibus, Græcis ac barbaris, sapientibus et insipientibus, et prohibitus sum usque adhuc. Defectio vero elocutionis hoc modo adimplebitur. In eo ubi dicit: *Et in cæteris gentibus, Græcis ac barbaris, sapientibus et insipientibus*, videtur deesse *quibus*, ut ea quæ subsequuntur sic legantur, *quibus debitor sum*; et sit talis consequentia: Sicut fructum habeo in cæteris gentibus, Græcis ac barbaris, sapientibus et insipientibus, quibus debitor sum, ita quod in me est, promptus sum etiam vobis, qui Romæ estis, evangelizare. Nunquam enim apud ullam gentem erubui **470** prædicare Evangelium, quia virtus Dei est in eo ad salutem omni credenti, Judæo primum, et Græco; quia in Evangelio justitia Dei revelatur [10],
C quæ obtecta prius velabatur in Lege. Revelatur autem in his qui ex fide Veteris Testamenti ad fidem novam Evangelii veniunt, sicut et in propheta dictum est [11], quia *justus*, etiamsi in lege adhuc sit, Deo credens et famulo ejus Moysi, *ex fide vivit*; et cum ad Evangelium (61) venit, ex fide Legis in fidem Christi dirigitur, et ita ex fide in fidem proficit. Hæc, quantum ad consequentia verborum ipsius Apostoli pertinet, dicta sint. Nunc autem quod spectat ad intelligentiam requiramus. Quod ait, *quia sæpe proposui venire ad vos*, charitatem suam quam erga Romanos habebat, ostendit (62). Quod vero addidit, *et prohibitus sum usque adhuc*, si quidem putetur a Deo prohibitus, ostenditur per hoc etiam id curæ esse Deo, quo unusquisque apostolorum
D vel debeat ire vel non debeat, et quod dispensatione quadam aliis quidem sinat prædicari (63) verbum Dei, aliis prohibeat, sicut et alibi dicit [12]: *Et cum tentaremus ire in Bithyniam, prohibuit nos Spiritus Jesu*; et in Evangeliis a Salvatore dicitur:

[1] Rom. I, 9, 10. [2] I Thes. V, 17. [3] Num. XXII, 22, seq. [4] Rom. I, 11, 12. [5] I Cor. VII, 7. [6] Prov. XIX, 14. [7] Dan. II, 21. [8] Ephes. IV, 14. [9] Rom. I, 13-15. [10] Rom. I, 16-18. [11] Habac. II, 4. [12] Act. XVI, 7.

(57) Alia, *Quod autem.... considerandum quod Apostolus Dei ad opus sanctum Evangelii* (al. *ad opus sanctum, opus Evangelii*) ... *imploret* (al. *impleret*; al. *impetraret*) *non solum*, etc.

(58) Editi, *aliquid impartiar* (al. *impartiatur*) *vobis gratiæ spiritualis.*

(59) Alias, *ut ipsi capiamus ab eis.*

(60) *Promptus sum.* Sic mss.; editi, *promptum est.*

(61) *Ad Evangelium*, etc. Sic mss. plerique. Editi vero, et ms. unus, *de Evangelio venit*, *ex fide legis in fide Christi*, etc.

(62) Editi, *innotuit.*

(63) Mss. plures, *prædicari.* Alii vero et editi, *prædicare.* Paulo post editi, *cæteris autem parabolis.* Et infra mss. aliquot, *ad illud referatur de quo*, etc..

Vobis datum est[13] *nosse mysterium regni Dei, aliis autem in parabolis, ut videntes non videant, et audientes non audiant.* Si vero, *prohibitus sum usque adhuc*, ad illum referatur de quo ipse alibi dicit[14], quia *impedivit nos Satanas*, competenter ostendit se in orationibus sine intermissione certare, ut, devictis Satanæ impedimentis, prosperum iter ejus fiat in voluntate Dei videre eos qui Romæ sunt. Desiderat enim, et in orationibus obsecrare non cessat fructum aliquem capere ex ipsis, sicut ex cæteris gentibus. Unde velut multarum divitiarum cupidus Paulus, ex multis rationabilibus possessionibus reditus desiderat congregare. Congregat fructus ex Græcis, congregat ex barbaris, congregat ex sapientibus, aliquid etiam ex insipientibus colligit[15], dum aliis tanquam perfectis sapientiam loquitur, aliis tanquam insipientibus nihil aliud scire se dicit, nisi Christum Jesum, et hunc crucifixum[16]; dum alios ex Lege et Prophetis docet, alios signis et virtutibus suadet. Verum hos omnes fructus affert Paulus, quia tanquam palmes bonus permanet in vite vera, quæ est Christus, quem frequentius Pater purgat agricola, et ideo fructum plurimum affert[17]. Purgat autem eum in laboribus, in tribulationibus, in persecutionibus. Sunt enim (64) alii palmites, qui in vite quidem permanent, fructum vero non ferunt, sed sunt aridi. Ex quibus sunt illi qui nomine quidem permanent in Christo, operibus autem et actibus infructuosi inveniuntur et aridi; qui dicuntur excidi a Patre (65), et in ignem mitti. Sicut enim primus homo Adam vitis quædam fuit, et radix humani generis, quæ attulit quosdam quidem palmites fructuosos, ut Seth, Enos, Enoch (66), et reliquos usque ad Noe; alios autem infructuosos et inutiles, ut Cain, et omnem quæ ex ipso procreata est stirpem : ita et in Christo, qui est novissimus Adam, sunt quidam palmites fructuosi, velut in vite vera fructificantes ; quidam vero aridi et Patre agricola excidendi. Sed et illud observandum est, quod singulari numero Apostolus bonorum nominat *fructum*, sicut et alibi[18] : *Fructus autem Spiritus est charitas, gaudium, pax;* opera autem carnis quæ exprobrat, pluraliter profert[19]. Quod si quis objiciat illud quod in Psalmo scriptum est[20], *Labores fructuum tuorum manducabis*, pro bono et pluraliter dictum ; sciendum est quod sicut is qui margaritas negotiabatur (67) plures, inveniens unam pretiosam, vendidit omnes, et emit illam unam[21]; ita quis a pluribus fructibus incipiens, ad unum perfectionis tendere debet fructum. Requirendum nunc est quomodo Apostolus Græcis et barbaris, sapientibus et insipientibus debitor est. Quid enim ab ipsis acceperat, unde eis debitor fieret ? Arbitror diversis quidem gentibus inde eum effectum esse debitorem, quod omnium gentium linguis eloqui (68) accepit per gratiam Spiritus sancti, sicut et ipse dicit : *Omnium vestrum magis linguis loquor*[22]. Quia ergo linguarum notitiam non pro se quis (69), sed pro his quibus prædicandum est accipit, debitor omnibus illis efficitur quorum accepit a Deo linguæ notitiam. Sapientibus autem efficitur debitor per hoc quod accepit sapientiam in mysterio absconditam, quam perfectis et sapientibus loqueretur. Quomodo autem et insipientibus ? In quo patientiæ gratiam et longanimitatis accepit. Summæ etenim patientiæ est ferre insipientium motus. Gratissime autem addidit in consequentibus : *Ita quod in me est promptus sum et vobis evangelizare.* Promptum se esse testatur qui (70) et alibi dicit : *Si volens hoc ago, mercedem habeo*[23]. Promptus enim quis est prudentibus loqui. De insipientibus vero sentiendum est illud quod dicit : *Si autem invitus dispensatio mihi credita est ;* et : *Væ mihi est si non evangelizavero*[24].

14. *Non enim erubesco Evangelium. Virtus enim Dei est in salutem omni credenti*[25]. Multa **471** quidem probra adversus Evangelium in initio prædicationis exorta sunt : sed Paulus patientiam didicerat a prophetis dicentibus : *Nolite vinci opprobriis eorum, neque cedatis spretionibus* (71) *eorum*[26] ; et sciebat quod Evangelium prædicaret *non in suasoriis humanæ sapientiæ verbis, sed in virtute Spiritus*[27]. Definiens ergo quid sit Evangelium, pronuntiat : *Virtus enim*, inquit, *Dei est in salutem omni credenti, Judæo primum et Græco*[28]. Quod dixit, *virtus Dei est in salutem*, videtur ostendere quasi sit aliqua virtus Dei quæ non sit ad salutem, sed ad perditionem. Scit quippe et in propheta scriptum esse : *Et eruca, virtus* (72) *mea magna*[29]; et iterum in Psalmis dicit : *In virtute tua disperde illos*[30]; et ideo hic dicit : *Virtus Dei in salutem.* Videndum est ergo ne forte propter istas virtutum Dei differentias dextra et sinistra in Deo appelletur, ut virtus in salutem dextra ejus, et virtus in qua disperdit, sinistra dicatur. Sed et illud advertendum est, ne forte

[13] Luc. VIII, 10. [14] I Thes. II, 18. [15] I Cor. II, 2, 6. [16] Rom. XV, 9, 16. [17] Joan. XV, 1, seq. [18] Gal. V, 22. [19] ibid. 19. [20] Psal. CXXVII, 2. [21] Matth. XIII, 45, 46. [22] I Cor. XIV, 18. [23] I Cor. IX, 17. [24] ibid. 16. [25] Rom. I, 16. [26] Isa. LI, 7. [27] I Cor. II, 13. [28] Rom. I, 19. [29] Joel. II, 25. [30] Psal. LVIII, 12.

(64) Ms. unus, *Sunt autem*. Cæteri mss. et editi, *Sunt enim*.

(65) *A Patre*. Hæc duo verba desunt in editis.

(66) *Enoch*. In editis desideratur.

(67) Editi, *negotiatur*. Deinde ms. unus, *venditis omnibus emit*, etc.

(68) *Eloqui*. Editi, *eloquia*, male.

(69) *Quis*. Deest in editis.

(70) Rabanus, *qui*. Mss. plures, *quia*. Ms. Regius num. 1639 et editi, *quod*. Deinde ms. Regius num. 1639, *Promptus enim quidem est*, etc. Et paulo post editi, *sciendum est illud.... si autem invito dispensatio ista credita est mihi*. Unus e mss. nostris habet etiam, *sciendum est illud ;* sed cæteris mss. et Rabanus ut in textu.

(71) Sic mss. et Rabanus. Editi vero, *persecutionibus*.

(72) Editi et ms. unus, *et erit virtus*, etc. Deinde editi, *in Psalmis dicitur*. Sed cæteri mss. et Rabanus recte ut in textu.

quia Christus virtus Dei dicitur [31], et Evangelium virtus Dei [32]. Christus sicut et alia multa, ita etiam Evangelium intelligi debeat, et forte æternum quod dicitur Evangelium [33] de ipso dici sentiendum sit. *Omni*, inquit, *credenti, Judæo primum, et Græco* [34]. Græci primo (73) duabus appellationibus omne hominum censuerant genus, id est, vel Græcum dicentes esse unumquemque, vel Barbarum : et distinctio eorum talis fuerat, ut omnis qui Græcus non esset, Barbarus haberetur. Sed multo veriore distinctione utitur Paulus, Judæos primo dicens, et postmodum Græcos, postremo Barbaros. Cum enim Græci, quia ipsi legibus utebantur, omnes reliquos tanquam sine legibus viventes Barbaros appellaverint, merito Judæi etiam ipsis Græcis ab Apostolo præferuntur, quia et ante ipsos legibus vivere cœperunt, et leges eorum a Deo, et non ab hominibus, promulgatæ sunt.

15. *Justitia* (74) *enim Dei revelatur ex fide in fidem* [35]. Justitia enim Dei in Evangelio revelatur per id quod a salute nullus excipitur, sive Judæus, sive Græcus, sive Barbarus veniat. Omnibus enim æque Salvator dicit : *Venite ad me omnes qui laboratis, et onerati estis* [36]. De fide autem in fidem jam superius diximus (75) quia et prior populus in fide erat, quia crediderat Deo et Moysi famulo ejus, ex qua fide nunc ad fidem Evangelii transiit. Quod autem dicit ex testimonio Habacuc prophetæ, quia *justus ex fide mea vivit* [37]; sive is qui in lege est intelligitur (76), ut etiam Evangeliis credat, sive is qui in Evangeliis est, ut etiam Legi credat et Prophetis. Alterum enim sine altero integritatem non habet vitæ.

16. *Revelatur enim ira Dei de cœlo* (77) *in omnem impietatem et iniquitatem hominum, qui veritatem in iniquitate detinent : propterea quia quod notum est Dei, manifestum est in illis. Deus enim illis manifestavit* [38]. De ira Dei plenius a nobis in aliis locis dictum est (78) : paucis tamen etiam in præsenti dicetur. Igitur ira Dei nunc revelari dicitur non in parte aliqua, sed in omnem impietatem et iniquitatem; nec tamen in omnes homines, sed in illos solos qui veritatem Dei in iniquitate detinent : detinent quidem, sed in injustitia eam detinent (79). Quibus etiam dicit manifestum esse id quod notum est Dei, ostendens esse aliquid Dei quod notum sit, et aliquid ejus quod ignotum sit. Dicit ergo revelari iram Dei his qui veritatem in iniquitate detinent. Quæ revelantur, de obscuris et reconditis ad notitiam proferuntur. Quia ergo et hic non ignorantibus veritatem, sed tenentibus eam, licet male tenentibus, ira Dei de cœlo dicitur revelari, videtur quod rationem et scientiam ut iram Dei (80) manifestatam dicat esse his quibus veritas nota est, licet eam in iniquitate detineant. Quod quidem, ut ex consequentibus declaratur, de sapientibus hujus mundi, et eruditis, vel philosophis dici intelligitur, qui cum veritatem et justitiam Dei cognovissent, *non sicut Deum magnificaverunt, aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis*, conversi ad idola; et *dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt*, quia *commutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis hominis, et volucrum, et quadrupedum, et serpentium* [39]. In quibus etiam hoc ostendit Apostolus, quod ea quidem quæ ad sapientes sæculi de veritatis scientia pervenerunt, Deo revelante pervenerunt : sed dum aut vanæ gloriæ student, aut adulantur erroribus vetustis, aut metu principum refrenantur, damnationis suæ ipsi judices fiunt; a quibus veritas quam Deo revelante cognoverant, aut exclusa libertate contegitur, aut gestorum iniquitate denegatur. Ita ergo Dei ira videtur interdum **472** virtus ipsa, quæ præest pœnarum ministris, et quæ supplicia infert peccatoribus, dici; sicut significari existimo in eo quod refertur, quia ira Dei commoverat (81) David ut juberet Joab numerare populum [40]. Sed et ministri ejus significantur ac socii, in eo quod dicitur. *Immisit in eos iram furoris sui, tribulationem, et iram per angelos malos*. Interdum etiam ipsius conscientiæ, cum delinquimus, ultores et vindices stimuli ira appellantur (82), sicut idem Apostolus dicit [41] : *Recondis tibi ipsi iram in die iræ*; et alibi : *Inter se invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus, in die cum judicabit Deus occulta hominum* [42]. Sed et tribulationis vel tentationis afflictio ira Dei nomina-

[31] I Cor. I, 24. [32] Rom. I, 16. [33] Apoc. XIV, 16. [34] Rom. I, 16. [35] ibid. 17. [36] Matth. XI, 28. [37] Rom. I, 17; Habac. II, 4. [38] Rom. I, 18. [39] ibid. 21-23. [40] II Reg. XXIV, 1, 2. [41] Rom. II, 15. [42] ibid. 15, 16.

(73) Mss., *primo*; Rabanus, *primum*; editi, *enim*. Deinde ms. unus, *postremos barbaros*; editi, *postremum vero barbaros*; cæteri vero mss. et Rabanus ut in textu.

(74) Sic mss. At editi, *Justitia enim Dei in Evangelio*, etc.

(75) Sic mss. nostri; editi vero, *Justitia enim Dei in eo revelatur ex fide in fidem, sicut scriptum est : « Justus autem ex fide vivit* (*Rom.* I, 17). *» Jam superius diximus*, etc. Paulo post ms. Regius num. 1639 habet, *quando crediderat Deo*, etc.

(76) *Intelligitur*. Deest in editis et in pluribus mss., sed restituitur ex ms. Regio num. 1639. Alter Regius num. 1641, habet *dicitur* pro *intelligitur*.

(77) Sic mss. ; editi vero, *super omnem impietatem et injustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniquitate detinent : quia*, etc.

(78) De ira Dei loquitur Origenes lib. IV *Contra Celsum* num. 72, et in psalmum secundum, pag. 540, 541, necnon et homilia 22 *in Lucam*; sed ad alia loca hic respicere videtur, quæ modo non exstant.

(79) *Detinent quidem, sed in injustitia eam detinent*. Hæc omissa in editis, restituuntur ex mss. et Rabano.

(80) Sic ms. unus Regius num. 1640. Alter Regius num. 1641, *secundum rationem et scientiam iram Dei*, etc. Cæteri mss. et Rabanus, *rationem et scientiam iram Dei*, etc. Editi, *ratione et scientia iram Dei*, etc.

(81) Mss. quidam, *quod ira Dei commoverit*, etc.

(82) Editi, *ultores vindices stimuli iræ appellantur*.

tur, sicut et Job dicit : *Ira autem Domini est in* A *corpore meo* [43]. Cur autem de cœlo nunc ira dicitur revelari? Fortassis ad distinctionem alterius iræ, quæ non est de cœlo, ut est illud (83) : *Furor draconum vinum eorum, et furor serpentium insanabilis* [44]. Aut forte quod ipsi adversum quos sermo dirigitur, non in ignorantia, sed in scientia veritatis peccare dicuntur, ideo in eos de cœlo pœna dirigitur : inde enim pœnarum minister (84) accipit potestatem. Vel certe quia spiritalia nequitiæ adversum quæ nobis certamen est [45], in cœlestibus esse dicuntur, consequenter in eos qui ab his superantur, ira Dei de cœlo dicitur jaculari : velut si dicamus quia ignita in eos tela inde vibrantur, et vulnera, quibus in peccata currunt (85), inde suscipiunt : hi B vero qui totius veritatis expertes sunt, velut qui nihil habeant commune cum cœlo et luce, iram vel vitiorum suorum, passionumque, vel dæmonum, quibus se sponte subdiderunt, perferunt. *In omnem impietatem et iniquitatem hominum, qui veritatem in iniquitate detinent* [46]. Impietas, in Deum peccare est; iniquitas, in homines. In Deum ergo et in homines peccant qui veritatem in iniquitate detinent. Quam veritatem agnovisse credendi sunt homines naturalibus et a Deo animæ insitis rationibus ; quibus tantum prudentiæ (86) concessum est, ut quod notum est Dei, id est, quod agnosci de Deo potest per conjecturam creaturæ, ex his quæ videri possunt invisibilia ejus agnoscerent. Hoc ex pacto justum erit judicium Dei etiam erga eos qui ante adven- C tum Christi, cum potuerint Deum agnoscere, ab ejus cultu declinantes, ad imagines hominum adorandas et animalium diverterunt. Ut enim breviter, et omni in unum collecta definitione dicamus, adorare alium quempiam præter (87) Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, impietatis est crimen. *Quia quod notum est Dei, manifestum est in illis : Deus enim illis manifestavit* [47]. Jam et superius diximus, quia notum est Dei hoc quod ex hujus mundi consequentia vel rationibus assequi possunt, sicut et ipse Apostolus ex consequentibus indicat [48], dicens invisibilia ejus per ea quæ facta sunt contemplari. Ignotum autem Dei intelligendum est ratio substantiæ ejus vel naturæ ; cujus quæ sit proprietas, puto quod non solum nos homines, sed et omnem lateat creatu- D ram : aut si aliquando tantus erit naturæ rationabili profectus, ut in hanc quoque possit pervenire notitiam, Dei est nosse. Tale enim aliquid mihi sperandum videtur ex his quæ a Salvatore dicuntur : quia *Filium nemo novit, nisi Pater : neque Patrem quis novit, nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare* [49]. Non enim addidisset (88), *Et cui voluerit Filius revelare*, nisi sciret aliquos esse quibus revelare velit.

17. *Invisibilia enim ejus a creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, et sempiterna ejus virtus ac divinitas, ut sint inexcusabiles : quia cum cognovissent Deum, non sicut Deum magnificaverunt, aut gratias egerunt ; sed evanuerunt in cogitationibus suis, et contenebratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, et immutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et volucrum, et quadrupedum, et serpentium* [50]. Pene jam de his singulis in superioribus dissertum est (89). Diximus enim hæc quamvis ad omnes homines quibus inest ratio naturalis, maxime tamen spectare ad sapientes hujus mundi, et eos qui philosophi nominantur, quibus præcipue creaturas mundi, et omnia quæ in eo facta sunt, discutere disciplina est, et per hæc quæ videntur, ea quæ non videntur ratione colligere. Sciendum tamen est quod hic invisibilia quæ nominat, de creaturis dicit ; de quibus et in alio loco idem Apostolus scribit : quia *omnia per ipsum*, id est per Jesum Christum, *facta sunt, sive quæ in cœlo sunt, sive quæ in terra, visibilia et invisibilia* [51]. Et ideo præter ea quæ invisibilia dixit, addit : *Et sempiterna ejus virtus, ac divinitas*. Virtus ergo Dei quæ sempiterna est, et divinitas quæ nihilominus sempiterna est, ex conjecturis agnoscitur creaturæ. Virtus est qua regit omnia ; divinitas qua replet universa. Ex hoc ergo inexcusabiles fiunt : quia cum manifestante Deo cognoverint (90) Deum, non ut dignum est coluerunt, aut gratias egerunt ; sed **473** per cogitationum suarum vanitatem, dum formas et imagines requirunt in Deo, in semetipsis Dei imaginem perdiderunt, et qui jactare se in luce sapientiæ videbantur, in profundas stultitiæ tenebras devoluti sunt. Quid enim tam tetrum, tam obscurum, tamque tenebrosum, quam gloriam Dei ad corporalem et corruptibilem humanæ formæ effigiem vertere, ut moris est his qui simulacra venerantur, et divinæ majestatis eminentiam volucribus, et quadrupedibus, et serpentibus exæquare ?

18. Pro quibus causis justissime utique *tradidit eos Deus in desideriis cordis eorum* (91) *in immun-*

[43] Job VI, 4. [44] Deut. XXXII, 33. [45] Ephes. VI, 12. [46] Rom. I, 18. [47] Rom. I, 19. [48] ibid. 20. [49] Matth. XI, 27. [50] Rom. I, 20. [51] Colos. I, 16.

(83) Ita mss. Editi vero, *et venenum aspidum insanabile*.

(84) Editi, *magister*. Paulo post, *spiritales nequitiæ*.

(85) Editi, *et vulnera qui in peccato currunt*, etc.

(86) Sic omnes mss. Editi vero, *quibus tamen id prudentiæ*.

(87) Ita editi. Ms. vero Regius num. 1639, *alium quem præter*, etc. Cæteri mss., *aliquem præter*, etc.

(88) Alias, *Non enim adderet* (al. *addidit*) : *Sed cui*, etc.

(89) Sic mss. Editi vero : *Pene jam in superioribus de his omnibus dictum est*.

(90) Alias, *cognoverunt*.

(91) Sic omnes mss., quorum tamen plerique omittunt *utique*, et unus Regius habet, *in desiderium cordis eorum*. Editi vero, *Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum*, etc., et addunt *Amen* in fine contextus.

ditiam, ut contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis : qui commutaverunt veritatem Dei in mendacium, et coluerunt, et servierunt creaturæ potius quam Creatori, qui est benedictus in sæcula [52-53]. Quæ singula, quamvis juxta Ecclesiæ fidem consequenter explanari videantur, quod præcedentibus causis culparum jure et merito deserantur a Deo hi qui veritatem, quam Deo revelante cognoscunt, in iniquitate detentant, et per hoc quod deseruntur, traduntur desideriis cordis sui; quorum desideria cordis hæc erant, ut immunditia et contumeliis afficerent corpora sua in semetipsis : et quali judicio erga divinitatis usi sunt venerationem (92), dum Dei incorruptibilis gloriam ad fœdas et indignas deducunt hominum vel animalium formas, tali etiam erga semetipsos utantur vice, ut rationabiles homines vivant more irrationabilium belluarum : tamen requiramus ab his qui Deum bonum negant etiam justum esse judicem, quid respondeant de his quæ dicit Apostolus, quod *tradidit eos Deus in desideriis cordis in immunditiam, ut contumeliis afficiant corpora sua.* Videbitur enim in hoc non solum ipsorum ratio, quæ penitus excluditur, sed et nostra responsio coarctari. Quomodo enim justum erit eum qui traditur, quamvis pro peccatis tradatur, tamen ad concupiscentias tradi, et ad hoc tradi, ut immunditiis et concupiscentiis afficiat corpus suum? Sicut enim huic qui, verbi causa, tenebris traditur ad pœnam, imputari non potest quod in obscuro sit; et qui igni traditur, culpari pro hoc ipso non potest cur uratur, ita his qui desideriis et immunditiis traduntur ut contumeliis afficiant corpora sua, non digne videbitur imputari, si in desideriis et immunditiis positi, corpora sua contumeliis maculent. Marcion ergo, et omnes qui de schola ejus velut serpentium germina (93) pullularunt, horum absolutiones ne extremo quidem digito attingere audebunt : quippe qui propter hujuscemodi quæstiones Vetus Instrumentum, sicubi forte in eo tale aliquid legerant, abjecerunt. Sed quid eis profuit, cum similibus nihilominus Novi Instrumenti quæstionibus præfocentur (94)? Nos tamen qui unum Deum bonum et justum Legis et Prophetarum, et Evangeliorum Patrem Christi fatemur, eisdem explanationibus et in Novo et in Veteri utimur Testamento, invocantes eum qui posuit in Sion lapidem offensionis, et petram scandali [54], ut ipse nobis per Spiritum sanctum suum offensionem et scandalum lectionis apostolicæ, per quam dubiæ mentes offendi videntur, aperiat. Frequenter in Scripturis invenimus, et a nobis sæpe dissertum est, quod homo spiritus, et corpus et anima esse dicatur. Verum cum dicitur quia *caro concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem* [55], media procul dubio ponitur anima, quæ vel desideriis spiritus acquiescat, vel ad carnis concupiscentias inclinetur : et si quidem se junxerit carni, unum cum ea corpus in libidine et concupiscentiis ejus efficitur [56] : si vero se sociaverit spiritui, unus cum ea spiritus erit. Idcirco denique de his quorum se animæ ex integro cum carne junxerant, dicit Dominus in Scripturis : *Jam non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quia caro sunt* [57] : de his autem quorum anima fuerat spiritui sociata, Apostolus dicit : *Vos autem non estis in carne, sed in spiritu* [58]. Sunt præterea (sicut in multis Scripturæ locis invenimus) etiam utriusque partis, vel utriusque viæ fautores quidam et adjutores angeli (95). Nam carni concupiscenti (96) adversus spiritum favet diabolus, et angeli ejus, et omnes spiritales nequitiæ in cœlestibus [59], cunctique adversum quos hominibus luctamen est, principatus, et potestates, et mundi hujus rectores tenebrarum. Econtrario vero spiritui adversus carnem decertanti, animamque humanam, quæ media est, ad se revocare conanti, favent et adjuvant angeli boni omnes illi (97) de quibus Dominus ait, quia *angeli eorum semper vident faciem Patris mei qui in cœlis est*; et de quibus Apostolus ad Hebræos ait [60] : *Nonne omnes sunt ministri spiritus, ad ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis* [61]? Favet et ipse Dominus, quippe qui etiam animam suam ponit pro ovibus suis [62]. Sed ex utraque parte favoris disciplina servatur. Non enim vi res agitur (98), neque necessitate in alteram partem anima declinatur; alioquin nec culpa ei, nec virtus posset ascribi; nec boni electio præmium, nec declinatio mali supplicium mereretur : sed servatur ei in omnibus libertas sui arbitrii, ut in quod voluerit **474** ipsa declinet, sicut scriptum est [63] : *Ecce posui ante faciem tuam vitam et mortem, ignem et aquam.* Vita ergo Christus est, et mors novissimus inimicus, qui est diabolus. Habet ergo in arbitrio suo anima, si velit, eligere vitam Christum, aut in mortem diabolum (99) declinare. Quod si agnoscens anima Deum, Christum vitam suam amplexata non fuerit, nec sicut

[52-53] Rom. I, 24, 25. [54] Rom. IX, 33. [55] Galat. V, 17. [56] I Cor. VI, 16, 17. [57] Gen. VI, 3. [58] Rom. VIII, 9. [59] Ephes. VI, 12. [60] Matth. XVIII, 10. [61] Hebr. I, 14. [62] Joan. X, 15. [63] Deut. XXX, 15; Eccli. XV, 17, 18.

(92) Mss. *venerationem :* editi, *rationem*, male.

(93) Alias, *genimina.*

(94) Ms. unus, *provocentur :* editi, *præferantur.* Cæteri mss. rectius, *præfocentur.*

(95) *Sunt præterea (sicut in multis Scripturæ locis invenimus) etiam utriusque partis vel utriusque viæ fautores quidam et adjutores angeli.* Alludit manifestissime Origenes ad caput 18 epistolæ sancti Barnabæ de duabus viis et de angelis utrique viæ præpositis.

(96) Ita recte mss. plerique. Editi vero et Rabanus : *Nam carnis concupiscentiæ*, etc. Ms. unus Regius num. 1640, *Nam carnali concupiscentiæ*, etc.

(97) Ita omnes mss., quorum unus solus addit, *et adjuvant.* Editi vero et Rabanus, *favent angeli hominum omnes illi*, etc. Deinde omnes mss. et Rabanus, *faciem Patris vestri*, etc. Sed tamen legendum videtur cum editis, *faciem Patris mei*, etc. Paulo post Rabanus et editi omittunt *quippe.*

(98) Ms. Regius num. 1639, *Non enim vires patitur.*

(99) Editi, *in mortem ad diabolum*, male.

Deum magnificaverit, aut gratias egerit, sed evanuerit in cogitationibus suis, et mutaverit gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis et volucrum, et quadrupedum, et serpentium [64], et in his omnibus declinaverit ad carnem, atque eos qui carnis desideriis favent: derelinquetur sine dubio et deseretur ab eis qui eam favore suo ut spiritui jungeretur animabant: et concedent eam, vel tradent (1) desideriis cordis sui, quibus carni sociatur et adhæret. Neque enim obsistentem eam ac reluctantem, ad ea quæ refugit ac respuit revocabunt. Cujus rei imaginem, si adhuc videtur obscura, tali quadam specie manifestiorem planioremque reddemus. Ponamus esse aliquod domicilium, in quo cum corpore et spiritu velut cum duobus consiliariis habitet anima; pro foribus vero hujus domicilii astare pietatem, omnesque cum ea virtutes: ex alia vero parte impietatem, omnesque luxuriarum ac libidinum formas, et exspectare animæ nutum, quem ex duobus pro foribus observantibus chorum introduci ad se desideret, quem repelli. Nonne si spiritui obtemperans, et meliori usa consiliario, pietatis et pudicitiæ ad se evocaverit chorum, ille alius spretus repudiatusque (2) discedet? Si vero carnis usa consiliis, impietatis ad se et libidinis introduxerit turmam, omnis illa sanctitatis et pietatis corona, cui malorum anima concilium prætulit, justa cum indignatione recedet, relinquens eam desideriis cordis sui, ut (3) ignominia et contumeliis afficiat corpus suum in semetipsa, quæ commutavit veritatem Dei in mendacium, et introducens ad se impietatis et infidelitatis (4) principem, colit et servit potius creaturæ quam Creatori, qui est benedictus in sæcula. Quibus sane ex causis anima humana tanti hujus discriminis tam ancipitem subeat statum, non est præsentis loci discutere. Eorum ergo est contumeliis afficere corpora sua, qui deserviunt simulacris: et eorum est colere creaturam, qui reliquerint Creatorem. Nos autem qui nullam creaturam, sed Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum colimus et adoramus, sicut non erramus in cultu, ita nec in actibus quidem et conversatione peccemus; neque imitemur eos qui contumeliis afficiunt corpora sua in semetipsis: sed aspicientes quod dicit Apostolus [65]: *An nescitis quia corpora vestra membra Christi sunt?* et iterum: *Quia corpus vestrum templum est Spiritus sancti:* ut membra Christi, et templum Spiritus sancti, corpora nostra in omni sanctitate et puritate servemus, quo non solum digna angelorum ingressibus fiant, verum et habitatione Spiritus sancti, et mansione Patris ac Filii qui dicit de eo qui in mandatis suis permanet: *Ego et Pater veniemus, et mansionem apud eum faciemus* [66].

19. *Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ. Nam et feminæ eorum immutaverunt naturalem usum, in eum usum qui* (5) *extra naturam est. Similiter autem et masculi, relicto naturali usu feminæ, accensi sunt in desiderium sui in invicem, masculi in masculos turpitudinem operantes, et mercedem, quam oportuit, erroris sui in semetipsis recipientes. Et sicut non probaverunt Deum habere in notitiam, tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non conveniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, nequitia, avaritia; plenos invidia, homicidiis, contentione, dolo, malignitate; susurratores, obtrectatores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inventores malorum, parentibus non obedientes, insipientes, incompositos; sine affectione, absque fœdere, sine misericordia. Qui cum justitiam Dei cognovissent, non intellexerunt quoniam qui talia agunt, digni sunt morte; non solum qui faciunt illa, sed et qui consentiunt facientibus* [67]. *Propterea inexcusabilis es, o homo omnis qui judicas: in quo enim alium judicas, teipsum condemnas. Eadem enim agis, quæ judicas* [68]. Tertio invenimus (6) ab Apostolo positum: *Tradidit illos Deus.* Et primæ quidem traditionis causas dedit [69], *Quia cum cognovissent Deum, non sicut Deum magnificaverunt, aut gratias egerunt; sed evanuerunt in cogitationibus suis, et contenebratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, et immutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et volucrum, et quadrupedum, et serpentium. Propterea,* inquit, *tradidit eos Deus in desideriis cordis eorum in immunditiam, ut contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis.* Secundæ traditionis causam videtur præmittere cum dicit [70], quia *commutaverunt veritatem Dei in mendacium, et coluerunt, et servierunt creaturæ potius quam Creatori. Propterea,* ait, *tradidit illos Deus in passiones ignominiæ.* Quæ tamen secunda traditio gravioribus flagitiis videtur obnoxia. *Etenim feminæ,* **475** inquit, *eorum immutaverunt naturalem usum, in eum usum qui extra naturam est. Similiter et masculi, relicto naturali usu feminæ, accensi sunt*

[64] Rom. I, 21-24. [65] I Cor. VI, 15-19. [66] Joan. XIV, 23. [67] Rom. I, 26 seq. [68] Rom. II, 1. [69] Rom. I, 21 seq. [70] ibid. 25 seq.

(1) Mss. quidam et Rabanus, *et concedunt eam, vel tradunt,* al. *trahunt,* etc. Cæteri mss. editi recte ut in textu.

(2) Ita mss. et Rabanus. Editi vero, *alius spiritus repudiatus.*

(3) Sic mss. nostri et Rabanus. Editi vero, *præposuit, ista cum indignatione recedet, et membrum Christi, et templum Spiritus sancti relinquens, eam in desideriis cordis sui permittet, ut,* etc., nisi quod plerique omittant *et.*

(4) Ita editi et mss. aliquot. Ms. vero Regius num. 1639 et Rabanus, *veritatem Dei mendacio, et introducens ad se impietatem et infidelitatem* (Rabanus, *infelicitatem*) *colit,* etc. Alter ms. Regius num. 1641, *veritatem Dei in mendacio, et introducens ad se impietatis chorum et infelicitatis, colit,* etc.

(5) Editi et ms. unus hic et in sequentibus hujus contextus Vulgata utuntur; sed cæteri mss. ut in textu.

(6) Ita omnes mss. Rabanus, et editio Veneta. Cæteri vero editi, *Ter invenimus,* etc.

in desiderium sui in invicem, masculi in masculos turpitudinem operantes, et mercedem, quam oportuit, erroris sui in semetipsis recipientes. Tertiæ quoque traditionis causas videtur dare cum dicit [71] : *Et sicut non probaverunt Deum habere in notitiam, tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non conveniunt, repletos omni iniquitate, malitia,* cæterisque sceleribus, quæ consequenter enumerat. Verum distinctiones istæ causarum non mihi videntur satis congruere ad ea, quæ singulis quibusque subjecta (7) sunt, crimina. Quomodo enim turpioribus flagitiis traditur is qui creaturæ servit, magis quam ille qui gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et volucrum, et quadrupedum, et serpentium mutavit? Aut quomodo supra utrumque horum velut (8) examini cuidam traduntur malorum hi qui non probaverunt Deum habere in notitiam? Unde magis mihi videntur omnes hæ causæ, quæ traditionibus singulis præferuntur, in unum coacervandæ, et rursus traditionum species in unum, ut (verbi causa) ita dicamus : Quoniam quidem homines mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et volucrum, et quadrupedum, et serpentium ; et quia commutaverunt veritatem Dei in mendacium, et coluerunt, et servierunt creaturæ potius quam Creatori, nec probaverunt Deum habere in notitiam : propter hæc omnia tradidit eos Deus in desideriis cordis eorum in immunditiam, ut contumeliis afficiant corpora sua ; et tradidit eos in passiones ignominiæ, ut feminæ eorum immutarent naturalem usum, in eum qui extra naturam est. Similiter quoque et masculi (9), relicto naturali usu feminæ, accenduntur in desiderium sui invicem, masculi in masculos turpitudinem operantes. Sed et tradidit eos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non conveniunt, quia erant repleti omni iniquitate, malitia, nequitiaque et avaritia, plenique erant invidia, homicidiis, contentione, dolo, et cæteris, quæ scripta sunt, malis : quique cum cognovissent justitiam Dei, non intellexerunt hanc esse, ut qui talia agunt digni sint morte, non solum qui faciunt illa, sed et qui consentiunt facientibus. Et ideo pro his omnibus malis inexcusabiles erunt, dum alios in his, quæ ipsi agunt, sceleribus et judicant, et condemnant. De se enim pronuntiat quis, cum de his quæ ipse committit, alium punit. Arbitror autem sufficere ea quæ de traditionis specie supra dicta sunt, quomodo Deus tradere dicitur eos, quorum actus et animum a se declinantem et indulgentem vitiis abhorrescit et deserit, et eadem repetere superfluum puto. Duo sunt sane quæ in hoc loco indicari reor, quorum alterum designari videtur ex altero. Certum namque est, quod si quemquam tradiderit (10) Deus vel in desideria cordis sui, vel in passiones ignominiæ, vel in reprobum sensum, continuo tanquam in terra pessima et reproba, omnis illa in eo qui traditur, seges criminum surgat. Et rursum si quis, cum cognoverit Deum, non sicut Deum magnificet, aut gratias agat, sed sit talis qualem per singula apostolicus sermo descripsit, dubium non est hujuscemodi animam derelictam esse a Deo, et traditam. Neque enim possibile est cum his malis habitaculum esse Deo, aut hæc mala inde procedere ubi habitat Deus. Verum quia in his tribus universas impietatis species enumerasse videtur Apostolus, vel eorum qui idola colunt, vel eorum qui creaturæ deserviunt potius quam Creatori, sed et eorum qui non probaverunt Deum habere in notitiam : in quorum primo titulo promiscue pagani, in alio sapientes eorum et philosophi designantur : puto quod in hoc tertio indicentur hæretici vel creatorem Deum negantes, vel diversas blasphemias in Excelsum loquentes. Igitur si singuli (11) quique horum, quos supra diximus in cultu divinitatis errare, talibus malorum titulis designantur, nos qui videmur in Ecclesia esse (12), et fidem rectam tenere, consideremus nosmetipsos, et omni circumspectione pensemus ne forte solo ab his veri cultus nomine separati, rebus eis atque actibus sociemur. Certum est enim quia qui (verbi causa) repletus est iniquitate, malitia, nequitia, avaritia, non probavit (13) Deum habere in notitiam, et est de numero eorum quos tradidit Deus in reprobum sensum. Et iterum quorum feminæ, vel masculi, relicto naturali usu, accenduntur in eum usum qui contra naturam est, certum est quia ex illorum numero sunt qui serviunt creaturæ potius quam Creatori, et quos tradidit Deus in passiones ignominiæ. Sed et si qui in immunditia contumeliis afficiant corpora sua, ex illis sunt qui commutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis hominis ; nisi quod (14) graviore sacrilegio is qui jam fidelis est, templum Dei, quam profanus adhuc templum contaminat idolo-

[71] Rom. I, 28, seq.

(7) *Subjecta.* Editi, *objecta.*

(8) *Velut.* Editi, *vel.*

(9) Editi et mss. plerique, *similiter autem et masculi. Sed et tradidit illos Deus*, etc., omissis intermediis, quæ restituuntur ex ms. Regio, num. 1639.

(10) Ita ms. Regius num. 1639. Cæteri vero mss. nostri, et editio Veneta Theophili Salodiani, *quod si quidem tradiderit,* etc. Alii editi, *quod si quem tradiderit,* etc. Paulo post ms. Regius num. 1641, *omnis mala in eo.... seges criminum,* etc. Sed cæteri mss. et editi ut in textu.

(11) Editi et ms. unus, *Igitur singuli.*

(12) Editi, *in Ecclesia fidem rectam tenere,* etc.

(13) Sic mss. et Rabanus. Editi vero, *quia (verbi causa) repletus.... non probatur,* etc.

(14) Ita ms. Regius num. 1639. Similiter et Rabanus, nisi quod omittat, *in similitudinem imaginis hominis.* Cæteri vero mss. et editi, *sed et si qui immunditia et contumeliis afficiant* (ms. unus Regius, *sed et qui.... afficiunt*) *corpora sua, ex illis sunt* (editi omittunt *sunt*) *qui commutaverunt gloriam incorruptibilis Dei; nisi quia,* etc.

rum. Non **476** est sane prætereundus ne iste quidem apostolicus sermo, in quo dicens (15), quoniam *commutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis hominis*, non solum eos qui idola colunt arguere, sed et Anthropomorphitas intelligendus est confutare (16), qui in Ecclesia positi imaginem corpoream hominis, Dei esse imaginem dicunt, ignorantes illud quod in Genesi scriptum est, ad imaginem Dei factum esse hominem : de quo homine quid sentiendum sit, ab Apostolo interpretatur cum dicit (17) : *Deponentes veterem hominem cum actibus suis* [72], *et induentes novum*, *qui secundum Deum creatus est* [73]. Audis quia novum hominem dicit secundum Deum creatum ? Hunc autem eumdem novum hominem, alibi [74] *interiorem hominem* vocat : corruptibilem vero hunc, cujus hic imaginem respuit, exteriorem nominat, cum dicit : *Nam et si is qui foris est homo noster corrumpatur, sed qui intus est renovatur* [75]. Et ut planius adhuc ejus sententiam sciant isti qui de A imagine Dei errant, audiant quem dicat esse Apostolus hominem qui ad imaginem Dei creatus est, cum ad Colossenses hoc modo scribit : *Nolite mentiri*, inquit, *spoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, et induentes novum, qui renovatur in agnitione* (18) *secundum imaginem ejus qui creavit eum* [76]. Ex quibus evidenter ostendit, quod interior homo, qui per agnitionem renovatur, ipse ad imaginem Dei creatus est. Qui autem exteriorem hominem, id est corporeum et corruptibilem, ad imaginem Dei esse dicunt, cum his ab Apostolo sociantur, qui commutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis. Verum oportuit ne hæc quidem in explanatione apostolici sermonis omitti, ut et in hoc capitulo B Apostoli sicut et in cæteris plurimis, Anthropomorphitæ, id est qui corpoream (19) hominis imaginem, Dei esse imaginem dicunt, convictos se et confutatos esse cognoscerent. Sed nos jam in his continentiam primi voluminis concludamus.

LIBER SECUNDUS.

1. « Scimus autem quoniam judicium Dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt [77]. » Judicium quidem Dei secundum veritatem, non solum in eos qui hæc agunt quæ superius enumerata sunt, verum et in omnes qui quoquo modo boni quid malive (20) gesserunt, exspectandum est et credendum. Sed illud est quod in loco hoc videtur ostendi : quia solius Dei sit (21) secundum veritatem judicium. Sunt enim quædam quæ committuntur opere quidem malo, animo autem non malo : ut si quis, verbi causa, homicidium non voluntate commiserit. Et alia fiunt opere quidem bono, sed animo non bono : ut si quis misericordiam, non pro mandato Dei (22), sed ut laudetur ab hominibus, faciat. Alia vero sunt in quibus sive in bono, sive in malo, animus cum opere (23) concordat. Et quia C corda hominum nosse solius Dei est, et mentis secreta dignoscere, idcirco ipse solus est qui secundum veritatem potest habere judicium. Sed requiritur, si erga eos (24) quorum remissæ sunt iniquitates per baptismi gratiam, vel quorum tecta sunt per pœnitentiam peccata [78], vel quibus imputandum non est peccatum per martyrii gloriam, secundum veritatem videatur Deus servare judicium. Veritas quippe judicii hoc postulat, ut malus mala, et bonus recipiat bona : et quamvis dona et largitio Dei nequaquam curiositatem discutientis admittant (25), tamen etiam in hoc quanta sit judicii ejus veritas ostendamus. Communis professio est bonum non debere puniri, nec malum consequi bona. Si D quis ergo sit, verbi gratia, qui egerit aliquando

[72] Colos. III, 9. [73] Ephes. IV, 24. [74] Rom. VII, 22. [75] II Cor. IV, 16. [76] Coloss. III, 9, 10. [77] Rom. II, 2. [78] Psal. XXXI, 1, 2.

(15) Sic recte ms. Regius num. 1640, quibus satis consentiunt cæteri mss. et Rabanus, nisi quod alii habeant *dicit*, alii *dicitur* pro *dicens*. Editi vero, *prætereundum, ne istum quidem apostolicum sermonem* (editio Veneta, *ne iste quidem apostolicus sermo*) *in quo dicitur*, etc.

(16) Sic mss. plerique et Rabanus. Editi vero, *sed inter Anthropomorphitas intelligendi sunt computari*. Ms. Regius num. 1640, *sed inter Anthropomorphitas intelligendus est computare*.

(17) Ita ms. Regius num. 1639. Cæteri vero mss., Rabanus et editi, *de quo homine sentiendum sit ab* (editi, *et ab*) *Apostolo interpretari, cum dicit*, etc.

(18) Ms. Regius num. 1641, *in agnitione Dei;* et infra, *qui per agnitionem Dei renovatur*. Sed et cæteri mss. et editi utrobique omittunt *Dei*.

(19) Editi, *corporei*.

(20) Editi, « quicunque modo boni quiddam malive, » etc. Ms. Regius num. 1639, « qui quidquam boni quidem, malive, » etc. Cæteri vero mss. ut in nostro textu.

(21) Sic omnes mss. et Rabanus. Editi vero, « sed illud quid est, quod in hoc loco videtur ostendi. Quia solius Dei sit, » etc.

(22) Editi, « non pro mandato Dei in bono. »

(23) Editi, « corpore, » male.

(24) Editi, « ergo eis. »

(25) Rabanus et Salodianus, perperam, « amittant. »

477 mala, certum est quia malus erat tunc, cum agebat mala. Is vero si præteritorum pœnitens mentem suam corrigat ad bona, et bene agat, bene loquatur, bene cogitet, bene velit; qui hæc agit, non tibi videtur bonus, et merito recipere bona? Similiter et si ex bono quis convertatur ad malum, non jam bonus, quod fuit, et non est, sed malus judicabitur, quod est. Actus enim sive boni sive mali prætereunt, sed secundum sui qualitatem agentis mentem imaginantur, et formant, eamque vel bonam relinquunt vel malam, seu pœnæ, seu præmiis destinandam. Erit ergo iniquum vel bonam mentem pro malis gestis puniri, vel malam pro bonis actibus munerari. Verum ut adhuc planius fiat quod dicimus, addamus etiam hæc: ponamus esse animam in qua habitet impietas, injustitia, stultitia, luxuria, et multitudo omnis malorum, quibus scilicet ministram se famulamque subdiderit. Quod si in semetipsam regressa (26) hæc anima, pietati rursus, et virtutibus mentis suæ januam pandat, nonne ingressa pietas impietatem continuo depellet? Similiter et justitia injustitiam trudet, et sapientia stultitiam, et sobrietas luxuriam fugabit; atque ita depulsis ex semetipsa habitatoribus barbaris, civile et legitimum virtutibus præbebit hospitium. Quomodo ergo jam plenam virtutibus animam justum erit de his arguere quæ gesserit cum nondum esset amica virtutum, et de impietate piam, de injustitia justam, de luxuria sobriam condemnare? Hoc ergo modo etiam in his quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata [79], credendus est Deus secundum veritatem servare judicium.

2. « Existimas autem hoc, o homo omnis qui judicas eos qui talia agunt, et facis illa, quia tu effugies judicium Dei [80]? » Si omnia quæ Lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur; et quæ Evangelium, vel Apostolus nunc loquitur, non principibus sæculi, nec regibus mundi, sed Ecclesiarum rectoribus et principibus loquitur, his videlicet qui judicant eos qui intus sunt, id est episcopis, vel presbyteris et diaconibus. His ergo dicit ne existiment se effugere judicium Dei, si ea committant ipsi, de quibus alios judicant et condemnant. Et ideo oportet unumquemque de sua prius conscientia judicare, et tunc ejus quem judicat, gesta discutere. Quod si fieret, omnis penitus adeundi honoris ecclesiastici abscinderetur ambitio, si se judicandos potius quam

A judicaturos hi qui præesse volunt populis cogitarent. Nemo ergo existimet quod effugere possit judicium Dei, sicut et Propheta dicit: « Quo ibo a spiritu tuo, et a facie tua quo fugiam [81]? » Et quia hæc ad eos maxime dicuntur qui præsunt judiciis populorum (27), idcirco et alibi dicit, quod « de domo Dei incipiet judicium [82]. » Et item alibi Dominus dicit: « In his qui approximant mihi sanctificabor [83]; » sicut in Nadab et Abiud gestum est, cum alienum ignem, id est non sacrum, divinis altaribus obtulerunt. Incipit ergo judicium a filiis prius. « Flagellat » enim « Deus omnem quem in numerum recipit filiorum [84]. » Verum, ut ego existimo, nec, si posset quis, deberet velle effugere judicium Dei. Non venire enim ad judicium Dei, hoc est ad B emendationem, vel ad sanitatem, et remedium non venire.

3. « Aut divitias bonitatis ejus, et sustentationis, et patientiæ contemnis? Ignoras (28) quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit [85]? » Divitias bonitatis Dei ille agnoscere potest, qui considerat quanta in terris mala quotidie homines gerunt, et quomodo pene omnes declinantes, et simul inutiles facti [86], latam et spatiosam perditionis ambulant viam, angusto vitæ itinere neglecto [87], et tamen (29) his omnibus Deum producentem solem suum quotidie, et pluvias ministrantem [88]; et qui considerat (30) quanti quotidie in Deum blasphemant, et in cœlum extendunt linguas suas [89]. Jam quid de fraudibus, de vi (31), de scelere, de sacrilegiis et piaC culis dicam? Quibus tamen omnibus in hoc loco illi videntur in scelere præferri, qui alios judicantes, ipsi committunt quæ in cæteris puniunt. Si quis ergo hanc bonitatem Dei, et sustentationem ejus, et patientiam contemnit, ignorat quod per hæc ad pœnitentiam provocatur. Sustentatio vero a patientia hoc videtur differre, quod qui infirmitate magis, quam proposito delinquunt, sustentari dicuntur: qui vero pertinaci mente velut exsultant (32) in delictis suis, ferri patienter dicendi sunt. Sed sicut omnia in mensura fecit Deus, et pondere, et numero [90], ita etiam patientiæ ejus certa mensura est: quam mensuram credendum est esse consummatam (33) vel ab his qui diluvio perierunt, vel ab D his qui in Sodomis cœlesti igne vastati sunt. Unde et de Amorrhæis dicitur: « Nondum enim repleta sunt (34) peccata Amorrhæorum usque nunc [91]. »

[79] Psal. XXXI, 1. [80] Rom. II, 3. [81] Psal. CXXXVIII, 7. [82] I Petr. IV, 17. [83] Levit. X, 3. [84] Prov. III, 12; Hebr. XII, 6. [85] Rom. II, 4. [86] Psal. LII, 4. [87] Matth. VII, 13, 14. [88] Matth. V, 45. [89] Psal. LXXII, 9. [90] Sap. XI, 21. [91] Gen. XV, 16.

(26) Ms. Regius num. 1639, « reversa; » alter Vallis-Claræ, et Genebrardus, « ingressa. » Cæteri mss. et editi, « regressa. »

(27) Rabanus, « qui præsunt, et sunt judices populorum. » Paulo post ms. Regius num. 1639, « qui alienum ignem. » Et infra, in fine articuli, omnes editi habent, « non pervenire. »

(28) Mss. duo, « ignorans. » Cæteri mss., Rabanus et editi « ignoras, » etc. Mox ms. Regius num. 1639, « divitias quippe bonitatis Dei, » etc.

(29) « Tamen. » In antea editis desideratur, et in uno ms. Regio, sed restituitur ex cæteris mss.

(30) Sic ms. Vallis-Claræ. Cæteri vero mss., Rabanus et editi « si quis consideret, » etc.

(31) Sic recte mss. plerique. Editi vero et ms. unus Regius num. 1640, « de vitiis. » Rabanus « de divitiis. »

(32) Ita mss. plerique et editi. Rabanus vero et ms. unus Regius num. 1641, « insultant. »

(33) Sic Rabanus et rectius quidem quam « consumptam, » ut habent editi et mss. nostri.

(34) Mss. quidam « completa sunt. » Cæteri vero mss., editi et Rabanus, « repleta sunt. »

Fert ergo Deus patienter, et exspectat uniuscujusque pœnitentiam. Sed non nos dissolvat hoc, et tardos ad conversionem faciat, quia rursus patientiæ ejus et sustentationis certa mensura est.

4. « Secundum duritiam autem tuam, et cor impœnitens, thesaurizas tibi ipsi iram in die iræ, **478** et revelationis justi judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus [92]. » Cor durum in Scripturis dici videtur, cum mens humana velut cera frigore iniquitatis obstricta signaculum imaginis divinæ non recipit. Hoc idem alibi cor crassum appellatur, sicut cum dicitur (35): « Incrassatum est cor populi hujus [92*]. » Contrarium vero est duro molle, quod in Scripturis cor carneum nominatur [93]; et crasso (36) subtile, vel tenue, quod Apostolus spiritalem hominem vocat [94] eum qui examinat omnia. Igitur cum quis scit quæ bona sunt, et non agit bona, per duritiam cordis contemptum omnium bonorum habere credendus est. Crassitudo vero cordis est, ubi subtilis et spiritalis intelligentiæ non recipitur sensus: et ita cor impœnitens effectum thesaurizat sibi ipsi iram in die iræ, et revelationis justi judicii Dei, dum bonum opus non agitur per duritiam; intellectus vero bonus per crassitudinem cordis excluditur. (37) De ira autem Dei et superius, quantum res pati voluit, et in aliis locis sæpe dissertum est. Quod vero dicit, « Thesaurizas tibi ipsi iram in die iræ, » considerandum est. Thesaurus appellatur, quo diversi generis opes, et divitiæ congregantur. Hujus in Scripturis significantiam triplicem legimus. Dicitur enim in Evangelio [95] thesaurus esse quidam in terris, in quo prohibet Dominus thesaurizari: et alius thesaurus in cœlo, in quo jubet fideles quosque opes suas recondere: et hic nunc Apostolus dicit iræ thesauros. Omnes ergo homines per hæc quæ agunt in hoc mundo, in uno aliquo ex istis tribus congregant thesauros. Aut enim infidelis est quis et iniquus, et per duritiam cordis, et cor impœnitens in thesauro iræ actus suos recondit. Aut terrenus est, et de terra sapit, ac de terra loquitur [96], et cum ei attulerit ager fructus uberes, destruit horrea sua, et majora ædificat [97], et thesaurizat in terra. Et ille quidem durus, hic autem stultus appellatur. Dicitur enim ad eum: « Stulte, hac nocte repetent abs te animam tuam, et quæ parasti, cujus erunt [98]? » Aut sapiens est, et in Deum dives, et in terris ambulans (38) conversationem habet in cœlis, atque A omnia quæ agit digna sunt regno cœlorum: et iste talis divitiarum suarum thesauros condit in cœlis. Ita igitur uniuscujusque thesauri possessor et conditor potest alius quidem carnalis, alius vero animalis homo, alius autem spiritualis appellari. Nunc jam videamus quæ est dies iræ, quam hic Apostolus nominat, quæ tamen facilius dignoscetur, si de ea quid etiam reliquæ Scripturæ indicent requiramus. Quæ ergo ad præsens exempla occurrere poterunt, aptabimus, et ex his quæ sit dies iræ monstrabitur. Scriptum est in Amos propheta [99]: « Væ his qui desiderant diem Domini. Ut quid vobis diem Domini? et hæc est tenebræ, et non lux. Quemadmodum si effugiat homo a facie leonis, et occurrat ei ursus, et intret in domum suam, et extendat manus suas ad parietem, et mordeat eum serpens. B Nonne tenebræ sunt dies Domini, et non lux et caligo quæ non resplendet? » Sed et Joel dicit ad sacerdotes, et eos qui altari deserviunt [1]: « Clamate ad Dominum sine cessatione: Heu me, heu me in diem, quia prope est dies Domini, et sicut miseria ex miseria veniet! » Et post pauca [2]: « Tuba canite in Sion, prædicate in monte sancto meo, et confundantur omnes qui habitant super terram, quia adest dies Domini, quia prope est dies tenebrarum et caliginis, dies nubis et nebulæ. Sicut matutinum effundetur super montes populus multus et fortis. Similis ei non fuit a sæculo, et post ipsum non erit usque in annos sæculi sæculorum. Ante ipsum ignis C consumens, et post ipsum flamma accensa. Sicut paradisus deliciarum erit terra ante faciem ejus, et post tergum ejus campus exterminii (39), et nullus est qui evadat eum. Sicut aspectus equorum facies eorum; et sicut equites, ita sequentur. Sicut vox curruum super vertices montium insilient. » Sed et omnia in consequentibus de eadem scribit usque ad eum locum ubi dicit [3]: « Et Dominus dabit vocem suam ante faciem virtutis suæ, quia ingens est valde multitudo castrorum ejus, et valida opera verborum ejus. Propter quod magna est dies Domini, magna et nobilis valde: et quis erit idoneus ei? » Sophonias vero ita dicit [4]: « Revereamini (40) a facie Domini Dei, quoniam prope est dies Domini, et præparavit Dominus victimam suam, sanctificavit vocatos suos. » D Et post pauca [5]: « Prope est dies Domini magna, prope est, et velox (41) valde. Vox diei Domini amara, et dura posita est, et valida. Dies iræ, dies illa, dies angustiæ et necessitatis,

[92] Rom. II, 5, 6. [92*] Matth. XIII, 15; Isa. VI, 10. [93] Ezech. XI, 19; XXXVI, 26. [94] I Cor. II, 15. [95] Matth. VI, 19, 20. [96] Joan. III, 31. [97] Luc. XII, 16-18. [98] ibid. 20. [99] Amos V, 18-20. [1] Joel. I, 14, 15. [2] Joel. II, 1-5. [3] ibid. 11. [4] Sophon. I, 7. [5] ibid. 14-18.

(35) Sic ms. Regius num. 1639. Cæteri vero mss., Rabanus, et editi « dicit. »

(36) « Crasso. » Deest in editis. Mox ms. unus, « quia Apostolus, » etc.

(37) Vide supra lib. I, num. 18, et lib. IV, *contra Celsum*, num. 72, et *in psalm.* II, necnon et homil. 22 *in Lucam*. Sed ad alia loca hic respicere videtur Origenes quæ nunc non exstant.

(38) Sic ms. Regius num. 1639. Ita etiam cæteri mss. et editi; nisi quod omittant « et » ante « in Deum. » Rabanus vero, « aut si sapiens est in Deum, dives in terris ambulans, » etc.

(39) Sic omnes mss. Editi vero, « caput exterminii: » male.

(40) Ita legendum videtur juxta Scripturæ exemplaria Græca, quæ omnia ferunt εὐλαβεῖσθε; sed tamen omnes mss. nostri, et editi habent, « Revertimini. »

(41) Sic omnes mss. Editi vero, « et velox nimis. »

dies acerbitatis et perditionis, dies tenebrarum et caliginis, dies nubis et nebulæ, dies tubæ et clangoris super civitates munitas, et super muros excelsos. Et afficiam homines, et ambulabunt sicut cæci, quoniam Domino peccaverunt: et effundam sanguinem eorum sicut pulverem, et carnes eorum ut stercora. Aurum eorum, et argentum eorum non poterit liberare eos in die iræ Domini. In igne æmulationis ejus consumetur omnis terra, quoniam **479** consummationem et festinationem faciet super omnes qui habitant terram. » Isaias quoque similiter memorat: « Ecce enim dies Domini veniet insanabilis furoris et iræ, ponere orbem terræ desertum, et peccatores perdere ex eo [6]. » Et post pauca: « Cœlum enim furore accendetur, et terra movebitur a fundamentis suis, propter furorem iræ Domini Sabaoth, in die qua supervenerit furor ejus [7]. » His tot et talibus de die iræ testimoniis congregatis, puto quod ultra locus hic expositione non egeat. Evidenter enim in his omnibus dies iræ, vindictæ dies et judicii designatur (42). Inde denique ad diem iræ addit Apostolus, « et revelationis. » Sic enim dicit: « In die iræ et revelationis justi judicii Dei. » Revelanda namque esse omnia, etiam in Evangelio designatur, cum dicitur: « Nihil occultum quod non manifestetur; nec opertum, quod non reveletur [8]. » Sed et Apostolus in consequentibus hujus Epistolæ dicit: « Cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus, in die, cum judicabit Deus occulta hominum [9]. » In quo utique ostendit occulta hominum revelanda non nisi in die qua judicaturus est Deus, sicut et ad Corinthios evidentius dicit: « Nolite ante tempus, » inquit (43), « judicare, usquequo veniat Dominus, qui et illuminabit occulta tenebrarum, et manifestabit consilia cordium [10]. » Quæ utique omnia de hac eadem die dici intelliguntur, in qua tenebræ, et mœror, et tristitia futura dicuntur, propter eos qui multis peccatorum vulneribus confossi ignis remediis indigebunt. Quo in tempore dicetur ad sanctos: « Perge, populus meus, intra in promptuaria tua, claude ostium tuum, occultare paulisper, donec transeat furor iræ meæ [11]. » In quibus sermonibus quantæ divitiæ bonitatis Dei occultentur, propter eos qui patientiam ejus bonitatemque contemnunt, manifestare non opus est. Requiritur sane a quibusdam cur dies hic, de quo superius bibliothecas propheticas movimus, in fine mundi statutus sit, ut omnes qui ab initio sæculi usque ad finem ipsius defuncti sunt, ad hunc ultimum diem judicandi reserventur. Cujus rei interiores causas certum est secretioribus mysteriis contegi. « Mysterium » vero « regis abscondere bonum est [12]. » Tamen explanationis gratia dicemus, in quantum possibile est paginis verba committere. Multi sunt qui ex hac vita abeuntes, vel bonorum vel malorum post se quædam semina reliquerunt, ex quibus qui supersunt homines, occasiones vel salutis vel perditionis accipiunt: verbi gratia dixerim, ut sunt omnes qui pravas sectas et alienas a Deo inter philosophos condiderunt; vel qui magica sacrilegia, aut qui errores astrorum, et decreta finxerunt; vel (44) certe qui apud nos auctores hæreticorum et pravorum dogmatum libris editis exstitere; vel etiam qui schismata in Ecclesiis, et scandala ac dissensiones operati sunt. E contrario vero apostolicarum litterarum opus, profectusque per has universæ Ecclesiæ, et conversio ad Deum, atque emendatio totius mundi est (45). Quorum omnium causæ non nisi cum ipsius mundi fine claudentur: et ideo non esset justum judicium Dei, donec de his singulis vel profectus, vel impedimenta penderent. Quod et Apostolus significare videtur, cum dicit [13], « Quorumdam hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad judicium; quorumdam autem et subsequuntur. » Jam vero si etiam extra corpus positi vel sancti, qui cum Christo sunt, agunt aliquid, et laborant pro nobis ad similitudinem angelorum, qui salutis nostræ ministeria procurant; vel rursum peccatores etiam ipsi extra corpus positi agunt aliquid secundum propositum mentis suæ, ad angelorum nihilominus similitudinem sinistrorum, cum quibus et in æternum ignem mittendi dicuntur a Christo [14-18], habeatur et hoc quoque (46) inter occulta Dei, nec chartulæ committenda mysteria. Sufficiant ista de die iræ et revelationis. Nunc requiramus de justo judicio Dei, in quo reddet unicuique secundum opera sua. Et primo quidem excludantur hæretici, qui dicunt bonas vel malas animarum naturas; et audiant quia non pro natura unicuique Deus, sed pro operibus suis reddet. Secundo in loco ædificentur fideles, ne putent sibi hoc solum sufficere posse quod credunt; sed sciant justum judicium Dei reddere unicuique secundum opera sua. Sane quoniam dicit in hoc esse justum judicium Dei, ut unicuique reddat secundum opera sua (47), videbuntur nequaquam pro hoc sermone excludi posse gentiles, si forte et ipsi boni

[6] Isa. XIII, 9. [7] ibid. 13. [8] Matth. X, 26. [9] Rom. II, 15, 16. [10] I Cor. IV, 5. [11] Isa. XXVI, 20. [12] Tob. XII, 7. [13] I Tim. V, 24. [14-18] Matth. XXV, 41.

(42) Sic mss. plerique et Rabanus. Editi vero, et ms. unus Regius num. 1641, « dies iræ et vindictæ, dies judicii designatur. »

(43) « Inquit. » Deest in editis, et restituitur ex mss.

(44) Editi, Rabanus et ms. Regius num. 1639, omittunt « vel ».

(45) « Est » post « totius mundi, » omittitur in editis, et in plerisque mss. nostris. Rabanus hanc vocem ponit post « apostolicarum litterarum opus. » Ms. Regius num. 1639, « totius mundi manifestabitur: quorum, » etc.

(46) Ms. unus, « habeantur et hæc quoque, » etc. Sed cæteri mss., Rabanus et editi ut in textu.

(47) « Sane quoniam dicit in hoc esse justum judicium Dei, ut unicuique reddat secundum opera sua. » Hæc desiderantur in libris antea editis, et in ms. Regio num. 1639, necnon apud Rabanum; sed restituuntur ex cæteris mss.

aliquid operentur, et emendatius agant. Sed et illud quod in Ezechiele scriptum est, huic sententiæ videtur adversari. Dicit enim : « Cum averterit se justus a justitia sua, et fecerit iniquitatem secundum omnes iniquitates quas fecit iniquus, omnes justitiæ ejus quas fecit non commemorabuntur in lapsu ejus quo lapsus est ; sed in peccatis (48) suis quæ peccavit, in ipsis morietur [19]. » Etenim si nihil ex justitia justi, cum lapsus fuerit, memorabitur, quomodo unicuique reddet Deus secundum opera sua ? Sed videamus ne forte absolutionem sui in se ipse sermo divinus inveniat, si observemus quomodo scriptum est quod **480** dicit : « Cum aversus fuerit justus a justitia sua, » et non suffecerit eum dicere : « Cum aversus fuerit a justitia sua (49); » sed addiderit : « Et fecerit iniquitatem secundum omnes iniquitates quas fecit iniquus. » In quo videtur latenter hujusmodi inseruisse intellectum, ut si forte non secundum omnes iniquitates quas fecit iniquus, fecerit justus, non omnes justitiæ ejus de memoria auferantur ; si vero omnes iniquitates fecerit quas iniquus agit (50), tunc demum omnes justitiæ in lapsu ejus de memoria subtrahuntur. Hæc quamvis occultaverit in Scripturis Spiritus sanctus propter hos qui divitias bonitatis et patientiæ ejus contemnunt, non tamen penitus abstulit : quia et thesaurus in agro absconditus non quidem ab omnibus invenitur, ne facile diripiatur et pereat : invenitur tamen a prudentibus, qui possint ire, et vendere omnia quæ habent, et emere agrum illum [20]. Et hæc ergo quamvis abscondita sint in Scripturis, sicut scriptum est [21] : « Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abscondisti timentibus te ! » tamen inveniuntur ab his, qui non solum justum, sed etiam bonum esse Deum legis et prophetarum, ex his (51) quæ in Scripturarum mysterio sunt occultata, defendunt. Ex quibus necessitas exegit pauca patefacere gratia (52) exponendi apostolicum sermonem, quo ait : « Justi judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera sua. »

5. « His quidem qui secundum patientiam boni operis, gloriam, et honorem, et incorruptionem quærunt, vitam æternam : his autem qui ex con-
A tentione, et qui diffidunt quidem veritati (53), obtemperant autem iniquitati, ira et indignatio : et tribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis malum, Judæi primum, et Græci : gloria autem, et honor, et pax omni operanti bonum, Judæo primum, et Græco. Non enim personarum acceptio est apud Deum [22]. » Quærentibus, inquit, gloriam, et honorem, et incorruptionem, pro boni operis patientia vita æterna dabitur, non solum Judæis, quibus credita videntur eloquia Dei [23], sed etiam Græcis, quia justum est Dei judicium, et non tantum Judæorum Deus est, sed et gentium [24]. His vero qui per contentionem mentis (54), et animi pravitatem veritati non credunt, sed iniquitatem sequuntur, redditur ira et indignatio, tribulatio et angustia,
B non solum gentili, sed et Judæo, quia non est personarum acceptio apud Deum. Hæc quidem quantum ad sermonum ordinem spectat. Sed nunc quæ ad interiorem sensum pertinent requiramus. « His, inquit, qui per patientiam boni operis. » Quod dicit : « Patientiam boni operis, » ostendit laborem quemdam et agones imminere his qui bonum opus facere volunt. « Luctamen est » enim, sicut et idem Apostolus dicit [25], « non adversus carnem et sanguinem, sed adversus principatus, et potestates, et mundi hujus rectores ; » quæ omnia bono operi adversantur : et ideo patientia necessaria est, quia scriptum est [26] : « In vestra patientia acquiretis animas vestras. » Videamus autem quod dicit opus bonum. Dominus in Evangelio de ea mu-
C liere, quæ alabastrum unguenti pretiosi effudit super caput ejus, pronuntiat quia « Opus bonum operata est in me [27], » designans quod qui verbo Dei unguentum superfuderit, id est, qui opera cum verbo sociaverit, ille opus bonum operetur. Odoratus namque efficitur omni unguentorum suavitate repletus sermo, cum fuerit opere et actibus (55) exornatus. Nunc quid est gloriam et incorruptionem quærere, requiramus (56). Multis in locis Scripturæ sanctæ de gloria scribunt. Nam in Exodo de Moyse dicitur [28], quod cum descenderet de monte, glorificatus sit vultus ejus. Hoc retexens Apostolus ad Corinthios dicit : « Quod si ministerium mortis in litteris formatum in lapidibus, factum est in glo-

[19] Ezech. XVIII, 24. [20] Matth. XIII, 44. [21] Psal. XXX, 20. [22] Rom. II, 7 seq. [23] Rom. III, 2. [24] ibid. 29. [25] Ephes. VI, 12. [26] Luc. XXI, 19. [27] Matth. XXVI, 10. [28] Exod. XXXIV, 29.

(48) Ms. Regius num. 1640, « non commemorabuntur ; sed in lapsu ejus quo lapsus est, et in peccatis, » etc. Ita etiam editi, nisi quod omittant « sed. » Cæteri vero mss. et Rabanus rectius ut in textu, quod sequentia monstrant. Deinde mss. plerique ; Rabanus et editi, « Dicent enim : Si nihil, » etc. Sed rectior videtur lectio ms. Regii num. 1639, « Etenim si nihil, » etc.

(49) « Et non suffecerit eum dicere : Cum aversus fuerit a justitia sua. » Omissa hæc sunt in plerisque editis. Cæteri editi, mss. plerique et Rabanus, « et non sufficeret » (Erasmus, « suffecit) cum diceret.... sed addidit (al. addit), Et fecerit omnem impietatem, » al. « omnem iniquitatem, » etc. Sed rectius habere videtur ms. Regius num. 1639 ut in nostro textu.

D (50) « Agit. » Hanc vocem omittunt ms. Regius num. 1639 et Rabanus. Ms. Regius num. 1641 habet, « facit. » Cæteri cum editis, « agit. »

(51) Sic omnes mss. Editi vero, perperam : « et prophetarum testimoniis ex his, » etc.

(52) Ita editi, et rectius quidem quam mss. nostri, qui omnes habent, « pauca patefacere exponenti, » unus, « exponentibus, » etc.

(53) Editi, « et qui non acquiescunt veritati. » Sed omnes mss. ut in nostro textu.

(54) Ms. Regius num. 1641, « per contemptionem mentis. » Cæteri vero mss. et editi ut in textu.

(55) Sic mss. et Rabanus. Editi vero, « ut oportet actibus, » etc.

(56) Ita Rabanus et ms. Vallis-Claræ. Sic etiam ms. Regius num. 1641, nisi quod omittat « quærere. »

ria ; ita ut non possent intendere filii Israel in faciem Moysi, propter gloriam vultus ejus, quæ aboletur; quanto magis ministerium Spiritus erit in gloria! Si enim in ministerio damnationis gloria (57) est, quanto magis abundabit ministerium justitiæ in gloria? » Et post pauca addit : « Nos autem omnes revelata facie gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem (58) transformamur a gloria in gloriam tanquam a Domini Spiritu [29]. » Est ergo quædam gloria secundum Apostolum, quæ non glorificatur, ut illa quæ in vultu Moysi fuit, quæ dicitur esse destructa, quæ Legis littera intelligi potest, habens quidam gloriam præceptorum, sed quæ glorificari non possit. Est et alia gloria, quæ permanet et glorificatur in Christo. Cum enim ascendisset in montem cum Petro, et Jacobo, et Joanne, transformatus esse in gloriam scribitur. « Et tunc apparuerunt, » inquit, « Moyses et Elias colloquentes cum eo [30]. » Per quod ostenditur, quia legis et prophetarum gloria tunc apparuit, cum Christus fuisset transformatus in gloria, ut illius gloria illuminata prophetia et lex, amoto velamine litteræ, intelligatur in spiritu. Verum quia et in Exodo dicitur [31] gloria Dei replesse tabernaculum testimonii; et iterum in dedicatione templi **481** nihilominus descendisse gloria Dei, et replesse domum fumo, caligine, et nube, in quo utique ipsa adesse Dei præsentia designatur [32] : illa in his putanda est dici (58*) gloria, de qua Apostolus scribens ad Hebræos dicit de Filio, quia sit « splendor gloriæ, et imago expressa substantiæ ejus [33]. » Per quæ hoc declaratur (59), ipsum fontem gloriæ Patrem dici, ex quo splendor gloriæ Filius generatur, cujus participatione omnes creaturæ gloriam habere dicuntur : sicut de his qui ex resurrectione sunt, scribitur : « Alia gloria solis, alia gloria lunæ, alia gloria stellarum. Stella a stella differt in gloria [34]. » Hanc ergo gloriam, quæ ex resurrectione est, qui requirunt, et honorem, et incorruptionem, illud sine dubio invenient quod scriptum est : « Seminatur corpus in ignominia, surget in gloria ; seminatur in corruptione, surget in incorruptione [35]. » Et ideo inquisitor hujus gloriæ, et honoris, et incorruptionis per patientiam boni operis vitam consequitur æternam. Verum quia de gloria, ut potuimus, discussimus, videamus quid et honor indicet, quia qui ad æternam vitam festinant, non solum gloriam, sed et honorem quærunt. Scriptum est quia « homo, cum in honore esset, non intellexit; comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis [36]. » Quærit ergo illum honorem quem habebat (60) antequam compararetur jumentis insipientibus, id est illum quem habebat in paradiso, antequam peccaret, honorem quo Dei vocem merebatur audire, honorem quo paradisi fructibus et ligno vitæ fruebatur. Sed et illud quod dicit Apostolus : « Reddite omnibus debita; cui honorem, honorem [37], » ad hoc mihi respicere videtur. Ego enim sic intelligo honorem debitum reddi Deo (61), si quod debetur justitiæ reddatur, et nihil ex ejus parte injustitiæ concedatur : similiter et veritati si quæ sua sunt ita reddantur, ut nihil ex ejus partibus mendacio relinquatur : sapientiæ quoque, et innocentiæ, bonitatique si ita reddamus quæ sua sunt, ut nihil ex eorum bonis, vel stultitiæ, vel calliditati, vel malitiæ permittamus. Cum enim, verbi gratia, in judicando vel personam potentis acceperis, vel pro amici gratia quæ sunt vera suppresseris, non reddidisti honorem debitum justitiæ, nec veritati, sed dehonorasti justitiam, et fecisti contumeliam veritati : et cum Christus sit justitia, et sanctificatio, et veritas [38], eris similis illis qui Christum colaphis ceciderunt, et qui in faciem ejus conspuerunt, et qui in calamo caput ejus percutientes, vertici ejus imposuerunt spineam coronam [39]. Quis autem honor (62) est qui his omnibus virtutibus ab homine debetur, in Evangeliis edocemur, dicente Domino [40] : « Ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem. » Honorificat ergo Patrem et Filium, qui honorem dignum et studium defert sapientiæ, et justitiæ, et veritati, omnibusque his quæ esse dicuntur Christus. Hoc ergo modo quærunt gloriam, et honorem, et incorruptionem, qui festinant ad æternam vitam. Sed et incorruptio quid indicet, cito sciemus, si quod ei contrarium est discutiamus. Incorruptio contrariam habet corruptionem. Corruptio duobus modis accidere dicitur : corporaliter, et spiritaliter. Corporaliter accidit, cum evenerit illud quod scriptum est : « Si quis templum Dei corruperit, corrumpet illum Deus [41]. » Spiritaliter vero, cum illud acciderit quod nihilominus Apostolus dicit [42] : « Vereor autem ne sicut serpens Evam seduxit astutia sua, sic corrumpantur sensus vestri a simplicitate fidei, quæ est in Christo Jesu. » Si quis ergo ab his quæ supra diximus manserit corpore et spiritu incorruptus, iste incor-

[29] II Cor. III, 7-9, 18. [30] Matth. XVII, 1-3. [31] Exod. XL, 32. [32] II Paral. VII, 1. [33] Hebr. I, 3. [34] I Cor. XV, 41. [35] ibid. 42. [36] Psal. XLVIII, 13. [37] Rom. XIII, 7. [38] I Cor. I, 30. [39] Marc. XV, 17, 18, 19. [40] Joan. V, 23. [41] I Cor. III, 17. [42] II Cor. XI, 3.

Cæteri vero mss. et editi, « Nunc quidem gloriam et incorruptionem requiramus. »

(57) Ms. Regius num. 1641, « Si enim ministerium damnationis in gloria est. »

(58) Ms. Regius num. 1639, « eadem imagine, » etc.

(58*) Sic omnes mss. Editi vero, « Dei. » Rabanus et editio Veneta Theophili Salodiani, « diei. »

(59) Ita editi. Mss. vero nostri, « Per quæ hæc (*al.* Per quæ et) declaratur. » Rabanus, « Per quæ declarat. »

(60) « Quem habebat. » Hæc desunt in editis, et restituuntur ex omnibus mss.

(61) « Deo. » Omittitur in editis, et in plerisque mss., sed restituitur ex mss. Regio num. 1639.

(62) Sic mss. nostri. Editi vero, al., « Quem autem honorem; » al., « Quis autem honorem, » al., « Quia autem honorem. »

ruptionem quærere dicitur, quo scilicet per hanc observantiæ incorruptionem, illam quæ ex resurrectione est incorruptionem consequi (63) mereatur. Quid autem detur hæc requirentibus videamus. « Vita, » inquit, « æterna : » illa de qua Salvator docet, cum dicit : « Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum [43]. » Per quod ostendit in agnitione Dei, et Christi Jesu, vitæ æternæ manere substantiam. Agnitio vero Dei quomodo haberi possit, docemur in Psalmis, cum dicitur [44] : « Vacate, et agnoscite quoniam ego sum Deus. »

6. « His autem qui ex contentione, et qui diffidunt quidem veritati, obtemperant autem iniquitati, ira et indignatio, tribulatio et angustia [45]. » Qui simpliciter hæc accipit, sufficere credit ad intellectum, secundum (64) ea quæ supra dicta sunt, reddere Deum unicuique secundum opera sua : id est, sicut illis, qui per patientiam boni operis quærunt gloriam (65), et incorruptionem, vitam reddit æternam; ita et istis qui ex contentione diffidunt quidem veritati, obtemperant autem iniquitati, iram et indignationem, tribulationem et angustiam reddat. Sed qui in apostolicis litteris, per quas (66) Christus loquitur, iota unum, aut unum apicem non credit otiosum [46], asseverabit non per errorem Apostolo contigisse ut tali locutione uteretur, dicens [47] : « Qui reddet his quidem, qui per patientiam boni operis gloriam et honorem quærunt, vitam **482** æternam. » His vero qui ex contentione obtemperant iniquitati, non dixit, *iram et indignationem*, ut et hoc referatur ad « reddet, » quod superius dixerat; sed ait : « Ira et indignatio, tribulatio et angustia. » Unde qui spiritalis est, et intelligit quid Spiritus loquatur (67) in Paulo, dicit non hæc Apostolum per imperitiam, sed per divinam peritiam conscripsisse : scilicet ut per hæc ostenderet ea quidem quæ secundum patientiam boni operis quærentibus gloriam et incorruptionem reddenda sunt, per Deum reddi, id est vitam æternam : ea vero quæ consequuntur eos qui per contentionem diffidunt quidem veritati, obtemperant vero iniquitati, non a Deo dari, cujus dona utique permanentia, et ipso digna sunt : sed ex consequentia gestorum suorum his qui operantur malum, ira et indignatio, tribulatio et angustia erit, secundum ea quæ thesaurizaverunt sibi ipsi. Nam utique sicut ibi « vitam æternam » casu accusativo protulerat, ita et hic iram et indignationem, tribulationemque et angustiam casu ac- A cusativo protulisset, si id ad reddentis Dei personam referre voluisset. Quod et in aliis Scripturæ locis similiter intelligitur designari, sicut in primo libro Regnorum, ubi dicit Dominus : « Glorificantes me glorificabo, spernentes me spernentur [48]. » In quo evidenter ostenditur dicere Dominus eos qui glorificandi sunt, per se glorificandos; de his vero qui spernendi sunt, non retulisse ad se, sed absolute dixisse, quia spernentur. Si enim ut bona per semetipsum præstat, ita et mala per semetipsum retribueret Deus, consequens erat, ut quo modo dixit, « Glorificantes me glorificabo, » ita diceret : Et spernentes me spernam. Sed et in alio loco per prophetam simile quid videtur ostendi in eo, quod hi qui eunt in ignem (68), non a Deo, sed a semet- B ipsis eum inveniant accensum, sicut dicit Isaias : « Ite in lumine ignis vestri, et flamma (69) quam accendistis [49]. » Et ut adhuc planior horum fiat dissertio, addentur etiam hæc : Si quis contra præceptum medici sumptis malorum ciborum succis, et corporis turbata temperie, vel febres vel quoslibet hujuscemodi incurrerit morbos, certum est quod non per medicum, sed per intemperantiam suam pestem languoris acceperit; si vero medici præcepta custodiens in sospitate perduret, utique per medicum dicetur habere gratiam sanitatis. Hoc ergo modo consequenter videbitur Deus ipse per se reddere unicuique secundum opera sua, quæ bona sunt : mala autem venire intelligentur non a Deo, sed ex pessimis intemperantiæ succis, et cruda pra- C vitate gestorum. Verum et hoc ipsum quod dixit : « Qui ex contentione diffidunt quidem veritati, obtemperant autem iniquitati, » indiscussum non omittamus. In his enim singulis languores quidam animæ ab Apostolo designantur, quorum medelam nullus inveniet, nisi prius morborum cognoverit causas. Et ideo in divinis Scripturis ægritudines animæ numerantur et remedia describuntur, ut hi qui se apostolicis subdiderint disciplinis (70), ex his quæ scripta sunt agnitis languoribus suis, curati possint dicere : « Lauda, anima mea, Dominum, qui sanat omnes languores tuos [50]. » Unus ergo ex cæteris animæ languor, et quidem pessimus, contentio esse intelligenda est, per quam omne opus pravum geritur. Per hanc hæreses nascuntur, per D hanc schismata, et omnia scandala in Ecclesiis generantur, dum hi qui apud semetipsos prudentes sunt, et in conspectu suo sapientes [51], quidquid libuerit pro lege defendunt : et inde fit ut diffidatur

[43] Joan. XVII, 3. [44] Psal. XLV, 11. [45] Rom. II, 8, 9. [46] Matth. V, 18. [47] Rom. II, 6, 7. [48] I Reg. II, 30. [49] Isa. L, 11. [50] Psal. CII, 2, 3. [51] Isa. V, 21.

(63) Ita mss. plerique, editi et Rabanus. Mss. vero quidam, « per hanc observantiam, illam, quæ ex resurrectione est, consequi, » etc.

(64) « Secundum. » Deest in mss. Regio num. 1639.

(65) Editi, « credunt, vel quærunt gloriam. » Mss. omnes omittunt, « credunt, vel. »

(66) Ita Genebrardus. Sed cæteri editi et mss. nostri omnes, « per quos. »

(67) Ms. Regius num. 1639, « quod Spiritus loquitur, » etc. Alter Regius num. 1640, « qui Spiritus loquatur, » etc. Sed cæteri mss., Rabanus et editi ut in textu.

(68) Ms. Regius num. 1639, « quod iniqui euntes in ignem. » Cæteri vero mss., Rabanus et editi ut in nostro textu.

(69) Ita mss. et editi. Rabanus vero, « Ite, illuminate ignes vestros, et flammam, » etc.

(70) Genebrardus, « discipulis, » male.

quidem veritati, obtemperetur autem iniquitati. A Diffidere porro, pro non credere, vel non obtemperare, solet in Scripturis sanctis inveniri, sicut et in hoc loco : quod forte aptius Latinus interpres posuisset (71), si dixisset : Qui non obediunt veritati, sed obediunt iniquitati. Omnis ergo qui alienum a veritate iter ingreditur, nec sequitur eum qui dixit, « Ego sum veritas [52], » diffidit veritati, et inobediens est ei. Sic qui non solum (72) in actibus, sed et in sensibus et in fide errant; quod maxime ex contentione contingit. Sed et qui sapientiæ obsistunt, et justitiæ ac sanctificationi, Christo diffidunt, qui sicut veritas est, ita et sapientia, ita et sanctificatio est [53]. Non obtemperare autem Christo qui justitia est, hoc est obtemperare iniquitati, et his actibus quos (73) sine dubio consequuntur illa B quæ scripta sunt, « ira et indignatio, tribulatio et angustia [54]. » De ira sæpe jam diximus quod interdum ipse qui ex peccati conscientia animæ incutitur cruciatus, ira appelletur : indignatio autem, ipsius iræ tumor quidam significatur (74), et per singula quæque commotio : ut si, verbi gratia, vulnus aliquod pessimum iram ponamus, hujus autem tumor et distentio, indignatio vulneris appelletur. Tribulatio vero quam subsequitur angustia, non est similis putanda illi tribulationi de qua dicit Apostolus, quia « tribulatio patientiam operatur [55]. » Illa enim talis tribulatio angustiam non habet subsequentem, sicut et ipse Apostolus dicit : « Tribulationem patimur, sed non angustiamur [56]. » Imo vero C
483 non solum nullam angustiam tribulatio illa sanctorum, sed latitudinem habet. Denique sic dicit justus : « In tribulatione dilatasti me [57]. » Hujus latitudinis et Apostolus conscius sibi ad Corinthios scribit [58] : « Non angustiamini in me, sed angustiamini in visceribus vestris. » Et addidit : « Dilatamini et vos. » Idcirco ergo Deus de sanctis suis quos dilatari novit, et habere intra cordis sui domicilium spatia longe lateque diffusa, dicit : « Habitabo in eis, et inambulabo [59]. » Hoc munus a Deo inter cætera sapientiæ munera accepit et Salomon, sicut scriptum est : « Et dedit, » inquit, « Dominus Salomoni (75) prudentiam multam valde, et latitudinem cordis [60]. » In hac ergo sanctorum cordis latitudine non solum habitat, sed et inam- D bulat Deus. In peccatorum vero cordibus ubi angustiæ sunt, quia locum dederunt diabolo ingrediendi, ingreditur quidem diabolus (76), sed non ut habitet, neque ut inambulet; angustiæ enim sunt : sed ut lateat tanquam in caverna ; est enim serpens. Sic ergo in se infelix anima quam pessimus hic anguis obsederit, serpentino frigore rigens attrahitur, et coarctatur, atque in omnes angustias cogitur : illa vero quæ obtemperat veritati, instar cœli dilatatur, atque diffunditur, et solis justitiæ illustratur radiis, et aula sapientiæ ac veritatis efficitur.

7. Cur tamen ira et indignatio Judæo primum et Græco [61] ? Quia et gloria et honor ipsis primum. Prius enim illis credita sunt eloquia Dei [62], et ipsi dicunt : « Beati sumus Israel, quia quæ placent Deo, nobis nota sunt [63]. » Et ideo secundum Evangelii sententiam, « servus, qui cognovit voluntatem domini sui, et non fecit, digne plagis vapulabit multis, » hoc est Judæus : « qui autem non cognovit, » Græcus, id est gentilis, « vapulabit paucis [64]. » Interest enim cognovisse Deum, et cognovisse voluntatem Dei, quia cognosci Deus « a creatura mundi per ea quæ facta sunt » etiam a gentilibus potuit, et « sempiterna ejus virtus ac divinitas [65] : » voluntas vero ejus non nisi ex Lege cognoscitur, et prophetis. Verum quoniam et ad pœnam et præmium Judæos præfert, et Græcos postponit Apostolus, requirendum est quos hic Græcos, quos Judæos velit intelligi. Si illos dicit Judæos, qui adhuc sub Lege sunt, et ad Christum non veniunt, et Christianos Græcos, id est qui ex gentibus credunt, videtur contra totius mysterii venire sententiam. Quomodo enim illi primi dicentur de quibus dictum est : « Ecce erunt primi novissimi [66] ; » et ad quos iterum dicit : « Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta [67] ? » Et iterum, cum accessisset ad ficulneam Salvator, in qua non invenit fructum, dixit, quia « nunquam ex te fructus nascatur [68]. » Et duo populi in utero Rebeccæ designabantur, ex quibus dicitur, quia « major serviet minori, » et minor accepit benedictionem primatus [69] (77). Sed et alia secundum hoc innumera in Scripturis invenies. Si vero Judæos nos, id est Christianos appellat, et eos, qui ex omni genere crediderunt,

[52] Joan. xiv, 6. [53] I Cor. i, 30. [54] Rom. ii, 8, 9. [55] Rom. v, 3. [56] II Cor. iv, 8. [57] Psal. iv, 2. [58] II Cor. vi, 12, 13. [59] Levit. xxvi, 12 ; II Cor. vi, 16. [60] III Reg. iv, 29. [61] Rom. ii, 9, 10. [62] Rom. iii, 2. [63] Baruch. iv, 4. [64] Luc. xii, 47, 48. [65] Rom. i, 20. [66] Matth. xx, 16. [67] Matth. xxiii, 38. [68] Matth. xxi, 19. [69] Gen. xxv, 23 ; xxvii, 29.

(71) Sic recte ms. Regius num. 1641. Cæteri vero mss., Rabanus et editi, « quod forte aptius » (ms. Regius num. 1659, *quod fortius*) « Latinus interpretari potuisset, si, » etc. Paulo post ms. Regius num. 1639, « Omnis ergo qui alieno a veritate itinere graditur. » Sed cæteri mss., Rab. et editi ut in textu.

(72) Ita recte mss. plerique. Cæteri vero mss., Rabanus et editi, « si qui non solum » (al. « qui non solum, » omisso « si » vel « sic ; » al. « sic non solum, » omisso « qui ; » al. « sed qui non solum) in fide errat, » al. « errent, » etc.

(73) Sic ms. Regius num. 1640, Merlinus, Erasmus et Genebrardus. Cæteri vero mss., « et hi sunt quos ; » Salodianus et Rabanus, « et his quos. »

(74) Sic omnes mss. nostri et Rabanus. Editi vero, « tumor qui dictis significatur. »

(75) Mss. plures, « et dedit ei, inquit, » etc., omisso « Salomoni. »

(76) « Diabolus. » Deest in mss. et apud Rabanum, sed exstat in editis.

(77) Sic editi plerique, et ita legendum videtur. Attamen omnes mss. nostri, alii, « et junior accipiet benedictionis primatus ; » al. « et minor accipiet benedictionis primatum ; » al., « et minor accepit benedictionis primatus. » Editio Veneta, « et minor accepta benedictione prælatus. »

A quos ipse dicit in occulto Judæos [70], restat ut Græcos gentiles illos dicat, qui nondum crediderunt. Sed quomodo Apostolus tantam spem gentibus nondum credentibus ponit, cum ecclesiastica regula videatur obsistere, quæ statuit ut « nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non » possit « introire in regnum cœlorum [71]; » et iterum Petrus in Actibus apostolorum de Christo pronuntiat dicens : « Neque enim est aliud ullum nomen sub cœlo, in quo oporteat nos salvos fieri [72]? » Quomodo ergo hic gentes gloriæ, et honoris, et pacis secundo post Judæos loco participes facit [73]? Sed videamus ne forte illa quæ solet bonitas et dulcedo Dei abscondi in Scripturis sanctis, aliquid etiam hic moliatur occultum. Tres mihi hoc in loco ordines fecisse videtur Apostolus. Primo enim dicit B de his, « qui secundum patientiam boni operis gloriam, et honorem, et incorruptionem quærunt, » quod ipsis reddit Deus « vitam æternam [74]. » Patientiam autem boni operis in illis esse certum est, qui agones, et certamina perferunt pietatis : quod supra exposuimus evidenter de Christianis dici (78), apud quos martyres fiunt. Probatur id etiam per hoc quod Dominus dicit ad apostolos, quia « tribulationem habebitis in hoc mundo, et mundus gratulabitur, vos autem lugebitis [75] : » et addidit post pauca : « In patientia vestra acquiretis animas vestras [76]. » Christianorum ergo est pressuram pati in hoc sæculo, et lugere, quorum est vita æterna. Et vis scire quod nullius est vita æterna, nisi ejus qui credat in Christum? Audi C Salvatoris ipsius vocem evidenter in Evangeliis designantem : « Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum [77]. » Omnis ergo qui non agnovit Patrem solum verum Deum, et Filium ejus, Jesum Christum, alienus est ab æternitate vitæ. Hæc enim ipsa agnitio et fides vita esse designatur æterna. Est igitur primus (79) hic Christianorum locus, quibus per patientiam boni operis gloriam, et honorem, et incorruptionem quærentibus vita æterna reddetur [78], illa sine dubio qui dicit : « Ego sum via, veritas, et vita [79]. » In Christo autem, qui vita æterna est, bonorum omnium est plenitudo (80). Secundo in loco ponuntur hi, « qui ex contentione, **484** et qui diffidunt quidem veritati, obtemperant autem iniquitati; » quibus « ira et indignatio, tribulatio et angustia [80] » imminet; id est, omni animæ operanti (81) malum, Judæo primum, et Græco. His autem eisdem etiam bonorum retributio tertio in loco pari cum distinctione promittitur, cum dicit : « Gloria autem, et honor, et pax omni operanti bonum, Judæo primum et Græco [81]. » Quod, ut ego capere possum, de Judæis, et gentibus dicit, utrisque nondum credentibus. Potest enim fieri, ut vel ex his qui in Lege sunt, si quis persuasione quidem communi (82) Christo non credit, operetur tamen quod bonum est, justitiam teneat, misericordiam diligat, castitatem et continentiam servet, modestiam lenitatemque custodiat, atque omne opus (83) bonum operetur, hic etiamsi vitam non habet æternam, quia credens soli vero Deo, non credidit et Filio ejus Jesu Christo quem misit, tamen gloria operum ejus, et pax, et honor poterit non perire. Sed et Græcus, id est gentilis, si cum (84) legem non habeat, ipse sibi est lex, ostendens opus legis in corde suo [82], et naturali ratione immotus, sicut videmus nonnullos in gentibus, vel justitiam teneat, vel castitatem servet, vel prudentiam, temperantiam, modestiamque custodiat : iste licet alienus a vita videatur æterna, quia non credit Christo, et intrare non possit in regnum cœlorum, quia renatus non est ex aqua et Spiritu [83], videtur tamen (85) quod per hæc quæ dicuntur ab Apostolo, bonorum operum gloriam, et honorem, et pacem perdere penitus non possit. Si enim secundum ea quæ in superioribus disseruimus, videtur Apostolus condemnare gentiles, ex eo quod naturali intelligentia cum cognovissent Deum, non sicut Deum magnificaverunt [84], quomodo non putamus quod etiam collaudare eos possit, et debeat, si qui in his cognoscentes Deum, sicut Deum magnificent? Dubitari igitur non puto quod is qui pro malo opere condemnari meruisset, idem si operatus esset opus bonum (86), remuneratione boni operis dignus haberetur. Vides enim dicentem Apostolum (87), quia « omnes nos stare oportet ante tribunal Christi, ut reportet unusquisque propria corporis, prout

[70] Rom. II, 29. [71] Joan. III, 5. [72] Act. IV, 12. [73] Rom. II, 10. [74] ibid. 7. [75] Joan. XVI, 20. [76] Luc. XXI, 19. [77] Joan. XVII, 3. [78] Rom. II, 7. [79] Joan. XIV, 6. [80] Rom. II, 8, 9. [81] ibid. 10. [82] ibid. 14, 15. [83] Joan. III, 3. [84] Rom. I, 21.

(78) Editi, « quod supra diximus et exposuimus... apud quos martyres fuerint : » sed omnes mss. et Rabanus ut in textu. Deinde mss. plerique, Rabanus et editi, « Probatur » (al. « Probantur) autem etiam, » etc. Sed rectior videtur lectio ms. Regii num. 1639, « probatur id etiam, » etc.

(79) Ita editi, et sic legendum videtur. Omnes tamen mss. nostri et Rabanus, « est igitur plurimus hic, » etc.

(80) Alias, « bonorum omnis est plenitudo, » editi omittunt « est. »

(81) Ms. Regius num. 1639, « omni homini operanti, » etc. Sed cæteri mss. et editi ut in textu. Rabanus, perperam, « omni in me operanti, » etc.

(82) Sic mss. plerique, Rabanus et Salodianus. D Cæteri vero editi et ms. unus; al., « commonitus; » al., « communitus. »

(83) « Opus. » In editis omittitur.

(84) Ita ms. Regius num. 1639. Alter Regius num. 1641 habet, « sed et si Græcus .... qui cum, » etc. Cæteri mss., Rabanus et editi, « sed et Græcus .... qui cum, » etc.

(85) « Tamen. » Deest in editis et in plerisque mss, necnon et apud Rabanum; sed restituitur ex duobus mss.

(86) Editi, « idem si operatur bonum. » Ita etiam Rabanus, qui omittit « idem. » Ms. Regius num. 1639, « idem si operaretur bonum. » Sed cæteri mss. ut in nostro textu.

(87) Ita mss. plerique et Rabanus. Salodianus

gessit, sive bonum, sive malum [85]. » Inde denique est quod et in hoc loco subjungit : « Non enim personarum acceptio est apud Deum [86]. » Quod si adhuc tibi dubium videtur, audi et Petrus quid (88) in Actibus apostolorum pronuntiet, cum ad gentilem Cornelium fuisset ingressus : « Compertum, inquit, habeo quod Deus personarum acceptor non est, sed in omni loco, et in omni gente, qui facit voluntatem ejus, acceptus est ei [87]. » Sed objici nobis potest illud quod Dominus in Evangelio dicit : « Omnis qui credit in me, non judicabitur. Qui autem non credit, jam judicatus est, quia non credit in nomine unigeniti Filii Dei [88]. » Sed videamus quomodo non judicamur qui credimus Christo, ut sciamus quomodo et ille jam judicatus sit qui non credit. Numquidnam putamus qui crediderit in B Christo, et post hoc homicidium, vel adulterium commiserit, aut falsum testimonium dixerit, aut aliquid hujusmodi gesserit, quæ nonnunquam videmus admittere etiam fideles, quia pro his jam non judicabitur qui credidit in Christo ? Certum est hæc omnia venire ad judicium ; et ideo sic intelligendus est Domini sermo quem dicit, « Qui credit in me, non judicabitur, » quia secundum hoc quod credidit non judicabitur quasi incredulus et infidelis : de actibus vero suis sine dubio jndicabitur. Ita ergo et ille jam judicatus est qui non credit, secundum hoc quod non credidit ; et sicut credenti, si extrinsecus peccati aliquid commiserit, salva fide, judicium manet : ita et non credenti, C si quid boni operis gesserit, excepta infidelitate, remuneratio non peribit. Nisi forte quis aliquid grave et intolerabile velit objicere, ut dicat eum qui peccat, computandum non esse inter credentes ; quia si credat quis, non peccat : si vero peccat, ex hoc ipso arguatur quod non credat. Sed hæc quam dura sit sententia nulli ambiguum puto. Quotus enim quisque invenietur in terris, qui ita vitam suam libret (89), ut in nullo penitus delinquat ? Sed et Joannes Apostolus in Epistola sua evidenter etiam opinionem hujusmodi notat, cum dicit : « Si quis dicit quia peccatum non habet, hic mendax est, et veritas in eo non est [89]. — Si autem confiteamur peccata nostra, habemus advocatum apud Patrem, Jesum justum, qui exorat pro peccatis no- D stris [90]. » Hæc ergo a nobis in hoc loco, prout potuimus, discussa sunt, considerantibus etiam illud quod dicit Apostolus : « An Judæorum Deus tantum ? Nonne et gentium ? Imo et gentium [91] ; » ut

A per hæc evidentior fiat explanatio quomodo Judæi primo, deinde Græci ponuntur ab Apostolo. Sed tamen in arbitrio legentis sit probare quæ dicta sunt. Nos autem plura adduximus in tractatum, ne quid de Apostoli sensu indiscussum relinquere videremur.

485 8. « Quicunque enim sine lege peccaverunt, sine lege et peribunt, et quotquot in lege peccaverunt, per legem judicabuntur. Non enim auditores legis justi sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur [92]. » Cum dicat Apostolus eos qui sine lege peccaverunt, sine lege perituros, requiritur utrum de sola Moysi lege intelligendum sit, an et de lege Christi, vel etiam de quacunque humana lege sub qua utrumquemque mortalium vivere contingit, quod secundum ipsam judicari possit qui in ea peccat : an qui extra solam Moysi legem est, etiamsi sub aliqua lege vivat, velut extra legem positus, cum peccaverit, pereat. Nam et ipse apostolus Paulus, cum dicit se his qui sine lege sunt, quasi sine lege esse, et addit : « Cum utique sine lege non essem, sed in lege essem Christi [93], » ostendit se quidem in lege Moysi non esse, esse tamen sub lege. Sed et humanæ, ut diximus, leges, si ad hoc ipsum reputari debeant, videto (90). Naturalis vero lex, quæ communiter omnibus hominibus inest, considerandum est si omnes pene faciat in lege peccare, sicut in consequentibus dicit : « Cum enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt faciunt, hi legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis [94]. » Nisi eos forte dicamus extra legem positos, qui neque scriptis legibus, neque conscientia, et cogitationibus propriis reprehendentibus se et arguentibus parent. Quomodo autem dicit (91) : « Quotquot in lege peccaverunt, per legem judicabuntur ? » Utique qui in lege Christi est, per legem Christi ; et qui in lege Moysi, per legem Moysi judicabitur ; neque qui sub lege Christi est, quamvis etiam legi Moysi subditus videatur, judicari tamen secundum eam putandus est cur non sit circumcisus, vel cur Sabbatum non servet. Quod et si juxta legem Moysi putandus est judicari, secundum hoc quod lex spiritualis est, judicabitur. Hoc est enim non auditorem legis, sed factorem justificari. Quod vero graviore sententia percuti videtur is qui sine lege peccaverit, quoniam periturus pronuntiatur, cum utique et miseratione aliqua dignus videatur, qui adjutorio non usus est legis, videamus ne quid iterum, ut in cæteris docuimus, divinæ bonitatis hic lateat, quam

[85] II Cor. v, 10. [86] Rom. II, 11. [87] Act. x, 34, 35. [88] Joan. III, 18. [89] I Joan. I, 8. [90] I Joan. II, 1. [91] Rom. III, 29. [92] Rom. II, 12, 13. [93] I Cor. IX, 21. [94] Rom. II, 14, 15.

vero, « videns dicente Apostolo : » cæteri editi, « Vide dicente Apostolo, » mss. duo, « Vides enim dicente Apostolo. »

(88) Sic mss. plerique, Rabanus et editio Veneta Salodiani. Cæteri vero editi et ms. unus, « audi et Petrum quid, » etc. : male.

(89) Ita ms. unus Regius num. 1640 et plerique editi. Cæteri vero mss., Rabanus et editio Veneta, « liberet : » male.

(90) Mss. fere omnes et editi, « non video. » Solus ms. Regius num 1639, « videto, » quod rectius videtur.

(91) Ita ms. Regius num. 1639. Alii autem duo mss. Regii, « Qui autem dicit. » Ms. Vallis-Claræ, « Quod autem dicit. » Editio Veneta, « Qui autem diceris ; » cæteri vero editi, « Qui autem dicis. »

semper abscondit timentibus se [95]. Fortassis enim ob hoc sibi (92) propensiorem curam pro his qui pereunt inesse ipse Dominus in Evangelio ostendit, cum dicit quia « venit Filius hominis quærere et salvare quod perierat [96]. » Et iterum dicit [97] : « Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israel. » Et David dicit [98] : « Erravi sicut ovis perdita, require servum tuum. » Sed et in Evangelio drachma (93) quæ perierat, mundata domo invenitur a muliere [99]; et gaudet pater super filio juniore pœnitente, qui « mortuus fuerat, et revixit; perierat, et inventus est [1], » magis quam super eo qui non perierat nec inventus est (94). Qui junior filius, ut ego arbitror, etiam ipsam naturalem jam fugerat legem (95) : hoc enim videtur indicari in eo quod consumpsit partem paternæ substantiæ quæ eum contingebat, vivendo luxuriose. Sed et in Ezechiele propheta [2] pastoribus imputatur, quod infirmum non colligaverint, et quod perierat non quæsierint; et post pauca ipse Dominus dicit : « Et quod periit, » inquit, « ego requiram [3]. » Verumtamen observandum est quod in his omnibus nusquam Deus aliquem dicitur perdidisse, sed unusquisque ex se pati hoc quod perit, ut in hoc ipso ait : « Sine lege et peribunt ; » et : « Venit Filius hominis quærere quod perierat [4], » non quod perdiderat : et « ad oves perditas domus Israel [5], » non quas perdiderat. Et cum ipse Dominus dicit : « Omnes, » inquit, « quos dedisti mihi, servavi, et nullus ex eis periit [6] ; » non dixit : Nullum ex iis perdidi. Sane sicubi Deus perdere dicitur, pro reprobare (96) magis invenies dictum, sicut cum dicit : « Perdam sapientiam sapientium, et intellectum prudentium reprobabo [7]. » Quod autem dicit, quia « quotquot in lege peccaverunt, per legem judicabuntur, » intuere ne forte secundum vindictas has, quæ in Lege scriptæ sunt [8], quibus agebantur judicia, ubi lapidari, vel in ignem tradi, vel civitatem refugii adire, vel alia hujusmodi pati jubeantur : ita sit et judicium futurum : quoniam quidem typo, et umbræ cœlestium deservire [9] dicuntur hi qui sub lege sunt; ne forte simili quadam ratione agatur etiam futurum judicium in eos qui prævaricati fuerint legem. Cum ergo diversas in Scripturis dici claruerit leges, si quis in tantum omnes has refugerit, ut etiam naturalis ipsa lex, quæ nulli fere deest (97), vel per duritiam, vel per crassitudinem cordis obli- A literata in eo videatur et abolita, de isto potest videri dictum quod sine lege pereat; judicandus vero per legem dicatur is qui sub lege vivit, quia et Apostolus [10] contestatur omnem circumcidentem se, quod debitor sit universæ legis faciendæ.

9. « Cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt faciunt, hi (98) legem non habentes, ipsi sibi sunt lex : qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente eis conscientia, et inter **486** se invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus (99), in die cum judicabit Deus occulta hominum, secundum Evangelium meum, per Jesum Christum [11]. » Certum est quod gentes quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt facere non pro B Sabbatis vel Neomeniis dicantur, vel sacrificiis quæ in lege scripta sunt. Non enim hæc lex in cordibus gentium scripta est (1) : sed hoc est quod sentire naturaliter possunt : verbi gratia, ne homicidium, ne adulterium faciant, ne furentur, ne falsum testimonium dicant ; ut honorent patrem et matrem, et horum similia. Fortassis et quod Deus unus creator sit omnium, scriptum est in cordibus gentium. Magis tamen mihi videntur hæc, quæ in corde scripta dicuntur, cum evangelicis legibus convenire, ubi cuncta ad naturalem referuntur æquitatem. Quid enim ita naturalibus sensibus proximum, quam ut quæ nolunt sibi fieri homines, hæc ne faciant aliis [12]? Legi vero Moysi concordare lex naturalis secundum spiritum, non secundum litteram potest. Nam quæ C erit in hoc intelligentia naturalis, verbi gratia, ut octava die quis circumcidat infantem, aut cum lino simul ne lana texatur, vel ne quis in die Novorum fermentatum aliquid edat [13] ? Quæ cum aliquoties objecissemus Judæis, et exigeremus (2) ut si quid in his utilitatis esset, ostenderent, scimus eos hoc solum respondere solitos, quia ita visum sit legislatori. Nos vero qui hæc omnia spiritualiter intelligenda sentimus, idcirco et non auditores, sed factores legis justificandos [14] credimus, non legis secundum litteram, quæ utique pro sui impossibilitate non potest habere factorem, sed secundum spiritum, per quem solummodo impleri lex poterit. Hoc est ergo opus legis, quod etiam gentes Aposto- D lus dicit implere naturaliter posse. Cum enim agunt quæ legis sunt, « scripta » videtur lex in cordibus

[95] Psal. xxx, 20. [96] Luc. xix, 10. [97] Matth. xv, 24. [98] Psal. cxviii, 176. [99] Luc. xv, 8. [1] ibid. 24. [2] Ezech. xxxiv, 4. [3] ibid. 16. [4] Luc. xix, 10. [5] Matth. xv, 24. [6] Joan. xvii, 12. [7] I Cor. i, 19. [8] Exod. xxi, xxii. [9] Hebr. viii, 5. [10] Galat. v, 3. [11] Rom. ii, 14-16. [12] Tob. iv, 16. [13] Levit. xii, 3; Deut. xxii, 11; Exod. xii, 15, 19. [14] Rom. ii, 13.

(92) « Sibi. » In editis omittitur.

(93) Sic ms. Regius num. 1639 et Rabanus. Cæteri vero mss. et editi, « mna » pro « drachma. »

(94) « Magis quam super eo qui non perierat, nec inventus est. » Hæc in antea editis desiderantur, et in plerisque mss. necnon apud Rabanum, sed restituuntur ex duobus mss.

(95) Sic codex Vallis-Claræ et duo Regii. Salodianus pro « fugerat » legit « suggerat ; » cæteri editi, « fregerat. » Codex vero Ebroicensis et unus Regius, « etiam ipsam naturalem jam adeptus fuerat legem. » Rabanus, « etiam ipse secundum naturalem jam fuerat legem. »

(96) Ita Rabanus, quod rectius videtur quam « pro bono, » ut ferunt omnes mss. nostri et editi.

(97) Alias, « defert, » male.

(98) Editi, « ejusmodi ; » et postea, « conscientia ipsorum. »

(99) Editi, « cogitationum accusantium, aut etiam defendentium. »

(1) Sic recte mss. duo Regii. Cæteri vero et editi, « dicitur scripta. »

(2) Ita mss. Editi vero, al. « urgeremus, » al. « ingeremus, » al. « ingereremus. »

eorum a Deo, « non atramento, sed Spiritu Dei vivi [15]. » Quod autem dicit, « in cordibus, » non est putandum quia in membro corporis, quod cor appellatur, lex scripta dicatur. Unde enim caro aut tantos prudentiæ sensus possit emittere, aut tanta memoriæ receptacula continere (3) ? Sed sciendum est rationalem animæ virtutem cor solere nominari. Atque (4) testimonio sanæ conscientiæ uti Apostolus dicit eos, qui descriptam continent in cordibus legem. Unde necessarium videtur discutere, quid istud sit quod conscientiam Apostolus vocat : utrumne alia sit aliqua substantia, quam cor, vel anima. Hæc enim conscientia (5) et alibi dicitur, quia reprehendat, non reprehendatur, et judicet hominem, non ipsa judicetur, sicut ait Joannes : « Si conscientia, » inquit, « nostra (6) non reprehendat nos, fiduciam habemus ad Deum [16]. » Et iterum ipse Paulus alibi dicit [17], quia « gloriatio nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. » Quia ergo tantam ejus video libertatem, quæ in bonis quidem gestis gaudeat semper, et exsultet, in malis vero non arguatur, sed ipsam animam cui cohæret, reprehendat, et arguat, arbitror quod ipse sit spiritus, qui ab Apostolo esse cum anima dicitur, secundum quod in superioribus edocuimus, velut pædagogus ei quidam sociatus, et rector, ut eam de melioribus moneat, vel de culpis castiget, et arguat ; de quo et dicit Apostolus, quia « nemo scit hominum quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est [18] ; » et ipse sit conscientiæ spiritus, de quo dicit : « Ipse Spiritus testimonium reddit spiritui nostro [19]. » Et forte hic ipse spiritus est, qui cohæret animabus justorum, quæ sibi in omnibus obedientes fuerint ; et ideo scriptum est : « Laudate, spiritus et animæ justorum, Dominum [20]. » Si vero inobediens ei anima et contumax fuerit, dividetur ab eo post excessum, et separabitur. Et propter hoc puto dictum esse in Evangelio de malo villico (7), quia « dividet eum Dominus, et partem ejus cum infidelibus ponet [21]. » Ipse fortassis est spiritus, de quo scriptum est, quia « incorruptibilis est spiritus in hominibus [22]. » Et secundum ea quæ superius diximus, quia dividitur ac separatur (8) ab anima peccatrice, ut illa cum infidelibus accipiat partem, potest similiter his aptari et illud quod dictum est : « Erunt duo in agro, unus assumetur, et unus relinquetur : et duæ ad molam, una assumetur, et una relinquetur [23]. » Hæc de eo quod scriptum est : « Testimonium reddente conscientia. »

10. Nunc videamus quod sequitur : « Et inter se invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus in die, cum judicabit Deus occulta hominum secundum Evangelium meum, per Jesum Christum [24]. » Rectum judicium Dei esse quis dubitet, ubi accusatores, et defensores adhibentur et testes ? Et quidem de hoc justo Dei judicio nos homines capiamus exemplum, nec putemus unquam sine accusante, et defendente, et testibus justum haberi posse judicium. Deinde videndum est quomodo in illa die, cum judicabit Deus occulta hominum, cogitationes **487** vel accusabunt animam, vel defendent, non utique illæ cogitationes quæ tunc erunt, sed istæ quæ nunc sunt in nobis. Cum enim sive bona, sive mala cogitamus, velut in ceris (9), ita in corde nostro tam bonarum quam malarum cogitationum notæ quædam et signacula relinquuntur, quæ in occulto nunc pectoris posita, in illa die revelari dicuntur a nullo alio, nisi ab eo qui solus potest occulta hominum scire : quorum signorum, vel quarum notarum causas non latere Deum etiam nostra conscientia contestabitur. Quod tamen judicium, secundum Evangelium Pauli (hoc est, quod Paulus annuntiat) per Jesum Christum fiet. « Pater enim neminem judicat, sed omne judicium dedit Filio [25]. » Marcion tamen, et omnes qui diversis figmentis varias introducunt animarum naturas, hoc ex loco apertissime confutantur, cum a Paulo dicitur [26] Deus occulta hominum judicare per Jesum Christum : et ostenditur unumquemque non naturæ privilegio, sed propriis cogitationibus accusatum, vel excusatum, conscientiæ suæ testimonio judicandum.

11. « Si autem tu Judæus cognominaris, et requiescis in lege, et gloriaris in Deo, et cognoscis voluntatem ejus, et probas utiliora, instructus per legem, et confidis te ducem esse cæcorum, lumen eorum qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ et veritatis in lege. Qui vero doces alium, teipsum non doces : qui prædicas non furandum, furaris : qui dicis non mœchandum, mœcharis : qui abominaris idola, sacrilegium committis : qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis Deum dehonoras. Nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes, sicut scriptum est [27]. » Quemadmodum in Scripturis propheticis observavimus, non solum dicentis personam latenter et subito commutari, verum et eorum ad quos sermo, vel de quibus sermo fit ; verbi gratia, ut nunc ex Patris

[15] I Cor. III, 3. [16] I Joan. III, 21. [17] II Cor. I, 12. [18] I Cor. II, 11. [19] Rom. VIII, 16. [20] Dan. III, 86. [21] Luc. XII, 46. [22] Job. XXXII, 8. [23] Matth. XXIV, 40, 41. [24] Rom. II, 15, 16. [25] Joan. V, 22. [26] Rom. II, 16. [27] ibid. 17 seq.

(3) Sic editi plerique et mss. duo. Cæteri vero mss. et editio Veneta, « aut tanta memoriæ receptacula convenire ? » Rabanus, « aut tanto memoriæ receptaculo convenire ? »

(4) « Atque. » Restituitur ex ms. Regio num. 1639, qui postea habet sicut et Rabanus, « testimonia sanæ conscientiæ, » etc. Cæteri mss. et editi, « Testimonio sane conscientiæ, » etc., omisso « atque. »

(5) « Conscientia. » Deest in antea editis.

(6) « Nostra. » In editis omittitur.

(7) Editi, « judice : » male.

(8) Editi, « dividetur ac separabitur. »

(9) Alias, « cæteris : » male.

persona, nunc ex Filii, vel Spiritus sancti, nunc etiam ex persona prophetæ, aut aliorum quorumlibet aliqua dicantur; et nunc quidem sermo ad Israeliticam gentem, nunc ad exteras nationes, aut ad reges, et ad mille alios dirigatur : ita mihi videtur etiam hæc ad Romanos (10) scripta esse Epistola, ut interdum et dicentis persona mutetur, et aliquando quidem Paulus spiritualis loquatur, sicut in multis Epistolæ locis; aliquando vero Paulus carnalis, sicut, verbi gratia, cum dicit : « Ego autem carnalis sum venundatus sub peccato [28], » ut ostendetur (11), cum ad ipsum locum, Domino dirigente, venerimus. Interdum vero fit et eorum personæ, ad quos sermo est, commutatio, ita ut nunc ad omnem Romanorum dicatur Ecclesiam : « Gratias ago Deo meo per Jesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiatur in universo mundo [29] : » in aliis vero non ad omnem Ecclesiam, sed ad omnem qui judicat alium, et ipse facit ea quæ in aliis condemnat, et est inexcusabilis. Nunc autem neque ad Ecclesiam, neque ad eum qui judicat fit sermo hic, in quo dicit : « Si autem tu Judæus cognominaris, et requiescis in lege, et gloriaris in Deo, et cognoscis voluntatem ejus, » et cætera, usque ad eum locum : « Et judicabit quod ex natura est præputium, legem perficiens, te, qui per litteram, et circumcisionem prævaricator es legis. » Sicut in Scripturis propheticis vigilanter oportet intendere eum qui vult intelligentiam eorum quæ scripta sunt capere, vel dicentium, vel ad quos, vel de quibus sermo fit, personis (12) : ita nunc in Epistola ad Romanos agendum mihi videtur. Sed videamus jam quæ sunt quæ dicit Apostolus ad eum qui cognominatur Judæus. Primo namque hoc observandum est, quod non dixit de eo : « Si autem tu » Judæus es; sed, « Judæus cognominaris : » quia non idem est esse Judæum, et cognominari Judæum. Ipse etenim Paulus docet in consequentibus, quod vere Judæus sit ille qui « in occulto » circumcisus est circumcisione cordis, qui « spiritu, non littera » legem custodit, « cujus laus non ex hominibus, sed ex Deo est. » Qui autem « in manifesto, in carne» circumcisus est, legem ad hoc observans ut videatur ab hominibus, iste non est vere, sed cognominatur Judæus. De his enim et ipse Apostolus dicit [30] : « Videte circumcisionem : nos enim sumus circumcisio, qui spiritu Deo servimus. » Sed et Joannes in Apocalypsi de quibusdam ita dicit [31] : « Qui dicunt se esse Judæos, et non sunt : » quos etiam « de synagoga Satanæ, » esse pronuntiat. Sciendum tamen est, quod iste qui « in occulto » et vere Judæus est, ab illo Juda vocabulum trahat, de quo scriptum est : « Juda, te laudabunt fratres tui : manus tuæ super dorsum inimicorum tuorum. Catulus leonis Juda [32], » et cætera, quæ in Salvatorem Dominum prophetata sunt. Igitur si claruit de differentiis personarum, et quis vere sit Judæus, quis autem solo nomine cognominetur, videamus quæ ad hunc qui se jactat esse Judæum, et non est, sermo apostolicus dicat. Tu, inquit, qui Judæus cognominaris, et omnem tibi requiem in legis littera collocas, et gloriaris in Deo tanquam qui portio ejus sis, et cui concessum sit scire voluntatem Dei, et velut probandi gnarus jactas te scire posse et discernere quæ sint utiliora, et differentia, ita ut non solum quæ sint bona scias, verum etiam quæ sint meliora **488** et utiliora discernas, confidis quoque quod dux possis esse cæcorum : nimirum ex illis es ducibus de quibus dicebat Dominus : « Cæci sunt duces cæcorum. Cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foveam cadunt [33]. » Confidit ergo ducem se esse cæcorum, lumen eorum quoque qui in tenebris sunt. Sed et ad istos nihilominus Dominus dicit : « Si autem lux, quæ in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ sunt [34] ! » Confidunt tamen quod eruditores sint insipientium, et magistri infantium, tanquam qui ex legis littera formam scientiæ et veritatis acceperint. Et quia hæc profitentur quidem, non tamen vere tenent, dicit ad eos Apostolus : « Qui ergo doces alium, teipsum non doces : et qui prædicas non furandum,» tu adventum et præsentiam Christi, quæ universo mundo effulsit, « furaris : qui dicis non mœchandum, » in synagogam populi Dei adulterium committis, sermonem doctrinæ pravum et adulterinum ei superducens : et collocas eam cum legis littera quæ foris est, cum scriptum de ea legas, quia « omnis gloria filiæ regis intrinsecus [35] : » et ad quam legis per prophetam nihilominus dictum : « Nisi occulte audieritis, plorabit anima vestra [36]. » Qui ergo negas mœchandum, tam grave adulterium committis, ut adulterinum sensum introducas ad eam de qua dictum legis a Deo : « Ego te mihi desponsabo in fide et misericordia [37]. » Qui abominaris idola, sacrilegium committis, verum templum Dei, quod est Christus Jesus, violans. Solvis (13) enim templum Dei quod in tribus diebus resuscitatum est [38] iis qui credunt. Sed et qui ex lege et prophetis sermonem Christum pronuntiantem furatur et occultat, ne populus audiat et credat, sacrilegium committit, et vere Dei templum violat. Idem quoque hic qui cognominatur Judæus, et gloriatur in littera Legis Moysi, prævaricator Legis arguitur cum non credit Christo. Si enim crederet Moysi, crederet utique huic, de quo Moyses scripsit [39].

[28] Rom. VII, 14. [29] Rom. I, 8. [30] Philip. III, 2, 3. [31] Apoc. III, 9. [32] Gen. XLIX, 8, 9. [33] Matth. XV, 14. [34] Matth. VI, 23. [35] Psal. XLIV, 14. [36] Jerem. XIII, 17. [37] Osee, II, 19, 20. [38] Joan. II, 19. [39] Joan. V, 46.

(10) Sic omnes mss. Editi vero, « hoc modo ad Romanos. »

(11) Ita mss. Editi vero, « ostendemus. »

(12) Ms. Regius num. 1639, « personas. » Cæteri mss. et editi, « personis. »

(13) Ita ms. Regius num. 1639. Cæteri vero mss. et editi, « Solvisti. »

A Propter istos ergo tales qui dicuntur Judæi, et non sunt, nomen Dei blasphematur inter gentes, non solum pro operibus eorum pessimis, sed et propter humilem et dejectam intelligentiam, quam habent in lege et prophetis. Ridicula namque etiam ipsis gentibus fiunt, cum Legis litteram sequentes dicunt (14) : « Ne tetigeris, ne gustaveris, ne contaminaveris : quæ sunt omnia in corruptionem secundum mandata et doctrinas hominum [40]. » Verum hæc Apostolus quidem ad eum qui nomine, non opere Judæus est, dicit; pertinere tamen etiam ad omnem hominem possunt, in quo nomen tantum religionis et pietatis est, opera autem, et scientia, et fides deest. Et ideo majore cura hæc in nobis ipsis quam in his qui ad fidem Christi non veniunt,
B discutere debemus, ne quis nostrum qui per fidem Christi et circumcisionem in baptismo datam verus Judæus effectus est, et in lege Christi requiescit, gloriatur quoque se idolorum errore depulso agnovisse Deum, et ejus sibi innotuisse voluntatem (scit enim probare quod bonum, et beneplacitum est, et perfectum [41], et eo usque pervenit, ut etiam dux et doctor Ecclesiæ sit ad illuminandos (15) eos qui in scientia cæci sunt, et instruendos parvulos in Christo) : ne is, inquam, talis alios quidem velit docere districtius, et de his quos instruit summam disciplinam castitatis exigere (16), ipse vero intemperantiæ vitio et cupiditatis urgeatur, nonnunquam etiam flammis occultæ libidinis æstuet. Ad hujus-
C modi ergo hominem apostolicus hic sermo competenter aptatur, dicens ei : « Tu qui doces alium, teipsum non doces : qui prædicas non furandum, furaris; qui dicis non mœchandum, mœcharis. » Quod si etiam, ut nonnunquam fieri solet, munera oblata Deo, et stipem in usus pauperum datam, ad propria lucra converterit, recte ei dicitur : « Qui abominaris idola, sacrilegium facis. » Si vero etiam aperta incurrat opprobria, et de avaritia ejus, atque iniquis judiciis, et temulentia publicam jam teneat notam, dehonoratur Deus in actibus ejus : et cum doctor Ecclesiæ talis esse populis innotuerit, nomen Dei blasphematur in gentibus. Certi sunt enim magistro similes esse discipulos. Possunt tamen hæc eadem tertio loco etiam hæreticis aptari. Et ipsi
D enim cognominantur Christiani, et nonnulli eorum etiam Legem tenuere, per quam instructi, doctores (17) se esse cæcorum, et magistros infantium profitentur, probantes utiliora quæ latere ab ecclesiasticis dicunt. Sed isti quoniam furantur verba Dei, et intellectum eorum perversa expositione subripiunt, et adulterinum fidei sensum ad sponsam Christi Ecclesiam in regios thalamos inducunt, recte ad eos (18) dicitur : « Qui prædicas non furandum, furaris; qui dicis non mœchandum, mœcharis; et qui » abominantur « idola, sacrilegium » committunt, pretiosa vasa de templo Dei, id est, veræ fidei margaritas de Scripturis sanctis furantes : per quos et « nomen Dei blasphematur inter gentes, » dum casta et honesta Ecclesiæ dogmata corruptis ac turpibus maculant (19) hæreticæ pravitatis erroribus. **489** Ex illis enim et infanticidii, et incesti, cæterorumque similium scelerum probra ad invidiam sanctæ religionis exorta sunt. Sciendum tamen est, hæc Apostolum per ironiam dicere ad Judæos. Neque enim qui vere requiescit in Lege, et gloriatur in Deo, et probat utiliora, hæc quæ enumerata sunt facere credendus est. Testimonium sane quod posuit, id est, « Nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes, » de Isaia sumptum est [42].

12. « Circumcisio quidem prodest, si legem custodias : si autem prævaricator legis sis, circumcisio tua præputium facta est. Si igitur præputium justitias legis custodiat, nonne præputium illius in circumcisionem reputabitur, et judicabit id quod ex natura est præputium, legem perficiens, te, qui per litteram et circumcisionem prævaricator es legis ? Non enim qui in manifesto Judæus est, neque quæ in manifesto est in carne circumcisio ; sed qui in occulto Judæus est; et circumcisio cordis in spiritu, non littera ; cujus laus non ex hominibus est, sed ex Deo [43]. » Quæ sit circumcisio quam prodesse dicit Apostolus, vel quæ lex prosit, si custodiatur (20), diligentius requirendum videtur; ut cum hæc intellexerimus, possimus et nos circumcidi. Quippe si prodest circumcisio, secundum verbum Apostoli dicentis, quia « circumcisio prodest, si legem custodias, » ipse Apostolus in consequentibus docet, quia « non illa quæ in manifesto est in carne circumcisio, » sed « circumcisio cordis » per spiritum, non per litteram facta,

[40] Coloss. II, 21. [41] Rom. XII, 2. [42] Isa. LII, 5. [43] Rom. II, 25-29.

(14) Sic mss. Editi vero, « etiam gentibus ipsis legis litteram sequentes dicunt. » Deinde ms. Regius num. 1639, « Ne tetigeritis, ne gustaveritis, ne contaminaveritis; » et postea omnes mss., « in corruptione. »

(15) Mss. plerique, Rabanus et editi, « ut esset dux et doctor Ecclesiæ ad illuminandos, » etc. Sed melior videtur lectio ms. Regii num. 1639, ut in nostro textu.

(16) Mss. duo, « summam disciplinæ et castitatis exigere. » Cæteri vero mss., Rabanus et editi ut in textu.

(17) Sic ms. Regius num. 1639. Mss. vero duo, « etiam legem tenere videntur, » al. « dicuntur. » Cæteri mss. et Rabanus, « etiam legem tenere, » omisso « videntur, » vel « dicuntur; » et pro « doctores cæcorum » habent, « doctores cæterorum. » Editi vero, « etiam lege tenus, per quam instructi doctores, » etc.

(18) Mss. nostri et Rabanus, « ad eos. » Editi, « de his. »

(19) Editi, « maculantur. »

(20) Ita editi : Rabanus vero, « Vere, inquit, prodest lex, si custodiatur. » Ms. codex Ebroicensis ; « vel quid prodest, vel quæ lex prosit, si custodiatur ; » mss. Reg., al. « vel in quo prodest, vel quæ lex, si custodiatur ; » al. « vel quid prodest, vel quæ lex, si custodiatur. »

laudem habet non ex hominibus, sed ex Deo : et alibi dicit [44] : « Videte circumcisionem : nos enim sumus circumcisio, qui spiritu Deo servimus, et non in carne confidimus. » Hæc, ut opinor, est circumcisio quam prodesse dicit Apostolus, si legem custodias : non legem litteræ, cujus utique circumcisionem in carne non recipis, sed legem spiritus, secundum quam circumcideris corde. « Littera enim occidit, spiritus autem vivificat, » quia et lex Dei « non » refertur « atramento scripta, » sed digito Dei, qui est spiritus ejus, « et non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis [45]. » Verum potest nobis objici, quia si Apostolus circumcisionem prodesse dicit, quæ utique alia non intelligitur esse quam animæ purgatio, et abjectio vitiorum : quomodo addit adhuc, ita demum prodesse hujusmodi circumcisionem si legem custodias, cum hæc ipsa circumcisio nonnisi ex legis observantia fieri videatur. Sed intuere ne forte abscindere vitia, et cessare a malis, circumcisionem significet : agere autem quæ bona sunt, et efficere quæ perfecta sunt, custodire sit legem. Neque enim in eo perfectio est si cessetur a malis, sed in eo si agantur bona, sicut in Psalmo evidentius perdocemur, cum dicit : « Declina a malo, » et non hic stetit, sed addidit : « et fac bonum [46]. » Similiter ergo et Apostolus, utpote in his imbutus, ita demum dicit, prodesse circumcisionem et abjectionem malorum, si custodias legem bonorum. Neque enim perfectus quis esse potest si nihil egerit mali, sed si aliquid egerit boni. Unde et ipsa circumcisio quæ fiebat in carne, non absque hujus intelligentiæ, quam nunc exponimus, significabitur imagine. Denique octava die parvulis dabatur [47], qui nihil utique adhuc operis egerant. Quod si quis nobis proferat illud quod in principio libri Job de laude ejus positum est, ubi dicitur : « Et erat Job homo verax, sine querela, justus, Dei cultor, abstinens se ab omni re mala [48] : » cur præcedente boni operis laude, in ultimo mali continentia numeretur : illud quidem arbitror indicari quod sæpe fieri solet, quia plurimi hominum agunt quidem quæ bona sunt, miscent tamen aliquid et operis mali : pauci vero sint sicut Job, qui ita et veraces et irreprehensibiles, ita justi sint et cultores Dei, ut hæc omnia agentes abstineant se ab omni re mala. « Si ergo, inquit, prævaricator sis legis, » sicut supra exposuimus, non agendo quæ bona sunt, « circumcisio tua præputium facta est, » dum et hoc tibi, quod abstinere a malo visus es, opera fidei et justitiæ non agenti ad infidelitatem reputatur. Neque enim possibile est alicui carnalem circumcisionem rursum in præputium verti, cum utique abscissa præputii caro ultra redire non possit. Dignius ergo et evidentius intelligitur, quod continentia mali operis, quæ per circumcisionem significatur, si opera fidei non habeat, ad immunditiam reputetur. Sed et in Ecclesia qui per (21) baptismi gratiam circumciditur, si post hæc prævaricator sit legis Christi, circumcisio baptismi ad infidelitatis ei præputium reputabitur : quia et « fides sine operibus mortua » dicitur [49], et mali villici pars cum infidelibus ponitur [50].

13. « Si autem præputium justitias legis custodiat, nonne judicabit id quod ex natura est præputium, legem perficiens, te, qui per litteram et circumcisionem prævaricator es legis [51] ? » Superius diximus quod duos Judæos et duas circumcisiones discutiat Apostolus, et nunc de carnali, nunc vero de spiritali (22) commemoret. Videtur ergo in præsenti loco præputium dicere gentes, quæ in præputio **490** carnis ad fidem Christi venerunt : quas legem spiritalem servantes componit et comparat Judæis, qui per litteram et circumcisionem carnis prævaricatores sunt legis, quos et judicandos ab his dicit in quibus non carnis circumcisio, sed legis observatio est. Possumus autem ex hac comparatione etiam nostros in Ecclesia commonere ; verbi causa, si dicamus in præputio adhuc esse catechumenos, aut etiam gentiles ; et circumcisos esse fideles per gratiam baptismi. Si ergo catechumenus qui nondum per gratiam lavacri circumcisus est, legem Christi servet, justitias et mandata custodiat, nonne ex hac comparatione judicat eum, qui fidelis dicitur et præcepta non servat, ac legem Christi, et mandata contemnit ? Denique et ipse Dominus dicebat [52] : « Regina Austri surget in judicio cum viris generationis hujus, et condemnabit eos, quia venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis. » Hæc quidem ad instruendam Ecclesiam nobis dicta sint. Verum considera si possit in hoc loco et ille intellectus admitti, ut dicatur etiam post adventum Christi carnalis circumcisio, quæ ex lege observatur (23), prodesse aliquid custodientibus legem, secundum hoc quod in initio fidei nostræ adhuc a credentibus observabatur : ut in Actibus apostolorum docetur [53] vel Petrus in discretione ciborum, vel Paulus in sacrificiis purificationis [54] fecisse : si forte etiam hic hujusmodi circumcisionem proposuisse videatur Apostolus, quam prodesse dicit ita si etiam lex servetur : si minus, circumcisionem hanc in præputium vertendam, hoc est, nihil profuturam : imo etiam majus (24) habere judicium eum qui per circumcisionem carnis videatur legis observantiam profiteri, et prævaricando legem judicari ab eo qui non susceperit quidem circumcisionem carnis, ju-

[44] Philip. III, 2, 3. [45] II Cor. III, 6, 3. [46] Psal. XXXVI, 27. [47] Gen. XVII, 12 ; Levit. XII, 3. [48] Job. I, 1. [49] Jac. II, 26. [50] Luc. XII, 46. [51] Rom. II, 26, 27. [52] Matth. XII, 42. [53] Act. X, 11 seq. [54] Act. XXI, 26.

(21) « Sed et in Ecclesia qui per, » etc. Ita mss. et Rabanus. Editi vero : « Sed et si in Ecclesia per, » etc.

(22) « De carnali, nunc vero de spiritali. » Hæc desiderantur in antea editis.

(23) Sic mss. Editi vero, « observabatur. »

(24) « Majus. » Editi, « in aliis, » male.

stitias tamen servaverit legis. Si ergo et hic sensus recipi debeat, video etiam tu qui legis, quoniam quidem ipse Apostolus profitetur [55] se Judæis fieri Judæum, et his qui sine lege sunt, quasi qui sine lege sit (25), et omnibus omnia fit, ut omnes lucrifaciat, ne forte propterea hic videatur indulgere Judæis ea quæ ad Galatas scribens, his qui ex gentibus crediderant non indulget. Dicit enim : « Quia si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit [56]. » Nihil ergo proderat circumcisio his qui ex ea putabant aliquid justificationis assumi ; proderat autem his, qui putabant sibi ad Christum non esse veniendum, si eis circumcidere filios vetaretur. Erant enim nonnulli in initiis, qui circumcisionem veluti insigne vernaculum gentis suæ nimio amore servarent : et impediri videbantur a fide, si hoc (26) eis vetaretur quo carere non poterant. Ergo videtur Apostolus ad hujusmodi homines dicere, ne eis fidei januam claudat, quia « circumcisio prodest, si legem custodias : si autem prævaricator legis sis, circumcisio tua præputium facta est. » E contrario autem si credentes ex gentibus ad circumcisionem cogerentur, fidei Christi et prædicationi verbi fieri videretur injuria. Sed et illud observandum est, quod cum dixerit : « Circumcisio quidem prodest, si legem custodias : » non addidit, Si autem non custodias, sicut consequens videbatur, sed ait : « Si autem prævaricator sis legis. » In quo ostendit aliud esse non custodire legem, aliud prævaricari legem. Nam et Paulus ipse non semper legem custodit, nunquam tamen prævaricator est legis. Propterea in consequentibus dicit : « Si autem præputium justitiam legis custodiat, nonne judicabit quod ex natura est præputium, legem perficiens, te, qui per litteram et circumcisionem prævaricator es legis ? » Custodit ergo legem is qui eam secundum litteram observat ; et is prævaricatur eam, qui spiritalem ejus non tenet sensum. Justitia vero legis, moralis ejus est locus (27). Lex enim generale vocabulum est : justitia vero pars legis est. Continet enim lex justitias, et judicia, et mandata, et justificationes, aliasque quamplurimas species. Si ergo præputium non ait ipsam legem, sed si justitias legis custodiat, in tantum præfertur circumcisioni prævaricanti legem, ut etiam judicet eam. Et bene addidit, « legem perficiens. » Ille enim qui secundum litteram vivit, custodire dicitur legem ; iste vero qui secundum spiritum, perficere : perfectio autem legis in Christo est, qui dixit : « Non veni solvere legem, sed adimplere [57]. » Adimplere autem legem, hoc est perficere legem. Custodit ergo legem car-

A nalis Judæus, perficit autem spiritalis, et qui in occulto Judæus est. In quo ille quidem prævaricator legis, hic autem judex prævaricatoris efficitur. Prævaricator autem efficitur (28) carnalis Judæus, quia lex ipsa infirmabatur per carnem. Nisi enim infirmata fuisset secundum carnem, non utique diceretur : « Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem [58]. » Per spiritum autem infirmari legem nunquam invenies scriptum, et ideo « qui in carne sunt, Deo placere non possunt [59] ; » qui autem per spiritum actus carnis mortificaverint, non solum vivent, sed judices erunt non tantum hominum, sed et angelorum : quia illius laus ab hominibus est, hujus a Deo [60]. Hæc quidem dicta sint a nobis ad

491 explanationem sermonis apostolici, quem

B disserere proposuimus. Non tamen importunum videbitur etiam circumcisionis ipsius generalem discutere rationem, quandoquidem de ea locus ipse commonuit. Repetamus igitur, et in medium proferamus, si qua in lege de ea, vel in Scripturis cæteris continentur. Invenimus in Genesi scriptum primum de circumcisione mandatum, cum responsa darentur ad Abraham hoc modo [61] : « Et dixit Deus ad Abraham : Tu autem testamentum meum servabis, et omne semen tuum post te in generationes suas. Et hoc testamentum, quod disposui inter me et vos, et inter me et inter medium seminis (29) tui post te in generationes eorum : circumcidetur omne masculinum vestrum, et circumcidetis carnem

C præputii vestri, et erit in signum testamenti inter me et vos : et puer octava die circumcidetur in vobis, omnis masculus in generationibus vestris : vernaculus, et pecunia emptus ab omnibus filiis alienigenarum, qui non est ex semine tuo, circumcisione circumcidetur vernaculus domus tuæ, et pecunia comparatus a te : et erit testamentum meum super carnem vestram testamentum æternum : et incircumcisus masculus qui non fuerit circumcisus in carne præputii sui die octava, exterminabitur anima illa de genere suo (30), quia testamentum meum dissipavit. » Non nos tamen latere debet, quod in aliis exemplaribus non habetur positum, « octava die, » in hoc duntaxat loco. Item in Levitico scriptum est [62] : « Et locutus est Dominus ad

D Moysen dicens : Loquere filiis Israel, et dices ad eos : Mulier quæcunque susceperit semen, et pepererit masculum, immunda erit septem diebus, secundum dies purgationis immunda erit, et die octava circumcidet carnem præputii ejus, et triginta tribus diebus sedebit in sanguine suo immunda. » Hæc quidem de lege Moysi testimonia posuimus. Salvator vero in Evangelio ait, circumcisio-

[55] I Cor. IX, 20-22. [56] Galat. V, 2. [57] Matth. V, 17. [58] Rom. VIII, 3. [59] ibid. 8 13. [60] Rom. II, 29. [61] Gen. XVII, 9 seqq. [62] Lev. XII, 1 seqq.

(25) Editi, « quasi sine lege sit. »
(26) « Hoc. » Deest in editis.
(27) Ita mss. nostri. Ast editi, « Justitiæ vero legis, moralis est locus. »
(28) « Efficitur. » In editis omittitur.
(29) « Et inter medium seminis, » etc. Sic edit. Mss. vero : « et inter semen tuum post te in generatione sanctorum. »
(30) Editi, « anima illa de genere suo. » Mss., « ille de populo suo. »

nem accipere hominem in Sabbato, et non solvi legem Moysi; et dicit eam ex patribus esse, et ante Moysen datam [63]. Cujus sententiæ auctoritate, simul et legalis præcepti gravitate permoti, etiam post adventum Jesu suasi sunt quidam circumcidi, cum essent ex gentibus. Alii vero, horrescentes pondus præcepti, refugerunt penitus etiam ab ipsis legibus in quibus hæc scripta videbantur, ita ut putarent hæc non esse boni Dei mandata, nec ejus quæ Dominus et Salvator noster prædicare venisset. Et ideo mihi videtur diligentior in talibus locis adhibenda discussio, si sit aliquid in hujusmodi mandato utilitatis etiam secundum litteram: et si sint quibus utile sit, vel quem ad finem tendat ejus utilitas, aut si aliquid utilius figuraliter indicetur. Igitur repetentes ea quæ ex lege protulimus testimonia, discutiamus attentius, utrumne soli Judæorum genti videatur hujusmodi imminere mandatum, an et omnes qui ex gentibus crediderunt, æqua sorte constringat. Intueamur ergo illud quod ad Abraham defertur oraculum, quo jussus est circumcisionis testamenta servare. «Tu, inquit, testamentum meum servabis, et omne semen tuum post te per generationes suas. Et hoc est testamentum quod disposui inter me, et te, et ipsos, ut circumcidatur omne masculinum eorum, et circumcidant carnem præputii sui, ut sit in signum testamenti inter me, et ipsos; et omnis masculus octava die circumcidatur [64].» Quos sane (31) etiam ex alienigenis, id est, qui minime ex Abraham stirpe dicuntur, circumcidi velit (32), manifeste pronunciat. Ait namque: «Vernaculus tuus, et pecunia emptus ab omnibus filiis alienigenarum, qui non est ex semine tuo, circumcisione circumcidatur [65].» Nusquam fecit proselyti, id est advenæ, mentionem; sed vernaculum servum, profecto gentis illius, domi natum, vel etiam pretio mercatum circumcidi jubet; non liberum, non hospitem constringit, non advenam. Perscrutemur nunc etiam Levitici legem, quomodo etiam Moysi præcipiat Deus [66]: «Loquere, inquit, filiis Israel, et dices ad eos: Mulier si susceperit semen, et pepererit masculum.» Et post aliquanta: «Octava, inquit, die circumcidet carnem præputii ejus [67].» Intuere et hic quemadmodum de lege circumcisionis tantum ad filios Israel Moyses loqui jubetur, et alienigenarum nulla fit mentio. Si enim credimus per divinum Spiritum scripta esse quæ inferuntur in lege; utique non frustra aut addi aliquid putandum est, aut sileri: et ideo cum in quibusdam mandatis dicitur: «Loquere ad filios Israel, et dices ad eos [68],» in quibusdam vero additur, ut non solum filiis Israel, sed et proselytis, id est advenis, loquatur, necessario utique observanda distinctio est: quia sicut in his locis ubi dicitur: «Loquere ad Aaron [69];» et alibi [70]: «Loquere ad filios Aaron;» et alibi [71]: «Loquere ad Levitas, et dices ad eos,» certum est non subjacere reliquos filios Israel his legibus, quæ vel filiis Aaron, vel Levitis, vel ipsi Aaron promulgatæ sunt: ita etiam quæ filiis Israel jubentur, nec alienigenæ memoria ulla fit, non est putandum commune in his esse mandatum, vel communem fieri legem, ubi appellationis habetur exceptio. Pauca tamen ad horum probationem testimonia adhibeamus ex pluribus, per quæ necessariam esse vel adjectionem, vel exceptionem hujusmodi nominum comprobemus. In primis Levitici partibus **492** ad solos filios Israel fertur hujusmodi lex: «Loquere, inquit Dominus, filiis Israel, et dices ad eos: Homo ex vobis si offerat dona Deo ex pecoribus [72],» et cætera; et iterum: «Et locutus est Dominus ad Moysen dicens: Loquere filiis Israel: Anima si peccaverit non voluntate [73],» et cætera. Hæc et hujusmodi quis dubitet quod ad solos filios Israel mandentur? Alia vero non ipsis, sed Aaron, vel filiis ejus, ut dicit in consequentibus: «Et locutus est Dominus ad Moysen dicens: Præcipe Aaron et filiis ejus dicens: Hæc est lex holocaustorum [74],» etc.; et rursum: «Locutus est Dominus ad Moysen dicens: Loquere Aaron et filiis ejus dicens: Hæc est lex peccati: In loco quo jugulaverint holocaustum, ibi jugulabunt pro peccato in conspectu Domini [75];» et iterum ad Aaron: «Vinum, inquit, et siceram non bibetis tu et filii tui tecum, cum introieritis in tabernaculum testimonii [76].» Alia autem neque Aaron, neque filiis Israel mandantur, sed senioribus Israel hoc modo: «Loquere, inquit, ad seniores Israel dicens: Accipite hircum ex capris pro peccato [77],» etc. Nunquid dubitatur quod hæc lex solis senioribus filiorum Israel præcipitur? Sed et de mundis et immundis animalibus specialis nihilominus lex filiis Israel dari videtur. Ita namque scriptum est [78]: «Et locutus est Dominus ad Moysen et Aaron dicens: Loquimini filiis Israel, dicentes ad eos: Hæc sunt animalia quæ manducabitis,» et reliqua. Sic ergo etiam de circumcisione, vel in his quæ ad Abraham responsa sunt (33), vel in his quæ in Levitico continentur, non alius quisquam circumcisionis lege constringitur, nisi sit vel ex Abraham originem trahens, vel vernaculus eorum, aut pretio emptus. Vis autem videre, quia sicubi vult etiam alienigenas una eademque lege connecti, significanter ostendat? Audi quid scriptum sit [79]: «Et locutus est, inquit, Dominus ad Moysen dicens:

[63] Joan. VII, 22, 23. [64] Gen. XVII, 9, 12. [65] ibid. [66] Lev. XII, 2. [67] ibid. 3. [68] Num. VI, 2 et alib. [69] Exod. VIII, 16. [70] Num. VI, 23. [71] Num. XVIII, 26. [72] Levit. I, 2. [73] Levit. IV, 1, 2. [74] Levit. VI, 8, 9. [75] ibid. 24, 25. [76] Lev. X, 9. [77] Lev. IX, 3. [78] Levit. XI, 1, 2. [79] Levit. XVII, 1, 2, 10-12.

(31) «Quos sane.» Mss. Regius n. 1639, «quod sane;» cæteri vero mss et editi, «quos sane,» quod rectius videtur.

(32) «Circumcidi velit.» Ita editi et mss. plures. Quidam tamen, perperam, «circumcidi velle.»

(33) «Vel in his quæ ad Abraham responsa sunt.» Hæc desunt in editione Genebrardi.

Loquere ad Aaron, et ad filios ejus, et ad omnes filios Israel, et dices ad eos: Homo ex filiis Israel, vel ex advenis qui fuerint in vobis, quicunque manducaverit omnem sanguinem, statuam animam meam super animam illam quæ manducaverit sanguinem, et disperdam eam de populo suo, quia anima omnis carnis sanguis illius est: et ego dedi vobis illum, ut ex ipso supra altare propitietur pro animabus vestris, quia sanguis pro anima expiabit. Propterea dixi filiis Israel: Omnis anima ex vobis non manducabit sanguinem, et advena quicunque fuerit in vobis non manducabit sanguinem. » Vides ergo hanc de observatione sanguinis legem, quæ communiter et filiis Israel, et advenis data est, observari etiam a nobis qui ex gentibus per Jesum Christum credimus Deo. Nos enim proselytos et advenas Scriptura nominare consuevit, cum dicit [80]: «Advena qui est (34) in te, ascendet super te sursum; tu autem descendes deorsum. Ipse erit tibi caput; tu autem eris ejus cauda. » Ideo ergo legem de observatione sanguinis communem cum filiis Israel etiam gentium suscepit Ecclesia. Hæc namque ita (35) intelligens in lege scripta, tunc beatum illud apostolorum concilium decernebat, dogmata et decreta gentibus scribens, ut abstinerent se non solum ab his quæ idolis immolantur, et a fornicatione, sed a sanguine et a suffocato [81]. Verum fortasse requires, si ut de sanguinis observantia claruit, ita etiam de suffocato doceatur, utrum communis filiis Israel cum advenis data sit lex, quia etiam de hoc observare gentes apostolorum statuta decernunt. Audi quam observanter etiam super hoc in Dei legibus cautum sit [82]: « Homo, homo, inquit, ex filiis Israel, et ex advenis qui sunt in vobis, quicunque venatus fuerit feram, aut avem, quæ manducantur, effundat sanguinem ejus, et cooperiat terra, quia anima omnis carnis sanguis ipsius est. » Vide ergo quam observanter legislator in quo mandatum commune vult esse, conjungit advenas filiis Israel: in quo vero specialia dat præcepta, a quibus ea velit observari distinguit. Verum quoniam inter illa quæ de Levitico superius protulimus, etiam hoc scriptum refertur [83]: « Homo, homo ex filiis Israel, vel ex advenis qui sunt in eis, quicunque fecerit holocaustum aut sacrificium, et ad ostium tabernaculi testimonii non adduxerit facere illud Domino, exterminabitur homo ille de populo suo: » et per hoc videtur etiam advenæ et de sacrificiis injungi, et Ecclesia ex gentibus offerendis holocaustis (36) obnoxia fieri: etiam hæc diligentius verba, et syllabæ, ut ita dicam, observandæ sunt legis. Ait enim, si « fecerit holocaustum vel sacrificium, » ut adhibeat illud « ad ostium tabernaculi testimonii. » Lex non ut

A faciat jubet, sed si forte fecerit, quomodo facere debeat docet. Certum est enim, nec dubitari potest, quod dum Jerosolymis templum constaret, et religio patribus tradita vigeret, plurimi etiam gentium veniebant adorare, et offerre sacrificia. Sed hoc quoniam in loco uno tantummodo fieri præceptum est, de quo etiam hic mandat ut ad ostium tabernaculi jugulanda victima deducatur (37), tamdiu potuit legitime fieri, quandiu status loci permansit incolumis. Denique et Salvator **493** ad illos decem leprosos quos mundaverat: « Ite, inquit, et ostendite vos sacerdoti: et offerte pro vobis hostias, sicut præcepit Moyses [84]; » ex quibus cum unus regressus fuisset ad Salvatorem gratias agens, ait Dominus: « Nonne

B decem purgati sunt? Ubi sunt illi novem? Non est inventus qui rediret, et gratias ageret Deo, nisi hic alienigena [85]. » Ita ergo constante templi statu, etiam alienigenis offerendi sacrificia moris fuit: nunc vero quid exposcitur ab advenis, quod exhibere ne propriis quidem cultoribus licet? Hæc autem omnia dicta sunt a nobis, ut ostenderemus quanta sit in lege distinctio mandatorum, et præcipue ut de circumcisionis præcepto doceremus, quod non aliis quam his qui ex Abraham genus ducunt, vernaculisque eorum, vel pretio emptis esset injunctum: liberos vero esse ab hujuscemodi legibus eos, qui per Christum Deo ex gentibus credunt. Quæ tamen idcirco interim absque ullius allegoriæ adjectione discussimus, ne qua, ut solet,

C his qui sunt ex circumcisione, obstrependi adversum veritatem resideret occasio. Sed adhuc validum adversum nos levare poterunt telum, confirmantes etiam proselytos per legem circumcisioni obnoxios fieri, ex his quæ in Exodo scripta sunt hoc modo: « Si vero quis accesserit ad vos proselytus, et fecerit Pascha Domino, circumcides ei omne masculinum, et tunc accedet facere illud, et erit sicut indigena. Omnis incircumcisus non edet ex eo. Lex una erit indigenæ et advenæ qui advenerit ad vos [86]. » Quæ quamvis arguta videatur objectio, tamen admiranda legislatoris ubique cautela succurrit. Considera enim quod et hic non dixit, quia advena qui venerit ad vos, faciat Pa-

D scha Domino, et circumcidatur; sed observantissima moderatione decernit dicens: « Si accesserit ad vos, et fecerit Pascha. » Nec dubitari enim de hoc potest, quod si quis cum Judæis Judaicum Pascha fecerit, et circumcidi debeat: unum hoc interim, quo retundantur contradicentes, legislatoris cautela prospexit. Est et illud præterea ad quod mutire non poterunt. Pascha quod lex fieri præcipit, in loco illo fieri jubet quem elegit Dominus Deus, id est Jerosolymis (38). In illo etenim tem-

[80] Deut. XXVIII, 43, 44. [81] Act. XV, 20. [82] Levit. XVII, 13, 14. [83] ibid. 8, 9. [84] Matth. VIII, 4. [85] Luc. XVII, 17, 18. [86] Exod. XII, 48, 49.

(34) *Qui est.* Editi, « quidem. »
(35) *Ita.* In editione Genebrardi omittitur.
(36) *Holocaustis.* Deest in editione Genebrardi.
(37) *Deducatur.* In editione Genebrardi, « declaratur, » male.
(38) Editi, « Pascha quod lex fieri præcipit in illo loco quem elegit Dominus Deus, id est, Jerosolymis, celebrandum est. »

plo tantum offerri sacrificia decernuntur. Recuperent ergo prius statum templi, et tunc de circumcisione contendant : si vero ibi secundum sententiam Salvatoris[87] non remansit lapis super lapidem, qui non sit destructus, superflua (39) est de circumcisione causatio. In tantum autem circumcisio vernaculum ipsius, et nullius alterius gentis, insigne est, ut nusquam alius quis in historiis veterum pro hac referatur correptus, nisi filius Moysi, cujus mater Sephora vim angeli comminantis exitium filii circumcisione compescuit[88]. Ex his ergo omnibus ostenditur Israel ille, qui secundum carnem est (40), solus circumcisioni carnis obnoxius : liber autem et alienus ab ea populus proselytus qui advenit ad eam, qui ascendit, et factus est sursum; ille autem descendit, et factus est deorsum[89] : et per misericordiam Christi factus est iste populus in capite, et ille in cauda. Facti sunt enim « novissimi primi, et primi novissimi[90] : » et ob hoc judicat id quod ex natura est præputium legem perficiens, illos qui per litteram et circumcisionem prævaricatores sunt legis. Non enim purificat animam hæc quæ in manifesto fit in carne circumcisio ; sed illa quæ in occulto est circumcisio cordis, ipsa purificat mentem, et vitiorum maculas abscindit[91]. Hactenus nobis de circumcisione carnali pro viribus dictum sit. Age jam secundum eum qui dixit, « quia lex spiritalis est[92] : » et qui de his quæ referuntur in lege, dicit quod per allegoriam dicta sint[93] : quid etiam allegoricis legibus de ea sentiendum sit videamus. Scio multorum de hoc ferri dicta vel scripta; sed et nos quæ Dominus dederit, ad ea quæ ab aliis commode composita videntur addemus. Circumcidere, est ex genitali membro, per quod successio humani generis et carnalis propago ministratur, amputare aliquam partem. Per hoc ergo indicari figuraliter reor, amputandam esse ab anima, si qua illi ex consortio carnis adhæsit impuritas, si quis eam libidinis malesuadæ sensus obtexit. Idcirco igitur non aliis ista desectio (41), sed genitalibus membris infigitur, ut clareat quod hujusmodi vitia animæ non ex propria substantia, sed ex genuino motu et incentivo carnis adveniunt. Quod autem octava die circumcisio datur[94], illud designari arbitror, quod præsenti quidem sæculo septimana deputata est : octavus autem dies futuri sæculi mysterium tenet. Illorum ergo est circumcisio spiritalis, qui futuro sæculo militant, in quo « neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut angeli Dei[95] ; » et eorum « qui seipsos castraverunt propter regnum Dei[96] ; » et quorum in terris ambulantium « in cœlis est conversatio[97], » quique prospiciunt non ea « quæ videntur, sed quæ non videntur, » et sciunt quia « quæ videntur, temporalia sunt; quæ autem non videntur, æterna sunt[98]. » Verum, ut superius memoravimus, dictum est et ab aliis quod circumcisio spiritalis sit omnem immundam (42) cogitationem, atque impuros sensus abscindere a corde et abjicere. Sed occurritur hujuscemodi editionibus ex his quæ apud **494** Ezechielem scripta referuntur, ubi dicit Dominus : « Omnis filius alienigena incircumcisus corde, et incircumcisus carne, non introibit in sancta mea in omnibus filiis alienigenarum qui sunt in medio domus Israel[99]. » Evidenter etenim duas circumcisiones hoc in loco ostendit sermo propheticus dicens : « Incircumcisus corde, et incircumcisus carne. » Unde cogimur secundum allegoricas leges utriusque circumcisionis formas ac species assignare, quamvis hoc possit nobis etiam in illis quas supra exposuimus rationibus objici. Sed interim nunc persequamur quæ (43) possit duarum circumcisionum secundum allegoriam figura servari : et videamus ne forte referri queat ad duo generalia peccata, in quibus incircumcisos esse non expedit, id est, in fide, et in operibus : ut sit incircumcisus corde qui non habet fidem (44), et incircumcisus carne qui opera non habet. Alterum namque sine altero reprobatur, quia et fides sine operibus mortua dicitur[1], et ex operibus sine fide nemo apud Deum justificatur[2]. Sic ergo, ut ego arbitror, dictum propheticum convenienter aptabitur fidelium populo, quibus dicitur : « Omnis alienigena qui est in vobis in medio domus Israel incircumcisus corde, et incircumcisus carne, non introibit in sancta mea[3]. » Hoc est nimirum quod et Dominus in Evangelio dicit : « Qui credit in me, mandata mea custodit[4]; » et iterum : « Qui audit verba mea hæc, et facit ea[5]; » et iterum : « Quid autem dicitis mihi : Domine, Domine, et non facitis quæ dico[6] ? » Vides ergo ubique fidem cum operibus jungi, et opera sociari cum fide. Cordis itaque est circumcisio (45), nihil sordidum, nihil indignum sentire de fide. Carnis circumcisio est, nihil immundum, nihil contaminatum in opere gestisque committere. Qui enim in altero horum incircumcisus fuerit et immundus, Dei vocibus ingredi prohibetur in sancta. Ingreditur tamen et alienigena in sancta, quo non licebat ingredi secundum legem litteræ nisi solis sacerdotibus[7].

[87] Matth. XXIV, 2. [88] Exod. IV, 24, 25. [89] Deut. XXVIII, 43, 44. [90] Matth. XX, 16. [91] Rom. II, 27-29. [92] Rom. VII, 14. [93] Galat. IV, 24. [94] Gen. XVII, 12; Levit. XII, 3. [95] Matth. XXII, 30. [96] Matth. XIX, 12. [97] Philip. III, 20. [98] II Cor. IV, 18. [99] Ezech. XLIV, 9. [1] Jac. II, 17. [2] Galat. II, 16. [3] Ezech. XLIV, 9. [4] Joan. XIV, 23. [5] Matth. VII, 24. [6] Luc. VI, 46. [7] Num. XVIII, 7.

(39) Genebrardus, « superflue, » male.

(40) Ita mss. nostri. Editi vero, « secundum carnem, solus, » etc.

(41) Genebrardus, « defectio, » male.

(42) Genebrardus, « immunditiam. »

(43) *Sed interim nunc persequamur quæ*, etc. Sic mss. Editi vero, « Sed interim videamus nunc quæ, » etc.

(44) Editi, « ut sit circumcisus corde qui habet fidem, » male.

(45) *Cordis itaque est circumcisio.* Ita mss. nostri. Editi vero, « Cordis ista circumcisio. »

Datur vero nunc et alienigenis ut ingrediantur (46), ut sint fidei et actuum circumcisione purgati. Si quis autem nos ad superiores quæstiones revocare contendat, et iterum nobis replicet hoc quod scriptum est de alienigena, quod ab eo volente ingredi in sancta, non solum cordis circumcisio, sed et carnis exigitur : huic ita moleste persistenti obvertimus et nos illud quod Jeremias propheta dicit : « Ecce incircumcisæ sunt aures » vestræ [8]. Ostendat nobis iste carnalis circumcisionis exactor aurium circumcisionem sensibilem et corporalem, si potest : sed certum est quod nullo pacto id facere queat. Revertetur ergo ad allegorias necessitate compulsus, et dicet circumcidi aures, cum, secundum Salomonis monita [9], non recipiunt auditionem vanam, et cum oppilantur ne audiant judicium sanguinis, et cum sepiuntur spinis ne recipiant obtrectationem, sed ut soli verbo Dei pateant, et his quæ ad ædificationem dicuntur. Sit ergo talis et illa cordis, qualis et hæc aurium circumcisio, quæ communiter videtur exposita. Hoc autem modo et incircumcisus labiis dicitur, qui non circumciderit blasphemiam, scurrilitatem, turpiloquium de ore suo, qui non posuerit custodiam ori suo, et ostium circumstantiæ labiis suis [10], qui non etiam a verbo otioso circumciderit os suum. Denique ubi dicit Moyses ad Dominum : « Provide, Domine, alium quem mittas, ego autem tardus lingua, et gracili voce sum [11] : » ipsi in Hebræis exemplaribus habere se dicunt : « Ego autem incircumcisus sum labiis [12]. » Quod si hoc modo, quo superius diximus, potest quis incircumcisus videri auribus, et incircumcisus labiis, cur non et simili forma incircumcisus præputio carnis suæ dicatur is qui erga naturalem coitus motum immoderatius et intemperantius effluit : circumcisus vero habeatur, si quis in hujuscemodi negotio legitimis et quantum posteritati sufficit, utatur officiis? Verum quoniam de circumcisionis ratione tractamus, etiam illud his adjungere non absurdum videtur, quod Jesus filius Nave ex præcepto Domini filios Israel secundo circumcidisse cultris saxeis memoratur [13] : quod utique, quantum ad litteram spectat, impossibile factum videtur. Semel enim circumcisis in carne præputii, quid invenire posset secunda circumcisio quod auferret? Jesus vero noster, qui vere post Moysen filios Israel in terram sanctam fluentem lac et mel, in terram repromissionis inducit, evidens est quomodo non semel, sed secundo cicumcidat credentium populum. Prima namque est ejus circumcisio, qua ab eis vel idolorum cultum, vel commenta philosophicæ persuasionis exsecuit. Secunda vero utitur circumcisione, cum ab eis veteris hominis consuetudinem, et passiones ac vitia carnis abscidit : et tunc completur quod in Jesu Nave scriptum est : « Hodie a vobis abstuli opprobria Ægypti [14]. » Opprobria namque Ægypti secum circumfert, si quis in Ecclesia positus, et sub Jesu duce militans, Ægyptios mores et motus animi barbaros servet. Marcion sane, cui per allegoriam nihil placet intelligi, quomodo exponat **495** quod dicit Apostolus [15], circumcisionem prodesse, omnino non inveniet. Sed ne de singulis quidem quæ inferuntur ullatenus reddere poterit rationem. Adversari sane, et cum irrisione quadam innotare Deum legis qui circumcisionem dederit, solet non solum ipse, sed et omnes hæretici qui vetus Testamentum repudiant, una cum gentilibus, qui omnes adversum Deum legis talia quædam velut fœderata (47) obtrectatione congeminant. Stoici aiunt : Indicet aliquid mysticum circumcisio, et figuram teneat allegoricam; itane oportuit ut cum pœna et periculo parvulorum, cum cruciatibus teneræ et adhuc innocentis infantiæ, figurarum species (48), et legis ænigmata conderentur? Sic non habebat legislator ubi formas mysticas poneret, nisi in dedecoratione (49) verecundorum locorum; et Dei omnipotentis lex, æternique testamenti signaculum non potuit nisi in obscenis membrorum partibus collocari? Itane bonus est Deus iste qui natum hominem statim in primis novæ lucis auspiciis præceperit vulnerari? Et si, ut vobis videtur, ipse est et animæ creator et corporis, aut superfluo se plasmasse partem illam corporis notat quam postmodum mandat abscindi, ut per miserorum supplicia proprium emendet (50) errorem; aut quod necessario et utiliter fecit, non recte mandat auferri. Tum præterea si curæ est Deo plurimos ad cultum suæ religionis adduci, maximum ex circumcisione obstaculum nascitur. Cum eo enim quod supplicium unusquisque declinat, tum etiam irrisionem turpitudinis refugit : unde magis impedimentum hoc religionis, quam insigne ducendum est. Hæc et multa his similia vel gentiles adversum legislatorem, vel hæretici perstrepunt : quibus respondere necessarium puto, sed primo gentibus. Nemo sapiens ea in aliis notat, quæ apud se honesta ducit et magna : etenim circumcisio apud vos, o gentiles, ita magni habetur, ut non passim vulgo ignobili, sed solis sacerdotibus, et his qui inter ipsos electioribus studiis mancipati fuerint, credatur. Nam apud Ægyptios qui in superstitionibus vestris et vetustissimi habentur et eruditissimi, a quibus prope omnes reliqui ritum sacrorum et cæremonias mutuati sunt; apud hos, inquam, nullus aut geo-

[8] Jerem. VI, 10. [9] Eccli. XXVIII, 28. [10] Psal. CXL, 3. [11] Exod. IV, 10, 13. [12] Exod. VI, 30. [13] Josue V, 2. [14] ibid. 9. [15] Rom. II, 25.

(46) Sic editi; sed mss. omnes, « ingredi tantum, ut, » etc.

(47) *Velut fœderata.* Editi : « vel fœda. »

(48) *Innocentis infantiæ figurarum species.* Editi perperam : « innocentis partis, in facie figurarum species. »

(49) Ita mss. Editi vero, « decurtatione. »

(50) Mss. nostri, « et per miserorum . . . emendat, » etc.

metriæ studebat, aut astronomiæ, quæ apud illos præcipuæ ducuntur; nullus certe astrologiæ et geneseos, qua nihil divinius putant, secreta rimabatur, nisi circumcisione suscepta. Sacerdos apud eos, aruspex, aut quorumlibet sacrorum minister, vel, ut illi appellant, propheta omnis, circumcisus est. Litteras quoque sacerdotales veterum Ægyptiorum, quas hieroglyphicas appellant, nemo discebat nisi circumcisus. Omnis hierophantes, omnis vates, omnis cœli, ut putant, infernique mystes et conscius apud eos esse non creditur, nisi fuerit circumcisus. Hoc igitur apud nos turpe et obscenum judicatis, quod apud vos ita honestum habetur et magnum, ut cœlestium infernorumque secreta nonnisi per hujuscemodi insignia enuntiari vobis posse credatis? Quod si apud vos pro tot et tantis secretorum vestrorum causis quæ ministra circumcisione peraguntur, necessarium erit rationem quæri, et talem quæ contemni non debeat, ne cum ea cunctæ pariter vobis cæremoniæ subruantur (51), cur non id etiam apud nos fieri posse speretis? Verum si replicetis historias vestras, invenietis non solum Ægyptiorum sacerdotes et hierophantas usos esse circumcisione, sed et Arabas et Æthiopas, et Phœnices, aliosque quorum studia erga hujuscemodi superstitiones nobilius viguere (52). Hæc sufficienter dicta sint adversum gentiles, quibus de legis nostræ mysteriis loquendum apertius non erat. Nunc jam nobis ad eos sermo dirigatur, qui Christo quidem credunt, sed Legem non recipiunt et Prophetas. Fatemini sine dubio verum esse quod scriptum est in Epistola Petri: « Quia redempti » sumus « non corruptibili pretio argenti et auri, sed pretioso sanguine » Unigeniti [16]. Si ergo « pretio empti » sumus, ut etiam Paulus astipulatur [17], ab aliquo sine dubio empti sumus, cujus eramus servi, qui et pretium poposcit quod voluit, ut de potestate dimitteret quos tenebat. Tenebat autem nos diabolus, cui distracti fueramus peccatis nostris. Poposcit ergo pretium nostrum sanguinem Christi. Verum donec Jesu sanguis daretur, qui tam pretiosus fuit, ut solus pro omnium redemptione sufficeret, necessarium fuit eos qui instituebantur in lege, unumquemque pro se, velut ad imitationem quamdam futuræ redemptionis, sanguinem suum dare; et propterea nos, pro quibus completum est pretium sanguinis Christi, non necesse habemus pro nobis ipsis pretium, id est, sanguinem circumcisionis offerre. Si vero culpabile vobis videtur quod Deus legis inferri jubet infantibus vulnera, et sanguinem fundi: hoc etiam in Christo

A factum culpatis, qui et octava die circumcisus est [18], et vulnera passionis excepit, et cum crucis pœna sanguinem suum fudit. Quod **496** vero circumcisionis horrore difficilis vobis ad religionem videtur accessus (53), difficilior multo videtur ingressus ad Evangelium, ubi non partem exiguam corporis, sed ipsam quis animam ponere jubetur [19]. Sed exempla martyrum, secundum vos, prohibebunt homines accedere ad fidem. An eo magis (54) creditur firma religio, quod nihil remissum, nihil delicatum pollicetur aut molle? Quod et si nihil aliud sacramenti figuraliter circumcisio teneret, quid esset absurdi, si ad discretionem cæterarum gentium populus, qui sub lege Dei instituebatur, proprium aliquod gestaret insigne? et si necessaria B visa est partis alicujus amputatio, quid tam conveniens fuit, quam eam invenire quæ videbatur obscena, et illa auferre quorum diminutio nihil ad officium corporis impediret? Quod vero dicunt, quia si necessaria non erat illa pars membri, fieri a Creatore non debuit: si necessario facta est, non debet auferri: interrogemus eos et nos, si necessariam dicant filiorum procreationem. Necessariam sine dubio respondebunt. Erunt ergo culpabiles qui, continentiæ et virginitatis obtentu, necessariis naturæ officiis non ministrant: et erunt cogendi ad nuptias omnes qui secundum Evangelii leges « semetipsos castraverunt propter regnum Dei [20], » habentes exempli hujus auctorem cum multos alios sanctorum, tum etiam ipsum Dominum Jesum. In C summa vero dicendum est quod sicut multa necessaria erant baptismata ante baptismum Christi, et multæ purificationes antequam purificatio per Spiritum sanctum fieret, et multæ hostiæ antequam una hostia Agnus immaculatus semetipsum Patri offerret hostiam Christus [21]: ita etiam multis circumcisionibus opus fuit, usquequo una in Christo circumcisio omnibus traderetur: et multorum sanguinis effusio præcessit, usquequo per unius sanguinem omnium redemptio fieret. Hæc quidem nobis ad præsens occurrere de circumcisionis ratione potuerunt: quæ tamen ea lege dicta sint a nobis, ut si quis melius et rationabilius dixerit, illa magis quam hæc nostra teneantur. Verum post excessum D justo forsitan largiorem, ad apostolici conclusionem capituli revertamur. Igitur quoniam frequens est Apostolo iste tractatus, quo per singulos quosque (55) binos homines esse designat: quorum alterum exteriorem nominare, alterum interiorem solet: eorumque alterum secundum carnem esse, alterum secundum spiritum dicit, (opinor, ex illis

[16] I Petr. I, 18, 19. [17] I Cor. VII, 23. [18] Luc. II, 21. [19] Matth. X, 39; XVI, 25. [20] Matth. XIX, 12. [21] Hebr. IX, 14; I Petr. I, 19.

(51) *Ne cum ea cunctæ pariter vobis cæremoniæ subruantur.* Sic mss. Editi vero, « ne cum eo cuncta pariter subruantur. »

(52) Editi, « gratia hujuscemodi superstitionis nobilius vigent. »

(53) Editi perperam, « ascensus. »

(54) *An eo magis.* Ita habent editi et mss. nostri: sed tamen legendum videtur: « At eo magis, » etc., vel, « Annon eo magis. »

(55) *Singulos quosque.* Editi, « singula quæque, » male.

institutus (56) quæ in Genesi scripta sunt, ubi alius ad imaginem Dei factus, alius de limo terræ plasmatus refertur [22]), et hos ipsos nunc alium in manifesto, alium in occulto Judæum vocat [23] : sciendum est quod horum uterque in quibusdam dissonis, in nonnullis vero communibus utitur institutis. Nam sunt quædam quæ ab interiore homine initium sumunt, et usque ad exteriorem perveniunt : alia vero ab exteriore homine inchoata perveniunt usque ad interiorem. Quod autem dico tale est. Si castitas ab interiore homine sumat exordium, pervenit sine dubio (57) usque ad exteriorem. Neque enim fieri potest, ut si ante quis non mœchetur in corde, mœchari possit in corpore. Sed non continuo si quis ab exterioris hominis incipiat castitate, pervenit etiam ad interiorem continentiam; ut si non mœchatur in corpore, nec in corde mœchetur (58). Secundum hæc ergo circumcisio interioris et exterioris hominis allegoricis legibus intelligatur, cum jam neque interior ille concupiscit in corde, neque exterior iste concupiscentiæ ministrat in corpore : ut circumcisus dicatur in carne ille, quem Apostolus dicit [24] jam non esse in carne, sed in spiritu, et qui actus carnis per spiritum mortificat [25]. Verum quoniam qui circumcisus est, aliquam carnem perditum dedit, aliquam servavit incolumem, in eo quod perditum dedit (59), illam carnem significari puto de qua scriptum est [26] : « Omnis caro fenum, et omnis gloria ejus quasi flos feni. » Caro autem quæ servatur, et incolumis permanet, puto quod formam teneat illius carnis de qua dicitur [27], quia « omnis caro videbit salutare Dei (60). » Sed opus est auribus quæ audire possint quæ sit caro quæ pereat, et quæ sit caro quæ videbit salutare Dei : quæ post depositionem carnis præputii salva permaneat, cum illa ut flos feni deciderit. Quod qui intellexerit, inveniet ingentium mysteriorum formas in circumcisionis ratione præmissas, et inveniet eum qui in occulto Judæus est, et qui in interiore homine circumcisus est, tantum præstare, et eminentiorem esse illo qui secundum carnem Judæus est, quantum præstat et eminet Judas ille, quem collaudant fratres sui, et qui dormivit ut leo, et ut catulus leonis suscitatus est [28], illi Judæ qui ex femoribus Jacob secundum carnem natus est.

14. « Quid ergo amplius est Judæo? aut quæ utilitas circumcisionis? Multum per omnem modum. Primum quidem, quia credita sunt illis eloquia Dei. Quid enim si quidam illorum non crediderunt? Nunquid incredulitas eorum fidem Dei evacuabit? Absit! Fiat autem 497 Deus verax, omnis autem homo mendax : sicut scriptum est : Ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris [29]. » In hac Epistola Paulus velut arbiter quidam inter Judæos residens, et Græcos, id est eos qui ex gentibus credunt, utrosque ad fidem Christi ita evocat et invitat, ut neque Judæos offendat penitus destruendo Judaicos ritus, neque gentibus injiciat desperationem confirmando observantiam legis et litteræ; et sive de repromissionibus memoret, sive de pœnis, ad utrumque populum dividit verbum. Ut, verbi gratia, cum dicit : « His autem, qui ex contentione sunt, et qui diffidunt quidem veritati, credunt autem iniquitati, ira, et indignatio : tribulatio, et angustia in omnem animam hominis operantis malum, Judæi primum, et Græci [30]. » Ista de pœnis. De repromissionibus vero subjungit : « Gloria autem, et honor, et pax omni operanti bonum, Judæo primum et Græco [31]. » Rursum de gentibus dicere videtur : « Quicunque enim sine lege peccaverunt, sine lege peribunt [32]. » Et iterum de circumcisis : « Et quotquot in lege peccaverunt, per legem judicabuntur [33]. » Rursum vero gentes sublevans dicit : « Cum enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt faciunt, hi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis [34], » etc. Et iterum sermonem convertit ad Judæos dicens : « Si autem tu Judæus cognominaris, et requiescis in lege [35], » et reliqua usque ad eum locum ubi dicit : « Nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes [36]. » Et ne videretur nimius esse in increpationibus Judæorum, dicit : « Circumcisio quidem prodest, si legem custodias [37]. » Sed iterum ne erigeret eos qui nimiam in circumcisione gloriam ponunt, addidit : « Si autem prævaricator sis legis, circumcisio tua præputium facta est [38]. » Ut autem paululum et eorum qui ex gentibus credunt animos allevaret, subjungit : « Si autem præputium justitias legis custodiat, nonne præputium illius in circumcisionem reputabitur [39] ? » Atque ut validius erigeret animos gentium, et scirent posse se, si legem perfectius observarent, etiam meliores effici Judæis, dicit [40] : « Et judicabit id quod ex natura est præputium, legem perficiens, te, qui per litteram et circumcisionem prævaricator es legis. » Verum quoniam sciebat multas in Lege et Prophetis esse repromissiones quæ ad Judæos fieri videntur, ne possent (61) desperare gentes tanquam quæ nihil societatis in conscriptis repromissionibus habeant, docet eos quod (62) secundum mysticam rationem

[22] Gen. IX, 6; II, 7. [23] Rom. II, 28, 29. [24] Rom. VIII, 9. [25] ibid. 13. [26] Isai. XL, 6. [27] Luc. III, 6. [28] Gen. XLIX, 8, 9. [29] Rom. III, 1-4. [30] Rom. II, 8, 9. [31] ibid. 10. [32] ibid. 12. [33] ibid. [34] ibid. 14, 15. [35] ibid. 17. [36] ibid. 24. [37] ibid. 25. [38] ibid. [39] ibid. 26. [40] ibid. 27.

(56) Editi, « institutis. »
(57) *Sine dubio.* Deest in editis.
(58) *Ut si non mœchatur in corpore, nec in corde mœchetur.* Hæc desiderantur in libris antea editis.
(59) Editi, « perditam dedit » Mss., al. « periit, » al., « perditum dedit. »
(60) Editi, hic et paulo infra legunt, « Salvatorem Dei. »
(61) Editi, « repromissiones ad Judæos, ne possent, » etc.
(62) Al., « qui, » male.

etiam ipsi Judæi sint, et habeant circumcisionem. Propterea dicit: « Non enim qui in manifesto Judæus est, neque quæ in manifesto in carne est circumcisio; sed qui in occulto Judæus est, et circumcisio cordis in spiritu, non littera; cujus laus non ex hominibus, sed ex Deo est [41]. » Verum quoniam in his omnibus superiorem quodammodo causam gentium fecerat, rursum velut querelis eorum qui ex circumcisione sunt occurrens, proponit sibi ipsi quæ in præsenti capitulo continentur, dicens: « Quid ergo amplius est Judæo? aut quæ utilitas circumcisionis? Multum per omnem modum [42]. » Si ergo, inquit, is « qui in manifesto Judæus est, et quæ in manifesto in carne est circumcisio » non reputatur, « sed qui in occulto Judæus est, et circumcisio cordis » quæ fit « in spiritu [43], » ipsa est vera circumcisio, dices mihi: Quid amplius est in his Judæis qui hac appellatione censentur? vel quæ in corporali circumcisione habetur utilitas? Ad hæc ne videatur inter utrumque populum minus justus arbiter resedisse, pronuntiat (63) quid amplius habeat Judæus, et ea quæ in carne est circumcisio, et dicit eos habere amplius multum per omnem modum. Quid autem multo sit amplius subjungit. « Primo, inquit, quia credita sunt illis eloquia Dei [44]. » Quamvis enim et gentibus nunc credantur eloquia Dei, sed illis, ait, primo sunt credita. Requiro tamen quid est quod dicitur primis eis credita esse eloquia Dei: utrumne de litteris hoc dicat et libris, an de sensu et intelligentia legis. Videmus enim plurimos Judæorum ab infantia usque ad senectutem semper discentes, et nunquam ad scientiam veritatis pervenientes: et quomodo videbitur verum esse quod dicitur, quia amplius aliquid habeant in eo quod primis eis eloquia Dei credita sunt, in quibus non intelligunt « neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant [45]? » Si vero sapiens ille dicitur secundum Salomonem, qui « intelligit quæ ex proprio ore sunt, et » qui « in labiis portat intellectum [46]: » de Moyse et prophetis, cæterisque horum similibus hæc intelligenda sunt dici, quibus credita sunt eloquia Dei, quia et ipsos Judæos fuisse, et habuisse circumcisionem, non potest dubitari: sed et si quis apud eos sapiens, et intelligens auditor, et mirabilis consiliarius fuit, quos auferre dicitur Dominus a Jerusalem offensus impietatibus populi. Sic enim dicit Isaias: « Ecce dominator Dominus Sabaoth auferet ab Jerusalem et a Juda validum et fortem (64); » et post aliquanta: « Et prophetam, inquit, et æstimatorem, et seniorem [47], et quinquagenarium, et mirabilem consiliarium, et sapientem archite-

A ctum, et prudentem auditorem (65). » His ergo talibus existimandum **498** est primis eloquia (66) credita esse divina, et in his fatendum est fuisse amplius multum per omnem modum; sed et si qui alii his similes fuerunt, sicut in Regnorum libris scriptum Apostolus memorat: « Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curvaverunt genua sua ante Baal [48]. » Sed et ipsi apostoli Christi, et ipse vas electionis [49] Paulus ex Judæis et ex circumcisione veniens, amplius habebat his quos docebat ex gentibus per omnem modum. Credita namque sunt eis eloquia Dei. Sed et hoc ipsum quod dicit, « Quia credita sunt illis eloquia Dei [50], » considerandum est quia non dixerit litteras esse creditas, sed, « eloquia Dei. » Unde via nobis datur

B intelligendi quod his qui legunt et non intelligunt, et qui legunt et non credunt, littera sola sit credita, illa de qua dicit Apostolus, quia « littera occidit [51]: » eloquia autem Dei illis sint credita, qui intelligentes, et credentes his quæ Moyses scripsit, credunt et Christo, sicut et Dominus dicit [52]: « Quod si credidissetis et ipsi Moysi, crederetis utique et mihi: de me enim ille scripsit. » Sed esto (67), habeat amplius Judæus in litteris, habeat aliquid et in eloquiis Dei: nunquid penitus relicti sunt hi qui ex gentibus veniunt ad Christum? an et ipsis est ubi habeant aliquid amplius? Audi Dominum dicentem ad centurionem ex gentibus credentem: « Amen dico vobis, nec in Israel tantam

C fidem inveni [53]. » Vide ergo ubi venitur ad fidem, quantum amplius habeant gentes; de quibus in alio loco Dominus dicit [54]: « Quia venient ab oriente et occidente, et a quatuor ventis terræ, et recumbent cum Abraham, et Isaac, et Jacob in regno Dei: filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores. » Ubi ergo ad leges venitur et litteras, habent Judæi amplius « multum per omnem modum [55]; » ubi vero venitur ad fidem, ut ex comparatione dixerim, habent amplius gentes « multum per omnem modum. » Requirendum sane est si etiam Samaritis dicendum est primis credita esse eloquia Dei, quoniam quidem etiam apud ipsos lex Moysi servari videtur. Sed illis ego ne ipsam quidem litteram quæ occidere dicitur, creditam dixe-

D rim. Dicit enim de eis propheta: « Væ his qui spernunt montem Sion, et confidunt in monte Samariæ [56]; » ipsi quippe se alienos a litteris Dei faciunt, repudiantes prophetas. Sed et hæreticis qui iniquitatem loquuntur in Excelsum [57], et qui impietate sua dividunt unitatem Deitatis, et qui legem ab Evangeliis separant, non dixerim credita esse eloquia Dei, pro eo quod divina apud eos

[41] Rom. II, 28, 29. [42] Rom. III, 1, 2. [43] Rom. II, 28, 29. [44] Rom. III, 2. [45] I Tim. I, 7. [46] Prov. XVI, 23. [47] Isai. III, 1-3. [48] III Reg. XIX, 18; Rom. X, 4. [49] Act. IX, 15. [50] Rom. III, 2. [51] II Cor III, 6. [52] Joan. V, 46. [53] Matth. VIII, 10. [54] ibid. 11. [55] Rom. III, 2. [56] Amos VI, 1. [57] Psal. LXXII, 8.

(63) Editi, « Ad hæc videtur in utroque populo minus justus arbiter resedisse pronuntians, » etc., male.

(64) *Validum et fortem.* Hæc verba desunt in editis.

(65) Al., « senatorem. »

(66) *Eloquia.* Deest in antea editis.

(67) Alias, « isto modo. » Editi, « istud. »

A volumina relegi videntur ; sed quia nihil in his sentiunt spiritale, nihil Deo dignum, solam apud eos locum quæ occidit habere litteram (68) dixerim. Verum si forte Judæi nolint recipere Apostoli nostri sententiam, quæ dicit quia « littera » legis « occidit [58] : » et injuriam putent legi fieri, si secundum litteram sperni videatur : revertamur ad ipsum Moysen, et videamus ipse quam magni fecerit (69) litteram legis ; qui cum accepisset tabulas lapideas inscriptas digito Dei, tantum honoris detulit litteræ legis, ut projiceret de manibus suis tabulas, et comminueret quidem digito Dei scriptas [59], nec tamen pro hoc impietatis culpa notatus sit. Vides ergo quia non solus Paulus spernit litteram legis, sed multo ante eum Moyses et sprevit, et abjecit, B et contrivit litteras legis, hoc sine dubio jam tunc designans, quod honor, et virtus legis non esset in litteris, sed in spiritu. Sed et Dominus in Evangelio cum dicit [60], ad Judæos loquens : « Auferetur a vobis regnum Dei, et dabitur genti facienti fructum ejus : » puto quod sensum legis regnum Dei (70) dixerit, qui ablatus est a Judæis, manentibus apud illos solis litteris legis, et datus est gentibus quæ possint per fidem fructum spiritus facere. Quæ cum ita sint, cur tam ignavi et desides sumus, ut non tandem abjecta omni malitia, cum simplicitate et puritate cordis ad suscipienda Dei eloquia properemus, et ad capiendum de eis sensum Christi, quippe cum audiamus in his esse regnum Dei ? C Certe unusquisque pro viribus capiat eloquia Dei quæ potest, et si idoneus est ad solidum cibum, illa suscipiat eloquia Dei (71) quæ sunt sapientia quam Apostolus loquitur inter perfectos [61]. Qui vero ad hanc idoneus nondum est, suscipiat eloquia Dei in quibus agnoscat nihil amplius quam Christum Jesum, et hunc crucifixum [62]. Qui nec hoc potest, in eo suscipiat eloquia Dei, ut lacte utatur, et non cibo forti [63]. Si vero adhuc infirmatur in fide, eloquia Dei in oleribus sumat [64]. Tantum est ut omnes communiter noverimus « eloquia Dei » esse « eloquia casta, » et « argentum igne examinatum, probatum (72) terræ, purgatum septuplum [65]: » id est, ut in castitate, et sanctitate cordis et corporis divina servemus eloquia. Credita sunt ergo D primis illis de quibus supra diximus eloquia Dei ; sed quidam, ut dicit [66], non crediderunt sive Deo, sive eloquiis Dei. Vides quia qui non credunt, ipsi sunt secundum carnem, de quibus et alibi dicit : « Animalis homo non percipit quæ sunt Spiritus Dei ; stultitia est enim illi [67]. » Sed horum incredulitas non
499 evacuat fidem Dei [68]. Fidem Dei vel eam intelligimus, quam fidem habet Deus his quibus credit eloquia sua, vel eam fidem qua credunt Deo ii qui ab eo eloquia divina suscipiunt. Commonemur ergo ut infidelitas (73) eorum qui vel non accedunt ad fidem, vel decidunt ex ea, si forte irrideant nos opera fidei agentes, vel cum jejunamus, vel cum misericordias facimus, vel cum studiis (74), et legi Dei operam damus, vel etiam cum pro martyrio Christi tormenta sufferimus, meminerimus semper quia infidelitas eorum fidem Dei quæ in nobis est non evacuat. Post hæc quod sequitur, minus quidem composite videtur adjunctum ; dicit enim : « Fiat autem Deus verax, omnis autem homo mendax, sicut scriptum est : Ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris [69]. » Tamen tali quadam circumflexione superioribus id aptare tentabimus. Licet, inquit, non crediderint quidam Judæorum, de infidelitate tamen eorum dicendum est, quod Deus quidem solus sit verax, omnis autem homo sit mendax : quia etiam si quis justus est (75), necesse est tamen ut in aliquo a veritate decidat, quam in omnibus servare humanæ naturæ pene impossibile est. Quia ergo omnis homo mendax est, propterea Judæorum quidam ut homines mendaces non crediderunt. Nam quia omnis homo mendax est, necessario in die illa, cum ad judicium venerit Dominus cum hominibus, solus ipse justificabitur in verbis suis. Ipsius enim verba in omnibus vera, quia verba sunt veritatis. Quod autem Dominus ad judicium veniat cum hominibus, propheta dicit : « Venite, et dijudicemur, dicit Dominus [70] ; » et : « Ipse Dominus ad judicium veniet cum senioribus populi [71] ; » et iterum : « Memento tu, et judicemur, dicit Dominus [72]. » Hæc autem introduxit Apostolus observans illam objectionem quam sibi in alio loco proponit, ubi (76) dicit : « Si autem injustitia nostra justitiam Dei commendat [73]. » De qua, cum ad locum ejus ventum fuerit, requiremus. Nunc ergo videamus quid est quod dicit : « Fiat autem Deus verax, omnis autem homo mendax [74]. » Ita enim in Græcis exemplaribus habetur. Nam Latini *sit* pro *fiat* legunt. Primo ergo hoc sciendum est, quia quod dixit, *fiat*, non imperativo modo dicit. Stultum est enim si putetur imperandum esse Deo ut verax fiat. Sed ut dicimus : « Fiat voluntas tua,

[58] II Cor. III, 6. [59] Exod. XXXI, 18 ; XXXII. 19. [60] Matth. XXI, 43. [61] I Cor. II, 6. [62] ibid. 2. [63] Hebr. V, 12. [64] Rom. XIV, 2. [65] Psal. XI, 7. [66] Rom. III, 3. [67] I Cor. II, 14. [68] Rom. III, 3. [69] ibid. [70] Mich. VI, 2. [71] Isai. III, 14. [72] Isai. XLIII, 26. [73] Rom. III, 5. [74] ibid. 4.

(68) Editi, « solam apud eos quæ occidit haberi litteram, » etc.

(69) Editi, « et videamus quam magnificaverit, » etc.

(70) *Regnum Dei*. In editis omittitur.

(71) *Quæ potest, etsi idoneus est ad solidum cibum, illa suscipiat eloquia Dei*. Hæc desiderantur in antea editis.

(72) *Probatum* omittitur in editis.

(73) Editi, « incredulitas. »

(74) Genebrardus, « custodiis, » male.

(75) Editi, « qui etiam si quid justum est. » Codex Ebroicensis, « qui etiam si quid quod justum est agit. » Sed melior videtur lectio cæterorum codicum, « quia etiam si quis justus est. »

(76) Al., « ibidem. »

sicut in cœlo, et in terra [75]; » vel, ut iterum dicimus : « Fiat pax in virtute tua [76], » non imperantes, sed optantes, imo potius pronuntiantes, etc., quia non potest pax fieri nisi in virtute Dei : ita et hic velut pronuntiantis sermo accipiendus est : « Fiat autem (77) Deus verax, omnis autem homo mendax. » Sed et hoc sciendum est, quod sermo iste, id est, « Omnis homo mendax, » de psalmo centesimo decimo quinto [77] assumptus est, ubi dicit : « Ego dixi in excessu meo : Omnis homo mendax. » Hic vero ad evidentius illuminandum Apostoli sensum non videatur (78) legentibus onerosum si psalmi ipsius continentiam, unde assumit testimonium, breviter exponamus. Videtur ergo mihi talem quemdam Propheta nuntiare sensum. Cum multa sint, inquit, apud homines dogmata, et multi de veritatis inquisitione philosophentur, cumque oporteat in his omnibus quæstionibus præcedere Filium Dei : alii quidem qui non prius credentes quæsierunt, non invenerunt : ego autem quia credidi antequam quærerem, idcirco quod quærebam inveni, et non solum inveni, sed et locutus sum, et annuntiavi populis quam inveneram veritatem. Nec tamen inventa veritate elatus sum in sapientia, neque inflatus in scientia mea; sed eo magis humiliatus sum, cum agnovi et intellexi Dominum esse qui docet omnem scientiam [78]. Deinde considerans quæ homines et quanta vel inter philosophos, vel inter cæteros barbaros de veritate locuti sunt, et quia cum multo labore multa dicentes, nihil invenerunt, quia non crediderunt antequam quærerent : considerans omnia eorum vel dicta, vel scripta, et in excessu mentis effectus, id est, stupore cordis attonitus, quod omnia illa philosophorum volumina, quæ splendida et præfulgida videbantur oratione composita, procul a veritate consisterent, in excessu et in stupore mentis effectus dixi : « Omnis homo mendax [79]. » Ego vero cui hæc ostenderat Deus, ingratus non fui, sed cogitavi et quæsivi apud memetipsum, quid pro hoc quod mihi Dominus præstitit scientiam veritatis, Domino rependerem muneris : intellexi tamen quod natura illa æterna, et omnium domina, nullius indiget. Unum ergo inveni solum quod me offerre oporteret Deo, id est ut crederem de eo quod nunquam possit ab homine aliquid accipere, sed semper dare; et ideo dixi : « Calicem salutaris accipiam [80]; » velut si responderem (79) dicenti : Potes « calicem bibere, quem ego bibiturus sum [81] ? » et dicerem (80) : Possum, Domine. Sic ergo aio : Calicem passionis tuæ libenter, et tota voluntate suscipiam; et ut calicis tui, id est passionis, gratiam ad finem usque conservem, non **500** meis viribus agam, sed « nomen Domini invocabo [82]. » Pretiosa est enim apud te mors, quæ pro pietate (81) et veritate suscipitur. Secundum hoc igitur etiam in apostolicis dictis accipiendum est « Omnis homo mendax, » sive is qui in legis littera sine fide confidit, sive is qui in quibuslibet dogmatibus et litteris gloriatur. Sed objicitur nobis : Si omnis homo mendax est, ipse Paulus [83], quia homo est, erit ergo mendax. Sed et David qui hæc dixit, quia homo fuit, si omnis homo mendax est, erit et ipse mendax, et hoc ipsum falsum quod dicit : « Omnis homo mendax, » quia mendacem se necessario cum cæteris hominibus ipse pronuntiat; et si mendax est, utique non erit verum quod a mendace dicitur, quia « omnis homo sit mendax. » Videtur ergo sermo ejus incurrisse in syllogismum qui dicitur aporus, id est, insubstantivus (82), qui et falsus appellatur. Sed si redeamus ad interiorem Scripturæ intellectum, inveniemus quod omnes prophetæ vel apostoli ex illis sint ad quos sermo Dei (83) fit, sicut scriptum est : « Et factum est verbum Domini » ad illum, vel illum prophetam. Hos ergo ad quos sermo Dei fit, Dominus in Evangelio non homines pronuntiat esse, sed deos. Sic enim dicit : « Quod si illos dicit deos ad quos sermo Dei fit, et non potest solvi Scriptura [84]. » Quia ergo et ad David tanquam prophetam, et ad Paulum tanquam apostolum sermo Dei factus est, sine dubio non erant homines, sed dii, ad quos sermo Dei factus est. Igitur quia non erant homines, sed dii, verum est quod de hominibus cæteris pronuntiant ad quos sermo Dei non factus est, quia « omnis homo mendax » sit. Sed et quod sequitur nihilominus de psalmo quinquagesimo assumptum est, id est : « Ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris. » Est autem in psalmo integer sensus hoc modo positus : « Tibi soli peccavi, et malum coram te feci, ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris. » Et quoniam grandis excessus est ut ab initio psalmi repetamus, brevitatis causa hunc tantummodo, quem in medio posuimus, discutiamus sermonem; in quo statim in primo hæc difficilis videtur explanatio. Si enim historiam sequamur quæ in prætitulatione psalmi scripta est, ibi refertur perempto Uria Etheo uxorem ejus accepisse David [85]. Quomodo ergo dicit : « Tibi soli peccavi; » cum utique et in ipsum Uriam peccaverit, et in propinquos ejus, sed et in ipsam Bersabee atque omnem domum ejus, cui intulisse maculam videtur adulterii. Sed sciendum quod non semper prætitulationis historiam psalmi continentia sequitur, ut in plurimis psalmis qui observabit inveniet. Et ut exempli causa dixerim, psalmi decimi septimi prætitulatio est : « In finem,

[75] Matth. vi, 10. [76] Psal. cxxi, 7. [77] vers. 11. [78] Psal. xciii, 10. [79] Psal. cxv, 11. [80] ibid. 13. [81] Matth. xx, 22. [82] Psal. cxv, 13. [83] Rom. iii, 4. [84] Joan. x, 35. [85] II Reg. xi, 26, 27.

(77) Al., « Erat autem, » sed mss. nostri ubique, « Fiat. »

(78) Editi, « Verum ad evidentius illuminandum Apostoli sensum, ne videatur. »

(79) Editi, « responderet, » male.

(80) Al., « diceret; » deinde « ait » pro « aio, » male.

(81) Al., « deitate. »

(82) *Insubstantivus.* Sic. mss. Editi vero, « dubius. »

(83. *Dei.* In editis omnibus omittitur.

inquit, puero Domini David, qui locutus est verba A cantici hujus in die qua liberavit eum Dominus de manu omnium inimicorum suorum, et de manu Saul, et dixit. » Continentia vero psalmi longe aliud quam prætitulatio continet. Quæ enim fundamenta montium commota sunt? aut quomodo (84) tremefacta est terra, cum pugnaret David adversum inimicos suos? Aut ubi refertur caligo sub pedibus Domini fuisse? vel ubi indicatur ascendisse super cherubim, et volasse, vel super pennas ventorum, et cætera pene omnia quæ a prætitulationis historia omnimode discrepant? Hoc ergo modo et in quinquagesimo psalmo quæ (85) secundum historiam non conveniunt. Videndum est ne forte mulieris in prætitulatione per figuram idcirco facta sit mentio, ut sub hac appellatione intelligatur aliqua talis mulier, B vel qualis describitur illa fortis quæ duplices chlamydes fecit viro suo [86], vel certe huic contraria (86) ut fuerunt illæ quæ dicuntur declinasse cor Salomonis [87], ut ædificaret aras gentium, et idola. Quæ utique in allegoriam sumptæ, non sunt ex divina sapientia, sed ex illis quæ sunt ei contrariæ, id est, alienæ a Deo sectæ. Talis ergo et hæc Uriæ uxor Ethei viri alieni ab Israel intelligi potest, quam positus in superioribus David inspexerit lavantem immunditias suas in aquis [88], et sordes suas diluere volentem, eamque desideraverit et acceperit. Sed quia non fuit voluntas Domini alienas a veritate Dei sectas introduci (87) in domum David, prima ejus nativitas, et primus fructus exstinguitur, ut secunda progenie rex de alienigena sapiens nasceretur [89]. Sed longum est horum figuras, et ænigmata persequi. Illud tamen quod ad rem pertinet, breviter prosequemur. Cum, inquit, multa subtilitas sit in varietate sectarum, et qui sensus secundum Deum sit, qui vero alienus a Deo in tractationibus et disputationibus sapientium, nullius sit scire, vel judicare, nisi solius Dei, qui solus potest comprehendere sapientes in astutia sua [90]: ideo « tibi soli peccavi, et malum coram te feci [91], » quia cæteri omnes, utpote animales homines, me, qui spiritalis sum, etiamsi erravi, dijudicare non possunt: quia « spiritalis judicat omnia, ipse vero a nemine judicatur [92]. » Sed quia addit Paulus « spiritalis, » et dicit: « Qui autem judicat me, Dominus est [93]: » hoc sciens et David quod solus Dominus est qui spiritalem dijudicat, vel prophetam (88), idcirco **501** dicit: « Tibi soli peccavi, » a quo solo possum dijudicari. Nam humana dies dijudicare non potest spiritalem [94]. Sed et quod sequitur ad hunc respicit sensum: « Ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris [95]. » Judicatur namque Deus in disputationibus sapientium, dum alii hoc modo, alii alio, et diverse singuli de Deo sentiunt. Ipse vero vincit eos qui de se judicant, cum errantibus cunctis suam de se quomodo vel qualiter credendus ac venerandus sit revelat ipse sententiam. Sed sufficiat hucusque spatia secundi voluminis esse producta. Nescio quo etenim pacto, dum piget omittere si qua explanationi necessaria suggeruntur, evolvimur a brevitate: quam, si res pateretur, lectoris fastidio consulentes, magnopere servare cuperemus.

LIBER TERTIUS.

1. « Si autem iniquitas nostra Dei justitiam commendat, quid dicemus? Nunquid iniquus Deus qui infert iram? Secundum hominem dico. Absit. Alioquin quomodo judicabit Deus hunc mundum? Si enim veritas Dei in meo mendacio abundavit in gloriam ejus, quid adhuc et ego tanquam peccator judicor, et non (sicut blasphemamur, et sicut dicunt nos quidam dicere) faciamus mala ut veniant bona? quorum damnatio justa est [96]. » Multum fortassis inconsequens videbitur ordo dicendi per omnem pene textum hujus Epistolæ ab apostolo Paulo digestus, dum sermo ejus nunc adversum gentes dirigitur, nunc pro gentibus temperatur, et rursum adversum Judæos, et iterum de Judæis, aut C etiam pro Judæis ponitur: et ex ipsis alios quidem laude dicit dignos, alios vituperat. Quæ rursum sensuum varietas extra lineas eum propositæ actionis (89) putabitur abduxisse, veluti cum exclamatione utitur illa qua ait: « Fiat autem (90) Deus verax, omnis autem homo mendax [97]; » vel etiam ea quam consequenter adjungit cum dicit: « Si autem iniquitas nostra Dei justitiam commendat, » et reliqua, ut per hoc de excessu in excessum videatur elapsus. Sed qui credimus ei dicenti, quia « idoneos nos fecit ministros Novi Testamenti, non littera, sed spiritu [98], » sensum ejus multo celsiorem quam humanæ artis ratio habere creditur, invenimus. Per omnem namque hujus Epistolæ textum do-

[86] Prov. XXXI, 22. [87] III Reg. XI, 3 seq. [88] II Reg. XI, 21. [89] II Reg. XII, 19, 24. [90] Job V, 13; I Cor. III, 19. [91] Psal. L, 6. [92] I Cor. II, 14, 15. [93] I Cor. IV, 4. [94] I Cor. IV, 3. [95] Psal. L, 6. [96] Rom. III, 5-8. [97] Rom. III, 4. [98] II Cor. III, 6.

(84) Alias, « quando. »
(85) Editi, « quod. »
(86) Alias, « his contraria, » male.
(87) Al., « introducere. »
(88) *Vel prophetam*. Deest in antea editis.

D (89) Sic recte mss. nostri. Editi vero et mss. quidam perperam habent: « Qui rursum sensuum varietates extra lineas propositæ actionis, » etc.
(90) Al., « cum ait: Sit autem. »

cere vult quæ fuerit vel ante adventum Christi salus secundum legem viventibus, vel quomodo per Salvatoris adventum, rursum ex incredulitate Israel salus gentibus conferatur; et rursum quod neque ex integro gentes, nisi quæ crediderint, veniant ad salutem; neque ex integro abjiciatur Israel, sed « reliquiæ » credentium « salvæ » fiant [99]. Et ideo confusus, ut dixi, videtur ordo dicendi, dum diversitates credentium et non credentium partis utriusque prosequitur. In quibus necessario sermonem convertit et ad Deum ut in his omnibus assumptionum repulsionumque differentiis, vera quidem et justa Dei doceat esse judicia, multum autem in hominibus abundare mendacii; et ideo dicit: « Fiat autem Deus verax, omnis autem homo mendax; sicut scriptum est: Ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris [1], » de quibus prout potuimus in superioribus diximus. Ad hæc ergo nunc videns posse sibi e contrario verisimile objici quia si ut Deus verax sit, mendacem esse omnem hominem necesse est, et si justitia Dei per hominum injustitiam commendatur, injustus videbitur Deus, qui iram hominibus inferat, cum per hominum injustitiam suam justitiam videat approbari: si enim nostra, hoc est, hominum injustitia Dei justitiam commendat, non utique pœna digni homines videbuntur per quos justitia Dei probabilior habetur et clarior: Sed absit, inquit, ut hoc ita recipiamus, iniquum videri Deum qui inducat iram adversum homines. Quomodo enim injustus putabitur qui judicat mundum, cum ipso nomine judicis (91) ostendatur nihil sine judicio facere? Ubi autem judicium est, constat esse justitiam. A justitia namque et judex et judicium nominatur. Si ergo, ut injusti (92), inquit, **502** nos affirmare confingunt, « veritas Dei in meo mendacio abundavit, » superfluo « ego tanquam peccator judicor. » Sed illud magis videbitur in quo blasphemant nos, inquit, quasi hoc videamur dicere, ut si veritas Dei in hominum mendacio magis ostenditur, et justitia ejus per hominum injustitiam comprobatur, « Faciamus » ergo nos « mala, ut » ex malis « eveniant bona; » et mentiamur nos, ut ex nostro mendacio Dei veritas clarescat. Sed hæc quidem de nobis confingunt blasphemantes nos, quod quasi ex ipsius assertionis nostræ (93) consequentia hæc dici vel consequi videantur. Quod ratio dogmatis nostri omnino non recipit, qui justum et verum intelligimus judicem Deum. Sciendum sane est, quod in quibusdam etiam Græcis exemplaribus sic invenitur: « Nunquid iniquus Deus, qui infert iram adversum homines? » Et magis secundum hunc sensum videbuntur

A quæ diximus convenire. Secundum hoc vero quod in Latinis exemplaribus, et nonnullis Græcorum invenimus: « Nunquid iniquus Deus, qui infert iram? Secundum hominem dic. Absit; » ita intelligendum videtur. Hoc quod dicitur « iniquus Deus qui infert iram, » pro eo quod « injustitia nostra justitiam Dei commendat, » non secundum Deum, neque secundum sapientiam Dei dicitur, sed « secundum hominem, » et secundum hoc quod dicitur « omnis homo mendax [2]. » Hæc autem diximus ipsum adhuc ordinem sermonum et dictorum consequentiam pertractantes, ut divisio ipsa verborum apertiorem nobis faceret intelligendi viam. Nunc vero jam qualis in his sermonibus habeatur sensus secundum dignationem apostolicam requiramus.

B Omnis disciplina ex prosperis, et ex adversis, vel contrariis constat. Verbi gratia: medicina scientiam non solum sanitatis, sed et languoris profitetur: et quamvis sanitatis studium gerat, non potest tamen nescire quæ languoris sunt. Similiter et prudentia per boni et mali scientiam constat: et temperantia quæ eligenda et quæ cavenda sint, novit: et fortitudo non ignorat quæ ad formidinem spectant. Ita et justitia. Si scire volumus quid est justitia, necesse est (94) nos scire quid est injustitia: cum autem plenam scientiam injustitiæ ceperimus, ex ipsa quæ sit etiam justitia cognoscemus: cum enim claruerit quid sit injustum, consequenter quid etiam justum sit apparebit. Et quoniam justitia in Deo est, cujus natura humano sensui inaccessa est:

C injustitia vero in nobis hominibus, vel etiam in unaquaque rationabili creatura habetur; ex hac nostra injustitia quæ nobis nota est, illa quæ nobis velut inaccessa est, et incomprehensibilis, Dei justitia (95) cognoscitur, et commendatur, et velut ex contrario contrarium proditur. Notat igitur apostolus Paulus imperitiam (96) eorum, qui inconsequentem objiciunt quæstionem, putantes iniquum esse Deum qui iram in hominibus inducat, pro eo quod justitia ejus ex nostra justitia commendetur: ignorantes autem non peccatorum nostrorum beneficio, sed ipsius rationis fieri consequentia, ut contraria ex contrariis approbentur. Ideo ergo sic dicit Apostolus: « Si autem injustitia nostra Dei ju-

D stitiam commendat, quid dicemus? Nunquid iniquus Deus, qui infert iram? Secundum hominem dico. Absit. Alioquin quomodo judicabit Deus mundum [3]? » Non ergo in hoc iniquus approbatur Deus, si disciplinæ ratio (97) contraria ex contrariis approbat, et ex injustitia justitiam commendat: sed cum omni consequentia digne meritoque inimica est et adversatur (98) injustitiæ justitia, sicut ini-

[99] Rom. IX, 27. [1] Rom. III, 4; Psal. L, 6. [2] Psal. CXV, 11. [3] Rom. III, 5, 6.

(91) Al., « cum in ipso nomine judicii. »
(92) Mss. quidam et editi perperam habent, « isti. »
(93) *Nostræ*. Deest in antea editis.
(94) Al., « Ita et si justitiam scire volumus, necesse est, » etc.
(95) Editi: « nobis vel inaccessa est, vel incomprehensibilis Dei justitia, » etc.
(96) Al., « injuriam. »
(97) Alias, « ratione. »
(98) Editi, « digne merito, quia inimica est quæ adversatur, » etc.

mica et adversa est vita morti, et lux tenebris. Et ideo dicitur Deus in quo est justitia, inferre iram hominibus in quibus habitat injustitia. Istæ enim sibi naturaliter adversantur. Et quomodo etiam ex hoc ipso injustus videbitur Deus, qui adversatur injustitiæ? Et idcirco fortassis non dixit Apostolus, quia nos homines injusti commendamus justitiam Dei; sed ait: « Si injustitia nostra Dei justitiam commendat: » ut ostenderet non Deum hominibus, sed justitiam injustitiæ esse contrariam: induci autem hominibus iram pro eo quod in semetipsis locum injustitiæ dederint. Non ergo injustus videbitur Deus qui est justitia, cum irascitur adversus injustitiam, cui eum non decet esse propitium: sed pervenit ira hæc etiam in homines, qui se ministros injustitiæ, cui Deus irascitur, præbuerunt. Neque enim in ullo potest subsistere injustitia vel (99) justitia: sed sicut justitia effectus est justi rectique operis, qui primo in Deo, tum etiam in his qui imitantur eum, invenitur: ita et injustitia effectus est justi pravique operis, qui primo in diabolo, tum etiam in his qui eum volunt imitari, deprehenditur. Et ideo digne eis ira memoratur inferri, quamvis ex injustitia eorum velut ex contrario videatur Dei claruisse justitia. Poterant namque sicut receperunt in se affectum (1) injusti pravique operis, multo magis justi rectique recipere. Juste igitur a Deo ira super omnes homines induci dicitur. Illi enim in quibus ira non habet locum, jam non homines, sed supra homines **503** appellandi sunt. Et propterea fortassis idem apostolus Paulus de omnibus hominibus pronuntiat dicens, quia « eramus natura filii iræ, sicut et cæteri [4]. » Non enim dixit, « Eramus filii iræ, » sed addidit: « Eramus natura filii iræ, sicut et cæteri. » Omnes enim homines natura filii iræ effecti sunt, ex eo quod erant dii et filii Excelsi, et per hoc homines appellati sunt. Attende enim diligentius quomodo dicit [5]: « Ego dixi: Dii estis, et filii Excelsi; » et addidit, « omnes vos. » Quæ adjectio omne simul sub hoc titulo humanum significat genus connexum (2). Denique in consequentibus dicit: « Vos autem ut homines moriemini [6]. » Unde et illud quod scriptum est [7]: « Et recogitavit Deus quia fecit hominem super terram; et pœnituit in corde suo, et dixit Deus: Delebo hominem quem feci a facie terræ: » non solum pro excidio diluvii dictum puto, sed aliquid ex hoc etiam sub mysterio de futuris prædictum: ut eo modo sentiatur quod dictum est, « Delebo hominem, » quo et per prophetam dicit Deus: « Ecce enim deleo sicut nubem iniquitates tuas [8]; » ut videatur delens eum secundum hoc quod homo est, post hæc facere eum deum tunc cum erit « Deus omnia in omnibus [9]. » Ad hunc autem sensum etiam illud applicari potest, quod in Genesi dicitur: « Tempus omnis hominis venit in conspectu meo [10]: » ut non solum de illo tunc diluvii tempore dictum putetur, sed et de mysterio baptismi: quemadmodum dicit apostolus Petrus [11], quia sicut tunc ex diluvio salvus factus est Noe, ita et nunc simili forma per baptismum salvi fiant credentes. Et ita potest hoc quod dicit, « tempus omnis hominis » advenisse, intelligi ad salutem, ut per gratiam baptismi credentes intelligantur ex hominibus in superiorem ordinem commutandi, cum dies resurrectionis advenerit, ubi sancti quique « erunt sicut angeli Dei [12]. » Hæc de eo quod dictum est [13]: « Nunquid iniquus Deus qui infert iram, » vel « adversum homines, » ut in quibusdam exemplaribus legi diximus, vel, ut nos habemus, « secundum hominem dico. Absit, » prout occurrere nobis potuit, dicta sint. Quod autem ait: « Alioquin quomodo judicabit Deus mundum [14], » in hoc loco « mundum » homines qui in hoc mundo sunt dicit, sicut et alibi legimus, « quia omnis mundus in maligno positus est [15]; » quod utique homines qui in hoc mundo habitant, in malitia esse positos ostendit. Post hoc jam videamus quomodo dictum sit: « Si enim veritas Dei in meo mendacio abundavit in gloriam ipsius. » Multæ sunt in hoc mundo religionum species, multæ philosophorum sectæ, multa dogmata falsis assertionibus tradita, et argumentis conscripta mendacibus, quorum auctores falso licet sapientiæ nomine, non tamen exiguæ aut contemptæ auctoritatis viri habentur: ex quorum prærogativa falsa pro veris recepta sunt, ut universum pene mundum mendacibus erga (3) religionem opinionibus occuparint, ita ut in errorem inducerentur, si dici potest, etiam electi [16]. Quia ergo veritas Dei, et sapientia ejus, et Verbum ejus adveniens arguit et confutavit omne mendacium, atque omnes falsorum dogmatum assertiones fide veritatis exsecuit, per unumquodque mendacium, quod prius ab hominibus fuerat assertum, abundavit veritas Dei subreptitias verisimilitudines arguendo, et in singulis quibusque dogmatibus tradendo simplicem fidei veritatem: et hoc modo Apostolus dicit veritatem Dei in hominum mendacio abundasse. Verum, ut adhuc manifestius fiat quod dicimus, aliqua exempli causa proferamus. Erat in hominibus dogma, quod summum bonum pronuntiaret esse voluptatem; in quo et illud consequenter asseritur, non esse Providentiam, quippe si non ex legibus, sed ex voluptate vivendum: et hæc lauto (4) satis ornatoque sermone, et argumentis validissimis per

[4] Ephes. II, 3. [5] Psal. LXXXI, 6. [6] ibid. 7. [7] Genes. VI, 6, 7. [8] Isai. XLIV, 22. [9] I Cor. XV, 28. [10] Gen. VI, 13. [11] I Petr. III, 20, 21. [12] Matth. XXII, 30. [13] Rom. III, 6. [14] ibid. [15] I Joan. V, 19. [16] Matth. XXIV, 24.

(99) Sic mss., Rabanus et Salodianus. Cæteri editi, « et. »

(1) Ita mss., Rabanus, Salodianus et Merlinus. Alii editi, « effectum. »

(2) Mss. quidam habent: « humanum contexuit (al. connexuit) genus. »

(3) Al., « contra. »

(4) Al., « lato. »

innumera volumina digeruntur. Sed intuere nunc quomodo is qui veritatem Dei defendit, et qui secundum Christum, qui est Dei veritas et Dei sapientia [17], philosophus est, docet homines summum bonum esse vitam æternam: hanc autem esse æternam vitam, ut cognoscant homines unum solum verum Deum, et Filium ejus Jesum Christum [18]: et quomodo cum omni fiducia providentiam Dei asserat, quæ dicit: « Nonne duo passeres asse veneunt, et unus ex ipsis non cadit in terram sine Patris voluntate [19]? » et quia ipse « solem suum oriri jubet super bonos et malos, et pluit super justos et injustos [20]. » Per hæc autem singula dum illa falsæ scientiæ dogmata confutantur, in hominum mendacio abundat veritas Dei. Sunt item alii qui dicant tres esse species boni: unam erga animam, aliam erga corpora, tertiam extrinsecus. Quæ singula cum conducibiliter (5) habeantur, ex ipsis summum bonum constare confirmant. Isti etiam Dei providentiam resecantes, usque ad lunæ eam globum supervenire contendunt: infra vero, hoc est ad homines, eam minime descendere. Sunt item alii qui invisibile et incorporeum nihil dicant esse, sed omnia quæ sunt corporibus assignant, unde et Patrem omnium Deum corpus esse dixerunt. Verum quia urgebat eos rationis suæ consequentia, qua constat omne corpus esse corruptibile, ut si etiam Deum corpus esse asserant, sine dubio et corruptibilem fateantur, **504** verterunt stropham verbi, et dixerunt naturæ quidem eum esse corruptibilis, nec tamen corrumpi, pro eo quod non sit aliquid ipso superius, a quo corrumpi possit aut solvi. Sunt et alia innumera hominum figmenta dialecticis argutiis et sophismatum fraude composita. Quæ cum singula per ecclesiasticos viros et divina sapientia eruditos veritas Dei convincit, et argumentorum decipulas redarguit, in hominum mendacio Dei veritas dicitur abundare, et non solum abundare, sed abundare ad gloriam ejus [21]. Quod hoc modo intelligendum puto: si doctor Ecclesiæ simplices quosque auditores doceat, et nondum falsis dogmatibus occupatos, atque his de singulis quibusque rationem divinæ veritatis aperiat, in hujuscemodi doctrina Dei veritas videbitur abundare. Si vero ad eos sermo sit qui obsistant veritati, qui sanæ doctrinæ sermonibus contradicant (6), et contradicentes confutentur et convincantur, ita ut errorum tenebris derelictis ad lucem veritatis accedant; tunc non solum abundabit veritas Dei, sed et ad gloriam ejus abundabit. Glorificatur enim Deus per eum qui de errore mendacii ereptus lumen veritatis aspexit. Hæc ergo qui ita

A intellexerit, non utique dicit illud quod in consequentibus stulta objectione profertur: « Quid adhuc et ego tanquam peccator judicor [22]? » sed advertit merito se judicandum, si permaneat in mendacio hominum: et qui secundum ea quæ supra exposuimus ex Dei veritate convictus errasse se sentit, ab errore conversus Deum verum agnita veritate glorificat, nec blasphemat ultra eos qui prædicant (7) veritatem, tanquam dicentes: « Faciamus mala ut veniant bona [23], » sciens in hoc verbo justam esse blasphemantis damnationem. Observandum quoque est, quod eos qui veritatem prædicant, non tam maledici, quod ad homines, sed blasphemari, quod ad Deum pertinet, posuit.

2. « Quid ergo tenemus amplius (8)? Causati enim

B sumus Judæos et Græcos omnes sub peccato esse, sicut scriptum est: Quia non est justus quisquam, non est intelligens, non est requirens Deum. Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonitatem, non est usque ad unum. Sepulcrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, venenum aspidum sub labiis eorum. Quorum os maledictione et amaritudine plenum est: veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritio et infelicitas in viis eorum, et viam pacis non cognoverunt: non est timor Dei ante oculos eorum [24]. » Prædiximus jam quod in hac Epistola Paulus, velut arbiter quidam inter eos qui ex circumcisione crediderunt, et eos qui ex genti-

C bus, temperet sermonem semper et libret, ut nunc hos, nunc illos in quibusdam videatur arguere, et rursum singulas partes certa spe promissionis animare (9). Quia ergo visus fuerat in superioribus dicere, quoniam si præputium justitias legis custodiat, judicabit eum qui in circumcisione prævaricator est legis [25]: rursum ut eos quos humiliaverat allevaret, addidit: « Quid ergo amplius est Judæo? aut quæ utilitas circumcisionis? Multum per omnem modum. Primo quidem, quia credita sunt illis eloquia Dei [26]. » Post hæc, cum his consequenter quasi quædam fuisset prosecutus, addit nunc, et dicit: « Quid ergo tenemus amplius? Causati enim sumus Judæos et Græcos omnes sub peccato esse [27]. » Quod si omnes sub peccato sunt, ergo non erit ela-

D tionis causa uni adversum alium, cum uterque non ex sua justitia, sed ex Dei misericordia veniat ad salutem. Probavit ergo Græcos quidem, id est gentiles, esse sub peccato, cum ait [28]: « Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt: et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et volucrum, et quadrupedum, et serpentium: propter quod tradidit

[17] I Cor. I, 24. [18] Joan. XVII, 3. [19] Matth. X, 29. [20] Matth. V, 45. [21] Rom. III, 7. [22] ibid. [23] ibid. 8. [24] ibid. 9 seq. [25] Rom. II, 26, 27. [26] Rom. III, 1, 2. [27] ibid. 9. [28] Rom. I, 22-24.

(5) Al., « cum docibiliter; » editi, « si conducibiliter. »

(6) Editi, « Si vero ad omnes sermo sit qui obsistunt...... contradicunt, » etc.

(7) Alias, « nec blasphemat ultra eos qui non prædicant. »

(8) *Quid ergo tenemus amplius?* Sic mss. nostri. Editi vero, « Quid ergo? Præcellimus eos? Nequaquam. »

(9) Editi, « animet, » male.

eos Deus in reprobum sensum, » et reliqua : Judæos vero, cum dicit : « Si autem tu Judæus cognominaris, et requiescis in lege [29], » et reliqua. Quibus addidit [30] : « Qui ergo doces alium, teipsum non doces : qui prædicas non furandum, furaris, » etc. Post hæc ergo dicit, quia « causati sumus Judæos et Græcos omnes sub peccato esse [31]. » Post hæc vero, ut ei moris est, de Scripturis sanctis vult affirmare quod dixerat ; simul et doctoribus Ecclesiæ præbet exemplum, ut ea quæ loquuntur ad populum, non propriis præsumpta sententiis, sed divinis munita testimoniis proferant. Si enim ipse tantus ac talis Apostolus auctoritatem dictorum suorum sufficere posse non credit, nisi doceat in Lege et Prophetis scripta esse quæ dicit, quanto magis nos minimi hoc observare debemus, ut non nostras cum docemus, sed sancti Spiritus sententias proferamus? Illud etiam necessario ducimus admonendum, quod in nonnullis Latinorum ea quæ subsequuntur testimonia in tertio decimo psalmo consequenter ex integro posita inveniuntur; in Græcis autem pene omnibus non amplius in decimo tertio psalmo, quam usque ad illum versiculum, ubi (10) scriptum est : « Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. » Sed et quod dixit Apostolus : « Sicut scriptum est : Quia non est justus quisquam : non est intelligens, non est requirens **505** Deum, » non eisdem sermonibus invenitur in psalmo, sed alii permutantur, alii assumuntur, alii relinquuntur. Quod ab studiosis quibusque si observetur diligentius, puto dari in hoc apostolicam auctoritatem, ut cum Scripturæ testimoniis utendum fuerit, sensum magis ex ea, quam verba capiamus. Hoc enim et in Evangeliis factum frequenter invenies. In tertio decimo igitur psalmo ita scriptum est : « Dominus de cœlo respexit super filios hominum, ut videret si est intelligens, aut requirens Deum. » Sed in quinquagesimo secundo psalmo ita dicit : « Deus de cœlo respexit super filios hominum, ut videret si est intelligens, aut requirens Deum. » Et videtur idem servari sensus etiam in eo quod Apostolus posuit : « Non est intelligens, non est requirens Deum [32]. » Et quod dixit : « Non est justus quisquam [33], » puto quod ex eo sumpserit quod scriptum est [34] : « Non est qui faciat bonitatem, non est usque ad unum (11) : » in quo etiam si sermo converti videtur, sensus tamen unus idemque servatur. Quod vero in consequentibus dicitur : « Sepulcrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant [35], » in quinto (12) psalmo reperies. Post hoc : « Venenum aspidum sub labiis eorum [36], » quod et ipsum ex quodam psalmo assumptum, immutatis, ut supra diximus, sermonibus, puto. Quod autem sequitur : « Quorum os maledictione, et amaritudine plenum est [37], » ex nono psalmo videtur acceptum. Tum deinde : « Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem, » vel in Isaia invenies, vel in Proverbiis [38]. Sed et, « Contritio et infelicitas in viis eorum, et viam pacis non cognoverunt [39], » non quidem ad integrum recordor ubi scriptum sit : suspicor tamen in uno prophetarum inveniri posse. In Psalmis autem scriptum est [40] : « Non est timor Dei ante oculos eorum. » Hæc autem omnia testimonia videtur congregare voluisse ob hoc, ut ostenderet, quia quod causatur « Judæos et Græcos omnes sub peccato esse [41], » non tam suam, quam sanctæ Scripturæ sententiam pronuntiat. Sed requiramus quid est hoc ipsum (13) sub peccato esse : sine exceptione enim sermo ejus omnes, sive Judæi sint, sive gentiles, videtur involvere. Sed occurrit nobis alia ipsius sententia, qua dicit : « Ubi autem non est lex, nec prævaricatio [42]. » Apud Judæos quidem legem Moysi esse manifestum est : apud gentiles vero legem naturæ esse confirmat (14), quæ testimonio conscientiæ arguat delinquentem. Ubi ergo quærimus hominem in quo non sit lex, et qui per hoc non videatur esse in prævaricatione peccati, quia et ipse Paulus de semetipso dicit : « Ego autem vivebam sine lege aliquando [43]? » Quando Paulus sine lege vixit, qui rursum de semetipso dicit : « Circumcisus octava die (15) Hebræus ex Hebræis [44]? » Quomodo ergo verum erit eum aliquando sine lege vixisse, qui octava die (16) nativitatis suæ signum circumcisionis ex lege suscepit? Unde constat tunc fieri hominem sub lege, quando ad id ætatis venerit, ut eligere possit, et discernere quid sit lex : nec prius legis illius extrinsecus jugum suscipere, quam internæ, et naturalis legis habere incipiat (17) firmitatem. Denique in eo loco ubi dixit : « Ego autem vivebam sine lege aliquando, » addidit : « Sed ubi venit mandatum, peccatum revixit [45]. » In quo hoc quidem ostendit, quia in pueritia prius quam discretionem quis habeat boni et mali, sine lege esse dicitur; cum etiam si peccat, quia lex in eo non est, peccatum ei non imputatur [46]. Cum vero discretionem boni malique acceperit, venisse ei dicitur lex, et dedisse mandata. Ubi autem inest vis mandati, hoc est, conscientia redarguens, peccatum, quod prius in eo mortuum erat, dicitur revixisse. Ex hoc ergo jam tempore si quis subdat se legi Moysi, ut eam secundum litteram observet, efficitur

[29] Rom. II, 17. [30] ibid. 21. [31] Rom. III, 9. [32] Rom. III, 11. [33] ibid. 10. [34] Psal. XIII, 2. [35] Rom. III, 13; Psal. V, 11. [36] ibid. et psal. CXXXIX, 4. [37] Rom. III, 14; Psal. IX, 7. [38] Rom. III, 15; Isai. LIX, 7; Prov. VI, 18. [39] Rom. III, 16; Isai. LIX, 7, 8. [40] Psal. XXXV, 2; Rom. III, 17. [41] ibid. 9. [42] Rom. IV, 15. [43] Rom. VII, 9. [44] Philip. III, 5. [45] Rom. VII, 9. [46] Rom. V, 13.

(10) *Ubi*. In editis omittitur.
(11) Editi, « non est usque ad unum qui faciat. »
(12) Al., « secundo. »
(13) Editi, « relinquamus quidem hoc ipsum. »
(14) Al., « firmat (*al.* affirmat) quo. »
(15) Sic mss. fere omnes. Quidam vero cum editis, « circumcisionem accepi octavi diei, » etc.
(16) *Die*. Deest in antea editis.
(17) Al., « inciperet. »

in manifesto Judæus [47]. Si vero secundum spiritum eam sequatur, efficitur in occulto Judæus. Hæc pro eo quod dictum est: « Causati enim sumus Judæos et Græcos omnes sub peccato esse [48]. » Scilicet « omnes » intelligatur de illis dictum, quos vel naturali vel scripta lege ne peccent constat edoceri. Nam et de gentibus sub peccato factis eodem modo intelligimus quo supra diximus: cum cœperint naturaliter quæ legis sunt facere [49], et ipsi sibi esse lex, tum redarguuntur a conscientia in his quæ contra legem facere videntur. Propter quod et consequenter mihi videntur vere sensisse hi, qui legem naturæ legem Dei dicunt, legem autem Moysi legem scriptam appellant (18). Si ergo Paulus de lege scripta, hoc est de lege Moysi, diceret: « Peccatum autem non imputatur, cum lex non est [50], » videbitur nec Cain reputatum esse peccatum (19), nec illis qui diluvio perierunt, nec illis quos in Sodomis ignis absumpsit. Sed quoniam videmus illis non solum reputata esse peccata, sed et ultionem in eos datam, ostenditur ex his de naturali lege Paulum dicere, quæ, excepta prima ætate pueritiæ, in omnibus hominibus inest: et per hoc rectissime dicit: « Causati enim sumus Judæos et Græcos omnes sub peccato esse. » **506** Unde non mihi videtur quidam (20) ex sapientibus contra rationem definisse, quod in omni mortalium genere, cum ad id ætatis ventum fuerit ubi discretionem recti pravique ingressu naturalis legis quis excipiat, primo omnium malitiam suscitari, post hæc jam eruditionibus, institutis, monitis paulatim eam depelli, et ad virtutem transiri. Consona namque his etiam Paulus mihi sensisse videtur in eo quod dicit: « Sed ubi venit mandatum, peccatum revixit. » Sed et Salvator cum dicit in Evangeliis: « Nisi venissem, et locutus eis fuissem, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo [51], » videbitur secundum hanc dixisse rationem, quod virtute ea qua replere (21) dicitur mundum, ad unumquemque hominem veniat, et loquatur in corde ejus, ac boni malique judicium doceat. Ideo ergo Paulus scriptum esse dicit: « Quia non est justus quisquam; non est intelligens, non est requirens Deum: omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt [52]; » sicut et alibi Propheta dicit: « Quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens [53]. » Quod fortassis contrarium videatur aliis Scripturis, quæ nonnullis testimonium perhibent quasi justis; in tantum ut etiam ad Jerusalem de Sodomis dicatur, quia « justificata est Sodoma ex te [54]. » Sed intuere diligentius cautelam Scripturæ divinæ, quomodo non dixit: « Justificata est Sodoma; » sed ait (22): Quo-

A niam tu scelera multa committis, et talia sunt quæ agis, ut omnes supergrediaris in magnitudine peccatorum, ad comparationem scelerum tuorum jam Sodoma justificata est. Et hic ergo quod dixit: « Non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens, » non hoc sentiri voluit quod non justificabitur omnis vivens, sed « in conspectu tuo, » hoc est Dei, non justificabitur. Quantumvis enim quis justus, quantumvis sanctus sit, non solum inter homines, sed et in supernis atque eminentioribus creaturis, ad comparationem Dei certum est eum justificari non posse. Denique et in Apocalypsi Joannis [55], ubi liber signatus offertur in conspectu vetusti dierum, et quæritur ex omni tribu, lingua, et populis, qui eum possit aperire, nullus inventus est nisi solus

B Agnus de tribu Juda, qui justificatus est in conspectu Dei: et ipse solus librum meruit aperire, qui solus ipse est « qui aperit, et nemo claudit; claudit et nemo aperit [56]. » Solus ergo Salvator noster Dominus Jesus Christus justificatur in conspectu Patris, quia « quæcunque facit Pater, hæc et Filius facit similiter [57]. » Omnis autem creatura ex comparatione inferiorum justificatur. Ut si, verbi causa, dicamus: ad comparationem reliqui populi justa fuit Maria soror Moysi: et rursum ad comparationem Mariæ justus erat Aaron: et iterum ad comparationem Aaron, justus erat Moyses. Beatus tamen est qui ex comparatione meliorum justus appellatur, et non ex comparatione pessimorum, sicut Sodoma, quæ ex comparatione Jerusalem justifi-

C cata memoratur. Unde et ego vereor ne ex nobis qui videmur esse in Ecclesia Dei et legi ejus operam dare, ac præceptis evangelicis deservire, inveniantur aliqui infidelium justificandi. Ut verbi causa dicam, si nos libidini et impudicitiæ serviamus, et gentilis qui alienus est a fide Christi, custodiat castitatem, ille gentilis justificatur ex nobis. Similiter et si nos avaritia, rapacitate, superbia, et cæteris hujusmodi malis involvamur, abstineat autem ab his omnibus gentilis, et hi qui legem Dei nesciunt, illi justificabuntur ex nobis, et nos ex illorum comparatione damnabimur. Quin potius operam demus, ut sicut fide præcedimus gentes, ita actibus et operibus præcellamus, ne mala nostra fiant aliena bona, et illorum temperantia nostram

D redarguat intemperantiam. Potest adhuc et alio modo explanari quod dixit: « Non est justus quisquam [58]; » vel quod ait: « Non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens [59]; » quia donec quis vivit in corpore, justificari non potest nec pronuntiari justus, sed cum exierit de corpore, et de vitæ hujus agone discesserit, sicut et Scriptura dicit:

[47] Rom. II, 28. [48] Rom. III, 9. [49] Rom. II, 14. [50] Rom. V, 13. [51] Joan. XV, 22. [52] Rom. III, 10-12; Psal. XIII, 1-3. [53] Psal. CXLII, 2. [54] Ezech. XVI, 51, 52. [55] Apoc. V. [56] Apoc. III, 7. [57] Joan. V, 19. [58] Rom. III, 10. [59] Psal. CXLII, 2.

(18) Sic recte ms. unus. Editi vero et cæteri mss. nostri habent, « legem autem scriptam positione (*al.* positionis, *al.* positam) legem esse appellant. »

(19) Editi, « non imputabatur, cum lex non esse videbatur, nec Cain reputatum esset peccatum »

(20) Alias, « videtur quemdam; » al., « videntur quidam. »

(21) Al., « quod virtus ea quæ replere, » etc.

(22) Editi, « ut, » male.

« Ne beatificaveris hominem ante mortem, quia nescis quæ erunt ejus novissima [60]; » et iterum dicit Ecclesiastes [61]: « Et laudavi homines defunctos qui jam mortui sunt, magis quam vivos qui adhuc vivunt: sed melior super utrosque qui nondum natus est. » Habes adhuc et aliam Scripturæ sententiam quæ dicit, quia quicunque minimus est in regno Dei, major sit eo qui in corpore est, etiamsi Joannes ille sit, quo major inter natos mulierum non fuit [62]. « Non est » ergo « justus quisquam. » Et addidit: « Non est intelligens [63]. » Et revera cum Apostolus ipse ex parte se dicat agnoscere, et ex parte intelligere [64], quis erit qui dicatur intelligens? Quantumcunque enim quis intellexerit, in speculo et in ænigmate videbitur intelligere [65]: quia post depositionem terreni corporis refertur (23) facie ad faciem intelligere: nunc vero, ut ait Scriptura [66]: « Corruptibile corpus aggravat animam, et demergit terrena habitatio sensum multa cogitantem. » Unde fit ut non sit « intelligens » quis, nec « requirens Deum [67]. » Dum enim corporis sollicitudinibus occupamur, et quæ hominum sunt quærimus [68], Deum quærere, vel quæ Dei sunt cogitare non possumus.

3. « Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt [69]. »
507 Mihi videtur quod non dicitur declinasse, nisi is qui aliquando in via recta stetit. Unde apparet primum illud naturæ rationabilis opus, quod a Deo factum est, fuisse rectum, et in via recta Creatoris ipsius munere collocatum. Sed quia ab hac ad lævam (24) peccati iter detorsit, merito nunc dicitur declinasse, sicut exemplo est (25) primus homo Adam, qui de paradisi via recta malesuadi fraude serpentis ad pravas et tortuosas mortalis vitæ semitas declinavit. Consequenter ergo omnes qui ex ipsius successione in hunc mundum veniunt, declinaverunt, et simul cum ipso inutiles facti sunt. Propter hoc puto et Dominum in Evangeliis dare mandatum, ut cum omnia præcepta fecerimus, meminerimus tamen quid simus, et dicamus: « Servi inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus [70]. » Donec enim quis hoc facit tantum quod debet, id est, ea quæ præcepta sunt, inutilis servus est. Si autem addas aliquid præceptis, tunc non jam inutilis servus eris, sed dicetur ad te: « Euge, serve bone, et fidelis [71]. » Quid autem sit quod addatur præceptis, et supra debitum fiat, Paulus apostolus dicit: « De virginibus autem præceptum Domini non habeo: consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus a Domino [72]. » Hoc opus super præceptum est. Qui ergo completis præceptis addiderit etiam hoc, ut virginitatem custodiat, non jam inutilis servus, sed servus bonus et fidelis vocabitur. Et iterum præceptum est, ut hi qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivant [73]. Paulus tamen dicit, quia « nullo horum usus sum; » et ideo non inutilis erat servus, sed fidelis et prudens. « Omnes » ergo « declinaverunt, simul inutiles facti sunt. » Quibus addidit: « Non est qui faciat bonitatem, non est usque ad unum [74]. » Gravis sententia, et quæ difficile astrui possit. Quomodo enim videtur fieri posse, nullum omnino, nullum usque ad unum, vel in Judæis, vel in Græcis inveniri potuisse qui faceret bonitatem? Siccine credimus (26) quod nullus fuerit qui vel hospitem aliquando receperit, vel esurienti panem dederit, vel nudum texerit, vel innocentem de manibus potentis eripuerit, vel tale aliquid boni operis egerit? Non mihi videtur tam incredibilem sermonem voluisse asserere Paulus apostolus: sed hoc modo intelligendum puto; quod neget quemquam fecisse bonitatem. Verbi gratia, velut si quis fundamenta jaciat domus, et unum aut duos parietes exstruat, aliquid etiam materiæ convehat, nunquid dicetur fecisse domum, quamvis operatus videatur in domo? Sed ille dicetur domum fecisse, qui totius ædificii ad perfectum singula quæque membra perduxerit. Ita arbitror et hic Apostolum dicere neminem fecisse bonitatem, hoc est, a nullo eam ad perfectum et ad integrum consummatam. Si autem requiramus quis sit vere bonus, et qui perfectam fecerit bonitatem, illum inveniemus solum qui dicit: « Ego sum pastor bonus; » et iterum: « Pastor bonus animam suam ponit pro ovibus suis [75]. » Post hæc de quinto, ut supra diximus, psalmo sumens (27), dicit: « Sepulcrum patens est guttur eorum. » Diversa in his, ut mihi videtur, humani generis peccata describit. Omne sepulcrum immunditiam defuncti cadaveris contegit; unde et Dominus dicebat in Evangelio de Scribis et Pharisæis, quod essent sepulcra dealbata, « quæ foris quidem speciosa videntur hominibus, intus autem plena sunt omni immunditia [76]. » Videtur autem Paulus hoc in loco majus aliquid in istis, de quibus sermo est, ostendere criminis, cum eos sepulcrum non tectum, neque coopertum, sed « patens » appellat. Clausa enim sepulcra dicuntur, quos aliquantulum pudor cohibet palam delinquere, et proferre ad publicum crimina sua. Patens vero sepulcrum dicuntur hi qui immunditias suas et impuritates in propatulo habent: quibus assiduitas et usus scelerum, quod est in malis ultimum, etiam commissorum verecundiam sustulit: ut jam non aperiant os suum, et proferant verbum Dei, verbum vivum; sed (28) aperiant gut-

[60] Eccli. XI, 30. [61] Eccle. IV, 2, 3. [62] Matth. XI, 11. [63] Rom. III, 10, 11. [64] I Cor. XIII, 9. [65] ibid. 12. [66] Sap. IX, 15. [67] Rom. III, 11. [68] I Cor. VII, 32, 33. [69] Rom. III, 12. [70] Luc. XVII, 10. [71] Matth. XXV, 21. [72] I Cor. VII, 25. [73] I Cor. IX, 14, 15. [74] Rom. III, 12. [75] Joan. X, 11. [76] Matth. XXIII, 27.

(23) Al., « revelabitur, » al., « merebitur, » al., « revertetur. »
(24) Al., « lævum. »
(25) Al., « exemplum est. »
(26) Al., « Si in eis credimus. »
(27) *Sumens.* Deest in antea editis.
(28) Al., « verbum Dei vivum; sed, » etc.

tur suum, et proferant verbum mortuum, verbum A diaboli, non de corde, sed de sepulcro. Si quando ergo videris hominem lascivo ore impudica verba jactantem, aut tumido et furibundo contumelias et maledicta proferentem, non dubites de hoc dicere, quia « sepulcrum patens est guttur » ejus. « De abundantia enim cordis os loquitur[77]. » Ad hæc additur : « Linguis suis dolose agebant. » Dolus est, cum aliud quis lingua loquitur, et aliud volutat in corde. Quod crimen nescio si vel justos quosque et electos relinquat immunes; sed puto quod alius plus, alius autem minus, nemo tamen sit ab hoc ad perfectum purus, nisi ille solus de quo scriptum est : « Qui peccatum non fecit, nec dolus inventus est in ore ejus[78]. » Nam et si inveniatur quis diligens et cautus, potest fortassis in gravioribus se B observare : quem autem invenias, qui in hæc vel præ verecundia, vel præ negligentia non incurrat? Interdum et per oblivionem omittuntur quæ curanda fuerant, et ne appareat culpa, excusantur aliter quam (29) gesta sunt. Unde et Petrus, sciens istas esse diversitates doli, **508** in Epistola sua scribit dicens : « Deponentes ergo omnem dolum, et simulationem, et invidiam, et obtrectationem, quasi modo geniti infantes, rationabiles, et sine dolo, lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem[79]. »

4. « Venenum aspidum sub labiis eorum[80]. » Morsus serpentis veneno corpus (30) interimit : morsus verbi venenati fraude animam necat. Potest C accidi hoc et de his qui calumniarum commentis circumveniunt homines : potest et de his, qui per hæreticam doctrinam veneno diaboli infectam, animas decipiunt simplicium. « Quorum os maledictione, et amaritudine plenum est[81]. » De veneno quidem aspidum non dixit plena esse labia. In illo enim vitio plures fortassis inveniantur, non tamen plures qui plene, et ad integrum veneni illius virus exerant (31). Maledictione autem et amaritudine repleri os, valde multorum est. Quis enim ita emendati oris est (32), quem non maledicendi consuetudo sollicitet, non dicam adversum eos qui maledictione digni sunt, sed adversum eos quos Dominus non maledixit, id est, justos et innocentes viros? Promptum hoc et proclive vitium est fragilita- D tis humanæ erga subjectos præcipue et inferiores : ita ut jam appellationem hanc non maledictionem putent. Et ideo plenum esse os eorum, et tanquam de pleno oris vasculo indesinenter dicitur fluere maledictio. Huic tamen et amaritudo conjungitur, quia ex iracundiæ felle depromitur. Per iracundiam enim ac furorem ad maledicendum lingua compellitur. Et ideo dicit idem Apostolus[82] : « Benedicite, et nolite maledicere ; » et alibi[83] : « Ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat. » Additur in consequentibus[84] : « Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. » Quod tamen crimen non fortassis pluribus aptari posse videbitur eorum de quibus dixit : « Causati enim sumus Judæos et Græcos omnes sub peccato esse[85] ; » nisi forte ita intelligamus, quia non corporaliter tantum sanguis effunditur eorum quorum corpora trucidantur, sed et hi qui quolibet scandalo animam a Deo separant, viri sanguinum nominantur. Sicut enim homicida dicitur ille qui corpus ab anima separat, per quam vivificatur : ita multo etiam verius ille homicida dicendus est, qui animam a vera vita separat, quæ (33) est Deus. Pedes autem hoc in loco illos intellige de quibus dicit Propheta : « Mei autem pene moti sunt pedes[86] ; » hoc est, consilium quo agimus iter vitæ.

5. « Contritio, et infelicitas in viis eorum : et viam pacis non cognoverunt[87]. » Contritionem hic dicit, non illam qua spiritus peccatis contribulatur pro pœnitentia, unde dicitur in Psalmis[88] : « Cor contritum et humiliatum Deus non spernit : » sed illam dicit contritionem qua peccatores dicuntur conterere jugum Domini et projicere a cervicibus suis[89]. Similiter et « infelicitas, » vel, sicut alibi legitur, « miseria » accipienda est, qua miser effectus est homo et infelix, qui « cum in honore esset, non intellexit, » sed « comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est eis[90]. Et viam pacis non cognoverunt[91]. » Pax nostra Christus est. Via ergo pacis, via Christi est. Sed et si accipiamus quod peccatores dum vitiorum bellis semper urgentur, viam pacis ignorant, recte intelligimus. Dicit enim propheta ad Dominum : « Pax multa diligentibus nomen tuum, et non est illis scandalum[92]. » Sed et ille populus qui de Ægypto eductus est, per viam pacis incessit, ut ad terram repromissionis veniret, et habitaret in Jerusalem, quæ interpretatur *visio pacis*, sicut et Propheta dicit : « Factus est in pace locus ejus, et habitatio ejus in Sion[93]. » Plenius autem viam pacis agnoscit qui ad cœlestis Jerusalem habitaculum tendit, ut ad sanctam civitatem Dei viventis ascendat. Post hæc additur : « Non est timor Dei ante oculos eorum[94]. » Si quis sit qui semper de timore Dei cogitet, quid ei placeat requirat, quidve displiceat, huic timor Dei esse ante oculos dicitur. Sed peritus debet esse, et ex lege Domini diligenter eruditus[95], ne forte illic timeat timore, ubi necessarius non erit timor. Ponendus est ergo semper timor Dei ante oculos : non istos oculos carnis (neque enim visibile aliquid, aut corporeum quæritur), sed ante oculos mentis (34); qui-

[77] Matth. XII, 34. [78] I Petr. II, 22. [79] ibid. 1, 2. [80] Rom. III, 13. [81] ibid. 14. [82] Rom. XII, 14. [83] Hebr. XII, 15. [84] Rom. III, 15. [85] ibid. 9. [86] Psal. LXXII, 2. [87] Rom. III, 16, 17. [88] Psal. L, 19. [89] Jerem. II, 20; V, 5. [90] Psal. XLVIII, 13, 21. [91] Rom. III, 17. [92] Psal. CXVIII, 165. [93] Psal. LXXV, 3. [94] Rom. III, 18. [95] Psal. XIII, 5.

(29) Al., « quæ. »
(30) Al., « Morsu serpentis venenum corpus, » etc.
(31) Al., « exerceant. »
(32) Al., « emendatioris est vitæ. »
(33) Editi, « qui. »
(34) Alias, « sed dicitur de oculis mentis. »

bus timoris Dei et intellectus et doctrina perspicitur, per quam, sicut superius diximus, intelligatur quid timendum sit, aut quid non sit timendum. Qui Deum timet, potestates sæculi non timet. Et quid dico de potestatibus sæculi? Nec illos principatus, et potestates, et mundi hujus rectores, neque spiritalia nequitiæ in cœlestibus timet [96]. Et ut ipsius hoc (35) Pauli auctoritate firmemus, audi quomodo dicit de humanis potestatibus: « Vis, inquit, non timere potestatem? Fac quod bonum est, et habebis laudem ex ea [97]. » Et Propheta dicit: « Dominus mihi adjutor est, non timebo quid faciat mihi homo [98]. » De adversis vero potestatibus spirituum idem Propheta sensisse mihi videtur, ubi dicit: « Multi qui debellant me de excelso, per diem timebunt [99]; » et iterum: « Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum [1]. » Opus ergo grande est et magnificum semper habere ante oculos cordis
509 timorem Dei: illum timorem, qui replevit virgam quæ surrexit de radice Jesse, et florem qui de radice ejus surrexit: de quo dixerat: « Et replebit eum spiritus timoris Domini [2]. » In tantum autem perfectum reddit hominem Dei timor, ut nihil ei desit, ut Propheta dicit (36), quia « nihil deest timentibus eum [3]. » Hæc, prout potuimus, singulis quibusque quæ a Paulo assumpta fuerant aptavimus, quomodo convenire viderentur his de quibus dicit: « Causati enim sumus Judæos et Græcos omnes sub peccato esse [4]. » Quæ tamen ita puto debere intelligi, non ut in singulis hominibus omnia hæc fuisse arguantur, sed aliud in alio (37), et aliud in alio, ita tamen ut in omnibus impleretur universitas ista vitiorum.

6. « Scimus autem, quoniam quæcunque lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur, ut omne os obstruatur et subditus fiat omnis mundus Deo. Propterea (38) ex operibus legis non justificabitur omnis caro in conspectu Dei (39). Per legem enim agnitio peccati [5]. » Præfati sumus in principiis (40) Apostolum in hac Epistola de pluribus legibus tractaturum, quarum discretio et distinctio nisi per loca singula habeatur, confundere poterit sensum legentis. Igitur etiam in præsenti loco quod dicit: « Scimus autem, quoniam quæcunque lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur, » diligentius requirere debemus quæ sit lex quæ loquatur ad eos qui in lege sunt, et per hoc quod ad eos loquitur omni eos excusatione denudet, ne peccatorum suorum possint invenire perfugia: hoc enim est quod dicit: « Ut omne os obstruatur, et subditus fiat omnis mundus Deo. » Quod si velimus de lege Moysi intelligere, quæ illis sine dubio solis loquitur, quos ex matris utero circumciderit et docuerit, quomodo consequens videbitur quod per hanc legem, quæ unam tantummodo institutis suis contingit gentem, omne os obstruatur, et omnis per eam mundus Deo teneatur obnoxius? Quid enim commune ad hanc legem gentes omnes, quid totus habere mundus credendus est? Quomodo autem et agnitio peccati per legem Moysi fieri dicitur, cum inveniantur plurimi et ante eam agnovisse peccatum suum? Cain denique cum peccasset ita ait: « Majus est peccatum meum, quam ut remittatur [6]. » (41) Sed et patriarchæ cum ad Joseph descendissent in Ægyptum, et simulata ab eo confutatione urgerentur, ita ad alterutrum dicunt: « In peccatis sumus pro fratre nostro, quia despeximus tribulationem ejus animæ cum rogaret nos, et non exaudivimus eum: propter hoc venit super nos tribulatio hæc [7]. » Sed et Job, quem ante legem fuisse constat, ita dicit: « Quod et si peccavi invitus, si occultavi peccatum meum, aut confusus sum multitudine populi, quominus annuntiarem delictum meum [8]. » Qui omnes evidenter docentur agnovisse peccatum suum. Ex his ergo colligitur Paulum apostolum non de lege Moysi hæc dicere, « Quia lex his qui in lege sunt loquitur [9], » sed de naturali lege quæ scripta est in cordibus hominum. Hæc ergo lex quæcunque dicit, his qui in lege sunt dicit. In lege autem sunt hi qui id ætatis agunt, quo discretionem boni malique jam capiant. Sine lege vero illi sunt quibus nondum hujusmodi discretionis sensus advenit, secundum quod et Paulus dicit: « Ego autem vivebam sine lege aliquando [10]. » Secundum hanc ergo legem naturalem consequenter Apostolus dixisse videbitur (42) omne os obstruendum, et omnem mundum obnoxium Dei judicio futurum. Hujus enim legis quæ naturaliter hominibus inest, nullus est expers, neque Judæorum, neque gentilium: et ideo consequenter dictum videtur etiam illud, quod justificetur Deus in verbis suis, et vincat cum judicatur [11]. Ut verbi causa dicamus: si requiratur quid Deus homini contulerit, et quid homo ex his quæ a Deo accepit operatus sit, judicari cum hominibus Deus videbitur: et invenietur quidem Deus dedisse homini omnes affectus, omnesque motus quibus ad virtutem niti possit et progredi: insuper etiam vim rationis inseruisse, qua agnosceret quid deberet agere, quid cavere. Hæc ergo invenitur Deus communiter omnibus hominibus præstitisse. Sed si his acceptis homo neglexerit iter virtutis incedere, cui ex Deo nihil defuit,

[96] Ephes. VI, 12. [97] Rom. XIII, 3. [98] Psal. CXVII, 6. [99] Psal. LV, 3. [1] Psal. XXVI, 3. [2] Isai. XI, 1, 3. [3] Psal. XXXIII, 10. [4] Rom. III, 9. [5] ibid. 19, 20. [6] Gen. IV, 13. [7] Gen. XLII, 21. [8] Job XXXI, 33. [9] Rom. III, 19. [10] Rom. VII, 9. [11] Psal. L, 6.

(35) *Hoc.* In editis omittitur.
(36) Al., « ut cui nihil desit; ut Propheta dicat. »
(37) *Et aliud in alio.* Hæc omittuntur in editis.
(38) *Propterea.* Sic mss. Editi, « quia. »
(39) Al., « coram Deo. »
(40) Vide Præfationem Origenis.
(41) Sic mss. fere omnes. Quidam cum editis, « remitti possit. »
(42) Al., « videbatur. »

invenitur ipse defuisse iis quæ a Deo data sunt sibi. Merito ergo dicitur in tali judicio Deus vincere et justificari in verbis suis. Hæc ergo lex naturalis loquitur omnibus qui in lege sunt : ex cujus præceptis soli mihi immunes fieri videntur infantes, quibus nondum inest pravi rectique judicium. Sed his si etiam illi sociandi sint qui quacunque ex causa impotes sunt (43) mentis, video. Exceptis vero his nullus hominum mihi effugere videtur hanc legem. Considerandum est autem ne forte non solum homines, sed et angelos, et omnem, quæcunque illa est, rationabilem creaturam lex ista constringat. Si enim recte a sapientibus definitum est, legem esse quæ (44) dictet quod agi debeat, et quod agi non debeat vetet, quomodo non hujusmodi lex etiam supernis et cœlestibus ordinibus inserta videbitur; quibus utique et observandi quiddam, **510** et quiddam cavendi disciplina est ? Et nisi hac lege tenerentur, nunquam de eis diceret Scriptura divina : « Angelos quoque, qui non servaverunt principatum suum, sed dereliquerunt proprium domicilium, Deus ad judicium magni diei æternis vinculis in tartaro (45) constrictos sub caligine reservavit [12]. » Unde constat inesse eis legem; qua non observata passi sunt hæc quæ superius Scriptura testata est. Sed et Paulus cum dicit : « An (46) nescitis quia angelos judicabimus [13] ? » quid aliud nisi sub lege scit esse positos eos quos pronuntiat ad judicium deducendos? Sed si quis nobis occurrat ex eo quod supra diximus Deum esse cum hominibus judicandum, quasi etiam ipsum dicere videamur esse sub lege, audi quanta de hoc cautela in Apostoli Litteris invenitur, qui Christum non in lege esse, sed plenitudinem esse legis commemorat : et sicut ipse est justitia ex qua omnes justi fiunt, et ipse est veritas ex qua omnes in veritate consistunt, et ipse est vita ex qua omnes vivunt, ita et ipse est lex, ex qua omnes in lege sunt. Venit ergo ad judicium, non tanquam qui in lege sit, sed tanquam qui lex sit. Ego autem puto quod hi qui jam perfecti sunt, et Domino conjuncti unus spiritus cum ipso effecti sunt [14], nec ipsi in lege sunt, sed magis ipsi sunt lex, sicut et alibi idem Apostolus dicit : « Quia justo lex non est posita [15]. » Ita : « Quæcunque lex loquitur iis qui in lege sunt loquitur, ut omne os obstruatur, » secundum ea quæ supra diximus, « ut subditus fiat, » vel, ut alibi legimus, « obnoxius fiat omnis mundus Deo [16], » quod et magis cum Græcis exemplaribus convenit. Sed requiramus omnem mundum (47) hic quid appellaverit. Nunquidnam putabitur per omnem mundum ita terrenus hic debere intelligi locus, ut et arbores, et lapides, et herbæ, ac semina, et paleæ quæ in ipso sunt, pariter nominatæ sint? Partes enim mundi hæc esse singula videntur. Non arbitror ita quempiam ineptum inveniri, ut hæc possit asserere. Restat igitur ut omnem mundum omne rationale animal dicat : et sicut omne quod irrationale est, excipitur ab hoc sensu, ita nulla mihi videtur ab hac conditione rationalis creatura secerni. Omnis ergo mundus obnoxius fit Deo per hoc quod legem naturalem inseruit omnibus : de quibus et in alio loco dicit, quia « in nomine Jesu omne genu flectetur (48) cœlestium, terrestrium et infernorum [17]. » Quod utique si faciat, complesse videbitur legem; si non faciat, esse obnoxius legi : per legem autem consequenter et Deo. Si cui vero de solis hominibus hoc videbitur dictum, quod et legem naturalem ipsis inesse dixerit, et de solis ipsis scriptum accipiat (49) : « Ut omne os obstruatur, et obnoxius fiat omnis mundus Deo [18], » utetur (50) occasione subsequentis sermonis, quo dicit : « Quia ex operibus legis non justificabitur omnis caro [19]. » Quod utique dictum videbitur de his tantum qui in carne sunt positi. Sed qui priorem sensum magis tenere volunt, observabunt diligentius quomodo Apostolus dixerit ex operibus legis non justificari omnem (51) carnem : quia ad eos qui in carne sunt opera legis spectant ; ad eos vero qui in spiritu sunt, id est superiores ordines cœlestium ministeriorum, sensus pertinet legis. « Ex operibus » igitur « legis » quod « non justificabitur omnis caro in conspectu ejus, » hoc modo intelligendum puto : quia omnis qui caro est, et secundum carnem vivit, non potest justificari ex lege Dei, sicut et alibi dicit idem Apostolus, quia « qui in carne sunt, Deo placere non possunt [20] ; » item alibi : « Quia sapientia carnis inimica est Deo, legi enim Dei non est subjecta : nec enim potest [21]; » et propheta dicit : « Omnis caro fenum [22] ; » et in Evangelio scriptum est : « Spiritus est qui vivificat ; caro autem (52) non prodest quidquam [23]. » De his ergo dicit, quia ex lege Dei « non justificabitur omnis caro coram ipso. » Sed et hoc quod addidit « coram ipso, » non otiose prætereat, sicut jam frequentius admonuimus, quia aliud est coram Deo justificari, aliud coram hominibus : hoc est, ad comparationem aliorum hominum potest alius homo qui emendatius vixerit, justus videri ; ad comparationem autem Dei, non solum homo non justificabitur, sed et sicut Job dicit : « Stellæ autem (53) non sunt mundæ coram ipso [24] : » quæ utique coram

[12] Jud. 6. [13] I Cor. vi, 3. [14] ibid. 17. [15] I Tim. i, 9. [16] Rom. iii, 19. [17] Philip. ii, 10. [18] Rom. iii, 19. [19] ibid. 20. [20] Rom. viii, 8. [21] ibid. 7. [22] Isai. xl, 6. [23] Joan. vi, 64. [24] Job xxv, 5.

(43) Al., « dementes fiunt. »
(44) Al., « dicat. »
(45) Al., « in tartarum. »
(46) Al., « Aut. »
(47) Genebrardus, « omnis mundus »; Salodianus vero et Merlinus : « omnem mundum, » et omittunt « per. »
(48) Al., « flectatur. »
(49) Al., « accipiatur. »
(50) Al., « utitur. »
(51) *Omnem*. Deest in antea editis.
(52) *Autem*. In editis omittitur.
(53) *Autem*. Desideratur in editis.

nobis mundæ sunt, hoc est, ad comparationem A hominum mundæ habentur et sanctæ (54); ad comparationem vero Dei mundæ esse non possunt. « Per legem enim agnitio peccati [25]. » Videamus quomodo per legem fit agnitio peccati. Dum per legem discimus quid agendum sit, quid cavendum, simul et quid peccatum sit, et quid non sit agnoscimus. Non ergo, ut hæretici Deum legis accusant, mala radix est lex, et mala arbor per quam peccati venit agnitio: quia non dixit: Ex lege « agnitio peccati, » sed, « per legem, » ut scias non ex ipsa ortum, sed per ipsam agnitum esse peccatum. Ut, verbi gratia, si diceremus: **511** Per artem medicinæ datur languoris agnitio, nunquidnam videretur tibi causa languoris esse medicina, quia per ipsam qualitas languoris B agnoscitur? Sed, sicut constat bonam esse medicinam quæ ægritudinis intelligentiam præstat, qua possit vitari (55) infirmitas, ita et lex bona est per quam deprehenditur et agnoscitur peccatum. Servat autem, ut puto, hujusmodi expositio etiam illius explanationis consequentiam, quam supra edidimus de eo quod scriptum est: « Causati enim sumus Judæos et Græcos omnes sub peccato esse, sicut scriptum est: Quia non est justus quisquam, non est intelligens, non est requirens Deum [26]. »

7. « Nunc autem sine lege justitia Dei manifestata est, testificata a lege et prophetis. Justitia autem Dei per fidem Jesu Christi in omnes et super omnes qui credunt in eum. Non enim est distinctio. Omnes enim peccaverunt, et egent gloria Dei, justificati C gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Jesu [27]. » Quod astruximus in superioribus, dicentes non de lege Moysi dictum, « Quia quæcunque lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur [28], » putabit aliquis non tam vere, quam violenter assertum, cum videat nunc nomen legis non ad naturæ, sed ad Moysi legem referri: et dicet quod in præsenti loco justitia Dei pronuntietur ab Apostolo manifestari per legem, et non solum per legem, sed et per prophetas, ut sine ulla ambiguitate de lege Moysi intelligantur dicta esse quæ scripta sunt: ex qua lege justitia Dei per fidem Christi Jesu manifestetur in omnes qui credunt, sive ex Judæis, sive ex gentibus venientes, qui tamen non ex operibus justificentur, sed ex gratia Dei, redemptore D (56) eis effecto ipso Jesu Christo [29]. Hæc quidem dicet is qui sensum Apostoli in his quæ supra exposuimus, violenter a nobis accusabit inflexum. Sed illud est quod constanter possumus affirmare: quia sicut nos qui hæc asserunt (57) putant in hoc sermone Apostoli, quem nunc proposuimus, nihil invenire posse quo astruamus hæc non de Moysi, sed de naturæ lege conscripta: ita nec illi quidem invenire aliquid poterunt quomodo quæ superius dicta sunt, ad Moysi potius, quam ad naturæ legem respicere videantur: et ideo sicut illis non idcirco priora stabunt, quia videntur posteriora constare, ita nec nobis quidem poterunt prima turbari, si secunda non eodem currere tramite videantur. Quid igitur? Contraria sibi scribere dicemus Apostolum? Et hæc erit egregii explanatoris assertio! Quod accidere illis solet qui in diversos sectarum sensus unum fidei dogma disrumpunt, et illa tantum de Scripturis divinis testimonia explorant, quibus proprium dogma constituant, earum vero quæ e diverso veniunt Scripturæ divinæ sententiarum absolutiones ne extremo [30], ut ait Dominus, digito contingunt. Sed qui fideliter et integre sacrorum Voluminum colligit sensum, debet ostendere quomodo ea quæ videntur esse contraria, non sunt vere contraria. Tentabimus ergo etiam in præsenti loco ostendere quomodo priori expositioni nostræ hæc subsequens non repugnet. Sæpe diximus, et evidentius in præfatione diximus (58), quod ita Apostolus in hac Epistola multarum legum faciat mentionem, ut cum de una ad alteram transit, deprehendi nisi ab intento satis lectore vix possit. Dixerat in superioribus, quia « per legem agnitio peccati est; » et quia sensit posse scilicet responderi: Ergo si ex lege naturali agnitio peccati est, potest ex ipsa et agnitio esse justitiæ, secundum illam scilicet quam supra medicinæ artis imaginem dedimus: ut quemadmodum per illam languor agnoscitur ut sanitas inveniatur, ita etiam per legem naturæ si potest agnitio fieri peccati, similiter possit et justitiæ fieri. Hoc ergo cum vidisset posse sibi objici, postquam dixit: « Per legem enim agnitio peccati, » subjungit: « Nunc autem, sine lege (59) justitia Dei manifestata est. » Tale est ergo quod dicit: Non (60) sicut per legem agnitio peccati, ita et manifestatio justitiæ Dei per legem fit; sed sine lege manifestatur justitia Dei. Poterat enim naturæ lex arguere peccati naturam, et notitiam ejus ostendere: justitia autem Dei supergreditur et supereminet hoc quodcunque mens humana solis naturalibus sensibus potest rimari. Neque enim sufficit ad intelligendam et considerandam non quamcunque humanam, sed ipsam Dei justitiam, et judicia quæ ex ipsa descendunt, de quibus dicitur quia sunt « abyssus multa [31], » et quia tam profunda sit justitia Dei et judicia, ut Apostolus dicat: « Quam inscrutabilia sunt judicia Dei [32]! » Sed et Sapientia ita ad homines loquitur, quasi non possit

[25] Rom. III, 20. [26] Rom. III, 9-11. [27] ibid. 21 seq. [28] ibid. 19. [29] Tit. III, 5-7. [30] Matth. XXIII, 4. [31] Psal. XXXV, 7. [32] Rom. XI, 33.

(54) *Mundæ sunt, hoc est ad comparationem hominum, mundæ habentur et sanctæ.* Sic. mss. et Rabanus. Editi vero, « mundæ habentur sane, ad comparationem vero Dei, » etc.

(55) Ita ms. unus. Editi vero et cæteri mss., « vitare quæ velit. »

(56) Al., « in redemptionem. »

(57) Editi, « asserimus, » male.

(58) Vide præfationem Origenis.

(59) In antea editis deest « subjungit, » et legitur, « Num autem ait: Sine lege. »

(60) Editi, « nam, » male.

justitia Dei naturæ solius motibus sciri, sed per doctrinæ studium quæri ; et ideo dicit : « Discite justitiam qui judicatis terram [33]. » Quamobrem ad Dei justitiam agnoscendam nihil prorsus opitulabitur lex naturæ, etiamsi videatur sentire aliquid de humana justitia. Illa enim lex potest sentire quod inter homines justum sit ut quod in se quis pati non vult, hoc **512** ne proximo faciat [34]. Nunquid naturaliter potest sentire (61) de illa justitia quæ dicit : « Videte ne faciatis justitiam vestram coram hominibus [35] ; » et, « ut nesciat sinistra tua quid faciat dextra tua [36] ? » Hæc et hujusmodi justa (62) dictare non potest lex naturæ ; et ideo dicit Apostolus : « Nunc autem sine lege, » naturæ scilicet, « justitia Dei manifestata est [37], » testimonium habens legis Moysi et prophetarum, in quibus sanctus Spiritus multa per figuras et ænigmata de justitia Dei scripserat. Et nolo mireris quod unum vocabulum legis secundo in eodem loco positum diversa significet. Invenimus hanc esse Scripturæ consuetudinem et in aliis locis : ut ibi [38] : « Nonne vos dicitis, quia adhuc quatuor menses sunt ut veniat messis ? Elevate oculos vestros, et videte regiones, quia albæ sunt ad messem. » Nonne et hoc loco messis secundo nominata, primo ad corporalem messem refertur, secundo ad spiritalem ? Et iterum in Evangelio cum dicit ad Samaritanam mulierem Salvator, « Da mihi bibere [39], » et post responsum ejus iterum dicit ad eam : « Si scires quis est qui dicit tibi : Da mihi bibere ; tu utique petisses eum, et dedisset tibi aquam vivam. » Et iterum addidit ad eam : « Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum ; qui autem biberit ex aqua quam ego do ei, non sitiet in æternum [40]. » Vides quomodo et bibere, et aqua, nunc quidem (63) corporaliter, nunc autem spiritaliter in uno eodemque accipitur loco ? Est et illic similiter positum, ubi cæcus a nativitate curatur [41]. Post hoc dicit Salvator : « In judicium ego veni in hunc mundum, ut qui non vident videant, et qui vident cæci fiant [42]. » Nonne etiam hic et videre, et non videre nunc corporaliter, nunc spiritaliter intelligitur ? Ita ergo etiam in hoc loco Apostolus cum sine lege dicit justitiam Dei manifestari, naturæ lex intelligitur ; cum vero dicit : « Testificata a lege et prophetis, » Moysi legem designat. Quod si adhuc tibi minus planum putatur esse quod diximus, addemus etiam hæc : Si enim videtur quod (64) eadem lex sit de qua dicitur : « Nunc autem sine lege justitia Dei manifestata est, » quæ est et illa de qua ait : « Testificata a lege et prophetis ; » si quidem sine lege (65) manifestata est, non accipit testimo-

A nium legis ; si autem ex lege accipit testimonium, non ergo sine lege manifestata est. Quod cum insolubile sit, nec aliqua possit ratione convelli, dicendum est justitiam quidem Dei manifestari a Christo Jesu, præbente ei testimonium non lege naturæ, quæ adhuc est utique exigua et parva ; sed lege Moysi ; non ea quæ secundum litteram, sed quæ secundum spiritum est, de qua idem dicit Apostolus : « Quia lex spiritalis est [43]. » Similiter autem et prophetæ per eum qui in ipsis locutus est spiritum Dei. Est præterea et illa apud Apostolum de hoc sermone, si quis diligentius observet, mira distinctio. Moris est apud Græcos nominibus ἄρθρα præponi, quæ apud nos possunt articuli nominari. Si quando igitur Moysi legem nominat, solitum nomini B præmittit articulum ; si quando vero naturalem vult intelligi, sine articulo nominat legem. Et hoc ergo in loco ubi dicit, « Nunc sine lege justitia Dei manifestata est, » articulum non habet ; in sequenti vero ubi dicit, « Testificata a lege et prophetis, » secundo in loco legem cum articulo posuit. Si ergo sufficienter patuit de legis appellatione diversitas, videamus nunc quæ justitia sine naturali lege manifestetur. Idem apostolus Paulus dicit de Christo, quia « factus est nobis sapientia a Deo, et justitia, et sanctificatio, et redemptio [44]. » Hæc ergo justitia Dei, quæ est Christus, manifestatur sine lege quidem naturali, non tamen sine lege Moysi vel prophetis (66). Dat enim ei testimonium lex sicut et C ipse dicit : « Scrutamini Scripturas ; ipsæ sunt quæ testimonium reddunt de me [45]. » Nam lex quidem naturalis potest occasiones præbere, et intellectum dare, ut diximus, vel ad ea quæ inter homines agi æquitas poscit, vel ad hoc ipsum, ut esse sentiat Deum. De Christo autem quod sit Filius Dei, sentire naturaliter quis potest ? Ideo ergo sine hac (67) lege, justitia Dei, quæ est Christus, manifestata est, testificata ex lege Moysi et prophetis. Verum priusquam ad consequentia properemus, omittenda non videtur ne hæc quidem observatio, quod in peccato quidem agnitionem posuit, in justitia vero manifestationem. « Omne enim quod manifestatur, lux est [46] ; » et si quod manifestatur lux est, peccatum quod lux non est non manifestatur, sed agnoscitur. D Ego sic accipio et illud : « Nihil occultum quod non manifestetur, nec opertum quod non reveletur [47]. » Sed ad propositum revertamur. Lex ergo et prophetæ testes sunt justitiæ Dei ; quæ justitia per fidem Jesu Christi manifestatur in omnes credentes, in quibus nulla est distinctio, utrum ex Judæis, an ex gentibus credant. Vide autem quia manife-

[33] Sap. I, 1 ; Psal. II, 10. [34] Tob. IV, 6. [35] Matth. VI, 1. [36] ibid. 3. [37] Rom. III, 21. [38] Joan. IV, 35. [39] ibid. 7, 10. [40] ibid. 13. [41] Joan. IX, 1 seq. [42] ibid. 39. [43] Rom. VII, 14. [44] I Cor. I, 30. [45] Joan. V, 39. [46] Ephes. V, 13. [47] Luc. VIII, 17.

(61) Al. « sentiri. »

(62) *Hæc et hujusmodi justa.* Sic mss. et Rabanus. At editi, « hanc et hujusmodi justitiam. »

(63) Sic mss. Editi vero, « Et bibere ex aqua, nunc quidem, » etc.

(64) Editi, « si tibi videtur, quod, » etc.

(65) Al., « Hæc quidem quæ sine lege, » etc., male.

(66) Al., « vel prophetarum. »

(67) *Hac.* Deest in antea editis.

standæ justitiæ Dei (68) non unam posuit causam tantummodo fidei, sed et legem sociat (69) et prophetas, quia neque fides sola **513** sine lege et prophetis manifestat justitiam Dei, neque rursus lex et prophetæ sine fide : alterum ergo hæret ex altero, ut sit ex utroque perfectio. Nulla, inquit, distinctio est inter Judæos et Græcos, cum constet ex æquo omnes sub peccato factos esse, sicut supra claruit, et nunc justitiam Dei, legis et prophetarum testimoniis fultam, per fidem Jesu Christi ex æquo omnibus datam. Ex eo quod omnes sub peccato facti fuerant, alieni sine dubio effecti sunt etiam a gloria Dei, quod eam nec capere ullo genere poterant, nec mereri. Quomodo enim peccator auderet dare gloriam Deo, ad quem dicit Propheta : « Peccatori autem dixit Deus : Quare tu enarras justitias meas[48]? » Et iterum alia Scriptura dicit : « Non est speciosa laus Dei in ore peccatoris[49]. » Idcirco justitia Dei per fidem Jesu Christi ad omnes perveniens qui credunt, sive Judæi sint, sive Græci, purgatos eos a prioribus sceleribus justificat, et capaces facit gloriæ Dei : et hoc non ex meritis eorum, nec pro operibus facit, sed gratis gloriam credentibus (70) præstat. « Per redemptionem, inquit, quæ est in Christo Jesu. » Videamus attentius quid sibi velit redemptio quæ est in Christo Jesu. Redemptio dicitur id quod datur hostibus pro his quos in captivitate detinent, ut eos restituant pristinæ libertati. Detinebatur ergo apud (71) hostes humani generis captivitas peccato tanquam bello superata : venit Filius Dei « qui factus est nobis » non solum « sapientia a Deo, et justitia, et sanctificatio, » sed « et redemptio[50] : » et semetipsum dedit redemptionem, id est semetipsum hostibus tradidit, ac sitientibus eis suum sanguinem fudit : et hæc est credentibus facta redemptio, sicut et Petrus in Epistola sua scribit, dicens : « Quia non corruptibili argento vel auro redempti estis, sed pretioso sanguine unigeniti Filii Dei[51]. » Hoc fortassis et Salomon sub mysterio designabat, dicens : « Redemptio animæ viri propriæ divitiæ ejus[52]. » Si enim requiras quæ sint animæ propriæ divitiæ, invenies sapientiam divitias ejus esse, et justitiam, et sanctificationem. Hæc autem omnia (72) Christum esse dicit Apostolus[53]. Christus ergo est animæ divitiæ, et ideo ipse est redemptio ejus. Nam corporales divitiæ pernicies magis animæ quam redemptio[illegible] esse credendæ sunt, nisi ad bonum opus con[illegible] justitiæ et misericordiæ fiant, et ex corporalibus divitiis ad animæ divitias transferantur.

8. « Quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ejus, ad ostensionem justitiæ suæ, per (73) remissionem præcedentium delictorum, in sustentationem Dei, ad ostensionem justitiæ ejus in hoc tempore : ut sit ipse justus, et justificans eum, qui ex fide est Jesu Christi[54]. » Cum multa nos et admiranda docuisset sanctus Apostolus de Domino nostro Jesu Christo, quæ per mysterium de eo dicuntur, hoc in loco eminentius aliquid protulit, quod non facile in aliis Scripturæ locis arbitror inveniri. Nam cum superius dixisset, quod pro omni genere humano redemptionem semetipsum dedisset, ut eos qui in peccatorum captivitate tenebantur redimeret[55], dum « sine Deo pro omnibus mortem gustat[56] : » nunc addit aliquid sublimius, et dicit, quia « proposuit eum Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius : » quo scilicet per hostiam sui corporis propitium hominibus faceret Deum, et per hoc ostenderet justitiam suam, dum eis remitteret præcedentia delicta, quæ pessimis tyrannis serviendo contraxerant eo tempore quo sustinebat et patiebatur Deus hæc fieri. Sed ad hoc patiebatur, ut post hæc, id est in hoc tempore (74), ostenderet justitiam suam. In consummatione etenim sæculi, in novissimo tempore manifestavit Deus justitiam suam, et redemptionem dedit eum quem propitiatorem fecit : ne forte si prius propitiatorem misisset, non tam multos humani generis repropitiasset Deo, quam in his temporibus quibus jam mundus repletus videtur hominibus. Deus enim justus est, et justus justificare non poterat injustos (75) : ideo interventum voluit esse propitiatoris, ut per ejus fidem justificarentur qui per opera propria justificari non poterant. Hæc, quantum ad sermonis ipsius explanationem spectant, præmissa sint, ut apostolica lectio evidentior fiat. Nunc autem, ut nobis moris est, quid interior sensus apostolici sermonis contineat requiramus ; et primo omnium quomodo dictum sit : « Quem proposuit Deus propitiatorium (sive propitiatorem) per fidem in sanguine ejus. » Certum est in omnibus pene locis Apostoli sensum ex legis et prophetarum manare thesauris. Inquiramus ergo ubi appellationem propitiatorii invenerit, et unde hoc nomen assumpserit. Memini in Exodo loquentem Dominum ad Moysen, et præcipientem quæ oporteret eum facere, primo quidem mandare arcam, et vectes ejus atque annulos per arcæ latera fieri[57]; post hæc : « Et facies, inquit, propitiatorium ex auro puro, duos cubitos et semis longitudinem ejus, et unum cubitum et semis latitudinem ejus. Et facies duo cherubin **514** aurea tornata,

[48] Psal. XLIX, 16. [49] Eccli. XV, 9. [50] I Cor. I, 30. [51] I Petr. I, 18. [52] Prov. XIII, 8. [53] I Cor. I, 30. [54] Rom. III, 25, 26. [55] Rom. III, 24; I Tim. II, 6. [56] Hebr. II, 9. [57] Exod. XXV, 10 seq.

(68) Editi, « quia manifestat de justitia Dei. »
(69) Al., « sed legem posuit. »
(70) *Credentibus*. Deest in antea editis.
(71) *Detinebatur ergo apud*. Al., « Detinebatur apud. »
(72) *Omnia*. In editis omittitur.
(73) Alias, « quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguinem ipsius, ad ostensionem justitiæ suæ, propter, » etc.
(74) Editi, « Sed adhuc patiebatur, ut post hæc idem in hoc tempore, » etc.
(75) *Injustos*. Ms. codex Vallis-claræ habet « nisi injustos. »

et superpones ea per singula latera propitiatorii (76): unum cherubin ex latere hoc; et aliud cherubin ex latere altero propitiatorii: et facies ut cherubin duo sint ex duobus lateribus ejus extendentia alas suas, et obumbrantia super propitiatorium: et facies suæ contra se super propitiatorium erunt. Et facies cherubin, et impones propitiatorium super arcam, et in arcam mittes testimonia quæ dabo tibi: et innotescam (77) tibi inde, et loquar ad te desursum super propitiatorium inter medium duorum cherubin quæ sunt super arcam testamenti, secundum omnia (78) quæ præcipiam tibi ad filios Israel [58]. » Evidenter apparet quod nomen propitiatorii Apostolus in his locis inventum, in suis nunc Litteris posuit de quo nobis sermo est. Et videtur propitiatorium hoc, de quo scriptum est in Exodo, ad nullum nisi ad Salvatorem Dominum retulisse cum dicit, quia hunc posuit « Deus propitiatorium per fidem [59]. » Quomodo sane hujus veri propitiatorii forma et figura fuerit illud quod in Exodo describitur [60] ex auro purissimo factum, operæ pretium est investigare. Et primo quidem considerandum est, quibus in locis aurum quod in opere assumitur, aurum purum dicatur: quibus vero in locis aurum tantummodo sine ulla adjectione ponatur. Quod ego in pluribus observans, deprehendisse mihi videor, quod sicubi cum adjectione aurum purum dicitur, indicet sanctam illam et puram Jesu animam, quæ « peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus [61]: » et ipsi conveniant mensuræ istæ longitudinis ac latitudinis propitiatorii: quamvis hæc explanare sit arduum, et aptare animæ illi sanctæ singula quæque quæ de propitiatorio referuntur. Primo ergo videamus quod dicit, longitudinem propitiatorii neque duos solum cubitos habuisse, qui numerus sociandis generandisque aptari corporibus solet: neque tres integros, qui numerus excedere appellationem creaturæ consuevit, et naturæ incorporeæ consecrari. Duos ergo cubitos et dimidium longitudinem dicit propitiatorii, et unum ac dimidium latitudinem. Quod si audere in talibus fas est, quoniam dicit idem Apostolus de Christo, quod « Dei et hominum mediator est [62], » videtur mihi inter Deum et hominem media hæc esse anima, quæ inferior quidem sit a Trinitatis natura, minus aliquid habens, nec tamen cum inde infra sit, duali numero qui in corpore positis deputatur (79), absque eximia et præcellenti virtutum suarum eminentia misceatur. Hoc enim ostenditur quod mensura ejus

A supra duos cubitos habere aliquid designatur, licet minus tribus. Sed et quod latitudo ejus unum et dimidium memoratur cubitum habere, propterea quidem de monade ac singulari sua statione describitur, non tamen ex toto in dualem numerum, qui interdum etiam pro immundis ponitur, crevisse (80). Quamvis enim carnem naturæ nostræ susceperit, ex incontaminata tamen Virgine assumpta, et casta sancti Spiritus operatione formata est. Propterea ergo et Apostolus de Mediatore disserens, evidentem distinctionem signavit, dicens: « Mediator Dei et hominum homo Christus Jesus; » quo scilicet mediatorem non ad deitatem Christi, sed ad humanitatem, quæ est ejus anima, referendum doceret. Longitudo ergo ponitur ejus et latitudo. Longitudo illud significat quod B tendit ad Deum Trinitatique sociatur; latitudo, quod inter homines qui latam spatiosamque viam incedere solent, conversatur: et ideo Mediatoris recte nomine nuncupatur, quia, ut diximus, anima hæc sancta media quidem fuit inter divinitatem Trinitatis, et fragilitatem humanitatis. Hæc ergo intelligi potest propitiatorium, secundum ea quæ supra diximus, cui superponi dicuntur duo cherubin, unum ex latere hoc (81), et unum ex latere altero [63]. Cujus ergo formam duo ista cherubin habere existimanda sunt? Cherubin enim in nostram linguam interpretatum *plenitudinem scientiarum* significat. Ubi ergo dicimus plenitudinem scientiarum, nisi in eo de quo dicit Apostolus: « In quo sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi [64]? » De Verbo utique C Dei hæc dicit Apostolus. Sed et de Spiritu sancto similia scribit cum dicit: « Nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum: Spiritus enim omnia scrutatur, etiam alta Dei [65]. » Significatur igitur, ut ego arbitror, in isto propitiatorio, hoc est in anima Jesu, Verbum Dei, qui est unigenitus Filius, et Spiritum ejus sanctum semper habitare: et hoc est quod indicant duo cherubin propitiatorio superposita. Sed et illud observa, quod non dixit: Cherubin unum ex latere dextro, et cherubin aliud ex latere sinistro; sed ait: « Cherubin unum ex latere hoc, et cherubin aliud ex latere altero: » ut ostenderet in illo propitiatorio, hoc est in anima Christi, sinistrum nihil fuisse. Sunt autem et pen- D nata duo hæc cherubin; et non solum pennata, sed et alas suas pandentia. Si quis sanctorum summum **515** habere a Deo testimonium meruit, dictum est quod Deus esset cum eo, sicut de Jesu Nave dicitur [66]: « Et Deus erat cum ipso, sicut fuit

[58] Exod. xxv, 17 seq. [59] Rom. iii, 25. [60] Exod. xxv, 17. [61] I Petr. ii, 22. [62] I Tim. ii, 5. [63] Exod. xxv, 18, 19. [64] Coloss. ii, 3. [65] I Cor. ii, 10. [66] Josue i, 5.

(76) Al., « Unum cherub ex latere hoc, et aliud cherub ex latere altero propitiatorii. » Sed hæc desunt in libris antea editis.

(77) Alias, « innotescant, » male.

(78) Alias, « opera » pro « omnia. »

(79) Sic Erasmus et Genebrardus, et recte quidem. Cæteri vero editi et mss. nostri omnes, « qui in corpore positus deputatur. » Deinde ms. unus, « pro eximia, » etc.

(80) Al., « cubitum habere a propheta, propterea quidem [al., « cubitum habere, prophetia quidem »] de monade, ac singulari sua statione [al., « singularis vastatione, » al., « singulari quid vastius »] describitur, » etc. Deinde mss. nostri omnes perperam, « corruisse » pro « crevisse. »

(81) Alias, « unus ex latere hoc, et unus. »

cum Moyse famulo ejus. » Sicubi vero pollicitatio A majoris a Deo muneris datur, dicit Deus : « Et ero in eis, et ambulabo inter eos [67]. » Nullam vero inter homines ita beatam et ita excelsam reperies animam, nisi hanc solam, in qua tantum latitudinis, tantum capacitatis invenit Verbum Dei, et Spiritus sanctus, ut non solum habitare, sed et alas pandere, et novo sacramenti ritu aliquando etiam volitare dicatur. Faciem quoque contra se invicem super hanc beatam animam cherubin utraque habere dicuntur, per quod concors ei et consonus a Filio Dei, et a Spiritu sancto divinitatis sensus (82) infunditur. Ubi autem superponitur hæc anima Deo plena, in qua complacuit habitare omnem plenitudinem Deitatis [68] ? « Super arcam, inquit, testamenti [69]. » Potest arca testamenti sancta ejus caro, in qua B beata hæc anima collocatur, intelligi, habens in se testimonia Dei, quæ intelliguntur Christi quas in carne pertulit passiones divinis olim prædictæ (83) testimoniis. Possunt etiam virtutes cœlestes intelligi arca Dei, quæ et ipsæ capaces quidem sunt Verbi Dei, et Spiritus sancti, sed præponitur eis anima Jesu, et ipsa quodammodo mediatrice gratiam divinæ largitionis accipiunt. Post hæc : « Et innotescam tibi, inquit, inde, et loquar ad te desuper propitiatorio [70]. » Non solum Moysi, sed et unicuique sanctorum qui famulus Dei est, non aliunde innotescit Deus, nec aliunde cognoscitur, nisi de propitiatorio isto quod supra exposuimus, et de medio cherubin. Hoc et Habacuc propheta significat ubi dicit : « In medio duorum animalium C cognosceris : dum appropinquaverint anni cognosceris, et cum adfuerit tempus ostenderis [71]. Nemo enim scit Patrem nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare [72]. » Sed et Paulus dicit, quia « nobis revelavit Deus per Spiritum suum [73]. » Propterea ergo dicit quod « innotescam tibi inde, et loquar tibi desuper propitiatorio inter duo cherubin quæ sunt super arcam testamenti [74]. » Puto autem quod non importune ea quæ de Exodo assumpsimus explanata sint, ut evidens fieret sensus quomodo Apostolus in præsenti loco propitiatorii nomen assumpserit cum dicit : « Quem proposuit Deus propitiatorium per fidem. » Sed et hoc ipsum quod dixit, « proposuit, » magis de anima Jesu, quam de deitate D ejus dictum sentitur (84). « Proposuit » enim intelligitur quasi prius posuit, hoc est priusquam esset. Quod enim est ponitur, quod nondum est proponitur. Non ergo convenit de eo qui semper erat, id est de Verbo Dei, dici quia propositus est : sed de anima ejus, quæ licet inseparabilis sit a Verbo Dei, creata tamen est, et Unigeniti deitate posterior : nec inconvenienter videbitur de ea dictum, quod antequam esset proposita est et præordinata ut esset propitiatorium. Quia ergo, secundum ea quæ supra exposuimus, Jesum Christum « proposuit Deus propitiatorium per fidem in sanguine ejus [75], » necessarium videtur requirere de divinis legibus quæ sit propitiatio quæ per sanguinem fiat, ut ex his colligere possimus quomodo etiam per sanguinem Jesu propitiatio facta sit. Scriptum est in Levitico post pontificis hostiam : « Quod si omnis Synagoga Israel ignoraverit, et latuerit sermo ab oculis ejus, et fecerit unum de mandatis Domini quod non fiet, et deliquerit, et innotuerit eis peccatum quod peccaverunt, adducet Synagoga vitulum ex bobus (85) pro peccato ; » et post pauca : « Et inferet sacerdos qui unctus est, ex sanguine vituli in tabernaculum testimonii ; » et post pauca iterum : « Et faciet, inquit, vitulum, quemadmodum fecit vitulum pro peccato, et repropitiabit pro his sacerdos, et remittetur eis [76]. » Per sanguinem ergo (86) repropitiat sacerdos pro omni Synagoga ut remittatur eis. Requiramus nunc singula quæque nomina quæ de Salvatore scripta sunt, et in singulis appellationibus quæ sint quæ designentur diligentius contemplemur. Invenies igitur, quoniam quidem in ipso complacuit habitare omnem plenitudinem divinitatis corporaliter, esse ipsum et propitiatorium, et pontificem, et hostiam quæ offertur pro populo [77]. Et quidem de propitiatorio jam satis est dictum. Sed et de pontifice evidenter David in Psalmo [78], et apostolus Paulus ad Hebræos [79] scribit. Quod autem sit et hostia, testatur Joannes, dicens : « Hic est Agnus Dei qui tollit peccata mundi [80]. » Secundum hoc ergo quod hostia est, profusione sanguinis sui propitiatio efficitur in eo quod dat remissionem præcedentium delictorum : quæ tamen propitiatio ad unumquemque credentium per viam fidei venit. Nisi enim daret remissionem præcedentium delictorum, propitiatio non probaretur effecta. Cum vero peccatorum remissio tribuatur, certum est propitiationem effusione sacri sanguinis adimpletam [81] : « Absque sanguinis » enim « effusione, » sicut Apostolus dicit, « non fit remissio » peccatorum. Verum ne Paulus tibi solus præsumpsisse (87) **516** propitiationis nomen videatur in Christo, audi quomodo et Joannes consone (88) de hoc sensu loquatur cum dicit : « Filioli mei, hæc scribo vobis, ut non peccetis.

[67] Levit. xxvi, 12. [68] Coloss. i, 19. [69] Exod. xxv, 21. [70] ibid. 22. [71] Habac. iii, 2. [72] Matth. xi, 27. [73] I Cor. ii, 10. [74] Exod. xxv, 22. [75] Rom. iii, 25. [76] Levit. iv, 13, 14, 16, 20. [77] Coloss. i, 19; ii, 9. [78] Psal. cix, 4. [79] Hebr. ii et seq. [80] Joan. i, 29. [81] Hebr. ix, 22.

(82) Alias, « pensus, » male.

(83) Al., « prædicata, » Deinde, « Possunt etiam virtutes cœlestes, » etc. Sanctus Basilius, lib. « De Spiritu sancto, » cap. 29, locum hunc sic commemorat : Αἱ ἱεραὶ δυνάμεις χωρητικαὶ τοῦ Μονογενοῦς, καὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος θεότητος. « Sacræ virtutes capaces sunt Unigeniti, et sancti Spiritus deitatis. »

(84) Alias, « sentietur. »

(85) Alias, « duobus, » male.

(86) *Ergo*. Editi, « vero. »

(87) Alias, « proposuisse. »

(88) Alias, « consona, » al., « consono. »

Sed et si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem, Jesum Christum justum : et ipse est propitiatio pro peccatis nostris ; non solum autem pro nostris, sed et pro universi mundi [82]. » Uno igitur eodemque sensu apostoli « propitiatorium, » vel « propitiationem, » vel, ut in Latinis codicibus frequentius invenitur, « Propitiatorem » nominant Christum. Sed nihil interest sive « propitiator, » sive « propitiatorium, » sive « propitiatio, » sive etiam « exoratio » scriptum sit, cum apud Græcos uno semper eodemque sermone proferatur. Nisi forte videatur quibusdam « propitiatio » ipsa ejus divina substantia; « propitiator » vero, cum dispensationes in hominibus explet (89), intelligi. Sed et quod dixit Joannes, quia « ipse est exoratio (sive « propitiatio ») pro peccatis nostris ; non solum autem pro nostris, sed et pro universi mundi, » quædam nobis intulisse videtur augmenta mysterii, ut ostendat Jesum propitiatorem esse non solum credentium, verum et totius mundi; non tamen prius mundi, et tunc nostrum ; sed prius nostrum, et ita demum totius mundi. Quamvis enim universa creatura gratiam Redemptoris exspectet, unusquisque tamen in suo ordine veniet ad salutem. Hoc indicari arbitror et in Levitico [83], ubi repropitiationis hostiæ per pontificem mandantur offerri. Nec tamen in his sacrificiorum confusus ordo proponitur; sed primo quidem dicit quæ sit propitiatio, et qualis hostia, si sacerdos peccaverit, offeratur [84]. Secundo, si omnis Synagoga deliquerit per ignorantiam, cujusmodi victimis placetur Deus [85]. Tertio, si princeps peccaverit, quo ordine purificandus sit scribitur [86]. Quarto, si anima una peccaverit, etiam de hoc quis sit expiandi ritus exponitur [87]. Quæ singula mystico intellectu futuram Christi (90) propitiationem non solum pro peccatis nostris, sed et pro universo mundo certis quibusque ordinibus, et modis causisque designant : si quis tamen hæc secundum illam revelationem quæ Moysi in monte demonstrata esse dicitur, sancto Spiritu illuminatus aspiciat. Fit ergo per repropitiationem sanguinis Christi remissio « præcedentium delictorum, in sustentatione Dei, ad ostensionem justitiæ suæ [88]. » Sustentatio Dei est, ubi peccator non statim punitur ut peccat, sed secundum quod ibidem Apostolus dixit [89], per patientiam Dei adducitur ad pœnitentiam : et in hoc ostendere dicitur justitiam suam Deus. Bene autem addidit, « in hoc tempore ; » præsentis enim sæculi tempore in sustentatione est justitia Dei ; futuri vero in retributione (91). Justum namque apud Deum visum est, ut quia futurum sæculum ad

A judicium statuerat, præsens sustentationi et patientiæ deputaret. Nam si puniret in hoc tempore peccatorem, justum non videretur (92) iterum ad judicium quem punierat evocare. Si vero sustentet et patiatur in præsenti sæculo, recte erit justus judex in futuro. Justificat ergo eum qui ex fide est, sicut et de Abraham scriptum est, quia « credidit Abraham Deo, et reputatum est ei ad justitiam [90]. » Quod si Abraham credidit, et ex fide justificatus est, consequens sine dubio erit ut et nunc qui credit (93) Deo, per fidem Jesu Christi justificetur cum fideli Abraham [91].

9. « Ubi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? Operum? Non : sed per legem fidei. Arbitramur enim justificari hominem per fidem

B sine operibus legis [92]. » Iterum ac sæpius commonemus eos qui scripta Pauli diligentius advertere cupiunt, distinctionem illam, quam supra diximus, observare tenacius, quomodo (94) nunc circumcisionis causam, nunc præputii, id est Judæorum vel gentilium, discreto semper tramite prosequatur. Si enim paululum quid fugerit legentem, continuo angusta hæc et exilis intelligentiæ semita (95) perturbabitur. Igitur cum superius [93] ostendisset Apostolus quid esset amplius Judæo, aut quæ utilitas circumcisionis : et docuisset quia primis illis credita sunt eloquia Dei, et per hæc visus fuisset extollere eorum jactantiam qua adversum gentiles erigi solent : et rursum contra hæc in sequentibus [94]

C objecisset justitiam Dei per fidem Jesu Christi esse in omnes qui credunt, neque habere aliquam distinctionem, sed omnes deliquisse Judæos et Græcos, et egere gloria Dei, et justificari per gratiam ac redemptionem quæ est in Christo Jesu : ipsumque esse propitiatorium per fidem, et justificari ab eo omnem (96) qui ex fide est : nunc jam velut conclusionem assertionum suarum ponens in hoc loco dicit : « Ubi est ergo gloriatio tua? » Exclusa est. Per quam legem? Operum? Non : sed per legem fidei. Arbitramur enim justificari hominem per fidem sine operibus legis [95] : et dicit sufficere solius fidei justificationem, ita ut credens quis tantummodo, justificetur, etiamsi nihil ab eo operis fuerit expletum. Imminet igitur nobis qui integram esse Scri-

D pturam **517** Apostoli conamur asserere, et ordine suo cuncta constare, ut requiramus quis sine operibus sola fide justificatus sit. Quantum igitur ad exemplum pertinet, sufficere arbitror illum latronem qui cum Christo crucifixus clamavit ei de cruce : « Domine Jesu, memento mei cum veneris in regnum tuum [96]. » Nec aliud quidquam describitur

[82] I Joan. II, 1, 2. [83] Levit. IV, 20. [84] ibid. 3 seq. [85] ibid. 13 seq. [86] ibid. 22, seq. [87] ibid. 27, seq. [88] Rom. III, 25, 26. [89] Rom. II, 4. [90] Galat. III, 6. [91] ibid. 9. [92] Rom. III, 27, 28. [93] ibid. 1, 2. [94] ibid. 22-26. [95] ibid. 27, 28. [96] Luc. XXIII, 42, 43.

(89) *Dispensationes . . . explet.* Sic omnes editi et plerique mss. Ms. tamen unus habet, « cum dispensationem humanitatis in hominibus explet; » quæ lectio rectior videtur.

(90) Editi, « per figuram Christi. »

(91) Alias, « in retributionem. »

(92) Alias, « videtur, » male.

(93) Alias, « credidit. »

(94) Alias, « quo nunc. »

(95) Alias, « hac intelligentiæ semita. »

(96) *Omnem.* Deest in editis.

boni operis ejus in Evangeliis, sed pro hac sola fide ait ei Jesus: « Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiso. » Aptemus nunc, si videtur, causæ hujus latronis verba apostoli (97) Pauli, et dicamus ad Judæum: « Ubi est ergo gloriatio tua [97]? » Certum quia exclusa est; exclusa autem non per legem operum, sed per legem fidei. Per fidem enim justificatus est hic latro sine operibus legis: quia super hoc Dominus non requisivit quid prius operatus esset; nec exspectavit quid operis cum credidisset expleret, sed sola confessione justificatum comitem sibi eum, paradisum (98) ingressurus, assumpsit. Sed et mulier illa de qua in Evangelio secundum Lucam refertur, quia « cum cognovisset quod Jesus recubuit in domo Pharisæi, detulit vas unguenti, et stans retro ad pedes ejus, ac flens, lacrymis lavit pedes ejus, et capillis capitis sui detersit, et osculabatur atque ungebat unguento. Videns autem Pharisæus qui eum vocaverat, dixit intra semetipsum: Hic si esset propheta, sciret utique quæ et qualis est mulier quæ tangit pedes ejus, quia peccatrix est [98]. » Jesus autem dixit ad eum parabolam quingentorum vel quinquaginta denariorum; et ex nullo legis opere, sed pro sola fide ait ad eam: « Remittuntur tibi peccata tua [99]; » et iterum: « Fides tua te salvam fecit, vade in pace [1]. » Sed et in multis Evangelii locis hoc sermone usum legimus Salvatorem, ut credentis fidem causam dicat esse salutis ejus. Ex quibus omnibus claret quod recte arbitratur Apostolus justificari hominem per fidem sine operibus legis [2]. Sed fortassis hæc aliquis audiens resolvatur, et bene agendi negligentiam capiat, siquidem ad justificandum fides sola sufficiat. Ad quem dicemus quia post justificationem si injuste quis agat, sine dubio justificationis gratiam sprevit. Neque enim ob hoc quis accipit veniam peccatorum, ut rursum sibi putet peccandi licentiam datam. Indulgentia namque non futurorum, sed præteritorum criminum datur. Igitur ut ad propositum redeamus, justificatur homo per fidem, cui ad justificandum nihil conferunt opera legis. Ubi vero fides non est quæ credentem justificet, etiamsi opera quis habeat ex lege, tamen quia non sunt ædificata supra fundamentum fidei, quamvis videantur esse bona, tamen operatorem suum (99) justificare non possunt, quod eis deest fides, quæ est signaculum eorum qui justificantur a Deo, sicut superius diximus, quia « credidit Abraham Deo, et reputatum est ei ad justitiam [3]. » Tantum est, ut is qui justificatur per gratiam fidei, dicat secundum Paulum, quia « gratia Dei quæ mihi data est, inanis non fuit [4]. » Excluditur ergo omnis gloriatio quæ ex legis operibus venit. Et ut adhuc manifestius fiat quod dicimus, exemplum dabimus ex his quæ in Evangelio scripta sunt, ubi ascendit Pharisæus et Publicanus ad templum Dei; « et stans, inquit, Pharisæus in medio, dicebat: Deus, gratias ago tibi, quoniam non sum sicut cæteri homines, raptores, injusti, adulteri, vel ut etiam publicanus iste: jejuno bis in Sabbato; decimas do omnium quæ possideo [5], » et reliqua. Et hæc fortassis vere dixerit, sed secundum Domini sententiam jactantiæ morbo corruptus non descendit justificatus de templo. Talis ergo gloriatio quæ veniebat ex operibus legis, excluditur (1), quia non habet humilitatem crucis Christi; in qua qui gloriatur audi quid dicit: « Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini « mei » Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo [6]. » Vides Apostolum non gloriantem super justitia sua, neque super castitate, neque super sapientia, neque super cæteris virtutibus vel actibus suis, sed apertissime pronuntiantem et dicentem: « Qui gloriatur, in Domino glorietur [7]. » Et sic exclusa est Judaica gloriatio, non per legem operum, sed per legem fidei [8] quæ est in Christo Jesu, in cujus cruce gloriatur Apostolus. Quis enim recte vel super castitate sua gloriabitur, cum scriptum legat, quia « si quis aspexerit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo [9]? » Unde et propheta dicit: « Quomodo gloriabitur quis castum se habere cor [10]? » Aut quis gloriabitur super sapientia, cum scriptum videat, quia « mundus per sapientiam non cognovit Deum: et ideo placuit Deo per stultitiam prædicationis salvos facere credentes [11]? » Et iterum: « Quæ stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes [12]? » Quis autem vel super justitia sua gloriabitur, cum audiat Deum per prophetam dicentem, quia « omnis justitia vestra sicut pannus mulieris menstruatæ [13]? » Sola igitur justa gloriatio est in fide crucis Christi, quæ excludit **518** omnem illam gloriationem, quæ descendit ex operibus legis. Hæc autem a nobis dicta sunt pro eo quod tanquam interrogantis sermone dixit (2) Apostolus: « Ubi est ergo gloriatio tua [14]? » Et ad hæc sibi ipse respondit: « Exclusa est. » Et rursum quasi ipse se (3) interroget ait: « Per quam legem? Operum? » Et respondit sibi ipsi: « Non: sed per legem fidei. Arbitramur enim justificari hominem per fidem sine operibus legis [15]. » De his jam superius diximus (4). Quod vero etiam in præsenti loco duarum legum facit iterum men-

[97] Rom. III, 27. [98] Luc. VII, 37 seq. [99] ibid. 48. [1] ibid. 50. [2] Rom. III, 28. [3] Rom. IV, 3. [4] I Cor. XV, 10. [5] Luc. XVIII, 10-14. [6] Galat. VI, 14. [7] I Cor. I, 31. [8] Rom. III, 27. [9] Matth. V, 28. [10] Prov. XX, 9. [11] I Cor. I, 21. [12] ibid. 27. [13] Isa. LXIV, 6. [14] Rom. III, 27, 28. [15] ibid. 29, 30.

(97) Editi, « Aptemus nunc, si videtur, hujus latronis verba causæ Apostoli, » etc.

(98) Editi, « comitemque sibi paradisum, » etc.

(99) Editi, « bona opera, operatorem suum, » et omittunt « tamen, » deinde, « si eis » pro « quod eis. »

(1) *Excluditur*. Desideratur in libris antea editis.

(2) Alias, « interrogans dixit. »

(3) *Ipse se*. Hæc verba in editis omittuntur

(4) Al., « De his superius dixit. »

tionem, et dicit legem operum et legem fidei (5), considera etiam ipse, qui legis, utrum ad legem Moysi et legem naturalem sermo hic debeat inclinari; an ad legem litteræ et legem spiritus : quia lex litteræ occidit, et mortem operatur; lex autem spiritus vitæ liberat a lege peccati et mortis.

10. Unde et convenienter in consequentibus ponit : « An Judæorum Deus tantum? Nonne et gentium? Imo et gentium. Quoniam quidem unus Deus qui justificat circumcisionem ex fide, et præputium per fidem [16]. » His quidem qui alium volunt esse Judæorum Deum, et alium gentium, id est alium Legis, et alium Evangeliorum, satis de hoc erit angusta et arcta responsio, apostolo Paulo abundantius satis dante sententiam suam (6) cum non solum unum dicat esse Deum Judæorum et gentium, sed et addat quod idem atque ipse sit qui justificat circumcisionem ex fide, et præputium per fidem. Quod et si circumcisionem per allegoriam suscipere voluerint, ita ut sanctos et spiritales quosque ab eo circumcisionem dicant esse appellatos, statim in consequentibus invenient obicem (7). Si enim circumcisionem sanctos, vel, ut illi nominant, spiritales appellavit, consequens est ut præputium peccatores dixerit, quos illi animales vocant (8). Et quomodo conveniet, ut bonus Deus pariter spiritales animalesque justificet? Illis ergo in his Apostoli sermonibus nodus inextricabilis erit. Secundum nos vero, qui circumcisionem eos qui ex Judæis crediderunt, et præputium nihilominus eos qui ad fidem ex gentibus vocati sunt dicimus, plana erit et facilis expositio. Idem enim ipse Deus ex utroque populo credentes non circumcisionis aut præputii privilegio, sed solius fidei contemplatione justificat. Superest et unius syllabæ differentia, in qua variasse videtur Apostolus. Non nos otiose prætereat quod dicit (9), quia circumcisionem ex fide justificet Deus, et non per fidem [16]; præputium vero per fidem, et non ex fide. Non enim mihi videtur superflua apud eum haberi ista præpositionum commutatio (10), quia invenimus ab eo et in aliis locis, non ut libet, sed observanter hæc posita, et necessario differentiam distinctionis hujus esse servatam, sicut cum de Deo loquens dicit : « Quoniam ex ipso, et per seipsum, et in ipso sunt omnia [17]. » Et iterum alibi dicit : « Sicut enim mulier ex viro, sic et vir per mulierem : omnia autem ex Deo [18]. » Tale est et quod ad Corinthios scribit : « Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ secundum eumdem Spiritum, alii fides in eodem Spiritu [19]. » Et non solus Paulus apostolus harum distinctionum observantias tenet, sed et Joannes, qui cum de Verbo Dei dicat quia « omnia per ipsum facta sunt [20], » vitam non per ipsum, sed in ipso factam esse testatur, dicens : « Quod factum est, in ipso vita erat [21]. » Et quoniam multum est ut ea quæ nunc exempli causa protulimus exponantur, sensum eorum pro captu nostro breviter colligamus. Cum dicitur, « ex ipso, » principale aliquid hujus præpositionis indicio videtur ostendi. Cum vero « per ipsum » dicitur, sequentis causæ, id est ejus quæ post principalem est, intelligentia designatur (11). Ut verbi causa dicamus quod ait, « Ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia [22] : »—« ex ipso, » primæ creationis omnium, et hoc ipsum quod quæ sunt, ex Deo esse cœperunt, significantiam dedit; « per ipsum, » quod ea quæ prius facta fuerant, reguntur et dispensantur per eum a quo subsistendi initium trahunt; « in ipso, » quod hi qui jam correcti et emendati sunt, in ipsius perfectione consistunt. Sic ergo hæc plenissimæ rationis tenere differentias edocentur (12), ut quod subsistimus, « ex Deo » habere dicamur : quod dispensamur et regimur, « per ipsum » fieri designetur : quod vero in summa perfectionis consistimus, « in ipso » esse declaretur. Potest et in præsenti loco talis quædam observari differentia, ut circumcisio quæ velut primo loco et ordine justificatur, ex fide, et non per fidem justificanda memoretur : præputium vero quod secundo loco ad justificationem trahitur, non ex fide, sed **519** per fidem justificandum dicatur. Puto autem quod et in ea differentia, quam supra diximus : « Sicut enim mulier ex viro, ita et vir per mulierem [23], » plenius ista designentur. Primo etenim loco vir est, ex quo descendere mulier dicitur, et non per virum. Secundo vero in loco per mulierem vir; quia mulier ministrare quodammodo videtur auctori viro, et ideo per mulierem vir dicitur nasci, et non ex muliere. Sed fortassis occurrat aliquis huic de muliere et viro expositioni nostræ, et objiciat illud, quod dixit Apostolus de Christo : « Factum ex muliere, factum sub lege [24]; » et non dixit, factum per mulierem. Cui hoc modo respondendum puto. De omni quidem homine conveniet dici quod per mulierem factus sit, quoniam quidem priusquam per mulierem nasceretur, ex viro accepit exordium; Christus vero, qui non ex semine viri carnis suæ

[16] Rom. III, 30. [17] Rom. XI, 36. [18] I Cor. XI, 12. [19] I Cor. XII, 8. [20] Joan. I, 3. [21] ibid. 4. [22] Rom. XI, 36. [23] I Cor. XI, 12. [24] Galat. IV, 4.

(5) Editi, « Dei. »
(6) Sic omnes mss. nostri. Editi vero, « satis de hoc angusta et arcta responsio ab apostolo Paulo præstatur : satis ostendit sententiam suam. »
(7) Al., « objicere, » male.
(8) Alias, « quos ille animales vocat. »
(9) Al., « Superest ut unius... non nos [al., « nec nos »] otiose prætereat quid dicit. »
(10) Al., « præpositionis » nunc « commutatio. » Rabanus, « præpositionis » per « commutatio. »
(11) Codex Ebroicensis et Merlinus, « quæ post principale est, intelligentia designatur; » Genebrardus vero, « quæ post principale intelligentia, designat, » rectius alii mss. nostri ut in nostro textu.
(12) Sic potiores mss. nostri et Rabanus. Al., « edocemur. »

sumpsit originem, merito « ex muliere » factus dicitur. Ipsi namque, id est mulieri, et ipsa principalis origo carnis ejus ascribitur, et recte non per mulierem, sed « ex muliere » factus ab Apostolo memoratur. Justificat ergo unus atque idem Deus circumcisionem ex fide, et præputium per fidem [25]. Quod si (13) requirat aliquis curiosius, ii qui ex fide justificantur, per quem justificentur; et rursum ii qui per fidem justificantur, ex quo justificentur: licet fortassis multa in hoc curiositas videatur, tamen convenienter dicere possumus, quod qui ex fide justificantur, initio ex fide sumpto per adimpletionem bonorum operum consummantur, et qui per fidem justificantur, a bonis operibus exorsi (14) per fidem summam perfectionis accipiunt. Ita utrumque sibi adhærens alterum ex altero consummatur.

11. Et propterea puto Apostolum statim in consequentibus posuisse: « Legem ergo evacuamus per fidem? Absit; sed legem statuimus [26]. » Quoniam in superioribus ad fidem cuncta visus est revocare, ipse sibi quod ab alio proponi posset obtendit (15), et dicit: Si per fidem justificatur homo, et non ex operibus legis, et si Deus circumcisionem ex fide justificat, et præputium per fidem, legem ergo Moysi, o Paule, destruis per fidem? Sed ad hoc ipse respondens dicit: « Absit; imo legem statuimus, » hoc est confirmamus. Sed operæ pretium est videre quomodo legem se confirmare pronuntiet, qui in superioribus dixerit, quia non justificetur homo ex operibus legis [27]. Salvator in Evangeliis dicit, quia « Moyses de me scripsit [28]. » Qui ergo non credit Christo, de quo Moyses scripsit in lege, destruit legem; qui autem credit Christo, de quo Moyses scripsit, legem confirmat per fidem, quia credit in Christum. Fidem autem dicimus in Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum integram, plenam, perfectam, quæ (16) nihil diversum, nihil discrepans aut extraneum in Trinitate profitetur. Nam Marcion, qui alium dicit Deum legis, alium Patrem Christi, per fidem suam non statuit, neque confirmat, sed destruit legem. Hoc et Ebion facit; hoc et omnes qui in fide catholica aliquid corruptionis interserunt. Ego etiam illud convenienter adjiciam, quod omnis qui credens Christo bene agit, et continet se ab omni macula peccati, hic legem Dei recte vivendo confirmat; qui vero præceps peccatorum vitiis agitur, et sine ullo pœnitendi retinaculo assiduitate scelerum maculatur, hic etiam si credere Christo videatur, per fidem suam non statuit, sed destruit legem. Sed et illa nequaquam nobis prætereunda videtur objectio, quam proferre quis potest, et dicere quod contraria sibi scribere videatur Apostolus, cum in præsenti quidem loco dicit non destrui legem, sed confirmari (17); in secunda vero ad Corinthios ita scribit: « Quod si ministerium mortis in litteris formatum in lapidibus, factum est in gloria, ita ut non possent intendere filii Israel in faciem Moysi propter gloriam vultus ejus quæ destruitur, quomodo non magis ministerium Spiritus erit in gloria [29]? » Et paulo post: « Si enim quod destruitur, per gloriam est; multo magis quod manet, in gloria est [30]. » Dici ergo potest quia gloria vultus Moysi quæ destruitur, et hoc quod dicit: « Si enim quod destruitur, per gloriam est, » contrarium videri huic sententiæ qua pronuntiat: Non destruimus legem per fidem, sed statuimus et confirmamus [31]. Sed vide si possimus (18) hoc modo quod intentatur absolvere. Non est idem quod dixit (19) « Legem destruimus, » et, lex destruitur. Paulus ergo in præsenti loco hoc pronuntiat, quod legem ipse non destruat. Nam et si destruitur lex per eam quæ supereminet gloriam, non per Paulum, neque per alium aliquem sanctorum destruitur. Unde et ipse Dominus dicebat: « Non veni solvere legem, sed adimplere [32]. » Nullus ergo sanctorum, nec 520 ipse Dominus destruit legem, sed gloria ejus temporalis et pertransiens a gloria æterna et permanente destruitur et superatur. Unde vide quam caute et perspicaciter apostolicæ legendæ sint Litteræ. Non dixit: « Neque enim glorificatum est quod gloriosum est [33], » et siluit; alioquin falsum videretur (quomodo enim quod gloriosum est non esset glorificatum?), sed addidit: « Propter eam quæ supereminet gloriam; » ut ostenderet non a quocunque destrui gloriam Moysi, id est legis, sed, ut diximus, ex comparatione majoris gloriæ quæ in Christo est, obtegi et obscurari eam gloriam quæ in lege est; et ideo dicit: « Si enim quod destruitur, per gloriam est; multo magis quod manet, in gloria est [34]. » Manere quæ Christi sunt dicit, destrui quæ Moysi sunt: sed destrui non per hominem, sed ex comparatione, ut diximus, supervenientis (20) gloriæ; quoniam quidem « lex pædagogus noster fuit in Christo » donec veniret « plenitudo temporum [35]; » et, sicut dicimus, necessarium esse opus pædagogi, donec parvulus est is qui sub pædagogo est, destrui autem et non esse necessarium officium pædagogi, cum ad perfectionem venerit is qui sub pædagogo fuit; ita dicimus destrui

[25] Rom. III, 30. [26] ibid. 31. [27] Rom. III, 20. [28] Joan. v, 45. [29] II Cor. III, 7, 8. [30] ibid. 11. [31] Rom. III, 31. [32] Matth. v, 17. [33] II Cor. III, 10. [34] ibid. 11. [35] Galat. III, 24.

(13) *Quod si*, etc. Vide *Origenianorum* lib. II, quæst. 7, num. 11.

(14) Genebrardus, « extorsi, » male.

(15) Idem Genebrardus, « ostendit, » male.

(16) Sic mss. et Rabanus. Editi vero, « Fidere autem dicimus in Patrem et Filium et Spiritum sanctum, qui integram substantiam, plenam, perfectam, qui, » etc.

(17) Sic mss. At Rabanus, « eum in præsenti quidem non destruere legem, sed confirmare; » editi vero, « cum in præsenti quidem loco dicit, non destruit legem, sed confirmat. »

(18) Editi, « Sed inde possumus, » male.

(19) Alias, « dicit. »

(20) Sic mss. nostri omnes. Alias, « supereminentis, » male.

jam opus legis « ubi advenit plenitudo temporis[36], » et filius qui aliquando nihil differebat a servo, hæres factus est paternæ substantiæ. Quod autem hæc ita (21) debeant intelligi quæ destruenda appellat Apostolus, consuetudinem ejus super hoc vocabulo etiam in aliis disce, ubi dicit : « Ex parte scimus, et ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est, destruentur ea quæ ex parte sunt[37]. » Et in hoc loco scientia Pauli vel prophetia destrui dicitur absque injuria apostolicæ gratiæ : quo scilicet intelligamus ad comparationem perfectorum vacare et otiosa esse ea quæ imperfecta sunt. Ita ergo et in præsenti sermone Paulus quidem legem non destruit, sed confirmat. Gloria autem Christi cum revelata fuerit, eam gloriam quæ apparuit in Moyse, et ex qua glorificatus fuerat, ipsa comparatione sui qua supereminet, et confutat, et arguit, et ostendit nec gloriam computandam. Tale est et

A quod alibi dicitur : « Illum oportet crescere, me autem minui[38] ; » et quod ipse Paulus dicit : « Cum autem factus sum vir, destruxi quæ erant parvuli[39]. » Hoc ostendit et similitudo pædagogi, cujus opus destruitur et cessat cum ad perfectam ætatem venerit parvulus. Propterea ergo cautissime dixit Apostolus : « legem ergo destruimus per fidem? Absit[40]! » et, non dixit : lex ergo destruitur per fidem, sed : « legem ergo destruimus? » Et rursus in sequentibus : « Non; sed legem statuimus. » Nam et si destruitur lex, non per fidem destruitur, sed per supereminentem gloriam. Per fidem autem non solum non destruitur lex, sed statuitur per apostolos et confirmatur : quia Christum quem lex et prophetæ venturum prædixerunt, isti prædicant B jam venisse : et confirmatio utique prophetiæ vel legis est, cum quæ prædicta fuerant, monstrantur impleta.

LIBER QUARTUS.

1. « Quid ergo dicemus invenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem? Si enim Abraham ex operibus justificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum. Quid enim Scriptura dicit? Credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad justitiam. Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Ei vero qui non operatur, credit autem in eum qui justificat impium, reputatur fides ejus ad justitiam. Sicut et David dicit beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert justitiam sine operibus. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum[41]. » Cum superius[42] duas proposuerit leges, quarum unam operum, aliam fidei nominavit, per quam legem fidei excludi gloriationem dicit eorum qui in legis operibus gloriantur; et pronuntiaverit fide
521 justificari hominem sine operibus legis : consequenter nunc ut hæc de Scripturis asserantur, Abrahæ producit exemplum, et dicit quia « Abraham, si ex operibus justificatus est, habet gloriam (22), sed non apud Deum[43]. » Quod quidem non sine arte dialectica disserit. Nam si is qui ex operibus justificatur, non habet gloriam (23) apud Deum, Abraham autem constat habere gloriam apud Deum, ergo non ex operibus, sed ex fide justificatus est Abraham, ut necessario habeat gloriam apud Deum. Sic enim Scriptura pronuntiat :

Quia « credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad justitiam[44]. » Quod si Deus reputavit illi ad justitiam, sine dubio et gloria ejus apud Deum est. Propterea ergo Apostolus testimonio huic quod assumpsit ex libro Genesis adjungit et sermonem pro- C prium, et dicit quia « ei qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum ; ei vero qui non operatur, credit autem in eum qui justificat impium, reputatur fides ejus ad justitiam[45]. » Per omnem itaque hunc locum Apostolus hoc videtur ostendere, quod duæ quædam sint justificationes, quarum unam ex operibus nominat, aliam vero ex fide. Et illam quidem quæ ex operibus est, dicit habere quidem gloriam, sed in semetipsa, et non apud Deum ; illam vero quæ ex fide est, habere gloriam apud Deum, utpote apud inspicientem corda hominum, et scientem quis est qui credit in occulto, et quis est qui non credit. Et ideo merito apud solum Deum habet gloriam, D qui affectum fidei ejus pervidet (24) in occultis : qui vero justificationem ex operibus sperat, potest fieri ut opera ejus etiam ab hominibus comprobentur. Palam namque est, et videri oculis potest quidquid opere manifestum est ; et si fides in occulto est, opera autem palam sunt, conveniet in hoc assumi illud quod scriptum est : « Quæ occulta sunt Domino Deo tuo, quæ autem manifesta sunt vobis et filiis vestris[46]. » Sed et illud his aptare

[36] Galat. IV, 4. [37] I Cor. XIII, 9, 10. [38] Joan. III, 30. [39] I Cor. XIII, 11. [40] Rom. III, 31. [41] Rom. IV, 1, 8. [42] Rom. III, 27, 28. [43] Rom. IV, 2. [44] Gen. XV, 6. [45] Rom. IV, 4, 5. [46] Deut. XXIX, 29.

(21) « Ita » deest in libris antea editis.
(22) Editi perperam habent « mercedem. »
(23) Editi, « Nam si justificatus non habet gloriam, » etc.
(24) Alias, « prævidet. »

conveniet quod scriptum est, quia « justus ex fide mea vivet [47]. » Competenter igitur dicimus quia hi qui secundum interiorem hominem circumciduntur, et in occulto Judæi sunt, spiritu, non littera, horum laus et gloria non apud homines, sed apud Deum est. Qui vero ex operibus justificantur, quoniam palam sunt et manifesta opera eorum, potest esse gloria eorum vel apud sanctos quosque et justos qui accipiunt a Deo potestatem de humanis operibus visibilibus judicandi, vel etiam apud angelos, cæterasque virtutum cœlestium potestates, qui utique glorificare eum cujus opera probaverunt possunt. Occulta vero cordis quoniam solius Dei est noscere, ipse pervidet si in unoquoque fidei habitat aliquis affectus (25) : et ideo qui ex fide justificatur, apud solum Deum habet gloriam qui occultorum notitiam habet (26), et fidei solus inspector est. Igitur et « Abraham si ex operibus, inquit, justificatus est, habet » quidem « gloriam » ex operibus venientem, « sed non » illam quæ « apud » solum (27) « Deum » est ; at certum est Abraham apud solum Deum habere gloriam : consequens ergo est ut non ex operibus, sed ex fide justificatus sit. Non autem putes quod si quis habeat talem fidem ex qua justificatus habeat gloriam apud Deum, possit simul cum ea habere et injustitiam. Nulla enim pars est fidei simul cum infidelitate, nulla justitiæ cum iniquitate communio, sicut nec luci cum tenebris potest esse societas [48]. Si enim « qui credit quod Jesus est Christus, ex Deo natus est, » et, « qui ex Deo natus est, non peccat, » manifestum est quia qui credit Jesu Christo, non peccat : quod si peccat, certum est quia non credit ei. Indicium igitur veræ fidei est ubi non delinquitur, sicut econtra ubi delinquitur infidelitatis indicium est (28). Propterea ergo et in alio Scripturæ loco [49] dicitur de Abraham, quod ex operibus fidei justificatus sit : quia certum est eum qui vere credit, opus fidei, et justitiæ, et totius bonitatis operari, et capacem fieri utriusque gloriæ, tam ejus quæ apud Deum in occulto est, quam etiam ejus quæ palam est, et non solum apud Deum est. His ita pro viribus explanatis, etiam illud prætereundum minime videtur quod patrem nostrum secundum carnem nominavit Abraham [50]. Gentium etenim pater Abraham secundum fidem, non secundum carnem videtur. Nam ipsius quidem Apostoli potest et secundum carnem dici : ex genere enim Israelitico

A etiam secundum carnem patrem nominare (29) potuit Abraham ; cæteræ vero gentes in spiritu eum patrem, non in carne nominabunt : nisi utpote in locis ita angustis ad allegoricæ intelligentiæ latitudinem convertamur, ubi pater secundum carnem accipi potest is qui doctrinæ carnalis, id est legis secundum litteram prima elementa tradiderit, et magister in divina lege primæ institutionis exstiterit. Quod autem magistri etiam patres 522 appellentur et apostolus Paulus dicit, quia « in Christo Jesu per Evangelium ego vos genui [51]. » Sed et tu qui legis, ex divinis Voluminibus ipse tibi testimonia in hoc aspicientia congregato. Additur in consequentibus : « Credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad justitiam [52]. » Hic sermo ex B libro Genesis sumitur, eo ex loco ubi non Abraham, sed Abram dicit ad Dominum (30) : « Quoniam non dedisti mihi semen, hic vernaculus meus hæreditabit me. Et dixit Dominus ad eum : Non erit hæres tuus iste, sed qui exierit de te, hic erit hæres tuus. Et eduxit, inquit, eum (31) foras, et dixit ad eum : Respice ad cœlum, et numera stellas, si potueris dinumerare eas. Et ait ad eum : Sic erit semen tuum. Et credidit Deo, et reputatum est ei ad justitiam [53]. » Latius loca ipsa exempli gratia (32) de libro Genesis repetivimus, ut quæ justificationis hujus causa fuerit nosceremus. Unde et acrius intendendum est, si ob hoc solum quod dandum sibi credidit filium, et ex eo progeniem ad C multitudinem siderum propagandam, dicitur quia reputata est fides ejus ad justitiam : an pro hoc et pro omnibus quæ jam ante crediderat. Neque enim putandum quod absque fide fuerit illud, ut exiret de terra sua, et de cognatione patris sui, et veniret in terram quam ei demonstraverat Deus [54]; vel illud, cum separato a se Lot, dicit ad eum Dominus : « Aspice oculis tuis, et vide ex hoc loco in quo stas, et intuere ad septentrionem, et meridianum, et ad occidentem, atque ad orientem, quia omnem terram hanc quam vides tibi dabo eam, et semini tuo in æternum [55]. » Sed et illud quis dicat absque fide factum, quod veniens Abraham habitavit apud quercum Mambre in Hebron, et ædificavit ibi altare Domino [56] ? Quomodo autem et illud non erat fidei D opus, cum Melchisedech benedixit Abraham, et ait : « Benedictus Abraham Deo excelso qui creavit cœlum et terram : et benedictus Deus excelsus, qui tradidit inimicos ejus in manibus ejus [57] ? » Ex

[47] Habac. II, 4; Hebr. X, 38. [48] II Cor. VI, 14, 15. [49] Jac. II, 21, 22. [50] Rom. IV, 1. [51] I Cor. IV, 15. [52] Rom. IV, 3. [53] Gen. XV, 3 seq. [54] Gen. XII, 1. [55] Gen. XIII, 14, 15. [56] ibid. 18. [57] Gen. XIV, 19, 20.

(25) Sic mss. et Rabanus. Editi vero, « ipse enim prævidet quis in unoquoque fidei habitat affectus. »

(26) *Notitiam habet*. Hæc desunt in antea editis.

(27) *Solum*. In editis desideratur.

(28) *Sicut e contra ubi delinquitur infidelitatis indicium est*. Sic editi et mss. nostri. Mss. tamen unus pro his verbis habet ; « infidelitatis indicium est ubi peccatur. »

(29) Editi : alii « nominat, » alii « nominare, » omisso « potuit. » Mss. unus habet « solet » pro « potuit. » Alter, « nominavit. »

(30) Editi, « ex libris Genesis sumitur, ex eo loco ubi non Abram, sed Abraham dicit ad Deum, » etc. Male.

(31) *Eum*. Deest in editis.

(32) *Gratia*. In antea editis omittitur. Al., « causa. »

quibus omnibus colligitur quod in his singulis fides quidem fuerit Abrahæ, sed ex parte; in eo autem ubi dicitur, quia fides ejus reputata est ad justitiam [58], fides perfecta declaretur. Sicut enim scientiam et prophetiam ex parte dicit esse Apostolus, et rursum dicit esse perfectam in eo cum scribit[59]: « Ex parte scimus, et ex parte prophetamus; cum autem venerit quod perfectum est, destruentur ea quæ ex parte sunt (33): » ita et fidem possumus intelligere esse aliquando ex parte, et aliquando perfectam. Ut autem quod dicimus aliis adhuc Scripturæ sanctæ testimoniis muniatur, audi in Evangelio ad Dominum dicentes apostolos: « Domine, auge nobis fidem[60]. » Nonne per hæc evidenter ostendunt habere se quidem fidem, sed talem quæ egeret augmento? Sed et ipse apostolus Paulus cum dicit, « Si habeam omnem fidem, ita ut montes transferam [61], » omnem cum dicit, ex partibus totam docet esse compositam. Neque enim omne potest nominari, ubi aut qualitatis aut quantitatis diversitas non (34) est. Videtur ergo etiam in præsenti loco cum multæ fides Abrahæ præcesserint per singula quæque quæ ex parte superius memoravimus, in hoc nunc universa fides ejus esse collecta, et ita ei ad justitiam reputata. Jam sane considerabis, sicut de fide dictum est quia reputata est ei ad justitiam, ita et de aliis virtutibus dici possit quia, verbi gratia, misericordia unicuique reputari potest ad justitiam, aut sapientia, aut scientia, aut mansuetudo, et humilitas, vel certe si omni credenti fides ad justitiam reputetur. Sed cum ad Scripturas redeo, non omnibus credentibus invenio quod fides ad justitiam reputetur. Denique scriptum est de filiis Israel, quia « crediderunt Domino, et famulo ejus Moysi, [62] » nec tamen additur quod de Abraham scriptum est, quia reputata est illis ad justitiam. Ob hoc arbitror, quod non illis erat, sicut in Abraham docuimus, ex multis partibus fidei in unum coacervata perfectio, quæ mereretur ad justitiam reputari. Quod autem dicit: « Ei vero qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum; credenti autem in eum qui justificat impium, reputatur fides ad justitiam [63]: » videtur ostendere quasi in fide quidem gratia sit justificantis, in opere vero justitia retribuentis (35). Sed ego cum considero sermonis eminentiam, qua dicit operanti secundum debitum reddi, vix mihi suadeo quod possit ullum opus esse, quod ex debito remunerationem Dei deposcat, cum etiam hoc ipsum quod agere aliquid possumus, vel cogitare, vel proloqui, ipsius dono

A et largitione faciamus. Quod ergo erit debitum illius, cujus erga nos fenus præcessit (36)? Et ideo videndum magis est ne forte quod dixit, « Ei autem qui operatur, merces secundum debitum reputabitur, » sinistri magis operis intelligendum sit debitum. Debita etenim peccata dici in divinis Voluminibus frequenter invenies, ut ipse Dominus in oratione nos docuit [64] dicere: « Dimitte nobis
523 debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris: » et iterum cum dicit ipse Dominus [65]: « Cuidam patrifamilias erant duo debitores: unus debebat denarios quingentos, et alius quinquaginta: » et hoc de peccatis dici ipse interpretatus est. Ne forte ergo et in hoc loco mercedem operis quæ secundum debitum redditur, ad hunc
B sensum, quem supra diximus, Apostolus traxerit de his qui ita operantur sicut et Cain operatus est terram: et sicut alibi dicit: « Discedite a me, operarii iniquitatis [66]: » quibus utique quasi debita pœna pro mercede iniquitatis exsolvitur. Unde idem Apostolus in alio loco [67]: « Stipendia, inquit, peccati mors; » et non addidit ut similiter diceret: Stipendia autem justitiæ vita æterna, sed ait: « Gratia autem Dei vita æterna [68]: » ut stipendium quod utique debito et mercedi simile est, retributionem pœnæ esse doceret et mortis, vitam vero æternam soli gratiæ consignaret. Secundum hunc sensum et illud quod in Evangelio scribitur, « Qua mensura mensi fueritis, eadem remetietur vobis [69], » de sinistris operibus accipiendum puto. Neque enim
C gratiæ suæ mensuram statuit Deus, cum scriptum sit: « Non enim ad mensuram dat Deus spiritum [70]. » Si ergo hæc putantur recte discussa, consequenter utique ea quæ cohærent videbuntur intelligenda, ut operanti quidem opera iniquitatis merces secundum peccati debitum rependatur; credenti vero in eum qui justificat impium, fides ad justitiam reputetur: si quidem bene meminimus superiora, in quibus ostendimus non ei qui ex parte, sed qui ex integro, et qui perfecte credit, fidem posse ad justitiam reputari: quæ fides tanta est, ut justificet etiam eum qui impius fuerit, ut ultra jam non sit impius, sicut ille latro qui pendebat in cruce et blasphemabat, sed sit sicut ille qui confitebatur et dicebat: « Do-
D mine Jesu, memento mei cum veneris in regnum tuum [71]. Post hæc velut ad confirmationem (37) sermonis sui quem dixerat: « Ei autem qui non operatur, credit autem in eum qui justificat impium, reputatur fides ad justitiam [72], » assumit testimonium de Psalmis, et dicit: « Sicut et David dicit beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert justi-

[58] Rom. IV, 5. [59] I Cor. XIII, 9, 10. [60] Luc. XVII, 5. [61] I Cor. XIII, 2. [62] Exod. XIV, 31. [63] Rom. IV, 4, 5. [64] Matth. VI, 12. [65] Luc. VII, 41. [66] Luc. XIII, 27; Matth. VII, 23. [67] Rom. VI, 23. [68] ibid. [69] Luc. VI, 38; Matth. VII, 2. [70] Joan. III, 34. [71] Luc. XXIII, 42. [72] Rom. IV, 5.

(33) Ms. unus, « evacuabitur quod ex parte est. »
(34) *Non*. In editis prætermittitur.
(35) Alias, « tribuentis. »
(36) Sic omnes mss. nostri; editi vero, « cujus gratia nos præcessit. »
(37) Alias, « firmationem. »

tiam sine operibus [73] : Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata : beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum [74]. » Vides per hos sermones consequenter approbari posse quod reputetur homini justitia sine operibus. Unde mihi videtur hoc intellexisse Apostolus, quia impossibile sit in homine, cui jam per ætatem discernendi de bono et malo adest intellectus, neque injustitiam inesse, neque justitiam. Quod si ita est, sine altero e duobus inveniri anima non potest; et certum est si desierit (38) a malis, quod jam inveniatur in bonis. In malis autem non est illa anima, cujus « remissæ sunt iniquitates, » et cujus « tecta sunt peccata, » et « cui non imputavit (39) Dominus peccatum [75] : » conveniens ergo est ut sit in bonis. Competenter igitur ad remissionem iniquitatum et obtectionem peccatorum, et ad id quod non (40) imputat Dominus peccatum, dicit Apostolus quod homini justitiæ reputetur [76], licet nondum opera justitiæ egerit, sed pro eo tantum quod credidit in eum qui justificat impium. Initium namque justificari a Deo, fides est quæ credit in justificantem. Et hæc fides cum justificata fuerit, tanquam radix imbre suscepto hæret in animæ solo, ut cum per legem Dei excoli cœperit, surgant in ea rami qui fructus operum ferant. Non ergo ex operibus radix justitiæ, sed ex radice justitiæ fructus operum crescit, illa scilicet radice justitiæ, qua Deus accepto fert justitiam sine operibus [77]. Unde propterea puto et David tricesimo primo (41) psalmo, quem superscripsit, « Intellectus David, » dedisse istud initium, admonens per ipsam superscriptionem altiorem debere requiri intellectum in his quæ dicturus erat, quia « beati quorum remittuntur iniquitates : » de quibus, prout potuimus, diximus, cum de Psalmis per ordinem dictaremus. Sed promovet nos ordinis ipsius differentia, quod primo dixit, « Beati quorum remissæ sunt iniquitates; » secundo, « Quorum tecta sunt peccata : » tertio, « Cui non imputavit (42) Dominus peccatum [78]. » Et vide si forte potest iste ordo in anima una eademque intelligi : ut quia initium est conversionis animæ mala derelinquere, pro hoc iniquitatum remissionem mereatur accipere : cum autem cœperit bona facere, velut singula quæque quæ præcesserant mala bonis recentibus obtegens, et abundantiorem numerum bonorum introducens quam prius fuerat malorum, tegere peccata dicatur : ubi vero jam ad perfectum venerit, ita ut omnis de ea malitiæ radix penitus amputetur, eo usque ut nullum in ea vestigium possit inveniri nequitiæ, ibi jam summa perfectæ beatitudinis promittatur, cum nullum possit Dominus imputare peccatum. Iniquitas sane a peccato hanc habet differentiam, quod iniquitas in his dicitur, quæ contra legem committuntur : unde et Græcus sermo ἀνομίαν appellat iniquitatem, hoc est, quod sine lege (43) committitur; **524** peccatum vero etiam illud dici potest, si contra quam natura docet, et conscientia arguit, delinquatur.

2. « Beatitudo ergo hæc in circumcisione (44), an etiam in præputio? Dicimus enim quia reputata est Abrahæ fides ad justitiam. Quomodo ergo reputata est? Cum in circumcisione esset, an cum in præputio (45)? Non in circumcisione, sed in præputio. Et signum accepit circumcisionem, signaculum justitiæ fidei, quæ est in præputio : ut sit pater omnium credentium per præputium, ut reputetur et illis ad justitiam, et sit pater circumcisionis, non his tantum qui sunt in circumcisione, sed et illis qui sectantur vestigia ejus quæ est in præputio fidei patris nostri Abrahæ [79]. » Cum dixisset superius, quia « credidit Abraham Deo, et reputatum est ei ad justitiam [80], » et hujuscemodi fides quid haberet beatitudinis ostendisset ex his quæ in tricesimo primo (46) scripta sunt psalmo, quia ita credenti non reputaret Dominus peccatum [81], proponit nunc interrogationem, ex cujus responsione doceat (47), et ex ipsa temporum ratione, quod beatitudo justificationis Abrahæ non in circumcisione, sed adhuc in præputio posito data est. Quod si Abraham cum esset adhuc in præputio ex fide justificatus est, potest et omnis qui credit Deo justificari per fidem, etiamsi sit in præputio, et pertinere etiam ad ipsum hæc beatitudo de qua dicitur (48) : « Beatus cui non imputavit Dominus peccatum [82]. » Ostendit ergo quia non cuilibet Dominus non imputet peccatum, sed ei qui crediderit propter fidem suam peccata non reputet. Sicut enim Abrahæ reputata est fides ad justitiam, ita et omni credenti cui fides ad justitiam reputatur, peccata utique non imputantur. Neque enim de justis dicit quia reputatur eis fides ad justitiam. Quod si ita putetur (49), quæ videbitur gratia justo reputari? Justitia ad justitiam? Sed utique illi dicit fidem reputatam esse ad justitiam, qui antequam haberet hanc fidem, justitiam non habebat; et iste est utique beatus, cui Deus accepto fert justitiam sine operibus, et cui non imputatur peccatum, cui etiam remissæ sunt iniquitates, et obtecta si qua antea fuerant peccata [83]. Simul autem et edocet nos diligentius intendere

[73] Rom. IV, 6. [74] Psal. XXXI, 1, 2. [75] Rom. IV, 7, 8; Psal. XXXI, 1, 2. [76] Rom. IV, 5. [77] ibid. 6. [78] Psal. XXXI, 1, 2. [79] Rom. IV, 9 seq. [80] ibid. 3. [81] ibid. 8. [82] Psal. XXXI, 2; Rom. IV, 8. [83] ibid. 6, 7.

(38) Alias, « et cum esse desierit. »
(39) Alias, « imputabit. »
(40) Alias, « et aliquid quod non. »
(41) *Primo*, Deest in antea editis.
(42) Alias, « imputabit. »
(43) Sic ms. unus. Cæteri vero mss. et editi, « quod committitur, » omissis vocibus « sine lege. »
(44) Sic mss. Editi vero, « in circumcisione tantum monet. »
(45) Editi, « in circumcisione, an in præputio? »
(46) Editi, « septimo. »
(47) Alias, « doceatur, » al., « deceantur. »
(48) Sic mss. unus; cæteri vero mss. et editi, « quæ dicit. »
(49) Alias, « Quod si reputaretur. » Deinde omnes mss., mendose, « Justitiam ad justitiam. »

lectioni, cum tam vigilanter enarrat ea quæ scripta sunt de Abraham, quia « reputata est ei fides ad justitiam. » Vult a nobis considerari etiam quando (50) reputata sit, quo et temporis ratio in his quæ scripta sunt colligatur, utrumne in præputio adhuc esset cum ista dicta sunt, an transisset jam (51) ad circumcisionem; et ait : « Quomodo ergo reputata est fides ejus ad justitiam? Cum esset in circumcisione, an cum esset in præputio [84]? » Si enim fuisset id temporis in circumcisione, videretur utique a fidei hujus gratia exclusum esse præputium. Nunc vero ostendit, quod in præputio adhuc posito reputata est fides ad justitiam, et ideo pronuntiat, quia cum Abraham in præputio positus per fidem justificatus sit, sine dubio princeps et pater merito dicitur omnium credentium per præputium. B Quod vero post fidem quæ fuit in præputio accepit circumcisionem, consequenter causam qua circumcisio ei data fuerit exponit. Ut esset, inquit, signaculum ejus fidei quam habuit in præputio positus, ut per hoc « sit pater omnium credentium per præputium, ut reputetur illis ad justitiam, et sit pater circumcisionis, non his tantum qui sunt ex circumcisione, sed et illis qui sequuntur vestigia ejus quæ est in præputio fidei patris nostri Abrahæ [85]. » Quod si Abraham cum esset adhuc in præputio, ex fide justificatus est, potest fieri etiam pater (52) eorum qui in circumcisione nascuntur, si tamen ad illam fidem pertineant quæ in præputio positum justificavit. Et quoniam in præputio positum justificavit Abraham, efficitur ergo utriusque generis pater, his C qui sunt in præputio per fidem, et his qui sunt in circumcisione per carnem : et post circumcisionem generat primo Isaac, atque ab ipso auspicatur ogdoadis initium, id est, octavi diei in ipso consecrantur prima mysteria, et exinde incipit posteritas Abrahæ duplici currere sacramento. Sicut enim fides natura sui aliud esse intelligitur, et aliud justitia quæ ei per fidem reputata est; ita et alia ejus esse in præputio, alia in circumcisione posteritas. Nam eos qui incircumcisi sunt, ipsos esse lapides puto, de quibus posse dicitur Deus suscitare filios Abrahæ [86], in quibus et illud completur quod scriptum est : Quia « benedicentur in te omnes tribus terræ [87]. » Sed repetamus adhuc quod dicit [88] : « Et D signum accepit circumcisionem, » signaculum justitiæ fidei, quæ est in præputio (53) ac profundam in his Pauli sapientiam contemplemur. Fortassis enim aliquibus eumdem sermonem secundo dicere

A videatur, id est, « signum, » et « signaculum (54). » Sed mihi uterque sermo multam inter se videtur **525** habere differentiam. Signum namque dicitur, cum per hoc quod videtur aliud aliquid indicatur : sicut cum, verbi gratia, dicit Dominus in Evangelio : « Generatio hæc signum quærit : et signum non dabitur ei, nisi signum Jonæ prophetæ. Sicut enim fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus, ita et Filium hominis oportet esse in corde terræ (55) tribus diebus et tribus noctibus [89]. » Hoc est ergo signum ubi Jonas videbatur, et Christus intelligebatur. Similiter et de ipso Domino in Evangelio dicitur : « Ecce hic positus est in ruinam et in resurrectionem multorum, et in signum cui contradicetur [90]. » Contradicebatur enim B signo in quo Christus venerat, quia aliud in eo videbatur, et aliud intelligebatur. Caro cernebatur, et Deus credebatur. Sic ergo accepit et Abraham signum : et quod esset signum in consequentibus dicit : « Circumcisionem, » inquit : quæ circumcisio esset « signaculum justitiæ fidei [91] » quam habuit antequam circumcideretur. Bene ergo circumcisionem signum appellavit in Abraham, quia et ipsa aliud videbatur, et aliud intelligebatur; et ostendit quia jam tunc carnalis illa circumcisio signum erat spiritalis circumcisionis, quæ non in carne suscipitur, sed in corde. Quod vero dixit « signaculum, » ita intelligendum puto. Signaculum dicitur cum alicui rei servandæ pro tempore custodia imponitur, quod nemo alius nisi ipse qui C impressit debeat resignare. Per istud ergo signaculum, ut exponit Apostolus, justitia fidei (56) quam in præputio positus Abraham accipere meruit indicatur, et pater esse multarum gentium : quod tunc credimus resignandum cum plenitudo gentium introierit, et omnis Israel salvabitur [92]. Tunc enim fiet quod dicit Apostolus [93], non solum gentium, sed etiam circumcisionis per fidem pater Abraham. Et adhuc apertius de signo et signaculo disseramus. Cum signum sit, ut diximus, ubi indicatur aliquid per hoc quod videtur, signaculum vero ubi concluditur pro tempore aliquid et non patet, potest etiam ita intelligi, quod mysteria quæ in lege et patriarchis adumbrabantur, hujusmodi erant D quæ et signis indicanda essent, et signaculis observanda. Quod ergo signis indicanda erant in (56*) his qui credebant ex gentibus, signum cepisse dicitur Abraham : quod vero his qui in circumcisione non erant credituri, obseranda erant et obtegenda,

[84] Rom. IV, 10. [85] ibid. 12. [86] Matth. III, 9. [87] Gen. XII, 3. [88] Rom. IV, 11. [89] Matth. XII, 39, 40. [90] Luc. II, 34. [91] Rom. IV, 11. [92] Rom. XI, 25, 26. [93] Rom. IV, 12.

(50) Alias, « cum tam vigilanter ea quæ scripta sunt de Abraham... commendans vult a nobis considerari etiam quomodo, » etc. Al. deest et « enarrat, et commendans. »

(51) Sic mss. nostri; edit. vero, « utrumne in præputio Abrahæ ista dicta sunt, an cum transiret jam, » etc.

(52) Sic ms. unus Regius num. 1639. Cæteri vero mss. et editi, « ut per hoc pater fieret etiam eorum qui in circumcisione nascuntur : si tamen ad illam fidem pertineant quæ in præputio justificavit Abraham. Efficitur ergo utriusque generis pater, » etc.

(53) Alias, « circumcisionis. »

(54) Editi, « id est signaculum, » omissis his verbis, « signum, » etc.

(55) Alias, « ita erit Filius hominis in corde terræ, » etc.

(56) Alias, « justitiæ fidei, » etc.

(56*) *In.* Deest in editis.

signaculum dicitur accepisse. Quod signaculum illo utique in tempore resignabitur, cum in novissimis diebus postquam plenitudo, ut diximus, gentium introierit, omnis Israel salvus fiet. Idcirco denique ante Abraham justificatur (57) in fide dum adhuc esset incircumcisus, et postea circumciditur, ut ostenderetur primo pater futurus multarum gentium, et postea eorum qui ex circumcisione credituri sunt. Neque enim hi qui secundum carnem nascuntur ex Abraham, filii Abraham dicendi sunt, nisi fidem et opera habeant Abrahæ. Inde denique et Dominus in Evangelio dicit ad Judæos, qui se jactabant filios esse Abrahæ: « Si filii Abrahæ essetis, opera utique Abrahæ faceretis [94]. » Vis autem et ex veteri Scriptura perdoceri quod filius quis dicitur non tantum ejus de cujus carnali semine descendit, sed et ejus cujus actus imitatur et opera? Audi Daniel quid dicat ad unum ex illis senioribus quos arguit adulterii: « Semen, inquit, Chanaan, et non Juda, species seduxit te, et concupiscentia evertit cor tuum [95]. » Vides eum qui carnaliter de genere Juda descenderat, negari filium esse Juda, sed Chanaan, ejus scilicet cujus actus et opera sequebatur. Ita ergo et hi qui de Abrahæ semine secundum carnem genus ducunt, non dicuntur filii Abrahæ, si ejus non habent fidem. Sic denique et propheta dicit ad eos: « Pater tuus Amorrhæus, et mater tua Cethæa [96], » quibus utique non eos necessitudo generis, sed morum similitudo jungebat. « Ut esset ergo, inquit, pater omnium credentium per præputium, ut reputetur illis ad justitiam, et sit pater circumcisionis, non his tantum qui sunt ex circumcisione, sed et illis qui sequuntur vestigia ejus quæ est in præputio fidei patris nostri Abrahæ [97]. » In quo evidenter ex utroque populo, sicut superius diximus, pronuntiat non carnis originem, sed notabilitatem fidei requirendam. De circumcisionis autem sacramento latius jam in superioribus diximus, sed et in aliis pluribus locis quæ pro re et pro tempore occurrere visa sunt exposuimus. Sed diligentem lectorem, quem iota unum aut unus apex de lege non præterit [98], ne illud quidem latere debet, quia hoc quod Apostolus dixit, « Reputata est Abrahæ fides ejus ad justitiam [99], » illo tempore cum de eo scriptum est quod crediderit Deo, et reputatum sit ei ad justitiam [1], nondum Abraham vocabatur, sed Abram erat nomen ejus. Adhuc enim incircumcisus manebat, ut interpretatur Apostolus [2]. De quo aliquibus forte videbitur error in exemplaribus haberi, quod facile Abraham pro Abram scribi potuerit. Sed quia hæc existimatio potius incerta est quam firma approbatio, nos compendiosius respondeamus quod observans Apostolus sententiam Dei qui dixit, « Jam non Abram, sed Abraham erit nomen tuum [3], » appellavit nunc eum non **526** ut in loco Genesis scriptum est, sed ut de eo pronuntiaverit Deus. Quæ enim divinitus sanciuntur, observari in posterum convenit. Hæc, prout potuimus, in locis tam arduis et tam difficilibus prolata (58), si quis forte animi nostri studium consideret, amplecti poterit. Si vero infirmitatem sensus nostri notare velit, veniam petimus, et ei qui melius de his disserere vel explanare potuerit, libenter cedimus. Nos vero ad ea quæ sequuntur segni licet gressu convertimus pedem.

3. « Non enim per legem promissio Abrahæ, aut semini ejus, ut hæres esset mundi: sed per justitiam fidei [4]. » Hoc in loco mihi videtur de lege Moysi Apostolus disputare, et asserere quod promissio quæ facta est ad Abraham ut hæreditatem mundi, id est terræ totius acciperet ipse vel semen ejus, non ex Moysi lege constaret. Ante enim quam Moyses legislator exsisteret, visus est, inquit, Dominus Abrahæ, et dixit ad eum (59): « Exi de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et veni in terram quam ostendero tibi: et faciam te in gentem magnam, et benedicam te, et magnificabo nomen tuum, et eris benedictus: et benedicam benedicentes te, et maledicam maledicentes te, et benedicentur in te omnes tribus terræ [5]. » Quod ergo dicit, « Benedicentur in te omnes tribus terræ, » hoc est hæredem factum esse totius mundi. Quæ utique promissio ad Abraham antea facta est, quam per Moysen de legis observantia mandaretur. Sic ergo non est ex lege promissio Abrahæ, neque semini ejus, ut hæres sit mundi, sed per justitiam fidei. Quæ est ista justitia fidei? De qua (60) in superioribus scribitur (61), ut sæpe jam diximus, quia « credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad justitiam [6]. » Nec immerito: legis enim observantia pœnam tantummodo effugit; fidei vero meritum (62) spem repromissionis exspectat: et præceptum servis ponitur, fides quæritur ab amicis. Sed et si secundum ea quæ in superioribus disseruimus, de lege naturali Paulus hæc dicere intelligatur, non erit contrarium rationibus superius redditis. Quamvis enim lex naturæ de bono et malo testimonium reddat secundum judicium conscientiæ, tamen legi fidei non potest exæquari, qua Deo (63) credidit Abraham, et justificari meruit atque amicus Dei appellari [7].

[94] Joan. VIII, 39. [95] Dan. XIII, 56. [96] Ezech. XVI, 3. [97] Rom. IV, 11, 12. [98] Matth. V, 18. [99] Rom. IV, 9. [1] Gen. XV, 6. [2] Rom. IV, 10 seq. [3] Gen. XVII, 5. [4] Rom. IV, 13. [5] Gen. XII, 1, seq. [6] Rom. IV, 3; Gen. XV, 6. [7] Jac. II, 23.

(57) Alias, « justificatus. »
(58) Alias, « probare. »
(59) Ms. unus, « videns, inquit, Dominus Abraham, dixit ad eum, » etc.
(60) Editi: « Et est ista justitia fidei, de qua, » etc.
(61) Alias, « dixit. »
(62) Alias, « meritam. »
(63) Alias, « adæquari, quia Deo, » etc.

4. « Si enim qui ex lege, hi (64) hæredes sunt, exinanita est fides, et evacuata (65) est promissio. Lex enim iram operatur. Ubi autem non est lex, nec prævaricatio [8]. » Si, inquit, non ex lege promissio data est Abrahæ ut hæres esset mundi, sed per fidem quæ ei ad justitiam reputata est, consequens sine dubio erit, ut et omnes qui sperant sibi a Deo justitiam reputandam, non per legem, sed per fidem sperent. Et ut hoc evidentius ostenderet, addidit : Si, inquit, hi qui ex lege sunt, ipsi hæredes erunt repromissionis illius quam per fidem meruit Abraham, evacuabitur illud quod ex fide justificatus est Abraham : cum utique si ex lege futura esset hæreditas, oportuerit et Abraham legem prius implere, et ita hæreditatem justitiæ promereri. Et ut ostendat nullo modo hoc ita fieri potuisse, dicit quod lex iram operatur. Ubi autem ira est, hæreditas non est; et addidit : « Ubi autem non est lex, nec prævaricatio. » Sed repetamus paululum (66), et videamus de qua lege ista dicantur. In superioribus quidem ubi dicit, « Si enim qui ex lege, hi hæredes sunt, exinanita est fides, et evacuata est promissio, » potest et ad Moysi legem, et ad naturalem referri. Certum est enim quod si ex lege Moysi præstatur hæreditas, evacuatur (67) illud quod scribitur, Abraham fidei credulitate meruisse (68) : et rursum si ad naturalem legem convertatur intelligentia, hæc dici possunt (69) : Si sufficere potuisset lex naturalis ad fidem, superfluum videretur quod dictum est ad Abraham : « Exi de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et veni in terram quam ostendero tibi [9]. » Utquid enim exiret de terra sua, et de domo sua, si ei lex sufficeret naturalis, quam utique et in terra sua positus habere et custodire potuisset? Sed nunc velut illa minus sufficiente jubetur legem fidei sequi, sine qua (70) nec hæres esse mundi ipse vel semen suum, nec amicus Dei poterat appellari : sic ergo potest ab utraque lege subtractum ad solam fidei legem respicere quod dicit : « Si enim qui ex lege, hi hæredes sunt, exinanita est fides, et evacuata est promissio. » Jam vero in hoc loco ubi dicit, « Lex enim iram operatur, » diligentius intuendum est ad quam legem respicere videatur hic sermo; sed et ille qui sequitur, « Ubi enim non est lex, nec prævaricatio. » Sed priusquam a nobis plenior explanatio requiratur, ad illa breviter respondeamus, quæ de hoc loco hæretici nobis solent obtendere. Aiunt enim : « Ecce quomodo Apostolus dicit quia lex Moysi iram operatur, ubi vero lex illa non fuerit, ibi nec prævarica-

A tio **527** erit. » Requiramus ergo ab eis : Si ubi lex est, et prævaricatio erit transgressæ legis; ergo et ubi fides est, transgressæ fidei prævaricatio erit. Si enim prævaricator efficitur qui declinat a lege, sine dubio et ille prævaricator (71) est qui declinat a fide : et si prævaricationi illi quæ in lege est lex ipsa in causa est, etiam prævaricationi huic quæ in fide est fides in causa esse creditur. Si vero (72) absurdum est dicere quia fides in causa est ut quis prævaricetur a fide, et si non accessisset ad fidem, prævaricator fidei non fuisset; ita absurdum erit prævaricationem legis ex eo accipere quod susceperit quis observantiam legis. Sed et illud addamus (73). Quid dicent nobis de his qui ante legem Moysi in prævaricatione facti sunt? Si

B enim nullus ante Moysen prævaricator exstitit, nemo condemnatus est, nemo punitus. Quid dicent de Sodomitis? quid de his qui in diluvio condemnati sunt? quid de Cain? quid de ipso Adam? quid de Eva respondebunt, de qua Apostolus dicit : « Mulier autem seducta in prævaricatione facta est [10]? » Si sine lege Moysi non est prævaricatio, unde Adam, unde Eva prævaricatores ab Apostolo nominantur? Verum, ut etiam in superioribus sæpe jam diximus, diversas in hac Epistola leges Apostolus introducit, et nunc de lege Moysi loquitur, nunc legem fidei nominat, sicut cum dicit : « Ubi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? Operum? Non; sed per legem fidei [11]. » Inducit præterea et alias leges, de quibus dicit : « Con-

C delector enim legi Dei secundum interiorem hominem : video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, et captivum me ducentem in lege peccati [12]; » et ita de una ad alteram legem transit, ut nisi sensus vigilans et intentus sit, deprehendere eum et sequi vix possit. Videndum est ergo ne forte illa lex quæ est in membris nostris (74), et captivos nos ducit in lege peccati, ipsa sit lex quam Apostolus iram dicit operari. Operatur enim sine dubio iram ei, quem captivum duxerit in lege peccati. Ubi autem lex ista non fuerit, certum est quod ibi nec prævaricatio erit. Qui vero sub ista lege fuerint, consequenter nec hæredes erunt. Quod et si de lege Moysi com-

D memorari quis velit, et dicere quia iram operatur, pro eo fortassis solo hoc poterit affirmare quod peccantem in se (75) aut lapidari continuo, aut cremari ignibus jubet, vel si quod aliud peccantibus decernitur in lege supplicium : ut pœna ipsa quæ peccanti infertur ex lege, ira nunc ab Apostolo no-

[8] Rom. IV, 14, 15. [9] Gen. XII, 1. [10] I Tim. II, 14. [11] Rom. III, 27. [12] Rom. VII, 22, 23.

(64) *Hi*. Deest in antea editis.
(65) *Et evacuata*. Al. « et abolita. »
(66) Alias, « Sed repetamus Paulum. »
(67) Editi : « ut evacuetur. »
(68) Ms. unus : « per fidei credulitatem meruisse; » al. deest « per. »
(69) Editi : « intelligentia hæc, dici potest. »
(70) *Sine qua*. Editi, « quasi, » male.
(71) Editi, « qui declinat a fide, et si prævaricationi, » etc. Multa itaque omissa erant quæ ex mss. codicibus restituuntur.
(72) Alias, « Sicut vero. »
(73) Alias, « Et illud addimus; » al., « addemus. »
(74) Alias, « meis. »
(75) Alias, « peccantem se. »

minata videatur. Similiter et de prævaricatione, ut non omnem prævaricationem generaliter in hoc loco adstruat appellatam, sed ejus qui in lege positus deliquerit : ut gravius delictum videatur ejus qui per legem prohibitus peccat (76), quam ejus qui nulla fuerit lege commonitus. Sed et illud videndum est, quia non dixit Apostolus quod ubi lex fuerit, ibi et prævaricatio, sed ait : « Ubi autem non est lex, nec prævaricatio [13]. » In quo ostendit quod prævaricatio quidem esse omnino non possit, nisi lex fuerit; non tamen si lex sit, omni genere etiam prævaricatio erit. Potest enim fieri ut sit lex, et prævaricatio non sit : non potest tamen fieri ut prævaricatio sit, ubi lex non est. Nam et si Moysi legem ponamus, non continuo (77) omnes qui sub Moysi lege vixerunt, in prævaricatione facti sunt : alioquin simul et prophetas, et omnes justos videmur involvere : nisi forte dicat aliquis justos omnes et prophetas non tam sub lege, quam sub fide vixisse; peccatores vero et injustos legis vinculis fuisse constrictos, sicut et Apostolus dicit [14] : « Quia justo lex non est posita, sed injustis et non subditis, impiis et peccatoribus, scelestis et profanis, patricidis et matricidis, homicidis, fornicatoribus, masculorum concubitoribus, plagiatoribus, mendacibus, perjuris, et si quid aliud sanæ doctrinæ adversatur. » Quod si talibus lex posita est, non tibi multo meliores illi videbuntur de quibus dicitur : « Cum enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt faciunt, hujusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente eis conscientia [15]. » Et statuamus ante oculos, si videtur, duos aliquos, verbi gratia, qui cum masculis non concubuerunt concubitu muliebri (78); unum ex his præcepto legis prohibitum, cujus si metum non habuisset, fortasse fecisset : et alium qui propriæ mentis judicio hujuscemodi contagionem ne cogitationes quidem suas adire permiserit : nonne multo illum præferas qui nulla legis interminatione deterritus, immunem se a flagitii contaminatione servavit? Similiter etiam de cæteris peccatis si habeatur examen. Et ideo sive Moysi lex intelligatur, sive etiam ea quæ in nostris membris est, et iram operatur, non possunt qui ex ipsa sunt, hæredes esse, sed illi qui sunt ex lege fidei : **528** fidei autem illius ex qua justificatus est Abraham. Sed fortasse requirat aliquis quomodo non et qui sub lege Moysi est, sub lege fidei esse videatur, cum scriptum sit in Exodo : « Credidit autem populus Deo, et Moysi famulo ejus [16]; » et iterum Dominus in Evangelio dicat : « Si crederetis Moysi, crederetis utique et mihi : de me enim ille scripsit [17]. » Videbitur enim sicut de se dixit, quia « qui credit in me, credit et in eum qui misit me [18], » ita et de Moyse dicere, quod « si crederetis Moysi, crederetis utique et mihi. » Ad quod respondebimus, quia illud quod dictum est in deserto, « Credidit populus Deo, et Moysi famulo ejus, » narratio est, qua ostenditur quod per ministerium Moysi quo signa et mirabilia ministravit, populus credidit Deo : in hoc verbo ubi dicit, « Si crederetis Moysi, crederetis utique et mihi, » arguit infidelitatem eorum qui dum sibi non credunt, ostendunt se nec Moysi litteris credere in quibus de adventu Christi prophetali sermone comprehensum est : ubi vero dicit, « Qui credit in me, credit in eum qui misit me, » spem credentium elevat usque ad Deum Patrem, ut sicut quis cum videt (79) Filium, vidisse se sciat et Patrem [19], ita cum credit Filio, credidisse se (80) sciat et Patri.

5. « Ideo ex fide, ut secundum gratiam firma sit promissio omni semini, non ei (81) quod ex lege est tantum, sed et ei (82) quod ex fide est Abrahæ, qui est pater omnium nostrum (sicut scriptum est : Quia patrem multarum gentium posui te) ante eum cui credidit (83) Deum, qui vivificat mortuos, et vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt [20]. » In superioribus distinctionem dedit mercedis et gratiæ, dicens mercedem rem debiti esse; gratiam autem nullius esse debiti, sed benevolentiæ beneficium. Et in præsenti ergo loco ostendere volens Deum hæreditatem promissionum non ex debito, sed per gratiam dare, dicit quia hæreditas a Deo his qui credunt, non ex mercedis debito, sed fidei munere concedatur. Sicut enim (ut exempli causa dixerim) hoc quod subsistimus non potest intelligi quasi (84) ex operis nostri mercede subsistamus, sed evidenter Dei munus est quod sumus, et gratia Conditoris, qui esse nos voluit : ita et si hæreditatem promissionum Dei capiamus, divinæ gratiæ est, non alicujus debiti aut operis merces. Quod si forte videatur hoc ipsum quod dicitur ex fide, non esse gratis, quippe si offerenda sit fides prius ab homine, et ita a Deo gratia promerenda : audi quomodo in aliis etiam de hoc idem Apostolus docet. Etenim ubi enumerat dona Spiritus [21], quæ dicit secundum mensuram fidei credentibus dari, ibi inter cætera etiam donum fidei asserit per Spiritum sanctum tribui. Post multa namque ita etiam de

[13] Rom. IV, 15. [14] I Tim. I, 9, 10. [15] Rom. II, 14, 15. [16] Exod. XIV, 31. [17] Joan. V, 46. [18] Joan. XII, 44. [19] Joan. XIV, 9. [20] Rom. IV, 16, 17. [21] I Cor. XII, 8.

(76) Editi, « prohibetur et peccat. »

(77) Sic omnes mss., Rabanus et Salodianus. Cæteri vero editi, « Non etsi Moysi legem ponamus, continuo, » etc.

(78) Ita Rabanus; editi vero et mss. quidam, « non petierint concubitum muliebrem. » Cæteri mss. nostri, « non concupiverunt » [al., « non concupierint] concubitum muliebrem. »

(79) Alias, « qui videt. »

(80) *Se*. Deest in antea editis.

(81) Alias, « qui. »

(82) Alias, « qui. »

(83) Alias, « ante Deum cui credidisti ; » al., « credidit. »

(84) Editi et mss. plures, « quia ». Rectius ms. unus, « quasi. »

hoc dicit : « Alii fides in eodem Spiritu [22] : » ut A ostendat quia etiam fides per gratiam datur. Sed et alibi idem Apostolus docet dicens : « Quia a Deo vobis datum est non solum ut credatis in Christum, sed etiam ut patiamini pro illo [23]. » Invenis hoc et in Evangeliis designari, ubi apostoli intelligentes quod ea quæ ex homine est fides, non potest esse perfecta, nisi addita fuerit etiam ea quæ ex Deo est, dicunt ad Salvatorem : « Auge nobis fidem [24]. » Ex quibus omnibus apertissime comprobatur quod hic dicit Apostolus : « Ideo ex fide, ut secundum gratiam firma sit promissio [25] : » quia etiam fides ipsa qua credere videmur Deo, dono in nobis gratiæ confirmatur. Hæc autem est gratia quam invenire sicut thesaurum magnum meretur si quis beatus est [26]. Hanc invenit Noe; et ideo scriptum est de B eo : « Noe autem invenit gratiam in conspectu Domini Dei [27]. » Hanc invenerat gratiam et Moyses; et ideo dicebat ad Deum : « Si inveni gratiam in conspectu tuo [28]. » Invenimus tamen aliquos sanctorum, non solum in conspectu Domini Dei invenisse gratiam, sed etiam in conspectu hominum. Denique de beato Joseph scriptum est : « Et invenit Joseph gratiam in conspectu domini sui [29]. » Sed ista gratia quæ in conspectu hominum invenitur, Deo largiente conceditur. Sic enim scriptum est de eodem Joseph : « Et erat Dominus cum Joseph, et infudit super eum misericordiam, et dedit illi gratiam in conspectu principis carceris [30]. » Amplius adhuc aliquid de hujusmodi gratia in divi- C nis litteris memoratur de beata Esther. Sic enim ait : Quia « erat Esther inveniens gratiam apud omnes qui videbant eam [31]. » Paulo post dicit Scriptura : « Invenit gratiam Esther super omnes cæteras virgines, et imposuit ei rex diadema muliebre [32]. » Hæc autem non importune, arbitror, de Scripturis sanctis requisivimus ad confirmationem apostolici dicti, in quo de fide et gratia disputat. Ait ergo : « Ideo ex fide, ut secundum gratiam firma sit promissio [33]. » Sed et hoc notandum est quod ait, « Ideo ex fide, ut secundum gratiam firma sit promissio, » quasi ostendere volens quod si ex lege esset, et non ex gratia promissio, firma non esset; nunc autem idcirco firma sit, quia non ex lege, sed per gratiam. In quo D ego puto quod tale aliquid intelligi velit, quia quæ ex lege sunt, extra nos sunt : quæ autem per gratiam, intra nos habentur. Verbi causa, **529** quæ in lege scripta sunt, calamo et atramento in membranis vel chartulis scripta sunt; quæ autem ex gratia descendunt, per Spiritum Dei in corde nostro descripta sunt, sicut idem ipse Apostolus minister hujus gratiæ in aliis designat, et dicit : « Epistola nostra vos estis, inscripta non atramento, sed Spiritu Dei vivi; non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus [34]. » Ideo, ut mihi videtur, firmiora dicit ea quæ per gratiam quam ea quæ ex lege sunt, quia illa extra nos sunt, et hæc intra nos : et illa in fragili materia consistunt, ita ut facile possint exolescere : hæc vero Dei Spiritu inscripta, et in animæ penetralibus impressa, firmitatem perpetuitatis obtineant. Talibus ergo litteris promissionis inscribitur anima quæ fidem suam Deo velut ceras obtulerit præparatas (85), ut in his Dei gratia dignanter possit inscribi : et ideo hujusmodi fides reputatur ad justitiam, quæ capax gratiæ cœlestis exstiterit. Hoc autem contingit semini Abrahæ, non ei tantum quod ex lege est (86), sed et ei quod ex fide est. Multo enim Abrahæ nobilior ex fide est, quam ex carne successio, quia non ex carne, sed ex fide justificatus esse memoratur. Si enim non ex fide, sed ex semine danda successio est, conveniens erit et Ismaelis posteritatem, et eos qui ex Cethura descendunt, ad promissionum sacramenta perduci. Quod utique non recipitur, sed sola legis ac fidei posteritas introducitur. Verum non nos prætereat Apostoli in hoc loco nutabunda quædam et ambigue prolata locutio. Quod enim dixit, « Ut firma sit promissio omni semini, non ei quod ex lege est tantum, sed et ei quod ex fide est [35], » si ita intelligatur quasi aliud ex lege semen, et aliud ex fide dixerit, ut tanquam ab utroque semine promissio hæreditatis (87) debeat exspectari, invenitur contraria dicere his quæ superius scripsit, cum ait [36] : « Non enim hi qui ex lege, hæredes sunt (88); » item alibi [37] : « Arbitramur enim justificari hominem per fidem sine operibus legis; » et rursum [38] : « Si enim hi qui ex lege, hæredes sunt, evacuata est fides. » Etenim si ex fide justificatur homo sine operibus legis, et hæredes non fiunt (89) hi qui ex lege sunt, quomodo non contrarium videbitur quod in hoc loco dicit, firmam esse promissionem per gratiam, non ei tantum semini quod ex lege est, sed et ei quod ex fide est? Et cum in superioribus eos qui ex lege sunt repulisse videatur, hic eos quomodo exæquat his quos ex fide sperare gratiam dicit? Sed mihi videtur quod dicit, « Omni semini, non ei quod ex lege est tantum, sed et ei quod ex fide est [39], » legem hic, sicut sæpe jam diximus, indicare naturalem, et hoc asserere, quod non his qui ex lege naturali solum veniunt, firma sit promissio, sed et his qui ex fide legi addiderint naturali

[22] I Cor. XII, 9. [23] Philip. I, 29. [24] Luc. XVII, 5. [25] Rom. IV, 16. [26] Prov. III, 13-15. [27] Gen. VI, 8. [28] Exod. XXXIII, 13. [29] Gen. XXXIX, 4. [30] ibid. 21. [31] Esther II, 15. [32] ibid. 17. [33] Rom. IV, 16. [34] II Cor. III, 3. [35] Rom. IV, 16. [36] ibid. 14. [37] Rom. III, 28 [38] Rom. IV, 14. [39] Rom. IV, 16.

(85) Al., « ceris obtulerit præparatis. »
(86) Mss. plures, « non ei tantum qui ex lege est, sed ei qui ex fide est. »
(87) *Hæreditatis*. Deest in editis.
(88) *Non enim hi qui ex lege, hæredes sunt*. Sic omnes mss. nostri et editi; attamen legendum videtur, « Non enim per legem promissio Abrahæ, aut semini ejus, ut hæres esset mundi; sed per justitiam fidei. »
(89) Editi, « non fuerint, » male.

A eam fidem quam habuit Abraham pater noster: ut non duos populos, unum ex fide, et alium ex lege indicare videatur, sed unum atque eumdem, qui non solum ex lege naturali qua omnes homines utuntur, sed ex fide cujus Abraham auctor exstitit, placeat Deo: quo scilicet ostendat, quod si quis habeat integra omnia quæ lex edocet naturalis, et in nullo eum peccati conscientia reprehendat, non tamen habeat etiam fidei gratiam, non posse eum justificari. Fides enim est, quæ ad justitiam reputatur. Et hoc modo habita distinctio reddit intelligentiam planiorem: atque ea quæ contraria putantur, consona esse et sibi invicem concordantia deprehenduntur. De diversitate autem legum, quod in hac præcipue Epistola sæpe Apostolus etiam latenter et subito ab alia ad aliam legem sermonis ordinem mutet, B frequenter ostendimus, et eadem iterare superfluum est. Bene autem de Abraham non dixit: Pater omnium; sed ait: « Pater omnium nostrum [40]; » id est, non qui ex lege descendimus, sed qui ex fide a lege succedimus (90). Et quia omnium qui hujusmodi sunt pater est, merito promissionis divinæ sententiam in consequentibus posuit dicens: « Sicut scriptum est: Quia patrem multarum gentium posui te, ante eum cui credidit Deum [41]. » Si ergo pater futurus esse promittitur multarum gentium, non immerito pater et eorum qui ex gentibus, et eorum qui ex circumcisione veniunt, nominatur. Et recte addidit ex sua interpretatione Apostolus: « Ante eum cui credidit Deum: » hoc est, pater positus est multarum gentium ante ipsum Deum cui credi- C dit, cujus promissiones, et a quo signaculum fidei in circumcisione suscepit. Quomodo ergo circumcisio patrem sibi proprie defendit Abraham (91), cum ille ipse Deus, qui ei circumcisionem dedit, multarum eum gentium posuerit patrem? Quod si aliquis hoc ad Ismaelis posteritatem voluerit vel Cethuræ convertere, occurrit ei quod scriptum est [42]: Quia « benedicentur in te omnes tribus terræ. » Hoc etiam in Evangelio Joannes dicebat (92): « Quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ [43]. » Addidit autem in subsequentibus [44]: « Qui vivificat

530 mortuos, et vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. » Mortuos hic secundum animæ peccatum intelligimus, quoniam « anima, inquit, quæ D peccat, morietur [45]. » Sicut enim in morte corporali pereunt sensus, ut ne quis ultra per corpus, neque auditum, neque odorem, aut gustum recipiat (93), vel tactum: ita et qui spiritales sensus in anima perdiderit, ut non videat Deum, neque audiat verbum Dei, neque suavem odorem capiat Christi, neque gustet bonum Dei verbum [46], neque manus ejus pertractent de verbo vitæ [47], hujusmodi homines merito mortui appellantur. Tales invenit nos adventus Christi, sed vivificavit per gratiam suam, sicut et alibi dicit idem Apostolus: « Et nos cum mortui essemus delictis et peccatis nostris, simul cum illo resuscitavit nos [48]. » Vis autem tibi et de Scripturis propheticis approbari quod omnes qui idola colunt, et confidunt in eis, mortui sunt? audi David quomodo dicit: « Simulacra gentium argentum et aurum, opera manuum hominum. Os habent, et non loquentur: oculos habent, et non videbunt: aures habent, et non audient [49]. » Et post aliquanta: « Similes, inquit, fiant eis qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis. » Vides mortuos esse, et similes simulacris effectos eos qui colunt ea et qui confidunt in eis. Unde diligentius intueamur si forte sicut hi qui colunt idola et confidunt in eis, similes eis fieri dicuntur: ita et hi qui verum Deum colunt, et confidunt in eo, similes ei fiant. Et hoc est fortassis quod in initiis homo, cum propositum fuisset ut ad imaginem et similitudinem Dei fieret, ad imaginem quidem factus est, similitudo autem dilata est ob hoc ut prius confideret in Deum, et ita fieret similis ei, et ipse audiret quia similis ei fiet omnis qui confidit in eum. Hæc per excessum quemdam sociavimus his quæ de mortis genere disseruimus, ut manifestius fieret quibus modis Deus vivificat mortuos. Sed et quod in consequentibus dicit, « Et vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt [50], » quomodo intelligi debeat, videamus. Frequenter et in aliis exposuimus quod Deus solus est qui dicit: « Ego sum qui sum [51]; » et una est illa Dei substantia quæ semper est; cui si quis se adjunxerit, unus fit cum eo spiritus [52], et per illum qui semper est, etiam ipse esse dicitur. Qui vero longe est ab eo, nec participium ejus sumit, ne esse quidem dicitur, sicut eramus nos gentes priusquam ad agnitionem veritatis divinæ veniremus; et ideo dicitur Deus vocare « ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. » Inter eos enim qui sunt, id est qui participationem habent ejus qui est, Abraham, et Isaac, et Jacob, et cæteri sancti numerantur. Quod si gentes credendo in fidem veniunt Abrahæ, consequenter pronuntiat Apostolus quod Deus vocaverit « ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. » Potest tamen etiam illud adverti, ut in hoc loco erga laudes Dei Apostolus latius videatur effusus, et initium primæ ejus creaturæ cum admiratione memorasse,

[40] Rom. iv, 16. [41] ibid. 17. [42] Gen. xii, 3. [43] Matth. iii, 9. [44] Rom. iv, 17. [45] Ezech. xviii, 4, 20. [46] Hebr. vi, 5. [47] I Joan. i, 1. [48] Ephes. ii, 5. [49] Psal. cxiii, 4 seq. [50] Rom. iv, 17. [51] Exod. iii, 14. [52] I Cor. vi, 17.

(90) Ita editi. Mss. vero, « sed qui ex fide ac lege succedimus. » Ms. unus, « sed qui ex fidei a lege succedimus; » quæ verba sic emendantur in eodem codice, « sed qui fidei ex lege succedimus. » Fortasse legendum, « sed qui ex fide legi succedimus. »

(91) *Abraham.* Deest in antea editis, qui postea habent, « cum ipse Deus qui eam circumcisionem dedit, » etc.

(92) Sic ms. unus. Cæteri vero mss. et Salodiani editio habent, « Dominus dicebat. » Merlinus, Erasmus et Genebrardus, « Baptista dicebat. »

(93) Sic Rabanus. Mss. vero nostri, « nec quis [al., *et nec quis*; al., *et nec quid*] ultra per corpus recipit, » etc. Editi similiter, « et nec quis; » deinde omittunt « per » ante « corpus, » et habent « odoratum » pro « odorem. »

cum ex nihilo esse fecit universa, et ea quæ non A erant, virtute potentiæ suæ tanquam quæ essent et subsisterent evocavit: et ita ei in creando nihil fuisse difficile, ut cum nihil exsisteret, omnia subito vocata ita adfuissent tanquam quæ semper exstiterint (94). Quod si quis nobis objiciat illum Apostoli sermonem, quem ad Corinthios scribit ubi dicit, quia « contemptibilia mundi elegit Deus, et quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret, ut non glorietur omnis caro coram Deo [53] : » et dicat secundum hanc expositionem non convenire ut destrui dicantur quæ sunt cum ea quæ non sunt electa sint (95), dicemus ad hæc quia in illo loco alios dixit eos qui sunt, et alios in hoc capite in Epistola ad Romanos. Declaravit enim ad Corinthios quia de his diceret quos supra enumeraverat. Dixit enim B superius [54] : « Videte enim vocationem vestram, fratres, quia non multi sapientes inter vos secundum carnem, non multi potentes (96), non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes : et infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia. » Sicut ergo stulta mundi elegisse dicit Deum, hoc est gentes, ut confunderet sapientes, sine dubio Judæos; et infirma mundi, ut confundat fortia, eodem ordine in hoc loco dicit et de his quæ non sunt, ut ea quæ sunt destruat: et non esse gentes, esse autem Judæos ostendit, id est, qui in lege erant, sed legem non implebant, ut destruerentur, et inducerentur (97) illi qui non erant in lege, et Abrahæ fidei credulitatis merito jungerentur. C Quod autem dixit : « Ut confundat sapientes : » non quo vere sapientes essent (98); alioqui nunquam confunderet Deus eos qui secundum Dei sapientiam sapientes sunt [55]; sed illos dicit qui se putant esse sapientes, et non sunt, sicut et alibi dicit: « Ubi sapiens? ubi scriba? ubi conquisitor hujus sæculi? Nonne stultam fecit Deus sapientiam hujus mundi [56]? » Hujus mundi ergo sapientes confundit eligens stultos, non quia similiter stulti essent et isti per (99) penuriam sensus, sed secundum illud quod dictum est [57] : « Qui vult sapiens esse, **531** stultus fiat in hoc mundo, ut sit sapiens apud Deum: quia sapientia hujus mundi stultitia est apud Deum. »

6. « Qui contra spem in spem credidit, ut fieret D pater multarum gentium, secundum quod dictum est ei : Sic erit semen tuum sicut stellæ cœli, et arena maris (1). Et non infirmatus est fide, nec consideravit corpus suum jam emortuum, cum fere centum esset annorum, et emortuam vulvam Saræ. In repromissione etiam Dei non hæsitavit diffidentia : sed confortatus est fide, dans gloriam Deo, et plenissime sciens quia quæcunque promisit, potens est et facere. Ideo et reputatum est illi ad justitiam [58]. » Videtur mihi quod dixit Apostolus, « contra spem, » aspexisse illud quod in Genesi refertur Abraham dixisse ad Dominum : « Dominator Domine, quid mihi dabis? Ego autem dimittor sine filiis : hic autem filius Masech (2) vernaculæ meæ Damascus Eliezer. Et dixit Abraham (3): Quoniam mihi non dedisti semen, hic vernaculus meus hæres meus erit [59]. » Ex quibus utique verbis Abraham de filiis suscipiendis intelligitur desperasse. Quod vero dixit, « in spem credidit, » datam rursus ei spem, opinor, inde colligit ubi scriptum est : « Et vox Domini facta est ad eum dicens : Non est hic hæres tuus : sed qui exierit de te, ipse erit hæres tuus. Eduxit autem eum foras, et dixit illi : Respice ad cœlum, et numera stellas, si potueris dinumerare eas. Et ait ad eum : Sic erit semen tuum. Et credidit Deo, et reputatum est ei ad justitiam [60]. » Ex his ergo verbis et desperatio prius, et postmodum data ei spes Dei promissionibus declaratur. Cui quia credidit, scribitur de eo hoc quod nunc proponit (4) Apostolus, quia « reputatum est ei ad justitiam [61]. » Merito autem, et more (5) sibi solito ubi de fide tractat, Apostolus conjungit et spem, sciens fidei spem inseparabiliter cohærere, sicut et in Epistola ad Hebræos idem docet dicens : « Est autem fides sperandarum rerum substantia, indicium non apparentium [62]. » Et iterum in hac eadem ad Romanos Epistola in posterioribus dicit : « Spe autem salvi facti sumus. Spes autem quæ videtur, non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Si vero quod non videmus speramus, per patientiam exspectamus [63]. » Quod ait, « spe salvi facti sumus, » hoc idem est quod alibi dicit, quia « per fidem salvati sumus [64] : » et, « Fides tua te salvam fecit ; » et, « Secundum fidem tuam contingat tibi [65]. » Quæ utique illis dicuntur qui credentes in Jesum spem gesserunt ab eo se posse curari. Sicut autem Abraham « contra spem in spem credidit [66], » ita omnes qui per fidem filii sunt Abraham, contra spem in spem credunt de

[53] I Cor. i, 28, 29. [54] ibid. 26, 27. [55] Isai. v, 21. [56] I Cor. i, 20. [57] I Cor. iii, 18, 19. [58] Rom. iv, 18-22. [59] Gen. 2, 3. [60] ibid. 4-6. [61] Rom. iv, 22. [62] Hebr. xi, 1. [63] Rom. viii, 24, 25. [64] Ephes. ii, 8. [65] Matth. ix, 22-29. [66] Rom. iv, 18.

(94) Ita ms. unus Regius num. 1639. Rabanus vero, editi, et mss. quidam, « ut cum nihil exsisteret [al., *exsisterent*] omnia subito vocata ita adfuisse [al., *ita fuisse*; al., *ita ut fuisse*] tanquam quæ semper exstiterint. »

(95) Ita omnes mss. nostri et Rabanus. Editi vero, « vocata sunt. »

(96) *Non multi potentes.* Hæc desunt in antea editis.

(97) Alias, « judicarentur, » male.

(98) Sic mss. nostri omnes. Editi vero, « non quod vere sapientes essent. »

(99) *Sapientes confundit eligens stultos, non quia similiter stulti essent et isti per.* Hæc desiderantur in antea editis.

(1) *Sicut stellæ cœli, et arena maris.* Hæc desiderantur in omnibus mss. nostris; sed exstant in editis.

(2) *Masech.* Editi, « manet, » male.

(3) Editi, « Et addidit Abram. »

(4) Mss. unus, « pronuntiat. »

(5) Mss. unus, « ex more. »

singulis quibusque quæ credunt, sive de resurrectione mortuorum, sive de hæreditate regni cœlorum. Hæc enim, quantum ad naturam humanam spectat, contra spem videntur; quantum autem ad potentiam Dei, in spem creduntur (6); exemplo Abraham credentis quia « quæcunque promisit Deus, potens est et facere [67]; » si tamen his qui credunt maneat fides, spes, et charitas. Et puto quod prima salutis initia, et ipsa fundamenta fides est : profectus vero et augmenta ædificii spes est : perfectio autem et culmen totius operis charitas : et ideo « major omnium » dicitur « charitas [68]. » Igitur Abraham « contra spem in spem credidit, ut pater fieret multarum gentium » quæ futuræ essent sicut stellæ cœli, non solum multitudine, sed et claritate : quique promittenti (7) fideliter credens, « non, inquit, infirmatus est fide. » Quod dicit, « non infirmatus est fide, » ostendere mihi videtur esse quamdam infirmitatem in fide. Quod si est infirmitas, est sine dubio et sanitas, sicut et in aliis ostendit, cum dicit : « Increpa illos acriter, ut sani sint in fide [69]. » Beatus ergo est qui non infirmatur in fide. Si vero quis infirmetur, curam ejus describit Apostolus cum dicit : « Infirmantem autem in fide assumite, non in disceptationibus cogitationum. Nam alius credit manducare omnia; qui autem infirmus est, olera manducet [70]. » Per quod utique designat, verbi olera præbenda esse ei qui infirmatur in fide, ne plena fidei doctrina cunctantibus in ea et quodammodo ægrotantibus ingeratur. Sana autem fides dicitur quæ perfecta est, et cui nihil deest : et ipsa est quæ credit manducare omnia, id est, quæ capere potest omnia : quam qui habet, spiritalis appellatur, et dijudicat omnia [71], et in nullo sermone scandalizari potest. Unde evidenter apparet esse augmenta quædam et profectus in fide, et aliquos habere partem fidei exiguam, alios magnam, alios vero habere omnem fidem. Unde et Apostolus dicebat : « Si habeam omnem fidem, ita ut montes transferam [72]. » Sed et in Evangeliis discipuli dicunt ad Dominum, quasi quibus nondum plena inesset fides : « Auge nobis fidem [73]. » Considera sane, si secundum ea quæ de fide dicimus, etiam de charitatis augmentis similiter possimus intelligere, ita ut dicamus et de charitate, sicut ille dixit, « Si habeam omnem fidem, » Si habeam omnem charitatem : et illum habere omnem charitatem, qui omnia illa habuerit quæ propria charitatis **532** sunt, sicut dicit Apostolus [74] : « Charitas patiens est, benigna est, non inflatur, non æmulatur, non ambitiosa est, non perperam agit, non irritatur : omnia tolerat, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, » et cætera his similia. Quæ si quis habeat, recte mihi videtur dici quod habeat omnem charitatem : quæ charitas sine dubio ex his singulis ab Apostolo supra memoratis partibus constat. Similiter autem et de misericordia, et pietate cæterisque virtutibus arbitror dici posse. Et forte per hæc singula sicut de fide dictum est, quia « fides reputata est ad justitiam [75], » ita et de charitate dici potest, quia reputata est charitas ei ad justitiam (8), aut pietas, aut misericordia. Sed videamus jam ea quæ consequuntur. « Et non, inquit, infirmatus est in fide nec consideravit suum corpus jam emortuum, cum fere centum annorum esset, et emortuam vulvam Saræ : in repromissione etiam Dei non hæsitavit diffidentia, sed confortatus est fide [76]. » Quantum quidem ad simplicem pertinet intellectum, evidentem protulit rationem, quod Abraham cum audiret sibi a Deo sobolem repromitti, non respexit ad emortuas centenarii corporis vires, de quo utique nequaquam sperari poterat ulla successio : sed potentiam promittentis intuitus, nihil difficile esse credidit in his quæ promittebat Omnipotens : sed dedit, inquit, « gloriam Deo [77], » intelligens solius Dei esse munus, ubi humanæ fecunditatis jura cessaverant. Merito igitur dedit gloriam Deo, qui naturæ fuerat desertus auxiliis. Hæc, ut dixi, quantum ad simplicem intelligentiam pertinet, sufficienter dicta videbuntur. Si vero quis objiciat nobis : Quomodo poterit Abraham in centenario annorum numero positus emortui corporis dici, qui posteaquam suscepisset Isaac, et defuncta esset Sara, quæ eum nonagenaria conceperat, et vixerat annis centum viginti septem, postea etiam quam annorum quadraginta factus Isaac accepit Rebeccam, post ista omnia scribitur : « Et apponens Abraham accepit uxorem cui nomen Cethura : et peperit ei Zamram (9), et Jecsan, et Madan, et Madian, et Jesboch, et Sue [78]? » Quomodo ergo videbitur emortui corporis, qui multo senior effectus quam tunc erat, et uxorem accipere, et sex liberos (10) potuit procreare? Quas objectiones ut decenter possimus excludere, expositionem emortui corporis illo transferimus, ut dicamus Abraham non infirmitate ætatis emortuum, sed secundum illam virtutem quam sancti in semetipsis primo implentes, etiam cæteros habere monent, et dicunt : « Mortificate membra vestra quæ sunt super terram [79]. » Nam et absurdum puto si hoc bonum quod in se Paulus habuit (neque enim aliis imperaret quod ipse non

[67] Rom. IV, 21. [68] I Cor. XIII, 13. [69] Tit. I, 13. [70] Rom. XIV, 1, 2. [71] I Cor. II, 15. [72] I Cor. XIII, 2. [73] Luc. XVII, 5. [74] I Cor. XIII, 4, 5, 7. [75] Rom. IV, 9. [76] ibid. 19, 20. [77] ibid. 20. [78] Gen. XXV, 1, 2. [79] Coloss. III, 5.

(6) Alias, « in spe creduntur ; » al., « in spem credunt. »

(7) Editi, « cuique promittenti, » male.

(8) *Ita et de charitate dici potest, quia reputata est charitas ei ad justitiam.* Hæc desiderantur apud Genebrardum.

(9) Mss. nostri et Rabanus habent, « Jembram [al., Membram] et Zexan, et Madan, [al., Medam] et Madian, et Jesoc [al., Jeroch, al., Jesboc] et Soe, » al. « Sue. »

(10) Mss. nostri, alii, « sex liberos, » alii, « septem liberos. »

fecerat), si, inquam, hoc bonum quod Paulus habuit, Abraham tantum patriarcham, quem etiam suum patrem dicit Apostolus [80], non credamus habuisse. Fuit ergo etiam in illo mortificatio ista membrorum : non incitabatur luxuria, non urebatur libidine, sicut illi de quibus Apostolus dicit : « Melius est nubere, quam uri [81]. » Hoc idem erat et in Sara, quia defecerant Saræ fieri muliebria [82]. Non enim erat in illa lascivia muliebris, aut incontinentiæ dissolutio, neque in usum libidinis præcipitabantur inviti : sed ubi audiunt tantam posteritatis spem, et sobolis suæ gloriam cœlo et sideribus exæquandam, ubi hæc audiunt, non aspiciunt ad propria bona, ad continentiæ gratiam, ad membrorum mortificationem, sed hæc omnia quæ sibi lucra ducebant, arbitrantur detrimenta, ut Christum lucrifaciant [83]. Sed fortassis errasse me credis, quod cum de posteritate Abraham et semine ejus dicere debuerim, de Christo dixerim (11). Non erramus, sed cum Apostolo loquimur. Ipse enim hæc de Christo dicta esse interpretatur cum dicit : « Scriptum est : Tibi dabo terram hanc, et semini tuo. Non dixit : Et seminibus, tanquam in multis : sed, Semini tuo, tanquam in uno, qui est Christus [84]. » Vides ergo quomodo nos Apostolus docet sic Dominum locutum esse ad Abraham, ut in semine suo Christum intelligeret (12) debere sentiri : et ob hoc puto quod adjecerit Apostolus, et dixerit : « Dans gloriam Deo [85]. » Non enim tantum gloriæ Abraham potuisset offerre de nativitate Isaac, quantam (13) dare potuit gloriam Deo, si intellexit Christum de suo emortuo jam et vitiis defæcato corpore nasciturum. Sed et tu si mortifices membra tua quæ sunt super terram [86], si, abjecto omni fervore libidinis emortuum serves et nullis obnoxium vitiis corpus, potes etiam tu fructus ex eo optimos generare, potes generare Isaac, quod est gaudium; et hic est primus spiritus fructus : potest semen tuum, id est, opera tua (14) ascendere ad cœlum, et effici opera lucis, et stellarum fulgori splendorique conferri, ut cum dies resurrectionis adfuerit, tanquam stella a stella (15) differas in claritate [87]. Amplius adhuc dico : potes si tam purus **533** mente, tam sanctus corpore, tam immaculatus actibus fueris, etiam ipsum generare Christum, secundum illum qui dicebat : « Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis [88]. » Et sic ipse de se Dominus dicit : « Qui fecerit voluntatem Patris mei qui in cœlis est, ipse meus frater, et soror, et mater est [89]. » Quæ ergo erit mater Jesu, nisi cujus vulva emortua est ? ut ita demum parturiat filios castitatis, sicut et mulier de qua dicit Apostolus : « Salva autem erit per filiorum generationem, si permanserit in fide et castitate [90]. » Unde etiam pro his convenienter additum puto : « Et reputatum est ei ad justitiam. » Quomodo enim non ad justitiam reputaretur ei, qui non solum in fide, sed et in omnibus virtutibus perfectionem tenebat ?

7. « Non est autem scriptum propter ipsum tantum, quia reputatum est ei ad justitiam, sed et propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum qui suscitavit Jesum Christum Dominum nostrum a mortuis, qui traditus est propter delicta nostra, et resurrexit propter justificationem nostram [91]. » Hoc in loco quod dicit, « Non propter ipsum tantum, » intelligendum est de ipso; et iterum quod dicit, « Sed et propter nos, » hoc est et de nobis. Manifestum namque est quia hoc quod dicitur, « Credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad justitiam [92], » non propterea Moyses scripsit ut Abraham legeret, qui utique olim fuerat defunctus, sed ut nos profectum fidei ex hujusmodi lectione caperemus (16), intelligentes quia et si nos ita credamus Deo ut ille credidit, etiam nobis reputabitur fides ad justitiam « credentibus in eum qui suscitavit Jesum Christum Dominum nostrum a mortuis. » Velim sane requirere quid est quod in hoc loco Apostolus Deum nominans, cui credimus (17), et cui Abraham credidit, non dixit, « credentibus » in Deum excelsum, vel, « credentibus in eum » qui fecit cœlum et terram, vel « in eum » qui fecit angelos cæterasque cœlestis gloriæ virtutes ; sed ait : « qui suscitavit Dominum Jesum a mortuis. » Qua ergo de causa ad comparationem fidei Abrahæ titulus iste resurrectionis Domini assumitur requiramus. Nunquid Abraham in eum crediderat qui suscitavit Dominum Jesum a mortuis, cum Jesus tunc nondum fuisset resuscitatus a mortuis ? Velim ergo considerare quid visum sit Paulo promittenti nobis quia sicut Abrahæ reputata est credenti fides ad justitiam, ita et nobis reputabitur credentibus in eum qui suscitavit Jesum Dominum nostrum a mortuis. In quo ego pro parvitate sensus mei illud adverto, quod multo sit magnificentius in laudibus Dei resuscitasse Jesum Dominum nostrum a mortuis, quam fecisse cœlum et terram, creasse angelos, et cœlestes condidisse virtutes. Illud enim fuit facere quæ non erant, hoc autem reparare quæ perierant. Illud fuit nondum deleta instituere, hoc jam deleta restituere (18). Illud denique jussione, hoc passione perfectum est. Sed hujus tanti tamque magnifici

[80] Rom. IV, 1. [81] I Cor. VII, 9. [82] Gen. XVIII, 11. [83] Philip. III, 7, 8. [84] Galat. III, 16. [85] Rom. IV, 20. [86] Coloss. III, 5. [87] I Cor. XV, 41. [88] Galat. IV, 19. [89] Matth. XII, 50. [90] I Tim. II, 15. [91] Rom. IV, 23-25. [92] Gen. XV, 6.

(11) Al., « et seminis ejus [al., et semine ejus] dicerem, non debuerim de Christo dicere. »

(12) Alias, « intelligeres. » Al., « intelligi debere sentiret. »

(13) Al., « Non enim tantam gloriam, quantam, » etc.

(14) Alias, « et opera tua, » etc.

(15) *A stella*. Hæc verba desunt in editis, et in pluribus mss.

(16) Editi, « paremus, » male.

(17) Alias, « qui credidit. »

(18) Editi, « quod perierat. Illud fuit nondum de-

mysterii in fide Abrahæ forma et imago præcesserat. Ille enim crediderat cum offerre unicum juberetur, quia et a mortuis eum suscitare potens esset Deus; crediderat etiam quod non illi tantum Isaac res tunc gereretur, sed et semini ejus qui est Christus, plena sacramenti veritas servaretur. Inde denique gaudens unicum offerebat, quia in eo non interitum posteritatis, sed reparationem mundi, et innovationem totius creaturæ, quæ per resurrectionem Domini restituta est, cogitabat, et ideo dicit Dominus de eo, quia « Abraham pater vester exsultavit ut videret diem meum; et vidit et gavisus est [93]. » Hoc ergo modo competenter videbitur habita comparatio fidei Abraham, et eorum qui credunt in eum qui suscitavit Dominum Jesum; quia quod ille futurum credidit, a nobis creditur factum. Simul autem et illud ostenditur quod hæreticis non placet, quia Deus cui credidit Abraham, et fidem ejus ad justitiam (19) reputavit [94], ipse est qui et Dominum Jesum resuscitavit a mortuis; nec relinquitur locus ut alius Deus legis, alius Domini nostri Jesu Christi Pater intelligatur. Sed adhuc requiramus, cum sint quamplurima quæ Christus esse dicitur (nam et sapientia, et virtus, et justitia, et verbum, et veritas, et vita ipse appellatur [95]) cur potissimum de resurrectione ejus in fide nostra Apostolus (20) faciat mentionem. Dicit in aliis idem Apostolus, quia « cum Christo coexcitavit nos Deus, et simul cum ipso sedere fecit in cœlestibus [96]. » Hoc est ergo quod admonet: Si creditis Christum surrexisse a mortuis, credite etiam vosmetipsos cum ipso pariter surrexisse; et si creditis quia sedet ad dexteram Patris in cœlis, etiam vosmetipsos credite jam non in terrenis, sed in cœlestibus collocatos; et si creditis vos Christo commortuos, credite quia et convivetis ei; et si creditis quia Christus mortuus est peccato, et vivit Deo, etiam vos mortui estote peccato, **534** et vivite Deo [97]. Et hoc est quod auctoritate apostolica protestatur, et dicit: « Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens; quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram [98]; » quia qui hæc agit, hic se ostendit credere in eum qui suscitavit Jesum Dominum nostrum a mortuis, et huic vere fides reputatur ad justitiam. Neque enim possibile est ut habenti in se aliquid injustitiæ possit justitia (21) reputari, etiam si credat in eum qui suscitavit Dominum Jesum a mortuis. Injustitia namque cum justitia nihil potest habere commune,

A sicut nec lux cum tenebris, nec vita cum morte [99]. Ita ergo et credentibus quidem Christo, nec tamen deponentibus veterem hominem cum actibus suis injustis [1], fides reputari non potest ad justitiam. Simili autem modo possumus dicere, quia sicut injusto non potest justitia reputari, ita nec impudico pudicitia, nec iniquo æquitas, nec avaro liberalitas, nec impio pietas reputari potest, donec vetusta vitiorum indumenta non abjicit, et « novum » se induit (22) « hominem, qui secundum Deum creatus est, et renovatur in agnitione Dei ad imaginem ejus qui creavit eum [2]. » Propterea enim et in sequentibus adjungit et dicit de Domino Jesu: « Qui traditus est, inquit, propter peccata nostra, et resurrexit propter justificationem nostram [3]; » ut
B ostendat quia ea pro quibus Christus traditus est, etiam nos abhorrere debeamus, et abjicere. Si enim propter peccata nostra traditum eum credimus, quomodo non alienum nobis et inimicum ducitur omne peccatum, pro quo Redemptor noster traditus memoratur in mortem? Nam si nobis aliqua rursum societas cum peccato, aut amicitia fiat, ostendimus quod nihil ducamus mortem Christi Jesu, amplectentes et sequentes ea quæ ille expugnavit et vicit. Idque totum simul connectens Apostolus, tanquam corpus ipsum peccati, indumentum veteris hominis appellavit, quod deponendum suadet [4] his qui credunt ei qui suscitavit Dominum Jesum a mortuis, ut abjecto indumento injustitiæ induant se Do-
C minum Jesum, qui est verum justitiæ indumentum (23), ut merito credentibus fides ad justitiam reputetur. « Traditus est ergo propter peccata nostra, et resurrexit propter justificationem nostram [5]. » Etenim si consurreximus cum Christo, qui est justitia, et in novitate vitæ ambulamus, et secundum justitiam vivimus, surrexit nobis Christus ad justificationem nostram. Si vero nondum deposuimus veterem hominem cum actibus suis, sed in injustitia vivimus, audeo dicere quod nondum nobis resurrexit Christus ad justificationem, nec traditus est propter peccata nostra. Si enim hoc credo, quomodo illud amo, pro quo ille pertulit mortem? Si hoc credo quod ille ad justificationem meam surrexit, quomodo mihi (24) injustitia pla-
D cet? Justificat ergo eos Christus tantummodo qui novam vitam exemplo resurrectionis ipsius susceperunt, et vetusta injustitiæ atque iniquitatis indumenta velut causam mortis abjiciunt. Sed illud velim requirere, si pro hoc solo dicit Apostolus quia

[93] Joan. VIII, 56. [94] Rom. IV, 3. [95] I Cor. I, 24, 30; Joan. I, 1; XIV, 6. [96] Ephes. II, 6. [97] Rom. VI, 8, 10, 11. [98] Coloss. III, 1, 2. [99] II Cor. VI, 14, 15. [1] Coloss. III, 9. [2] ibid. 10. [3] Rom. IV, 25. [4] Coloss. III, 9, 10. [5] Rom. IV, 25.

jecta instituere, hoc autem dejecta restituere. » Sed codices nostri mss. legunt, alii « dilecta, » sicut et Rabanus; alii, « deleta; » alii vero « dirupta. »

(19) *Ad justitiam.* Editi, « Dei justitiam. »

(20) *In fide nostra Apostolus*, etc. Sic recte duo potiores mss. Regii. Alii et editi, « in fide nunc Apostolus, » etc.

(21) Alias, « justitiæ. »

(22) Sic mss. nostri, Salodianus et Merlinus. Genebrardus vero, « indumenta abjiciat, et novum se inducat, » etc., pro « induat, » ut legunt Salodianus et Merlinus.

(23) Alias, « quod est verum justitiæ indumentum. »

(24) *Mihi.* Desideratur in antea editis.

« non propter » Abraham « solum (25) scriptum est, sed et propter nos [6], » quod dixit : « Credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad justitiam [7]. » Putasne solus hic sermo ex omnibus quæ dicuntur de Abraham, non solum propter illum, sed et propter nos scriptus est ? An et alia aliqua videbuntur non solum propter illum, sed et propter nos scripta ? An certe omnia quæ de ipso dicuntur, non de ipso solo, sed et pro nobis dicuntur (26) ? Et non solum de Abraham, sed vide ne forte hæc eadem etiam de Isaac similiter accipienda sint, ut quæ de ipso scripta sunt, non ipsum solum, sed et nos aspiciant. Similiter et de Jacob et cæteris patriarchis. Nam quæ ratio videbitur ut de Abraham quidem quæ scripta sunt, etiam ad nos pertinere dicantur, non autem simili forma etiam de Isaac, et de Jacob, et de Juda, vel de Joseph, et cæteris ? Quod si nihil rationis videbitur cur de uno patriarcha hoc ita accipi debeat, et non etiam de cæteris, consequens erit ut de omnibus quæ scripta sunt, non solum propter illos qui tunc erant, sed et propter nos scripta videantur. In quo (27) me præcipue suadet ita sentire ille Evangelii sermo, in quo Dominus et Salvator noster ad eos qui sibi dixerant, quia « pater noster Abraham est » respondit : « Si semen Abrahæ essetis, opera utique Abrahæ faceretis. Nunc autem quæritis me occidere, hominem qui veritatem locutus sum vobis, quam audivi a Patre meo : hoc Abraham non fecit [8]. » Per quod utique ostendit, quia qui faciunt opera Abrahæ, isti sunt filii Abrahæ (28) ; et propter illos scripta sunt, quæ de Abraham scripta sunt. Hic jam sapientis viri et a Deo illuminati est intueri et perspicere quomodo unumquodque opus quod de Abraham scribitur, in semetipso videatur expleri ; verbi gratia, quod dictum est ad illum [9] : « Exi de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et veni **535** in (29) terram quam tibi ostendam : » quomodo et is qui de semine Abrahæ esse ex operibus vult videri, his debeat obsequi, quæ utique sunt non propter illum tantum scripta, sed et propter eos qui credunt in eum qui suscitavit Jesum Dominum nostrum a mortuis ; et cum hæc impleverit, quomodo sperare etiam illud quod subjungitur debeat, id est : « Et faciam te in gentem magnam et benedicam te, et magnificabo nomen tuum, et eris benedictus : et benedicam benedicentes te, et maledicam maledicentes te, et benedicentur in te omnes tribus terræ [10] ; » et iterum cum dicit Scriptura : « Abiit autem Abraham secundum ea quæ locutus

A est ei Dominus [11] : » quomodo etiam hoc non solum propter Abraham, sed et propter nos scriptum videatur, ut ambulemus secundum omnia quæ locutus est Dominus. Sed et de Isaac, vel de cæteris quæ similiter scribuntur, quomodo etiam ad nos pertinere videantur. Non est autem præsentis temporis omnia nos adducere in medium, et singula quæque discutere, quo ordine etiam in nobis qui credimus in eum cui credidit Abraham, quæ de Abraham vel de cæteris sanctis in Scripturis divinis dicta vel facta sunt compleantur : sed in quantum præsentis operis necessitas patitur, aperuimus viam qua latius qui in Scripturis exerceri desiderat, possit incedere. Hactenus de ratione fidei ejus quæ ad justitiam reputata est, et diversarum
B legum observantia, ac præputii circumcisionisque diversitate, disputationis sermo cucurrerit. Nunc jam qualiter hi qui ex fide, et non ex operibus justificati sunt, informentur (30) ab Apostolo, videamus.

8. « Justificati igitur ex fide, pacem habeamus ad Deum (31) per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem et accessum habemus per fidem in gratiam istam in qua stamus, et gloriamur in spe gloriæ Dei [12]. » Apertissime per hoc eum qui intellexit (32) quid sit ex fide et non ex operibus justificari, ad pacem Dei quæ superat omnem mentem [13], in qua et summa perfectionis consistit, invitat. Sed ut diligentius sensum perspiciamus Apo-
C stoli, quid sibi velit pacis nomen, et ejus pacis quæ per Dominum nostrum Christum est, perquiramus. Pax dicitur ubi nemo dissidet, nemo discordat, ubi nihil hostile, nihil barbarum geritur. Nos ergo qui aliquando fuimus inimici Dei, sequentes hostem et tyrannum diabolum, nunc si illius arma projicimus, et signum Christi et crucis ejus vexilla suscipimus (33), pacem utique habemus ad Deum, sed per Dominum nostrum Jesum Christum qui nos per hostiam sanguinis sui reconciliavit Deo, sicut scriptum est [14] : « Cum essemus inimici Dei, reconciliati sumus per sanguinem crucis Filii ejus (34). » Et alibi idem Paulus addidit his dicens : « Rogamus pro Christo, reconciliamini Deo [15]. » Si quis ergo habet pacem ad Deum, et reconciliatus est (35) per
D sanguinem Christi, ultra non contingat (36) ea quæ inimica sunt Deo. Vis autem audire quæ sunt ista quæ inimica sunt Deo? Paulus ipse te docet, qui ait : « Sapientia carnis inimica est Deo : legi enim Dei non est subjecta [16]. » Si ergo carnaliter sapias,

[6] Rom. IV, 23. [7] ibid. 3. [8] Joan. VIII, 39, 40. [9] Genes. XII, 1. [10] ibid., 2, 3. [11] ibid. 4. [12] Rom. V, 1, 2. [13] Philip. IV, 7. [14] Rom. V, 10. [15] II Cor. V, 20. [16] Rom. VIII, 7.

(25) *Solum.* In editis omittitur.

(26) Al., « quæ dicuntur de ipso solo, sed et pro nobis dicuntur. »

(27) Alias, « In quod ; » al., « idque. »

(28) Ms. unus habet, « juste fiunt filii Abrahæ. »

(29) *In.* Merlinus et Genebrardus, « ad, » male.

(30) Ms. codex Vallis-Claræ, et unus Regius, « confirmentur. »

(31) Alias, « habemus ad Deum. »

(32) Editi, « in spe gloriæ filiorum Dei. Apertissime enim per hæc quæ intellexit, » etc.

(33) Mss. nostri : alii, « projicimus... suscipimus ; » alii, « projecimus.. suscepimus.. » alii, « projiciamus.. suscipiamus. »

(34) Editi, « reconciliati sumus Deo. Si quis ergo habet, » etc. Mss. quidam pro « crucis Filii ejus » habent « crucis ejus, » omissa voce « Filii. »

(35) Ms. unus : « Si quis ergo habebatur inimicus Dei, et reconciliatus est, » etc.

(36) Editi, « non cogitat, » male.

vel vitam tuam cupiditatibus carnis exponas, et affluentia deliciarum resolvaris (37), aut si de legis intellectu carnaliter et non spiritaliter sentias, et hæc assertionibus humana arte quæsitis, magis quam spiritali gratia et intellectu subtiliore defendas, per sapientiam carnis inimicus efficeris Deo. Nec solus hæc Paulus in suis Litteris scribit: audi et Jacobum fratrem Domini similia protestantem, cum dicit: « Qui voluerit amicus esse sæculi hujus, inimicus Dei constituetur [17]. » Sed et Joannes paria testatur: « Filioli, inquit, nolite amare mundum, neque ea quæ (38) in mundo sunt: quoniam omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum, et superbia vitæ (39), quæ non est ex Deo [18]. » Igitur in quo hæc sunt, non potest habere pacem ad Deum, sed rursum inimicitias suscitat, illas pro quibus solvendis Christus advenit, sicut et idem Apostolus dicit de Christo: « Ipse est enim pax nostra, qui fecit utraque unum, et medium parietem sepis solvens, inimicitias in carne sua: legem mandatorum in decretis evacuans, ut duos conderet in semetipso, in uno novo homine faciens pacem [19]. » Quod si Christus advenit ut inimicitias solveret, pacem faceret, ac dissidentes nos propter sepem malitiæ quam peccando texuimus, reconciliaret Deo peccati sepe resoluta: qui iterum ad peccata convertitur, sine dubio rursus inimicitias reparat, et sepem dissensionis intexit, et per hæc opus Christi solvit, et crucem passionis ejus evacuat. Sed nos « justificati ex fide, pacem habeamus **536** ad Deum per Dominum nostrum Jesum Christum. » Habeamus pacem ut ultra non adversetur caro spiritui, nec legi Dei obsistatur a lege membrorum. Non sit in nobis « est et non [20], » sed unum dicamus omnes, eadem sapiamus, nec intra nosmetipsos, nec extrinsecus ad invicem habeatur ulla dissensio, et tunc pacem habebimus (40) ad Deum per Dominum nostrum Jesum Christum. Illud autem certissime sciendum est, quia omnis in quo est malitiæ vitium, nunquam potest habere pacem. Dum enim semper cogitat quomodo lædat proximum suum, dum semper nocendi artes requirit, nunquam mens ejus in pace consistit. Quod si requiras a me quomodo justus potest habere pacem, qui impugnatur a diabolo, qui tentationum bella sustentat, ego ipsum magis supra omnes cæteros habere dixerim pacem. Vide enim et Apostolus quam observanter scribat. Non dixit: « Justificati igitur ex fide, pacem habeamus, » et siluit; sed adjungit: « Pacem

A habeamus ad Deum: » sciens quia bellum contra diabolum pacem præstat (41) ad Deum, et tunc magis in pacem Dei venimus, quando adversum diabolum persistimus impacati (42), et quando adversum carnis vitia dimicamus. Denique et Jacobus apostolus ita dicit: « Resistite diabolo, et fugiet a vobis: appropinquate Deo, et appropinquabit vobis [21]. » Vides et ipsum ita sensisse, quod tunc appropietur Deo, quando resistitur diabolo. « Pacem » ergo « habeamus ad Deum per Dominum nostrum Jesum Christum. » Et addidit: « Per quem et accessum habemus in gratiam istam in qua stamus. » Quomodo accessum habemus ad gratiam per Dominum nostrum Jesum Christum, ipse Salvator dicit: « Ego sum ostium [22]; » et: « Nemo venit ad Patrem, nisi per me [23]. » Per ipsum ergo qui ostium

B est (43), accessum habemus ad gratiam. Sed videamus quale est ostium, ut sciamus quales esse debeant qui intrent per ipsum, et accessum habeant ad gratiam. Istud ostium veritas est, et per ostium veritatis non possunt introire mendaces. Et rursum istud ostium justitia est, et per ostium justitiæ non ingrediuntur injusti. Istud ostium dicit: « Discite a me quia mitis sum et humilis corde [24]. » Per ostium ergo humilitatis et mansuetudinis nec iracundus ingreditur, nec superbus. Si quis itaque est qui secundum Apostoli verbum, per Dominum nostrum Jesum Christum accessum vult habere in gratiam Domini, in qua Paulus, et si qui sunt similes ejus, stare se dicit, oportet eum ab his omni-

C bus quæ supra memoravimus esse purgatum. Alioquin non patietur hoc ostium introire eos per se qui ea quæ a se aliena sunt gerunt, sed continuo clauditur et transire per se non sinit dissimiles sibi. Hoc nimirum est quod et illis quinque insipientibus virginibus accidit, quæ quoniam oleum bonorum operum in vasculis suis non collegerant, venientes post moras, clausum ostium invenerunt [25]. Nec enim poterant insipientes animæ per ostium introire sapientiæ, et accessum habere in gratiam (44). Bene autem apostolus Paulus in gratia stare se dicit, qui et alibi dixit: « Abundantius autem quam omnes illi laboravi: non autem ego, sed gratia Dei mecum [26]. » Unde si quis est alius qui labo-

D ret abundantius, et qui glorietur in infirmitatibus suis, qui in periculis sæpe versetur, « periculis maris, periculis fluminum (45), periculis latronum, periculis in falsis fratribus [27], » et in his omnibus stet semper in fide, iste similiter stare dicitur in gratia. Sed et quod sequitur, « Et gloriamur in spe gloriæ

[17] Jacob. IV, 4. [18] I Joan. II, 15, 16. [19] Ephes. II, 14, 15. [20] I Cor. I, 17-19. [21] Jacob. IV, 7, 8. [22] Joan. X, 9. [23] Joan. XIV, 6. [24] Matth. XI, 29. [25] Matth. XXV, 8, 10. [26] I Cor. XV, 10 [27] II Cor. XI, 26.

(37) Alias, « resolvas. »

(38) Editi, « pari spiritu attestatur: Filioli, nolite amare ea quæ, » etc. Ms. unus habet « Filioli mei, » pro « Filioli, inquit. » Rabanus, et mss. quidam omittunt et « inquit » et « mei. »

(39) *Et superbia vitæ.* Hæc verba non comparent in mss. nostris, nec apud Rabanum.

(40) Alias, « habemus. »

(41) Sic omnes mss. nostri. Editi vero, « patrat. »

(42) Alias, « contra peccata; » al., « in peccatis, » male.

(43) Alias, « quia ostium est. »

(44) Alias, « in gratiam istam. »

(45) *Periculis fluminum.* Hæc adduntur verba ab uno ms. Regio et a Rabano.

Dei [28], » quale sit videamus. Movet me cur non dixerit gloriari se in gloria Dei, sed « in spe gloriæ Dei : » in quo deesse quidem aliquid elocutionis videtur, ita ut subaudiri debeat, « in spe » videndæ « gloriæ Dei. » Edocet autem nos per hæc, sicut et alibi ipse dicit, quia « quæ sperantur, æterna sunt; quæ autem videntur, temporalia [29]. » Nam vidisse dicitur et Moyses gloriam Dei [30]; vidisse dicitur et populus in consecratione domus Domini gloriam Dei Israel [31]. Sed et de hujusmodi gloria quæ videri potuit, ausus est Paulus, qui erat mysteriorum Dei gnarus, pronuntiare [32], quod illa gloria destruetur, quæ etiam in vultu Moysi videbatur. Hæc autem gloria quæ speratur, de qua dicit, « In spe gloriæ Dei [33], » nunquam destruetur. Est enim talis de qua idem Apostolus dicit loquens de Christo : « Qui est, inquit, splendor gloriæ, et figura expressa substantiæ ejus [34]. » Hujus ergo gloriæ videndæ spem gerunt hi de quibus dictum est : « Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt [35], » tunc cum jam aufugerit dolor, et tristitia, et gemitus, et cum ea quæ in speculo nunc videntur et in ænigmate, destruentur, et manebunt (46) illa quæ sunt facie ad faciem [36]. Quod si cui forte videbitur huic expositioni nostræ illud econtrario objici posse quod ipse Apostolus dicit : « Nos autem revelata facie gloriam Domini speculantes, eadem imagine transformamur a gloria in gloriam, tanquam a Domini Spiritu [37]; » et dicit : Quomodo adhuc spem gloriæ gerit, qui revelata jam facie speculari se dicit gloriam Domini, et a gloria in gloriam transformari? vide
537 si possimus hoc modo solvere quod objectum est. Differentias mihi Apostolus videtur ostendere gloriarum, et aliam fuisse gloriam quæ Moysi ministerio (47) revelata est, de qua jam in superioribus diximus : aliam fuisse quæ in adventu carnali Salvatoris ministrata est, de qua dicit et Joannes in Evangelio : « Et vidimus gloriam ejus, gloriam tanquam Unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis [38]. » De qua gloria non possumus dicere quod ipsa sit quæ speranda est : hanc enim vidisse dicunt apostoli ; et vera est illa sententia quæ dicit : « Quod enim videt quis, quid sperat [39]? » Illa vero gloria (48) quæ speranda est, de qua etiam in præsenti loco dicit Apostolus gloriari se (49) « in spe gloriæ Dei, » potest ipsa intelligi de qua Salvator dicit in Evangelio : « Cum venerit Filius hominis in gloria Patris, et sanctorum angelorum [40]. » Quod autem dixit, « Patris, et sanctorum angelorum, » non quod Dei Patris et angelorum unam esse glo-

A riam dicat ; sed hoc mihi videtur ostendere, quod istæ gloriæ quæ vel per Moysen prioribus, vel nobis per adventum carnis Christi delatæ sunt, non fuerunt angelorum, sed hominum ; hominibus enim ministratæ sunt, et fuerunt ejus mensuræ quas capere homines possent : illa vero, in qua Filius hominis ad judicium mundi venturus est, gloria Patris tanta erit, quæ a solis angelis capi possit. Si vero etiam sanctorum aliqui capaces illius gloriæ exstiterint, illi nimirum erunt de quibus dicitur, Quia « erunt sicut angeli Dei [41]. » Et hoc modo recte de futura gloria, quæ speranda est, dictum videtur quod Filius hominis veniat « in gloria Patris, et sanctorum angelorum, » id est, quam non jam homines terreni, sed sancti angeli capere mereantur.
B Pro capacitate etenim mentium dispensat Deus etiam magnitudines gloriarum. Sed sicut istam gloriam quam vidisse se apostoli in Evangeliis dicunt, « gloriam tanquam Unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis [42], » nec credere quis, nec capere potuit, nisi et illa gloria quæ per Moysen (50) in lege ministrata est, viam tenuisset intelligentiæ, sicut contestatur ille qui dicebat ad Nathanael : « Quem scripsit Moyses, et prophetæ, invenimus Jesum a Nazareth [43] : » (in quo utique ostendit, quia ex Lege et Prophetis illuminati, hujus gloriæ, quæ erat tanquam Unigeniti a Patre, lumen aspexerint) ita et quod Apostolus dixit [44], « Nos autem revelata facie gloriam Domini speculantes, eadem
C imagine transformamur a gloria in gloriam, tanquam a Domini Spiritu, » intelligi debet quod et qui istam gloriam Unigeniti revelata facie, hoc est, plena fidei intelligentia contemplatur (51), eadem imagine qua de Lege venit ad Evangelia, et ad carnalem Salvatoris adventum, illuminato per fidem cordis intuitu, in secundum nihilominus gloriæ adventum aciem mentis intendat, et a gloria præsenti ad futuram quæ speratur gloriam transformetur. Unde arbitror nec posse quempiam, nec mereri futuræ illius gloriæ fieri capacem, nisi jam hinc usum et meditationem quamdam ejus accipiat, secundum quod Apostolus dicit [45], in speculo eam (52) et in ænigmate contuendo, ut ex hac imagine meditationis assiduæ, quam in carne po-
D situs de divina gloria gerit, paratior ad capacitatem veræ illius gloriæ per virtutem sancti Spiritus transferatur.

9. « Non solum autem, sed et gloriamur in tribulationibus, scientes quia tribulatio patientiam operatur, patientia vero probationem, probatio vero spem ; spes autem non confundit, quia charitas

[28] Rom. v, 2. [29] II Cor. iv, 18. [30] Num. xvi, 43. [31] Levit. x, 23; III Reg. viii, 11. [32] II Cor. iii, 7. [33] Rom. v, 2. [34] Sap. vii, 26; Hebr. i, 3. [35] Matth. v, 8. [36] I Cor. xiii, 12. [37] II Cor. iii, 18. [38] Joan. i, 14. [39] Rom. viii, 24. [40] Luc. ix, 26. [41] Matth. xxii, 30. [42] Joan. i, 14. [43] ibid. 45. [44] II Cor. iii, 18. [45] I Cor. xiii, 12.

(46) Alias, « ut maneant; » al., « et manent. »
(47) Ms. unus, « Moysi in mysterio. »
(48) Editi, « quæ speratur. Illa vero gloria, » etc., omissis intermediis.
(49) *Se*. Deest in editis.
(50) Alias, « nisi et in illa gloria quæ per Moysen, » etc.
(51) Alias, « plenam [al., plena] fidei intelligentiæ contempletur. »
(52) *Eam*. In editis omittitur.

Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis [46]. » Primus statim sermo capituli hujus ambiguitatis aliquid continet : non enim habet in consequentibus ad quid referri (53) debeat quod dixit : « non solum autem. » Unde vide si possimus hoc modo ambiguitatem elocutionis absolvere. Quoniam in superioribus multa nobis per Dominum nostrum Jesum Christum præstita esse perdocuit, ut cum dicit justificatos nos esse ex fide per Dominum nostrum Jesum Christum, et per ipsum accessum habere in gratiam istam, per ipsum etiam gloriari in spe gloriæ Dei [47]; ad hæc omnia quæ dicta sunt, referri puto debere, « non solum autem : » hoc est, non solum autem quæ supra (54) dixi ; sed et hoc quod gloriamur in tribulationibus nostris, per Dominum nostrum Jesum Christum habemus. Cæteris enim in tribulatione tristantibus, nos gratiæ ipsius virtute roborati, in tribulationibus gloriamur. Didicimus namque novam ex eruditione ipsius disciplinam, ut per tribulationes bonum patientiæ capiamus : habentes vero patientiæ bonum probabiles judicemur : et per patientiam multarum tribulationum probati, spem futuræ (55) a Deo remunerationis habeamus : quæ spes, quia certa et vera est, non confundit sperantes. Fidem namque **538** et spem consequitur charitas Dei, quæ omnium major (56) est [48], et non solum replet mentem nostram, sed et abundat ac diffunditur in cordibus nostris, pro eo quod non humana a nobis arte acquiritur (57), sed per gratiam sancti Spiritus infunditur. Hæc secundum sermonis ipsius vel litteræ consequentiam pro adapertione (58) apostolici eloquii explanata sint. Nunc jam quid interior sensus contineat requiramus. Et primo de gloriatione videamus quod dixit : « Gloriamur in tribulationibus nostris. » Sermo enim gloriationis (59), interdum laudabiliter in Scripturis, interdum culpabiliter ponitur. Etenim cum dicit Jeremias : « Hæc dicit Dominus : Non glorietur sapiens in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua, neque glorietur dives in divitiis suis : sed in hoc glorietur qui gloriatur, intelligere et agnoscere me, quia ego sum Dominus qui statuo misericordiam, et judicium, et justitiam super terram [49]; » in uno eodemque capitulo gloriationem et laudabiliter et culpabiliter posuit. Nam si quis, inquit, gloriatur vel in sapientia sua, vel in fortitudine, vel in

A divitiis, culpabiliter gloriatur : si quis vero in agnoscendo Dominum gloriatur, et in intellectu judiciorum ejus, et misericordiæ, et justitiæ, laudabiliter gloriatur. Cum ergo sermo iste ad utrumque respiciat, requirendum nobis est in quibus recta gloriatio sit, et in quibus minus recta gloriatio. Quod ita demum poterimus agnoscere, si naturas rerum competenti distinctione teneamus. Quod autem dicimus tale est. Omnia quæ sunt vel aguntur, aut bona sunt, aut mala, aut indifferentia. De quibus quamvis latior haberi debeat disputatio, tamen quantum ad præsentem locum sufficit proferemus. Bona illa certum est proprie dici, quæ ad virtutes animi pertinent ; et mala ea sola definiri, quæ ad malitiam spectant, et contra legem

B Dei aguntur ; cætera vero indifferentia esse, id est, neque bona, neque mala nominanda (60), ut sunt divitiæ, species corporis, et fortitudo vel proceritas, atque ea quæ corporis usibus serviunt. Si quis igitur distinctionem diversitatis hujus ignorat, et gloriatur in his quæ non sunt vere bona, nec ad virtutem animi pertinent, culpabiliter gloriatur. Paulus vero, qui in his erat peritissimus, cum dixisset, quia « gloriamur in tribulationibus nostris, » ne forte putaretur in rebus indifferentibus et mediis gloriari, reddit continuo rationem, et ostendit quod gloriatio sua, quam in tribulationibus habet, ad virtutes animi pertineat. Dicit enim, quia « tribulatio, » pro qua glorior, « patientiam operatur,

C patientia vero probationem, probatio vero spem, spes vero non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum ; » et in his edocet quod per succedentes sibi virtutes gloriatio tribulationum usque ad sancti Spiritus culmen (61) ascendat, sicut et alibi dicit : « Qui gloriatur, in Domino glorietur [50]. » Neque ergo in sapientia propria, neque in fortitudine, neque in divitiis, sed in solo Deo convenit gloriari. Sed fortasse dicas : Nunquid non sapientia ad virtutes animi spectat ? Et cur culpabile ducitur in sapientia gloriari ? Vide ergo quam cautus (62) est Scripturæ sermo, qui impolitus videtur et agrestis. Non dixit : « Non glorietur sapiens in sapientia, » et siluit ; sed ait : « Non glorietur sapiens in sa-

D pientia sua [51]. » Qui enim in sua, et non in Dei sapientia gloriatur, culpabiliter gloriatur, quia et alibi dicit propheta : « Væ his qui sapientes sunt apud

[46] Rom. v, 3-5. [47] ibid., 1, 2. [48] I Cor. xiii, 13. [49] Jerem. ix, 23, 24. [50] I Cor. i, 31. [51] Jerem. ix, 23.

(53) Alias, « aliquid ad quod referri, » etc.

(54) Editi, « non solum autem hæc : non solum autem quæ supra, » etc. Sed omnes mss. nostri et Rabanus ut in nostro textu.

(55) Ms. unus, « et per patientiam multarum tribulationum probationem ; per probationem spem futuræ, » etc.

(56) Editi, « quæ est omnium maxima. »

(57) Mss. nostri hic sibi non cohærent. Unus solus habet « acquiritur, » alii, « quæritur : » deinde alter itidem solus habet « infunditur, » cæteri vero « inundatur, » et alius « mundatur. » Sed tamen legendum videtur ut in nostro textu. Editi et Rabanus habent « quæritur » et « inundatur. »

(58) Editi, « ad apertionem. »

(59) Editi plerique, « Gloriam in tribulationibus nostris. Sermo etiam gloriationis, » etc.

(60) Sic omnes mss. nostri et Rabanus. Editi vero, « neque bona, nec quæ ad virtutem animi pertinent, neque mala nominanda, » etc.

(61) Sic omnes mss. nostri ; editi vero, « cultum. »

(62) Editi, « astutus. »

semetipsos, et in conspectu suo eruditi [52]. » Dei ergo sapientia est Deum cognoscere, et intelligere misericordiam ejus, et judicium, et justitiam quam fecit super terram [53], in quo qui gloriatur, in Domino gloriatur. Humana vero sapientia non potest scire et intelligere Dominum, neque agnoscere judicia, et misericordiam, et justitiam ejus quam fecit super terram ; et ideo indifferens est, et media. Potest enim fieri ut ex hac humana sapientia eruditus quis, ad intelligentiam divinæ sapientiæ paratior veniat, et in hac exercitatus ad illam capacior fiat. Simili modo qui utitur cæteris quæ media esse diximus, fortitudine duntaxat, vel divitiis : quæ dum media sunt, hoc est, dum non in opere Dei quis fortis est, neque in misericordiis pauperum dives, gloriari neque in fortitudine, neque in divitiis debet. Si vero ista quæ media sunt, ad animi virtutem, et ad fructum boni operis convertantur, gloriatione digna efficiuntur : sicut rursum si ad malum opus conferantur, ut per divitias quis opprimat pauperem, et per fortitudinem prosternat infirmum, jam non hæc media, sed mala esse putantur. Idcirco igitur natura sui indifferentia et media dicuntur, quia et ad malum opus sociata, mala dici possunt, et bonis operibus juncta, bona appellari. Sine hac vero inclinatione **539** ad alterum e duobus, qui ea bona dicunt, imperiti et ignari rationabilium definitionum appellationumque credendi sunt. Abusive tamen et fabrum dicimus sapientem, et gubernatorem, et architectum, et mulierem texendi sapientem nominamus. Quod ergo in præsenti capitulo Apostolus dicit, « Quia tribulatio patientiam operatur, » si patientiam unam esse ex animi virtutibus constat, tribulatio sine dubio quæ virtutes animi parit, neque mala, neque indifferens, sed bona appellanda est. In tantum (63) autem, sicut supra diximus, patientia virtus animi dicenda est, ut per patientiam dicat probationem nostri fieri, et per probationem spem dari : quæ utique quoniam in Deo sita est, qui virtutum omnium pater est, non confundit sperantem. Simul enim cum spe et charitatis abundantiam tenet, quæ primo loco, quia « major omnium est charitas [54], » Spiritui copulatur. Quod si quis nobis occurrat, et dicat medium esse et indifferens tribulationem, quoniam quidem invenimus etiam malos et impios tribulari (64), et non continuo quia tribulantur pro malis actibus suis, virtus animi tribulatio eorum reputanda est : vide si possimus hoc modo respondere, quod tribulatio quidem proprie sanctorum est ; impiorum autem et injustorum tribulatio flagella appellentur. Denique in Psalmo sic dicit : « Multæ tribulationes justorum [55]. » De istis autem ait : « Multa flagella peccatoris [56]. » Et fortassis propterea tribulatio et angustia ad sanctos pertinet, quia ipsi sunt qui arctam et angustam viam incedunt, et propterea tribulari dicuntur. Quod etiam in ipso Domino, qui vera est via quam sancti incedunt, intellexisse apostolos arbitror, cum ad eum dicerent : « Turbæ te comprimunt et coarctant, Magister [57]. » Tribulationes ergo justorum non solum eas debemus accipere quæ extrinsecus veniunt ex istis rebus quas indifferentes vel medias supra diximus, id est vel damnis, vel languoribus, vel ex quolibet corporis cruciatu : sed et in eo quod etiam in requie positi semetipsos affligunt, et atterunt resistendo voluntatibus suis, refrenando libidinem, coercendo licentiam (65), et omnia quæ ad bonum continentiæ pertinent profligando, secundum hunc ipsum qui dixit : « Macero corpus meum, et servituti subjicio, ne forte cum aliis prædicavero, ipse reprobus efficiar [58]. » Et hoc modo justorum tribulatio non potest indifferens dici, sed aperte bona, per quam bona virtutis implentur. Injusti vero, etiamsi tribulentur, quod magis a Scriptura flagella diximus appellari, quoniam nihil in his ipsis flagellis et correptionibus secundum virtutem animi gerunt, nihil ad patientiam ducunt, nec probationem per patientiam sperant : idcirco in illis non tribulatio quæ ad hæc bona pervenit, sed flagella, ut Scriptura voluit, nominanda sunt, etiam si abusive aliquando et super injustos dici tribulationis nomen invenias. Ut autem scias quia justorum tribulatio non angustat animi virtutem, sed potius dilatat, audi et ipse Paulus Corinthiis scribens quomodo ista distinguat ; dicit enim ita : « In omnibus tribulationem patimur, sed non angustamur ; dejicimur, sed non perimus [59]. » Vides quoniam se tribulationem pati non in uno, sed in omnibus dicit, hoc est, et in his quæ forinsecus accidunt, et ab aliis inferuntur ; et in his quæ ipse intra semetipsum pro corporis continentia, et optimarum institutionum laboribus perfert : et propterea dicit, quia « in omnibus tribulationem patimur, sed non angustamur. » Neque enim angustari potest qui virtutibus dilatatur. Et ut adhuc quod dicimus hoc modo clarius fiat, ipse Paulus scribit in consequentibus : « Scio et humiliari, scio et abundare, (in omnibus, et ad omnia imbutus sum) et saturari, et esurire, et abundare, et penuriam pati [60]. » Igitur si verum est illud quod superius dixit, « In omnibus tribulationem patimur, » certum est hoc ab eo indicari, quia et cum penuriam patitur, tribulatur ; et cum abundat (66), nihilominus tribulatur. Tribulatur autem in penuria, quia deest ; in abundantia vero, quia semetipsum refrenat, ne per abundantiam resolvatur, vel ne minus competenter ea quæ videntur abundare dispenset. Sic et cum esurit, et cum saturatur, et cum persecutiones patitur, et cum in requie degit. Atque hoc modo qui

[52] Isai. v, 21. [53] Jerem. ix, 24. [54] I Cor. xiii, 13. [55] Psal. xxxiii, 20. [56] Psal. xxxi, 10. [57] Luc. viii, 45. [58] I Cor. ix, 27. [59] II Cor. iv, 8. [60] Philip. iv, 12.

(63) Editi, « interim, » male.
(64) Ms. unus, « et in aliis impios tribulari. »
(65) Ms. unus, « coercendo lasciviam. »
(66) Alias, « abundet. »

in his omnibus tribulatur, recte in tribulationibus suis gloriatur : ex quibus sine dubio nascitur patientia, quæ probabilis effecta pariat spem, quæ eum charitati conjuncta Spiritui sancto consociet (67). Quod autem dixit, « Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, » diligentius considerandum est in quorum cordibus Dei charitas diffundatur. Ego puto quod in illorum qui jam non habent « spiritum servitutis iterum in timore [61], » sed et illorum in quibus « perfecta charitas foras mittit timorem [62], » et quibus spiritus « adoptionis » datur qui clamet in cordibus eorum, « Abba pater [63]. » Non est ergo cujuscunque hominis nisi perfecti, et talis qualis erat Paulus, in cujus corde diffundatur charitas Dei « per Spiritum sanctum. » **540** Sed et illud mihi considerandum videtur, utrumne hic charitatem illam dicat qua nos diligimus Deum, an illam qua diligimur a Deo, diffusam esse per Spiritum sanctum in cordibus nostris. Et si quidem illa charitas qua Deum diligimus intelligatur, sermo iste assertione non indiget : si vero quia dixit effusam esse Dei charitatem in cordibus nostris [64], ista potius intelligenda sit qua diligimur a Deo, certum est quod velut summum et maximum donum sancti Spiritus charitatem ponat, quo velut munere (68) prius suscepto a Deo, per hoc ipsum diligere possimus Deum, quod diligimur a Deo. Nam et ipse Paulus nominat spiritum charitatis [65], et Deus charitas dicitur [66], et Christus filius charitatis appellatur [67]. Quod si et spiritus charitatis, et filius charitatis, et Deus charitas (69) invenitur, certum est quod ex uno Paternæ Deitatis fonte et Filius intelligendus est, et Spiritus sanctus, ex cujus abundantia etiam sanctorum cordibus ad participationem capiendam divinæ naturæ, sicut Petrus apostolus edocuit [68], abundantia charitatis infunditur : ut per istud sancti Spiritus donum compleatur ille sermo quem Dominus dicit : « Sicut tu Pater in me, et ego in te, et isti in nobis unum sint [69] : » divinæ scilicet naturæ participes effecti, in abundantia charitatis per Spiritum sanctum ministratæ.

10. « Adhuc enim Christus, cum essemus infirmi (70), secundum tempus pro impiis mortuus est. Vix enim pro justo quis moritur. Nam pro bono forsitan quis audeat mori [70]. » Plenius volens virtutes charitatis ostendere quam diffusam in cordibus nostris dixerat per Spiritum sanctum, quibus hoc causis intelligere deberemus exposuit, edocens nos (71) quod Christus non pro piis, sed pro impiis mortuus est. Impii namque eramus antequam converteremur ad Deum, et Christus utique mortem pro nobis antequam crederemus excepit : quod procul dubio non fecisset, nisi nimiam erga nos habuisset et abundantissimam charitatem vel ipse Dominus noster Jesus Christus moriendo pro impiis, vel Deus Pater Unigenitum suum pro impiorum redemptione tradendo. Cum enim vix aliquis pro justo moriatur, et dubitet unusquisque mortem subire, etiam si mortis justa sit causa, quantus est hic, et charitas ejus erga nos quanta pensanda est, qui secundum illud tempus quo passus est, pro impiis et injustis mortem perpeti non refugit ? In quo utique summæ illius divinæ bonitatis indicium est. Nisi enim esset hic ex illa veniens substantia, et illius Patris Filius, de quo dictum est, quia « nemo bonus, nisi unus Deus Pater [71], » tantam utique erga nos bonitatem non potuisset ostendere. Unde quia ex hoc tantæ bonitatis indicio ipse esse hic agnoscitur bonus, pro hoc bono forsitan quis et audeat mori. Cum enim cognoverit unusquisque tantam erga se bonitatem Christi, charitatemque ejus habuerit in corde diffusam, non solum mori pro hoc bono, sed et audacter mori desiderabit. Quod rebus ipsis et operibus sæpe videmus impleri, cum hi in quorum cordibus abundanter diffusa est charitas Christi, sponte etiam et cum omni audacia semetipsos persecutoribus offerunt, et nomen Christi, audiente mundo, coram angelis et hominibus confitentur, ut non solum (72) injuriam pati pro nomine ejus, sed et mortem pro hoc bono subire audeant, quam vix (73) pro justo quis perfert. Est enim amor vitæ hujus tantus, ut etiam cum justa causa mortis advenerit, vix unusquisque mortem patienter accipiat. Justa autem causa mortis videtur, cum naturæ lege defertur : et quamvis justum sit conditione mortalitatis, vix tamen amplectitur animus (74) naturæ legibus cedere. « Vix ergo pro justo quis moritur [72]. » Nam pro bono audet quis mori et audacter occumbit, præcipue si intellexit, quia cum adhuc secundum tempus impii essemus et infirmi, ipse prior pro nobis mortuus est. Et quomodo non qui hæc sibi ab illo præstita prius esse cognoscit, mortem quam ille malis impendit, hic bono reddat? Arguitur autem illorum error, qui hunc locum ita (75) interpretandum putarunt, ut quod dixit, « Vix enim pro justo quis moritur, » de Deo legis, quem justum, non etiam bonum dicunt, intelligi debere confirment; bonum autem Christum,

[61] Rom. VIII, 15. [62] I Joan. IV, 18. [63] Rom. VIII, 15. [64] Rom. V, 5. [65] Rom. XV, 30. [66] I Joan. IV, 8. [67] Coloss. I, 13. [68] II Petr. I, 4. [69] Joan. XVII, 21. [70] Rom. V, 6, 7. [71] Marc. X, 18. [72] Rom. V, 7.

(67) Sic mss.; editi vero, « quæ cum charitati conjuncta sit, Spiritui sancto consocietur. »

(68) Alias, « quod velut munere, » etc.

(69) *Deus charitas.* Hæc desunt in editione Genebrardi. Cæteri vero editi, « et Deus charitatis. »

(70) Sic mss. nostri. Editi vero, « Utquid enim Christus, cum adhuc essemus infirmi, » etc.

(71) Editi, « debemus exposuit. Edocemur nos, » etc. Ms. unus itidem, « edocemur nos. » Rabanus, « et docet nos, » sed cæteri mss. ut in nostro textu.

(72) Alias, « et non solum. »

(73) Alias, « audent, quamvis, » male.

(74) Sic omnes mss. nostri. Rabanus vero, « conditio mortalitatis vix tamen amplectitur animum, » etc. Editi, « conditioni, » pro « conditione. »

(75) *Ita.* Desideratur in libris antea editis.

tanquam boni Patris Filium, asseverent. Sed quid A agent, quia invenimus et in lege martyres multos? Legant Machabæorum libros, ubi cum omni instantia beata mater cum septem filiis martyrium suscipit [73], quique non solum martyrium patienter excipiunt, verum et contumelias ingerunt in tyrannum: et videant si verum est quod dicunt, quia « vix pro justo quis moritur. » Videant tres pueros in camino ignis ardentis cum omni fiducia pro fidei libertate conjectos [74], et dicant quia « vix pro justo quis moritur. » Sola ergo mors est pro Deo,
541 quæ cum omni audacia (76) suscipitur: omnis autem reliqua mors vix toleranter subitur etiam si justa sit, et humanæ conditionis lege descendat (77).

11. « Commendat autem suam charitatem Deus B in nobis: quoniam si cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est (78), multo magis nunc ergo justificati in sanguine ipsius, salvi erimus ab ira per ipsum [75]. » Cum dixisset in superioribus, quia « Christus secundum tempus adhuc pro impiis mortuus est, » nunc ostendere ex hoc vult Dei charitatis erga homines magnitudinem, quia si erga impios et peccatores tanta exstitit, ut pro salute eorum unicum Filium daret, quanto magis erga conversos, et emendatos, et, ut ipse ait, suo sanguine redemptos largior et diffusior erit? Non puto sane quod otiosa sit apud Paulum varietas ista verborum, quod aliquando infirmos, aliquando impios, aliquando peccatores nominat, pro quibus Christum mortuum dicit: et quamvis im- C peritum se fateatur in sermone [76], non tamen arbitror quod in his ille per imperitiam, sed potius per profundam scientiam variaverit. Per hæc namque tria (79) omne peccati colligitur genus. Aut enim ignorans Deum quis, peccat in tenebris, et vocatur impius: aut volens servare mandatum, vincitur fragilitate carnis, et illecebris præsentis vitæ decipitur, et infirmus appellatur: aut sciens volensque contemnit mandatum, et odit disciplinam Dei, ac projicit sermones ejus post se [77], et peccator nominatur. Atque ita Paulus qui se imperitum, ut diximus, in sermone profitetur, in tribus his diversitatibus universa, pro quibus Christus prædicatur mortuus esse, complexus est (80). Quod si interdum etiam hi qui sub lege sunt, et Deum colere D videntur, impii in Scripturis divinis nominantur; idcirco fit (81), quod relinquentes Deum patrum suorum, deos gentium colunt. Quod vero Paulus se cum peccatoribus numerat [78], qui in aliis dicit, « Nos natura Judæi, et non ex gentibus peccatores [79], » humilitatis ejus est virtus. Imitatur enim illum, « qui cum peccatum non fecisset, peccatum pro nobis factus est [80]; » et cum Deus esset, inter homines conversatus est [81]. « Commendat ergo suam charitatem Deus (82) in nobis. » Hic « commendat, » vel confirmat intelligitur, vel amabilem facit pro beneficiis. Quod enim « Christus, cum adhuc peccatores essemus, pro nobis mortuus est, » spem nobis dat quod multo magis nos a peccato purgatos et justificatos, ab ira quæ imminet peccatoribus salvabit per ipsum: et qui alienos et inimicos ita dilexit, ut pro nobis ad mortem Unicum suum daret, multo magis suos effectos et reconciliatos sibi, æterna salute donabit. Quomodo autem Christus pro nobis mortuus sit, et quomodo cum sit Agnus Dei [82], tulerit peccatum mundi, et infirmitates nostras portaverit, et pro nobis doluerit [83], sæpe a nobis in aliis dicta sunt locis, ubi adhibuimus et ea quæ in sæcularibus historiis feruntur (83), quod etiam apud ipsos nonnulli pestilentias, vel turbines, aliaque his similia perhibentur morti se objiciendo repulisse, et patriam, vel gentem suam imminentis cladis excidio liberasse. Quæ quidem quam vere scripta sint, vel quid rationis habeant, si vera sunt, Dei est nosse solius. Nullus tamen ipsorum, de quibus ista narrantur, ne ficto quidem sermone totius mundi peccata absolvisse perhibetur, nisi Jesus solus, « qui cum esset in forma Dei, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit [84], » et secundum voluntatem Patris, forma servi suscepta, obtulit victimam pro universo mundo, tradens sanguinem suum principi bujus mundi, secundum sapientiam Dei (84), « quam nemo principum hujus mundi cognovit: si enim cognovissent, nunquam Dominum majestatis crucifixissent [85], » nec sanguis ille (85) quem sitierant, non tam sitim, quam vires eorum exstingueret, regnumque destrueret: nec accideret eis illud quod Dominus in Evangelio dicit: « Ecce nunc princeps hujus mundi judicatus est [86]; » et illud: « Ecce videbam Satanam sicut fulgur cadentem de cœlo [87]. — Multo ergo, inquit, magis

[73] II Mach. VII, 1 seq. [74] Dan. III, 20 seq. [75] Rom. V, 8, 9. [76] II Cor. XI, 6. [77] Psal. XLIX, 17. [78] Rom. V, 8. [79] Galat. II, 15. [80] II Cor. V, 21. [81] Baruch. III, 36, 38. [82] Joan. I, 29. [83] Isai. LIII, 4; Matth. VIII, 17. [84] Philip. II, 6. [85] I Cor. II, 8. [86] Joan. XVI, 11. [87] Luc. X, 18.

(76) Alias, pro « audacia » legitur « fiducia; » al., « cum omni fiducia et audacia. »

(77) Alias, « vix toleratur, vix subitur etiam si justa sit, et humanæ conditionis legi condescendat. »

(78) Editi, « Christus pro nobis secundum tempus mortuus est. » Sed omnes mss. nostri omittunt, « secundum tempus. »

(79) Editi, « nomina, » deinde, « Aut enim ignorans Deum quis, et volens servare, » etc., omissis verbis, « peccat in tenebris, et vocatur impius; aut. »

(80) Sic omnes mss. et Rabanus. Editi vero, « prædicatur, et mortuus esse commemoratur, complexus est, » etc.

(81) *Fit*. Deest in editis, et apud Rabanum. Alias, « est. »

(82) *Deus*. Desideratur in antea editis.

(83) *Ubi adhibuimus et ea quæ in sæcularibus historiis feruntur*. Vide librum I *contra Celsum*, num. 31, et tom. VI *Comment. in Joannem* num. 36, et tom. XXVIII etiam *in Joan.*, num. 13.

(84) *Dei*. Deest in libris antea editis et in plerisque mss.

(85) Alias, « ne sanguis ille, » etc.

justificati nunc in sanguine ejus, salvi erimus ab ira per ipsum [88]. » In superioribus quidem dixerat : « Justificati igitur ex fide, pacem habeamus ad Deum [89]; » et nunc dicit : « Multo magis nunc justificati in sanguine ipsius, salvi erimus ab ira per ipsum [90]. » Ex quo ostendit, quod neque fides nostra sine Christi sanguine, neque sanguis Christi nos sine fide nostra justificat ; ex utroque tamen multo magis sanguis Christi nos (86), quam fides nostra justificat. Et ideo mihi videtur, cum in superioribus simpliciter dixerit, **542** « justificati ex fide [91], » hic addidisse, « multo magis ergo nunc justificati in sanguine ejus [92], » ut doceret, quod ab ira ventura etiam si fides nostra nos salvet, etiamsi opera justitiæ, super hæc tamen omnia multo magis sanguis Christi salvos nos faciat ab ira ventura. Ira vero Dei quomodo intelligi debeat, in secundi a nobis psalmi expositione plenius dictum est, et quomodo possit impleri quod scriptum est, ut salvi efficiamur fugientes ab ira ventura, et iram quidem fugientes ita ut non nos comprehendat, sectantes vero justitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem [93], et cætera his similia. Ira itaque est (87), cui traditur unusquisque pro mensura et merito peccatorum, Deo tamen, secundum quod scriptum est in septuagesimo septimo psalmo, non accendente omnem iram suam. Quis enim sufferre posset si omnem iram adversum peccatores accenderet Dominus, cum tam (88) terribile sit illud quod in cantico Moysi pronuntiatur, ubi dicit : Quia « ignis accensus est in furore meo, et ardebit usque ad infernum inferiorem : comedet terram et nascentia ejus, conflagrabit fundamenta montium [94] ? » Intuere ergo quia ignis iste qui de ira vel de furore Domini accenditur, terram et infernum inferiorem comedit, et opera terrena consumit : conflagrat etiam non excelsa montium, sed fundamenta, id est non sublimes animas, neque cœlestes sensus, sed humi atque in terram dejectos, vel etiam in profundum terræ, ut sunt montium fundamenta, demersos. Paululum ergo etiam de ira (89) oportuit disseri, ut apertius nosceretur a quibus nos malis Christi sanguis eripuit.

12. « Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus, multo magis reconciliati, salvi erimus in vita ipsius. Non solum autem, sed et gloriamur in Deo per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus [95]. » Quod dicit, « cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo, » evidenter ostendit non esse aliquam substantiam, quæ secundum definitionem Marcionis vel Valentini naturaliter inimica sit Deo : alioquin si quod inimicum est, naturæ esset et non voluntatis, reconciliationem utique non haberet (90). Ubi autem ex inimico quis amicus efficitur, certum est quod dum ea opera agit quæ non amat Deus, inimicus est Dei, et unusquisque tam gravis et tam odibilis inimicus efficitur, quam (91) multiplicaverit opera inimicitiis digna. Sunt ergo mensuræ et gradus quidam in his peccatorum qualitate vel quantitate distincti, qui inimici sunt Deo. Unde et ille qui supra omnes peccavit, a Paulo ultimus inimicus destruendus esse memoratur [96]. Versa autem vice et ordine etiam eos qui reconciliati sunt per mortem Filii ejus, in amicis (92) haberi certum est : et esse aliquem ita amicum, sicut Moyses amicus Dei appellatus est [97] : esse quoque alios quibus (93) dicit Salvator : « Jam non dicam vos servos, sed amicos [98]. » Credo autem esse adhuc magis familiares aliquos in cœlestibus amicos apud Deum, vel illos qui semper vident faciem Dei, vel eos qui semper adstant in conspectu Altissimi : ut sicut supra diximus esse quemdam novissimum inimicum, ita et ibi pro virtutum meritis habeantur aliqui summi amici. Cum ergo hæc ita sint, nescio si is qui adhuc permanet in his operibus (94) quæ odit Deus et pro quibus inimicitiæ sunt inter Deum et homines, reconciliatus esse Deo per sanguinem Christi merito dicatur. Quomodo enim reconciliatus est, qui quæ inimici sunt gerit (95) ? Paulus ergo merito de se et sibi similibus dicit, quia « cum inimici essemus, reconciliati sumus per mortem Filii ejus. » Grandis pudor est, ubi talis reconciliatio facta est, ubi inimicitias inter Deum et homines non sermo peccatoris, sed sanguis intercessoris absolvit, iterum nos converti ad inimicitias, et agere ea quæ odit ille, quem nobis nisi (96) effusio sanguinis sacri reconciliaverat nemo. Plenius autem etiam ad Ephesios ipse Paulus scribens de ratione reconciliationis et inimicitiæ (97), ac profusione sanguinis Christi commemorat : quæ si his jungamus, aperire locum præsentis capituli facilius possunt. Ait ergo ita [99] : « Propter quod memores estis (98) vos, qui aliquando gentes in carne dicebamini præputium

[88] Rom. v, 9. [89] ibid. 1. [90] ibid. 9. [91] ibid. 1. [92] ibid. 9. [93] I Tim. vi, 11. [94] Deut. xxxii, 22. [95] Rom. v, 10, 11. [96] I Cor. xv, 26. [97] Exod. xxxiii, 11. [98] Joan. xv, 15. [99] Ephes. ii, 11, seq.

(86) *Nos*. In editis desideratur.

(87) Editi, « Ista itaque. » Ms. unus, « Ira utique. »

(88) *Tam*. Deest in editis.

(89) *Ira*. Editi, « terra, » male.

(90) Sic editi et mss. Rabanus vero, « qui inimici sunt Deo, reconciliationem utique non haberent. »

(91) Editi « quantum, » male.

(92) Sic omnes mss. nostri. Salodianus vero et Merlinus, « inimicos, » Genebrardus, « amicos. »

(93) Editi, « de quibus. »

(94) Editi, « adhuc in his operibus est, » etc. Sed « est » deest in editione Merlini.

(95) *Quæ inimici sunt gerit*. Merlinus et Genebrardus perperam habent « causam inimici secum gerit. »

(96) Rabanus habet « non nisi, » omisso « nemo » in fine.

(97) Editi, « inimicitia; » ms. unus, « inimicitiarum. »

(98) Alias, « memores sitis vos; » al., « memores esse debetis vos. »

ab ea quæ dicitur circumcisio in carne, manu facta, quoniam eratis illo tempore sine Christo, alienati a conversatione Israel, et peregrini promissionis testamentorum ejus, spem non habentes, et sine Deo in hoc mundo. Nunc autem in Christo Jesu vos, qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi. Ipse est enim pax nostra, qui fecit utraque unum, et medium parietem maceriæ solvens, inimicitiam in carne sua, legem mandatorum in decretis evacuans, ut duos conderet in semetipso, in uno novo homine faciens pacem, ut **543** reconciliaret utrosque in uno corpore (99) Deo, per crucem interficiens inimicitias in semetipso, et veniens evangelizavit pacem vobis (1) qui longe, et pacem his qui prope, quoniam per ipsum habemus accessum utrique in uno Spiritu ad Patrem.» Sed præcipue in his illud observa (2), quod Christus medium parietem maceriæ solvit in carne sua, id est inimicitiam, et quod reconciliavit utrosque in uno corpore Deo per crucem, et quod interfecit inimicitiam in cruce. In quo non sine causa mihi Paulus secundo videtur inimicitiam nominasse, et in uno quidem dixisse quod solverit inimicitiam Christus (3) in carne, in secundo vero interfecisse eam in cruce. Solvere namque mihi videtur in his qui adhuc certamen gerunt adversum peccatum, et repugnant ei pro viribus : interficere vero in his qui peccatum jam nequaquam omnino recipiunt, sed omni ex parte membra sua mortificaverunt peccato; ex quibus erat et ille qui dicebat : «Christo concrucifixus sum. Vivo autem, jam non ego; vivit vero in me Christus[1].» Hoc ergo modo etiam Christus occidit inimicitiam in carne sua, cum morte suscepta exemplum dedit hominibus usque ad mortem resistere adversum peccatum : et ita demum resoluta inimicitia in carne sua, reconciliavit per

A sanguinem suum homines Deo, eos duntaxat qui inviolatum reconciliationis fœdus ultra non peccando custodiunt. Igitur mors ejus mortem inimicitiæ dedit ei quæ erat inter nos et Deum, et reconciliationis initium. Resurrectio autem ipsius et vita salutem credentibus contulit, sicut et alibi Apostolus dicit de Christo[2] : «Quod» enim «mortuus est peccato, mortuus est semel; quod autem vivit, vivit Deo.» Peccato mortuus dicitur, non suo : neque enim peccatum fecit[3] : sed ipse peccato mortuus est, id est velut qui morte sua peccato ipsi intulerit (4) mortem. Vivere autem dicitur Deo, ut et nos non nobis, neque nostræ voluntati, sed Deo vivamus ut ita demum in vita ipsius salvi esse possimus, secundum eum qui dixit : «Vivo autem, jam

B non ego; vivit vero in me Christus[4].» Quod vero similiter ut in superioribus posuit : «Non solum autem, sed et nunc gloriamur in Deo,» et nihil addidit ad «non solum autem,» similiter ut superius intelligendum est de his dictum quæ supra comprehensa sunt : id est, quod non solum (5) «cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus,» et non solum «in vita ipsius salvi erimus, sed et nunc gloriamur in Deo per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem reconciliationem accepimus.» Non autem sine causa addidit, «nunc,» cum potuisset dicere : «Sed et gloriamur in Deo per Dominum nostrum Jesum Christum (6), per quem reconciliationem accepimus;» sed ut

C ostenderet gloriationem nobis non solum in futuro, sed et in præsenti datam de agnitione Dei, et emendatione vitæ, et errorum correctione (7), sicut et in aliis idem (8) Apostolus dicit : «Spem habentes et præsentis vitæ, et futuræ[5] :» præsentis, quod honestior et emendatior est; futuræ, quod æterna est.

LIBER QUINTUS.

—

1. «Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors, et sic in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt. Usque ad legem enim peccatum erat (9) in hoc mundo. Peccatum autem non imputatur, cum lex non est. Sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen, in eos qui peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ, qui est forma futuri[6].» Posteaquam edocuit differentiam fidei et

D legis, et eorum **544** qui per fidem justificantur, atque eorum qui promissiones quæ ad patres factæ fuerunt, non possunt sperare per legem : cumque aperuisset arcani secreta mysterii, quod «cum inimici essemus Deo, per mortem Filii ejus reconciliati sumus[7],» nunc et causas vel cur inimici fuerimus, vel cur morte Filii Dei indiguerit ista reconciliatio consequenter exponit : ut intuentes quanta nobis præstiterit Jesus, imo pro nobis

[1] Galat. II, 19, 20. [2] Rom. VI, 10. [3] I Petr. II, 22. [4] Galat. II, 20. [5] I Tim. IV, 3. [6] Rom. V, 12, 14. [7] ibid., 10.

(99) *In uno corpore.* Alias, «in corpore;» al., «in suo corpore.»

(1) Editi, «nobis.»

(2) Editi, «sed præcipue in his illud, ad Patrem, observa.»

(3) Genebrardus, «Christi,» male.

(4) Editi, «peccato intulit.»

(5) Editi, «id est, pro non solum;» al., «id est, non solum.»

(6) *Sed et gloriamur in Deo per Dominum nostrum Jesum Christum.* Hæc desunt in libris antea editis.

(7) *Et errorum correctione.* Alias, «et morum correctione,» al., «et errorum correptione.»

(8) Editi, «item;» alias deest «idem.»

(9) *Erat.* Deest in libris antea editis.

quanta pertulerit, radicatiore erga eum fide, et in- A separabili (10) charitate teneamur. Ideo ergo licet non usquequaque patefactam (11), indicat tamen nobis et alterius secreti rationem dicens : « Propterea sicut per unum hominem peccatum introivit in hunc mundum (12), et per peccatum mors[8], » et cætera. Sed priusquam ad explanationem totius capituli veniamus, pauca de eo qui videtur in consequentibus ipsius eloquii defectu dicenda sunt. Ubi enim dicitur, « Propterea sicut, » necessarium videtur quod addi debeat adimpletio quædam, ut dicatur. Ita et illud vel illud, ut et ipse in nonnullis aliis locis scribit, verbi gratia, cum dicit[9] : « Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur. » Hic autem cum dixerit : « Sicut per unum hominem peccatum in- B troivit in hunc mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt, » non retulit (13) ut diceret, verbi causa : Ita et per unum hominem justitia introivit in hunc mundum, et per justitiam vita, et sic in omnes homines vita pertransiit, in qua omnes vivificati sunt : hoc enim videbatur propositi eloquii sensus expetere, secundum ea quæ in aliis ipse proloquitur. Neque enim multum differt illud quod alibi dicit[10] : « Sicut enim in Adam omnes moriuntur, » et quod hic dicit : « Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum introivit, et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt; » et C iterum quod dixit[11] : « Ita et in Christo omnes vivificabuntur, » nihil differt ab eo sensu, quem supra deesse elocutioni diximus (14), et intellectui legentis relictum. Sed mihi videtur Paulus qui dicit[12] quia « sufficientia nostra ex Deo est, qui et idoneos nos fecit ministros Novi Testamenti; » et qui iterum dicit : « An documentum quæritis ejus qui in me loquitur Christus[13]? » non hæc per defectum (15) passus eloquii, sed prospexisse per hæc aliquid utilitatis, quo etiamsi intelligi deberent ea quæ deesse elocutioni et subintelligenda diximus, tamen propter negligentiores quosque qui forte resolvi possent, si audirent quod sicut mors in omnes homines per peccatum, ita et in omnes homines pertransiit vita per Christum, consideravit palam hæc D dici et publice non debere : simul et illud ostendens, quod etiamsi per unum hominem justitia introivit in hunc mundum, et per justitiam vita, et sic in omnes homines pertransivit, tamen non hoc in præsenti statim contingere, nec otiosis accidere, sed his qui multo labore et sudore potuerint quæ occulta sunt quærere, pulsare quæ clausa sunt, desiderare quæ abscondita sunt. Denique et in eo capitulo, quod pro similitudine horum dictorum in medium (16) adduximus, id est, « Sicut enim in Adam omnes moriuntur[14], » non dixit, « ita et in Christo omnes » vivificati sunt, aut vivificantur, sed « vivificabuntur, » ut ostenderet quidem præsens tempus esse laboris et operis, in quo per bonam conversationem merita conquirantur; futurum vero esse in quo vivificabuntur hi qui in præsenti vita Christo commoriuntur, sicut et alibi[15] dicit idem Apostolus : « Si enim commorimur, et convivemus. » Et ideo etiam in præsenti loco dissimulat exsequi, et adimplere sermone ea quæ sensu et consequentia videntur intelligi. Alius fortasse dicit, quia hoc quod videtur deesse in his quæ supra diximus secundum elocutionis ordinem, tarde quidem, sed in posterioribus redditur, ubi dicit[16] : « Sed non sicut delictum, ita et donatio. Si enim unius delicto mortui sunt multi, multo magis gratia Dei, et donum, in (17) gratia unius hominis Jesu Christi in plures abundavit; » et asserit ex his completa esse quæ defuisse in superioribus videbantur : nec multum interesse quod ibi in omnes homines dixerit pertransisse peccatum, hic vero donum et gratiam Jesu Christi in plures abundasse, cum et omnes homines plures esse intelligantur, et plures omnes intelligi non videatur absurdum, maxime cum in subsequentibus[17] dicat apertius : « Sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem; ita et per unius justitiam in omnes homines ad justificationem vitæ. » Et ut evidentius ostenderet omnes homines et multos homines idem esse, addidit his[18] : « Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita et per unius obedientiam justi constituentur multi. » Et quod superius omnes dixerat homines, hic eodem sensu multos nominavit. Nisi si quis dicat, quod magis permiscere et confundere volens Apostolus id quod superius aperuerat, ne, ut diximus, dissol-
545 veret ac relaxaret audientes, eos quos ante « omnes » dixerat, hic « plures » nominavit, ut et illud quod « omnes » dixit, ad eos tantummodo traheretur (18), qui donum Christi gratiæ consecuti sunt, qui tamen non pauci, sed plures sunt. Etenim moris est apostolo Paulo, cum de benignitate Dei, et ineffabili ejus bonitate aliqua patefecerit (19), rursum propter negligentiores quosque auditores paululum velut exasperare quæ dixit, et metum

[8] Rom. v, 12. [9] I Cor. xv, 22. [10] ibid. [11] ibid. [12] II Cor. III, 5, 6. [13] II Cor. XIII, 3. [14] I Cor. xv, 22. [15] II Tim. II, 11. [16] Rom. v, 15. [17] ibid. 18. [18] ibid. 19.

(10) Alias, « insuperabili. »

(11) Alias, « patefactum. »

(12) Sic recte ms. unus. Cæteri vero et editi, « Propterea sicut per unum hominem mors introivit in hunc mundum, et cætera. »

(13) Ita ms. unus Regius. Cæteri vero mss. et editi, « et ita in omnes homines pertransiit : non retulit, » etc.

(14) Editi, « dixi, et ; » al., « dixi, sed ; » alias « dixisset. »

(15) Genebrardus, « per hæc defectum. »

(16) Editi, « in medio. »

(17) *In*. Desideratur in libris antea editis.

(18) Ms. unus, « retraheret. »

(19) Alias, « patefaceret; » al., « patefacit. »

aliquem remissioribus intentare, ut cum de fine omnium Corinthiis disputans ait [19]: « Sicut enim in Adam omnes (20) moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur; » et paulo post: « Deinde finis, cum tradiderit regnum Deo et Patri, » et cætera. Pro quibus verens ne quis divitias bonitatis Dei, et patientiæ, et longanimitatis contemnens, secundum duritiam suam et cor impœnitens thesaurizaret sibi iram in die iræ et revelationis (21) justi judicii Dei [20], addidit post illa quæ de fine (22) dixerat: « Nolite seduci. Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Expergiscimini justi, et nolite peccare. Ignorantiam enim quidam habent, ad confusionem vobis dico [21]. » Agit ergo tanquam prudens dispensator verbi: et cum venerit ad ea loca in quibus de Dei bonitate dicendum est, propter segniores quosque et occultius hæc et obscurius profert, ne forte, ut diximus, divitias bonitatis ejus, et patientiæ, et longanimitatis contemnant, et iram sibi thesaurizent in die iræ, in quam necesse est incurrere omnes qui sibi hujusmodi gesta thesaurizaverint. Etiam tu post hæc videris quid fiat (23). Sed et quod ait, « Usque ad legem enim peccatum erat in hoc mundo (24): peccatum autem non imputatur cum lex non est, » hoc videtur ostendere, quod usque ad legem, hoc est, usquequo Christus veniret qui tollit peccatum mundi [22], peccatum erat in mundo. Manifestum est autem peccatum non posse imputari, ubi lex non est quæ arguat peccatorem. « Regnavit autem mors, » quæ per peccatum fuerat ingressa, « usque ad Moysen, » hoc est usquequo lex permansit, « in eos qui peccaverunt secundum similitudinem peccati Adam, » per quem mors ipsa accepit ingressum; « qui » Adam « forma futuri est, » non secundum quod prævaricatus est, sed secundum hoc quod sicut per ipsum mors, ita per novissimum Adam vita ingressa est in hunc mundum [23]: et sicut per illum in omnes homines condemnatio, ita et per Christum in omnes homines justificatio. Hæc de ipsius eloquii apostolici continentia dicta sint. Videamus nunc quid etiam interior habeat intellectus. Sed et illud primo in loco admonendum puto, quod videtur mihi apostolus Paulus in his præcipue locis quæ nunc habentur in manibus, ita quodammodo hæc loqui (25), velut si quis fidelis famulus et prudens a rege magno et domino suo introducatur in thesauros regios, et ostendantur ei diversa et magna domicilia, quorum aditus varii sint (26) et incerti, ita ut ei per alium ingressus, et per alium monstretur (27) egressus; interdum autem ex diversis ingressibus ad unum conclave veniatur, ut sæpe in terris quædam (28) videmus exstructa palatia: ostendatur etiam huic qui circumducitur fideli famulo thesaurus argenti regii, et alius auri, lapidum quoque et margaritarum, variorumque monilium, purpuræ etiam regiæ locus, et alius diadematum: demonstrentur adhuc reginæ thalami (29) in multis diversisque mansionibus positi, et tamen (30) singula hæc non penitus ad integrum patentibus januis reserentur, sed ex parte subapertis ita ut agnoscat (31) quidem thesauros dominicos, et regias opes, nec tamen ad liquidum et ad perfectum singula quæque cognoscat. Post hæc vero iste servus qui tam fidelis habitus est, ut ei rex et dominus opum suarum magnitudinem fecerit innotescere (32), mittatur ut exercitum congreget regi (33), delectum habeat, milites probet: pro eo quidem quia fidelis est, ut plures invitet ad militandum, et majorem exercitum congreget regi, necessitatem patietur proferre (34) ex parte quæ viderit: et rursum quia prudens est, et scit necessarium esse abscondere mysterium regis, indiciis quibusdam magis quam relationibus utetur; ita ut potentia quidem regis non lateat; ordinis autem, atque ornatus palatii, et habitus occulta tamen maneat dispensatio (35). Ita ergo, ut dixi, videtur mihi etiam apostolus Paulus in his sermonibus facere, et non solum pro eo quod et ipse dicit, quia ex parte sciat, et ex parte cognoscat [24], sed et propter nos qui nec ea quidem quæ ex parte scit capere possumus, temperare sermonem, et **546** uniuscujusque conclave mysterii (36) singulis aut vix binis perstringere et subaperire sermonibus: et nunc per unum aditum ingressus per alium digredi, nunc ex alio ingressus ad aliud conclave concurrere, ita ut si requiras eum illo aditu quo ingressus est, non invenias egressum. Hæc ergo prius de his quæ Paulus scribit, in mente

[19] I Cor. xv, 22, 24. [20] Rom. II, 4, 5. [21] I Cor. xv, 33, 34. [22] Joan. I, 29. [23] I Cor. xv, 22. [24] I Cor. XIII, 9, 12.

(20) *Omnes.* Deest in libris antea editis.

(21) *Iræ et revelationis.* Hæc desunt in editis et in plerisque mss.

(22) Editi, « fide. »

(23) Alias, « omnem qui.... thesaurizavit, etiamsi post hæc Judæus quis fiat; » al., « omnem qui.... thesaurizavit, etiamsi post hæc videris quis fiat. » Sed recte ms. unus ut in nostro textu.

(24) Alias, « usque ad legem autem peccatum in hoc mundo, » etc.

(25) Editi, « ita et quodammodo hoc loqui. »

(26) *Sint.* Prætermittitur in editis et in plerisque mss.

(27) Editi, « ministretur. »

(28) Alias, « quædam; » al., « quæque; » al., « quoque; » al., « inter quæque. »

(29) Ms. unus, « regii thalami. »

(30) *Tamen.* Sic recte ms. unus; cæteri vero mss. et editi, « tunc. »

(31) Editi, « aut agnoscat, » male.

(32) Alias, « faceret innotescere. »

(33) *Regi.* Deest in editis et in quibusdam mss.

(34) *Et majorem*, etc. Editi, « majorem exercitum congreget regni, necessitatem patietur referre, » etc. Merlinus, « majorem exercitum congreget ob regni necessitatem, patietur referre, » etc. Sed omnes mss. ut in nostro textu.

(35) Alias, « ordinatio atque ornatus » (al., « ordinis tamen atque ornatus) palatii et habitus occulta maneat dispensatio. »

(36) Editi, « conclavis mysterium; » sed omnes mss. ut in nostro textu.

nostra atque animis ordinantes, nunc jam ad inspicienda et contuenda ea quæ in manibus habentur, pro viribus convertamur. Et primo videamus quomodo « per unum hominem peccatum introivit in hunc mundum, et per peccatum mors [25]. » Fortassis enim requirat aliquis, si ante Adam mulier peccavit, de qua dicitur, quia « seducta in prævaricatione facta est [26]; » et rursum ante ipsam peccavit serpens. Peccavit enim cum dixit mulieri: « Utquid hoc dixit Deus, ut non manducetis de omni ligno paradisi [27]? » Et iterum peccavit, cum Deus dixerit (37), quia « quacunque die manducaveritis ex eo, morte moriemini [28], » et ille dixerit ad mulierem: « Non morte moriemini; sed sciebat Deus quia quacunque die manducaveritis ex eo, aperientur oculi vestri, et eritis sicut dii scientes bonum et malum [29]. » Si ergo ante Adam mulier peccavit, et ante mulierem serpens, et in alio loco dicit Apostolus, quia « Adam non est seductus, mulier autem seducta est [30], » quomodo per unum hominem, et non magis per unam mulierem videbitur introisse peccatum? A muliere enim initium peccati, et ante mulierem a serpente, sive a diabolo, de quo dicitur in Evangelio, quia « ille homicida erat ab initio [31]. » Sed vide in his Apostolum naturæ ordinem tenuisse, et ideo quoniam de peccato loquebatur, ex quo mors in omnes homines pertransierat [32], successionem posteritatis humanæ quæ huic morti succubuit ex peccato venienti, non mulieri ascribit, sed viro. Non enim ex muliere posteritas, sed ex viro nominatur, sicut et ipse Apostolus (38) in aliis dicit: « Non enim est vir ex muliere, sed mulier ex viro; » et iterum: « Sicut enim mulier ex viro, ita et vir » non ex muliere, sed « per mulierem [33]; » et ob hoc mortalis posteritas, et corporalis successio, viro potius tanquam (39) auctori, et non mulieri deputatur. Sed ut adhuc evidentius fiat quod dicimus, addemus etiam hoc quod idem Apostolus ad Hebræos scribit [34]: « Sed et Levi qui decimas accepit, decimatus est. Adhuc enim in lumbis patris erat » (Abrahæ) « cum obviavit ei Melchisedech regresso a cæde regum. » Si ergo Levi, qui generatione quarta post Abraham nascitur, in lumbis Abrahæ fuisse perhibetur, multo magis omnes homines qui in hoc mundo nascuntur, et nati sunt, in lumbis erant

A Adæ, cum adhuc esset in paradiso; et omnes homines cum ipso vel in ipso expulsi sunt de paradiso, cum ipse inde depulsus est; et per ipsum mors, quæ ei ex prævaricatione venerat, consequenter et in eos pertransiit qui in lumbis ejus habebantur; et ideo recte Apostolus dicit: « Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur [35]. » Neque ergo ex serpente qui ante mulierem peccaverat, neque ex muliere quæ ante virum in prævaricatione facta est [36], sed per Adam ex quo omnes mortales originem ducunt, dicitur introisse peccatum, et per peccatum mors. Sed hic nimirum est unus homo per quem peccatum introivit, et per peccatum mors [37], quem et alibi ipse Apostolus (40) dicit primum hominem de terra terrenum, secundum vero de cœlo cœlestem, cum
B exhortatur nos abjecta imagine terreni, imaginem portare cœlestis [38]; id est ut secundum verbum Dei viventes renovemur, et reformemur secundum interiorem hominem ad imaginem Dei qui creavit eum [39]. Hic ergo homo qui jam reformatur et reparatur ad imaginem Dei, neque terrenus, neque in hoc mundo est, sed in cœlis esse dicitur conversatio ejus [40]: et ideo secundum eum qui dixit, « Vos autem non estis de hoc mundo [41], » mors in eum non potest pertransire. Qui autem adhuc in hoc mundo est, et terrenus est, ac terreni (41) imaginem portat, de ipso dicitur, quod per eum peccatum in hunc mundum introivit, et per pecca-
C tum mors [42]. Quod si peccatum et mors in hunc mundum (42) introivit, et in hoc mundo habitat, certum est alienos a morte et a peccato esse eos qui per Christum vel cum Christo mortui sunt huic mundo, et cum ipso resuscitati, cum ipso etiam sedere in cœlestibus meruerunt [43], conversationem non jam (43) in hoc mundo, sed in cœlis habentes [44]. Unde et pari consequentia ostenditur, quod omnis homo primo « de terra terrenus » est, sicut idem Apostolus alibi [45] dicit; cum imaginem terreni portat, et secundum imaginem terreni ambulat (44), carnem cogitat, et quæ carnis sunt sapit, et vix aliquando est ut convertatur ad Dominum, et spiritu Dei agatur, atque effectus spiritalis fiat « novissimus Adam in 547
D Spiritum vivificantem [46] (45). » Require sane, quoniam per unum hominem in hunc mundum di-

[25] Rom. v, 12. [26] I Tim. II, 14. [27] Gen. III, 1. [28] Gen. II, 17. [29] ibid. 4, 5. [30] I Tim. II, 14. [31] Joan. VIII, 44. [32] Rom. v, 12. [33] I Cor. XI, 8, 12. [34] Hebr. VII, 1, 9, 10. [35] I Cor. XV, 22. [36] I Tim. II, 14. [37] Rom. v, 12. [38] I Cor. XV, 47, 49. [39] Coloss. III, 10. [40] Philip. III, 20. [41] Joan. XV, 19. [42] Rom. v, 12. [43] Ephes. II, 5, 6. [44] Philip. III, 20. [45] I Cor. XV, 47, 49. [46] ibid. 45.

(37) Ita mss. nostri et Rabanus, nisi quod primo habeant alius « dixit, » alius « dixerat; » secundo, alius iterum « dixit, » alius « diceret: » sed rectius unus codex Regius num. 1639 habet utrobique, « dixerit. » Editi vero, « et iterum peccavit cum dixit: Scit enim Deus quia quacunque manducaveritis ex eo, aperientur, » etc., omissis cæteris.

(38) *Apostolus*. Deest in editis.

(39) *Tanquam*. Desideratur in libris antea editis.

(40) Alias, « idem Apostolus. »

(41) Alias, « in mundo est, terrenus est, ac terreni, » etc,

(42) Ms. unus, « Quod si peccatum mors, et per peccatum mors in hunc mundum, » etc.

(43) *Jam*. Deest in editis.

(44) Alias, « cum in imagine terreni ambulat, et secundum imaginem terreni ambulat. »

(45) Editi, « in Spiritu vivificante. »

cit introisse peccatum, et certum est quia hic « mundum » terrenum hunc appellat locum in quo homines habitant, si in nullo alio loco introivit peccatum, neque in illis locis invenitur, ubi « spiritalia nequitiæ in cœlestibus [47] » nominantur. Sed et illud apud temetipsum pertracta, unde in hunc mundum introivit peccatum, aut ubi erat priusquam huc introiret, aut si omnino erat, vel si fuit ante illum ad quem dicitur : « Usquequo inventæ sunt iniquitates in te, et propter hoc projeci te in terram [48]. » Nobis autem de his non est tutum plura disserere, cum videamus Apostolum vix singulis hæc perstrinxisse sermonibus (46). « Per unum » ergo « hominem peccatum introivit in hunc mundum [49]. » Mundus autem, ut diximus, intelligendus est (47) vel locus in quo habitant homines, vel terrena et corporalis vita, in qua mors habet locum; cui mundo, hoc est terrenæ vitæ, crucifixos se dicunt sancti [50], et mortuos. « Et per peccatum, » inquit, « mors, » illa sine dubio mors de qua et propheta dicit, quia « anima quæ peccat ipsa morietur [51] : » cujus mortis hanc corporalem mortem umbram merito quis dixerit. Quocunque enim illa incesserit, hanc necesse est subsequi, velut umbram corpus. Quod si objiciat quis quia Salvator peccatum non fecit, nec mors in eo fuit animæ per peccatum [52], et tamen mortem sustinuit corporalem, respondebimus ei quia Salvator sicut cum ipse peccatum non fecerit, pro nostra tamen salute per assumptionem carnis ipse dicitur factus esse peccatum [53] : ita et cum mortem istam nulli deberet, nec ei esset obnoxius, pro salute tamen nostra hanc velut umbram illius susceptæ dispensationis, quam supra diximus, sponte, non necessitate suscepit, sicut ipse dixit : « Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam [54]. » Sed videamus quomodo « in omnes homines pertransiit mors, in quo omnes, » inquit, « peccaverunt. » Absoluta sententia pronuntiavit Apostolus in omnes homines mortem pertransisse peccati, in eo in quo omnes peccaverunt, sicut et alibi : « Omnes enim, » inquit, « peccaverunt, et egent gloria (48) Dei [55]. » Et ideo etiam si Abel illum justum dixeris, non potest excusari. « Omnes enim peccaverunt. » Cur enim « post dies » obtulit, et post Cain (49) obtulit hostiam ex primogenitis [56], et non ante ipsum, et non statim? Etiam si Enos dicas, qui « speravit invocare nomen Domini [57]. » Cur speravit, et cur non statim

A invocat, sed dissimulat et moratur? Etiam si Enoch dicas : non scribitur placuisse, usquequo generaret Mathusalam [58]. Mathusalam autem interpretatur *emissio mortis*. Ex quo ostenditur quia mors ista quæ in omnes homines pertransiit, etiam in ipsum transierit : sed vix aliquando sensit esse intra se mortem (50), et conversus ad Dominum emisit eam a se, et abjecit per pœnitentiam : et ideo Mathusalam dicitur genuisse, quod a se mortem quæ eum obsederat abjecisset. Recte ergo quod jam morti non esset obnoxius, sed abjecisset eam a se et effugasset, dicitur quod transtulerit illum Deus, uti ne videret mortem [59]. Sed et de Noe si requiras attentius, invenies quod quingentesimo demum anno (51) scribitur de eo, quia « Noe invenit gra-B tiam in conspectu Domini Dei, » et quia « justus erat in generatione sua, » et quia « placuit Deo [60]; » quod utique si prius meruisset, nunquam id, opinor, Scriptura divina siluisset. Sed et si quis velit quod bibit vinum, et inebriatus est ac nudatus [61] reputare, inveniet ex his omnibus non immerito ab Apostolo dici, « In quo omnes peccaverunt, » etiamsi evigilavit Noe a vino suo. Quid autem dicam et de Abraham cui dicitur : « Exi de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui [62]? » Quod utique non diceretur, si in domo patris Deo placere potuisset. Sed non opus est cum ingenti periculo in his singulos quosque enumerare sanctorum, cum sufficiat et Apostoli sententia quæ mortem dicit in C omnes homines pertransisse, et illius qui dixit : « Nemo mundus a sorde, etiamsi unius diei fuerit vita ejus [63]. » Sed ista mors peccati quæ in omnes pertransiit, cum venisset ad Jesum, et tentasset eum perforare aculeo suo (« aculeus enim mortis peccatum est [64] ») repulsa est et confracta (52). « Vita » enim « erat [65], » et mors necessario exterminabatur a vita; et tunc ad eam dicitur : « Ubi est, mors, aculeus tuus? ubi est, mors, victoria tua [66]? » Idcirco enim quia omnes vicerat, hic dicitur ad eam : « Ubi est, mors, victoria tua? » Sed et quod peccatum quidem non dixit in omnes homines, sed « in mundum » introisse : mortem vero non in mundum, sed « in omnes homines, » et non introisse, sed pertransisse : non puto quod frustra D hac diversitate usus sit Paulus. Arbitror quod « mundum » hic terrenos quosque, et in terrena conversatione permanentes designet; « homines » vero eos dicat qui jam se incipiant agnoscere, et scire quod ad imaginem Dei facti sunt. In illos ergo

[47] Ephes. VI, 12. [48] Ezech. XXVIII, 17. [49] Rom. V, 12. [50] Galat. VI, 14. [51] Ezech. XVIII, 4. [52] Isa. LIII, 9. [53] II Cor. V, 21. [54] Joan. X, 18. [55] Rom. III, 23. [56] Gen. IV, 3, 4. [57] ibid. 26. [58] Gen. V, 22. [59] ibid. 24; Hebr. XI, 5. [60] Gen. VI, 8, 9. [61] Gen. IX, 21. [62] Gen. XII, 1. [63] Job XIV, 4, 5. [64] I Cor. XV, 56. [65] Joan. I, 4. [66] I Cor. XV, 55.

(46) Sic potiores mss. Rabanus vero, « vix de singulis hæc perstrinxisse sermonibus. » Editi et ms. unus, « vix singulis hæc pertransisse sermonibus. Per unum hominem, » etc., omisso « ergo, » qui nec in plerisque ms. nec apud Rabanum reperitur.

(47) *Est*. In editis omittitur.

(48) Editi et mss. plerique, « gratia, » male.

(49) Editi, « et prius Cain. »

(50) Ms. unus, « sed vix aliquo modo sensit intrare mortem. » Cæteri vero mss. et editi ut in nostro textu.

(51) Ms. unus, « quingentesimo decimo anno, » etc.

(52) Ita mss. Editi vero, perperam, « aculeus tum mortis repulsus est et confractus. »

qui mundus appellantur, id **548** est, terrenos (53), intrasse dicit peccatum, et nusquam ejus exitum ponit. In eos vero quos jam homines vult intelligi, dicit pertransisse peccatum, id est fuisse quidem, sed per pœnitentiam conversionis (54) depulsum esse, et pertransisse, nec ultra in eis stetisse. Unde apparet, in Litteris Pauli ne unam quidem syllabam vacuam sentiri debere mysteriis. Videamus nunc quomodo dictum est : « Usque ad legem enim peccatum in hoc mundo; peccatum autem non imputatur, cum lex non est. » Hoc in loco secundum eam similitudinem quam supra exposuimus, videtur mihi Paulus per alium aditum ingressus, et per alium egressus. Quis enim eum potest sequi per istum aditum quo pluribus videtur ingressus, ut de lege Moysi dicere intelligatur quia « usque ad legem peccatum in hoc mundo : peccatum autem non imputatur, cum lex non est? » quasi ante legem peccatum non fuerit, et nemo peccaverit, nec reputatum fuerit ulli peccatum (55) antequam lex Moysi daretur, cum legamus et Cain, et Lamech reputatum esse peccatum, et (ne per singulos immoremur) in tantum pro peccatis hominum exacerbatum esse Deum, ut diluvium mundo introduceret, et diceret : « Delebo omnem carnem quæ super terram est[67]; » et rursum Sodomitas igneus imber et sulphurea flamma vastaverit[68]. Quomodo ergo in his, vel in hujuscemodi (56) peccatis dici potest non fuisse peccatum, vel in vindictis talibus negabitur reputatum esse peccatum? Et ideo occultiore aditu digressus nobis requirendus est Pauli in eo quod dicit, « Usque ad legem enim peccatum in hoc mundo : peccatum autem non imputatur, cum lex non est. » Invenimus eum et in (57) posterioribus hujus Epistolæ dicentem hoc modo : « Sine lege enim peccatum mortuum erat : ego autem vivebam sine lege aliquando[69]. » In quo unus mihi atque idem sensus videtur utriusque capituli. Quod enim hic deerat in sermone, ibi adimplevit. « Usque ad legem enim peccatum in hoc mundo, » deest « mortuum, » quod ibi evidentius expressit. Si ergo etiam hic jungamus istum sermonem, et dicamus : « Usque ad legem enim peccatum erat in hoc mundo » mortuum : « peccatum autem non imputatur, cum lex non est, » vide quia integre stare poterit sensus. Sed et illud sæpe jam diximus, in hac Epistola Paulum de multis quidem legibus, sed de naturali lege frequentius disputare, quod et in hoc loco præcipue deprehenditur. Usque ad legem enim naturalem peccatum mortuum est (58). Ergo certo ætatis tempore ubi rationis capax esse quis cœperit, et justi injustique, æqui et iniqui habere discrimen, tunc peccatum, quod prius intra hominem velut mortuum habebatur, reviviscere dicitur, pro eo quod est jam intrinsecus lex quæ vetet, et ratio quæ ostendat non esse faciendum (59). Sed ut apertius intelligatur quod dicimus, evidenti utamur exemplo. Scriptum est : « Qui percusserit patrem, vel matrem, morte moriatur[70]; » et : « Qui maledixerit patri, aut matri, morte moriatur[71]. » Puer ergo parvulus quatuor fere aut quinque annorum si, ut fieri solet, indignatus virga percutiat (60) patrem aut matrem, quantum ad præceptum mandati spectat mortem debet (61). Sed quia lex in illo nondum est naturalis, quæ eum doceat non debere injuriam facere patri aut matri, nec scit in hoc crimen impietatis admitti (62) : est quidem species peccati quod facit; quia percutit patrem vel matrem, aut maledicit (63); sed mortuum est in eo peccatum, quia per absentiam naturalis legis, quæ in eo nondum est, peccatum ei non potest reputari. Nondum est enim intra eum ratio tanta, quæ eum doceat hoc quod facit, fieri non debere : et ideo etiam a parentibus non solum non reputatur ad culpam, sed ad gratiam jucunditatemque suscipitur. Et hoc modo consequenter, ut ego arbitror, intelligi potest quod Apostolus dicit : « Usque ad legem enim peccatum in hoc mundo, » ut subaudiatur, mortuum. « Peccatum autem non imputatur, cum lex non est. » Convenit enim secundum hanc expositionem etiam illud intelligi (64) quod dicit Apostolus : « Ego autem vivebam sine lege aliquando[72]. » Nam quomodo Paulus sine lege Moysi invenitur aliquando vixisse, cum ipse de se dicat[73] quia Hebræus ex Hebræis sit, et octava die circumcisus statim a nativitate in Moysi legis observantia fuerit? Sed constat eum aliquando, hoc est in puerili ætate, antequam rationis capax fieret, sine naturali lege vixisse. Nondum enim ei in illa ætate inerat justi injustique distinctio, nec recti

[67] Gen. VI, 7. [68] Gen. XIX, 24. [69] Rom. VII, 8, 9. [70] Exod. XXI, 15. [71] ibid. 17. [72] Rom. VII, 9. [73] Philip. III, 5.

(53) Alias, « terreni. »

(54) Alias, « conversationis, » male.

(55) Editi, « nec reputatum [al., « nec peccatum »] fuerit illi peccatum. »

(56) Alias, « Quomodo ergo vel in hujuscemodi, » etc., absque « vel in his. »

(57) Editi, « Invenimus eum in, » etc.

(58) Sic recte ms. unus Regius num. 1639. Cæteri vero mss. et editi, perperam, « usque ad legem enim naturalem, quæ certo ætatis tempore, » etc.

(59) Sic omnes mss. nostri. Editi vero, « pro eo quod est cum intrinsecus lex quæ vetat, ratio ostendat non esse facienda.

(60) *Si* (*ut fieri solet*) *indignatus virga percutiat.* Sic recte ms. unus; cæteri vero, « sicut fieri solet indignatus virga percutiat. » Editi omittunt « virga. »

(61) Ita omnes mss. nostri. Editi vero, « mori debet. »

(62) Ita recte ms. unus Regius num. 1639. Alter vero Regius num. 1641 habet, « non est in hoc crimen impietatis : eminet quia et est quidem species peccati, » etc. Cæteri vero mss. et editi habent, « vel sciat in hoc crimen impietatis admitti : et est quidem species peccati, » etc.

(63) Sic ms. unus Regius num. 1641. Cæteri vero mss. et editi, « matrem enim percutit, vel maledicit. »

(64) *Intelligi.* Deest in editis.

pravique patebat examen. Quod de naturali lege dici in sequentibus evidenter ostendit, cum dicit [74]: « Sed ubi venit mandatum, peccatum revixit: **549** ego autem mortuus sum. » Per quod declarat illius ætatis peccata fuisse quidem, sed mortua habita, quia non reputabantur ad culpam. Ubi vero cœpi, inquit, scire quid agendum sit, quid cavendum et vitandum (65), et mandatum legis intra me vigentis accipere; tunc in me revixit peccatum, quod prius per absentiam legis mortuum videbatur, et « ego, » inquit, « mortuus sum [74*]: » cœpit enim jam mihi reputari peccatum. Sed hæc Basilides non advertens de lege naturali debere intelligi, ad ineptas et impias fabulas sermonem apostolicum traxit, et in μετενσωματώσεως dogma (66), id est, quod animæ in alia atque alia corpora transfundantur, ex hoc Apostoli dicto conatur astruere. « Dixit enim, inquit, Apostolus, quia « Ego vivebam sine « lege aliquando [75]: » hoc est, antequam in istud corpus venirem, in ea specie (67) corporis vixi, quæ sub lege non esset; pecudis scilicet, vel avis. » Sed non respexit ad id quod sequitur, id est: « Sed ubi venit mandatum, peccatum revixit. » Non enim dixit se venisse (68) ad mandatum, sed ad se venisse mandatum; et peccatum non dixit non fuisse in se, sed mortuum fuisse, et revixisse. In quo utique ostendit quod de una eademque vita sua utrumque loqueretur. Verum Basilides, et si qui cum ipso (69) hoc sentiunt, in sua impietate relinquantur. Nos autem Apostoli sensum secundum pietatem ecclesiastici dogmatis advertamus. Sed et hoc ipsum quod dicit, « Peccatum erat in hoc mundo [76], » et non dixit, in hominibus, cum utique sint in mundo et pecudes, et cætera animalia, et arbores, vel ex quibuscunque hic mundus constat, nec tamen in his creditur esse peccatum, quale sit requiramus. Videtur mihi quod hic Apostolus (70) homines illos sentiat qui jam rationis capaces sunt, et naturalibus legibus parent: illam vero ætatem quæ nondum ad capacitatem rationis accessit, non tam homines quam mundum appellaverit, pro eo quod partes quidem mundi sint, nondum tamen in hoc venerint ut imaginem in se Dei, ad quam homo factus esse dicitur [77], capacitate rationis expresserint. Sed et illud velim (nisi plus justo curiosum videtur) inquirere, ne forte, secundum eos qui Moysi legem in his intelligi volunt, per hoc quod dicit, « Peccatum autem non imputatur, cum lex non est, » videatur etiam diabolus et angeli ejus absolvi, si ubi lex non est, peccatum non re-

A putatur. Et quomodo ante legem Moysi vel serpens condemnatus est, vel invidia diaboli mors introivit in orbem terrarum? Quomodo etiam quod Judas apostolus in Epistola catholica dicit, poterit explanari? Ait enim ita: « Angelos quoque qui non servaverunt principatum suum, sed dereliquerunt domicilium suum, in judicium magni diei æternis vinculis constrictos sub caligine reservavit [78]. » Ex quibus omnibus magis ac magis constat de ea lege hæc Apostolum dicere, quam unusquisque sive (71) hominum, sive etiam angelorum, divina quadam dispensatione vel munere intra se naturaliter gerit: cujus tanta vis est, et tanta potentia, ut etiam angelos arguat, nec personam ullius dignitatis excipiat, et ipsa fecerit hoc quod superius apostolus B Judas dicit, ut angeli qui non servaverunt principatum suum, sed dereliquerunt domicilium suum, ad judicium magni diei æternis astricti vinculis servarentur. Ipsa est lex, quæ etiam diabolum et angelos ejus in ignem æternum, qui eis præparatus est [79], pertrahit. Et sicut certum est quia neque illi angeli æternis astricti vinculis ad judicium servarentur, neque isti in ignem æternum qui eis præparatus est mitterentur, nisi quia positam sibi a Deo legem non servaverunt, neque ad judicium venirent, nisi contra legem aliquid commisissent, ita certum videtur quia si custodissent positam sibi legem, neque isti in ignem æternum, neque illi sub æterna caliginis vincula decidissent. Superest ut etiam illud pro viribus C discutiamus quomodo dictum sit: « Sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen in eos qui peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ, qui est forma futuri [80]. » Tertio nunc Apostolus de morte commemorat. Primo ait quod « per peccatum mors introivit in hunc mundum; » secundo, « In omnes homines, » inquit, « mors pertransiit [81]. » Nunc vero, « Regnavit, » inquit, « mors ab Adam usque ad Moysen [82]. » Et sciens esse per hæc singula aliquas differentias, quando (72) quidem introierit, et quando regnaverit, indicavit. Tunc, inquit, introivit, cum primus homo deliquit. Et quomodo introierit dixit. « Per peccatum (73), » inquit. Et nunc regni ejus tempus « ab Adam usque ad Moysen » designat: quomodo autem (74) in omnes hoD mines pertransierit non ostendit. Videtur ergo mihi in his describere Apostolus velut tyranni alicujus ingressum, qui voluerit regnum legitimi regis invadere, et primo quidem fauces ipsas et aditus regni **550** occupaverit prævaricatione custodis: tunc deinde cunctorum animos ad se inclinare ten-

[74] Rom. VII, 9. [74*] ibid. 10. [75] ibid. 9. [76] Rom. V, 13. [77] Gen. I, 27. [78] Jud. I, 6. [79] Matth. XXV, 41. [80] Rom. V, 14. [81] ibid. 12. [82] ibid. 14.

(65) *Et vitandum.* In editis omittitur.

(66) *Et in μετενσωματώσεως dogma.* Sic mss. nostri. Editi vero, « in Pythagoricum dogma, » omisso « et » Codices quidam perperam habent, « et in αἰητέυς αἰατοσέως dogma. »

(67) Editi, « in eam speciem. »

(68) Editi « sed advenisse. »

(69) Alias, « et qui cum ipso, » etc.

(70) *Apostolus.* Desideratur in libris antea editis.

(71) *Sive.* Deest in editis.

(72) Ita recte editi. Mss. vero nostri: alii, hic et infra, « quoniam; » alii, « quomodo. »

(73) *Per peccatum.* Al., « Peccatum, » omisso « per. »

(74) Alias, « quando autem. » Deinde, « in omnes homines » omittuntur in editis.

taverit, et maxima ex parte potuerit, et ita indebitum sibi vindicaverit regnum. Hoc ergo per tyrannidem regnante, mittitur dux electus a rege legitimo Moyses, qui occupatos ab eo populos ad civilis imperii jura revocaret, et veri regis uti legibus edoceret. Ille tunc tyrannus, id est mors peccati, qui per prævaricationem primi custodis irrepserat, regnabat super omnes illos qui ad eum simili, ut ille primus, prævaricatione declinaverant. Sed iste legitimi principis dux agit omnia quatenus aliquos ex peccati et mortis regno diripiat; et obtinuit tandem ut unam gentem, et si quis se huic voluit sociare, converteret: et ex præcepto regis primus (75) sacrificia instituit, quibus certa solemnitate oblatis sicut deceret, remitteretur eis peccatum (76). Et ita demum ex parte aliqua homines cœperunt de regno peccati mortisque liberari. Nam tyrannus ille qui dicitur mors, ab Adam qui primus prævaricatione sui ingressum ei dederat ut in omnes homines pertransiret, regnabat usque ad Moysen istum (77) quem diximus ducem, qui missus a Deo omnium rege regnum ejus cœpit infringere, et sub lege (78) justi principis revocare. « Regnavit » ergo « mors ab Adam usque ad Moysen [83], » secundum eam speciem quam supra posuimus, non super omnes, sed « in eos qui peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ. » Nam introivit quidem mors in mundum, et in omnes pertransiit, non tamen in omnes regnavit. Aliud est enim pertransire, et aliud regnare (79). Peccatum enim pertransiit etiam in justos (80), et levi quadam eos contagione perstrinxit. In prævaricatoribus vero, id est his qui se ei tota mente ac devotione subjiciunt, regnum tenet, et omni potestate dominatur. « Regnavit » ergo « mors ab Adam, » qui primus transitum peccato in hunc mundum prævaricando patefecit, « usque ad Moysen, » id est usque ad legem. Per legem enim purificatio peccatorum cœpit aperiri, et ex parte aliqua tyrannidi ejus obsisti per hostias, per expiationes varias, per sacrificia, per præcepta. Sed quoniam tanta ejus erat dominatio, quæ vires legis excederet, mittuntur in auxilium legis prophetæ (81). Sed et ipsi pervidentes supra vires suas esse tyranni potentiam, adventum præsentiamque ipsius regis exorant, clamantes ad Deum [84]: « Emitte lucem tuam, et veritatem tuam; » et iterum [85]: « Inclina cœlos tuos, et descende; » et rursum [86]: « Exsurge, Domine, fer opem nobis. » Adfuit ergo Jesus Christus Filius Dei, et « in quo » lex « infirmabatur per carnem, Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, de peccato damnavit peccatum in carne [87], » et mundum quidem reconciliavit Deo [88]: exuit autem principatus et potestates tyranni triumphans eas in semetipso [89]. Verum in hæc per excessum quemdam prolapsi videmur, sed ad propositum redeamus. Igitur mors peccati regnavit ab Adam usque ad Moysen, id est usque ad adventum Christi. Moyses enim lex appellatur, et lex, sicut scriptum est, usque ad Joannis baptismum habuit locum [90], ex quo cœpit Jesus regnum Dei prædicare. Quod autem excepit certos quosque in quibus mors regnaverit, cum dicit: « Regnavit mors in eos qui peccaverunt (82) in similitudinem prævaricationis Adæ, » non mihi videtur dici absque mysterii alicujus indicio (83). Ne forte ergo fuerint aliqui usque ad illud tempus, quo sub lege velut sub pædagogo homines habebantur, qui tale aliquid egerint quale Adam (84) in paradiso egisse describitur, et contigisse ex ligno sciendi bonum et malum, et erubuisse nuditatem suam, atque ab habitatione paradisi decidisse [91]. Aut magis simpliciter accipiendum videtur, et similitudo prævaricationis Adæ absque aliqua discussione recipienda, ut hoc sermone omnes qui ex Adam prævaricatore nati sunt indicari videantur, et habere in semetipsis similitudinem prævaricationis ejus non solum ex semine, sed ex institutione susceptam (85). Omnes enim qui in hoc mundo nascuntur, non solum nutriuntur a parentibus, sed et imbuuntur, et non solum sunt filii peccatorum, sed et discipuli. Ubi vero ætas adoleverit, et agendi quæ sentit libertas accesserit, ibi jam aut pergit quis in viam patrum suorum, sicut de nonnullis regibus scribitur [92], aut certe incedit in viam Domini Dei sui. Denique de Abel tale aliquid mihi indicari videtur in eo quod scriptum est: « Obtulit autem post dies Abel hostiam Deo ex primogenitis ovium, et ex adipibus earum [93]. » Quod ergo dixit, « post dies, » hoc ostendit, quia primis quidem vitæ suæ diebus paternæ prævaricationis institutionibus tenebatur; post illos vero dies ubi resipuit, ubi respexit ad Deum naturæ lege commonitus, dicitur tunc obtulisse hostiam Deo. Potest ergo vel hoc modo locus iste simpliciter exponi, vel occultatum, **551** in eo quod dicit, « in similitudinem prævaricationis Adæ, » sacramentum, et prope ineffabiliter reconditum subtili quadam intelligentiæ linea colligi: ut si quis ponat mortem hic (86), quæ

[83] Rom. v, 14. [84] Psal. xlii, 3. [85] Psal. cxliii, 5. [86] Psal. xliii, 26. [87] Rom. viii, 3. [88] II Cor. v, 19. [89] Coloss. ii, 15. [90] Luc. xvi, 16. [91] Gen. iii, 6, 7, 23. [92] III Reg. xv, 26 seq. [93] Gen. iv, 4.

(75) Ms. unus, « primis, » editi, « primi. »

(76) Sic ms. unus Regius num. 1641. Cæteri vero mss. et editi habent, « quibus certa solemnitate oblatis, diceret: Et remittetur ei peccatum. »

(77) Editi, « justum. »

(78) Editi, « et sub legem. »

(79) Ms. unus, « aliud est enim transire, aliud pertransire: aliud pertransire, aliud regnare. »

(80) *In justos*. Editi, « justos, » omisso « in. »

(81) Editi, « regis prophetæ. Sed et ipsi prævidentes, » etc.

(82) Alias, « in eos etiam qui non peccaverunt, » male.

(83) Mss. nostri, « indicio. » Editi, « indicatione, » al., « indictione, » al., « indicione. »

(84) Editi, « quod Adam. »

(85) Alias, « non solum ex genere, sed... suscepta. »

(86) Sic mss. editi vero, « mortem hanc. »

regnasse dicitur ab Adam usque ad Moysen, id est usque ad legis finem et principium Christi, illam dici (87) de qua in propheta scribitur tanquam ex persona Domini dicentis: « De manu inferni eripiam eos, et de morte liberabo eos [94]: » aut certe quod sint excepti aliqui, et occultiore mysterio designati, qui ad similitudinem prævaricationis Adæ peccasse memorantur, in quos solos regnaverit mors. Si vero, ut in nonnullis exemplaribus habetur, « etiam in eos qui non peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ, » mors ista, id est, quæ in inferno animas detinebat, regnasse dicatur, intelligimus et sanctos quosque sub ista morte, etiam si non peccandi, at certe moriendi lege decidisse: Christum vero idcirco in infernum descendisse, non solum ut ipse non teneretur a morte, sed ut et eos qui inibi non tam prævaricationis, ut diximus, crimine, quam moriendi conditione habebantur, abstraheret (88): sicut scriptum est: quia « multa corpora sanctorum dormientium surrexerunt cum illo, et ingressi sunt in sanctam civitatem [95]. » In quo et Prophetæ dicta complentur quibus ait (89) de Christo: « Ascendens in altum, captivam duxit captivitatem [96]. » Et hoc modo per resurrectionem suam mortis quidem jam regna destruxit, unde et captivitatem scribitur liberasse. Ipsum vero inimicum et tyrannum, cujus regna dissolvit (90), audi quomodo dicat Apostolus destruendum: « Novissimus, » inquit, « inimicus destruetur mors [97]. » Regnum vero jam mortis destructum est, et captivitas quæ sub ea tenebatur abducta est. Sed quia ipse inimicus et tyrannus adhuc in novissimo et in fine sæculi destruendus est (91), idcirco etiam nunc videmus eum non tam regnare, quam latrocinari; et depulsum regno, per deserta et avia circumeuntem quærere sibi infidelium manum; et ideo clamabat Apostolus: « Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obediendum desideriis ejus [98]. » Verum nos contenti perstrinxisse paucis ea quæ Apostolus obtecta (92) esse voluit, sequentia requiramus. Addidit post hæc: « Qui est forma futuri. » Quod quidem ambiguum mihi videtur, utrum ex eo tempore quo hæc scribebat Apostolus, Adam futuri forma dicitur, quod est sæculi venturi; an a semetipso, id est, ab Adam futuri, ut in Christo accipiatur: quod tempus Apostolo hæc scribenti futurum non erat, sed præteritum: quamvis et in alio loco cum de Adam et Eva loqueretur idem Apostolus, dixerit: « Mysterium hoc magnum est: ego autem dico in Christo et in Ecclesia [99]; » in quo videtur hoc magis nobis ad intelligendum dedisse, quod forma futuri dicatur Adam in eo quod advenit Christus ad Ecclesiam sibi sociandam. Nescio sane quomodo quis possit et prævaricationem ejus, et peccatum, et hoc quod mors per ipsum in omnes homines pertransiit, in formam Christi coaptare, nisi forte ex contrariis, ut idem Apostolus in superioribus exponit, cum dicit: « Sicut enim per unum hominem mors, ita et per unum resurrectio mortuorum [1]; » et iterum: « Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita et per unius obedientiam justi constituentur multi [2]. » Si vero intelligamus Apostolum a suis temporibus quibus hæc scribebat, dixisse Adam futuri esse formam, ita magis intelligitur, quod sicut in hoc sæculo mors regnavit per unum Adam, et mortale effectum est omne hominum genus, ita et in futuro sæculo vita regnabit per Christum, et immortalitate donabitur omne hominum genus. Similiter autem ut in hoc ambiguum diximus esse sermonem quo ait, « Qui est forma futuri [3], » invenimus et ad Colossenses ambigue scriptum, ubi dicit: « Non ergo vos judicet quisquam in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniis, aut Sabbatis, quæ sunt umbra futurorum [4]. » Et item alibi idem Apostolus dicit: « Umbram enim habet lex bonorum futurorum [5]. » In quibus utique similis dubitatio (93) est, utrum cibus, et potus, et dies festi, et neomeniæ, et Sabbata, ita habeant umbram futurorum, ut in adventu Christi veritas umbræ ipsius adimpleta sit; an in futuro sæculo sit implenda. Sed et quod dicit Apostolus, totam legem umbram habere futurorum bonorum, utrum in adventu Christi, an in futuro sæculo umbræ istius explenda sit veritas, incertum est; quia et in alio loco scribitur etiam de his quæ sub lege sunt, quod formæ et umbræ deserviant cœlestium [6]. Qui ergo vult astruere quod in adventu Christi ista completa sint, cibi et potus rationes confirmabit expletas in eo ubi Petrus per visionem vidit in linteo omne genus animalium deponi, et audivit vocem: « Quod Deus mundavit, tu commune ne dixeris [7]: » quod ad diversos utique hominum **552** mores refertur: et poculum dicet esse calicem Novi Testamenti: diem quoque festum probabit, ubi « pascha nostrum immolatus est Christus [8], » et diem festum celebramus « non in fermento veteri, sed in azymis sinceritatis et veritatis [9]. » Similiter et neomenias, hoc est novos menses fieri ostendet per Christum Solem justitiæ [10], et apostolos ejus. Sed et Sabbata observari docebit, non portando onera peccati, sed stando unumquemque stabiliter in loco suo, non accendentem ignem [11], de quo per prophetam dicitur: « Ite in lumine ignis vestri, et flammæ quam ac-

[94] Osee XIII, 14. [95] Matth. XXVII, 52, 53. [96] Psal. LXVII, 19. [97] I Cor. XV, 26. [98] Rom. VI, 12. [99] Ephes. V, 32. [1] I Cor. XV, 21. [2] Rom. V, 19. [3] ibid. 14. [4] Coloss. II, 16. [5] Hebr. X, 1. [6] Hebr. VIII, 5. [7] Act. X, 15. [8] I Cor. V, 7. [9] ibid. 8. [10] Malach. IV, 2. [11] Exod. XVI, 29; XXXV, 3.

(87) *Dici.* In antea editis omittitur.

(88) *Abstraheret.* Sic rectius Rabanus. Editi vero et mss. nostri, « absolveret. »

(89) Editi, « qui ait. »

(90) Editi, « dissolvuntur. » Deinde ms. unus, « audi quando dicat Apostolus, » etc.

(91) *Est.* Deest in editis.

(92) Editi, « objecta, » male.

(93) Editi, « disputatio. »

cendistis vobis [12]. » Alius vero qui formas istas et umbram legis ad futurum sæculum transfert, et ministeriorum cœlestium has esse ducit (94) imagines in illa cœlesti Jerusalem complendas, de cibo et potu conabitur assignare secundum ea quæ Dominus dicit [13] : « Donec bibam illud novum vobiscum in regno Patris mei. » Sed et diem festum dicet secundum prophetæ dictum : « Quid facietis in die solemnitatis, et in die festo Domini [14]? » Neomenias vero, id est novos menses, in illis æternis annis requiret de quibus dicit Propheta : « Memoratus sum annos æternos, et meditatus sum [15] ; » et iterum in cantico Deuteronomii : « Recordamini dies æternos [16] ; » et de Sabbato dicitur : « Relinquitur ergo sabbatismus populo Dei [17]. » Et astruet, quia sicut hæc singula formam futuri sæculi tenent, ita potest etiam Adam de quo dicitur, « Qui est forma futuri [18], » conferri ad futuri sæculi rationem : et propterea cum præmissum esset de his « qui peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ, » additum est : « Qui est forma futuri. »

2. « Sed non sicut delictum, ita et donum. Si enim unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei et donum in gratia unius hominis Jesu Christi in plures abundavit. Et non sicut per unum peccatum (95), ita et donum. Nam judicium quidem ex uno in condemnationem : gratia autem ex multis delictis in justificationem [19]. » Cum in superioribus dixisset Apostolus de Adam : « Qui est forma futuri, » videns requiri posse (96), quia si Adam forma Christi est, ergo et in eo quo peccavit necesse est ut formam Christi habuerit, et in eo quo regnavit mors ab Adam usque ad Moysen : hoc autem de Christo sentire videbatur absurdum, continuo subjungit : « Sed non sicut delictum, ita et donum : » et incipit ex hoc sermone veluti semetipsum explanare quomodo formam Christi dixerit esse Adam. « Si enim, » inquit, « unius delicto multi mortui sunt, » in Adam videlicet, « multo magis gratia Dei et donum in gratia unius hominis Jesu Christi in plures abundavit : » id est, si in uno peccante locum mors inveniens in plures potuit diffundi (97), multo magis gratia Dei, quæ in Christo copiosius et latius abundavit quam mors in Adam, in plures diffunditur; et in tantum non est eadem conditio delicti, quæ et doni, ut cum judicium habitum sit de Adam, ex uno ipso (98) delinquente condemnatio in omnes homines venerit; econtrario vero per Christum ex multis delictis, quibus omne genus hominum tenebatur, justificatio data sit in

A omnes : ut sicut mors per unum regnaverat in delictis, ita et per unius obedientiam vita regnaret per justitiam. Igitur non sine profunda arte dicendi Apostolus formam Christi esse Adam posuit, quæ sit per genus similis, per speciem contraria. Per genus namque similis est forma in eo quod sicut ab uno Adam in plures homines diffunditur, ita et ab uno Christo in plures homines diffundatur. Per speciem vero contraria, quod ex Adam prævaricatione cœpta, « peccatores constituti sunt multi ; » Christi vero « obedientia justi constituentur multi [20]. » Quia ergo quatenus forma Christi fuerit Adam, sive in similibus, sive in contrariis, secundum rationem eloquii ipsius explanatum est, nunc etiam quid interioris sensus Apostolus indicet in his (99), vel po-

B tius contegat, videamus. Et quamvis periculosum videatur ea quæ occultius in Apostoli scriptis posita sunt patefacere, tamen, qua ex parte possibile est, indicia quædam ex his divinæ bonitatis colligere non puto absurdum videri. Proposuit Apostolus ostendere quid humano generi intulerit « primus Adam, » qui « factus est in animam vivam ; » quid etiam « secundus Adam, » qui est « in spiritum vivificantem [21]. » Ex illius, inquit, prævaricatione peccatum apparuit, et per peccatum mors ingressa est in omnes homines [22] : imo, ut servemus Pauli Litteris moderationem suam quam in præsenti loco tenuit, in multos homines mors pertransiit [23]. Per obedientiam vero Christi justificatio, et per justificationem vita multo magis in plures abundavit [24].

C Et ostendere vult quod multo sit fortior vita quam mors, et justitia quam peccatum : et per hoc edocere quia si ita peccatum et mors (1) regnare in omnibus potuit, accipiens ex unius hominis inobedientia initium, quanto potentius et dignius per justitiam vita regnabit, initium accipiens per unius **553** obedientiam (2) Christi; Christi, inquam, qui ad hoc opus non conditionis necessitate, sed sola miseratione permotus accessit. « In forma » enim « Dei » erat, et videns unius hominis delicto mortem regnare per populos, creaturæ suæ non obliviscitur, « nec rapinam ducit esse se æqualem Deo [25] : » hoc est, non sibi magni aliquid deputat quod ipse quidem æqualis Deo et unum cum Patre est, opus vero suum depascitur mors unius homi-

D nis ingressa delicto. « Exinanivit » igitur « semetipsum » de æqualitate et forma Dei, et « servi » suscepit « formam [26], » et fit homo, ad quem tentandum auderet quidem venire ille qui regnabat in omnibus, sed intrare non posset. Mortem tamen istam communem suscepit, cum illam peccati, quæ

[12] Isai. L, 11. [13] Matth. xxvi, 29. [14] Osee ix, 5. [15] Psal. lxxvi, 6. [16] Deut. xxxii, 7. [17] Hebr. iv, 9. [18] Rom. v, 14. [19] ibid. 15, 16. [20] ibid. 19. [21] I Cor. xv, 45. [22] Rom. v, 12. [23] ibid. 15. [24] ibid. 19. [25] Philip. ii, 6. [26] ibid. 7.

(94) Alias, « dicit. »
(95) Mss. plures, « Et non sicut per unum peccantem, » etc.
(96) Editi, « quia requiri posset. »
(97) Editi, « abundabit, id est, si uno peccante. » Deinde, « quæ in Christo est, copiosius et latius abundabit, quam mors Adam in plures diffundatur. »
(98) Alias, « et ex uno ipso. »
(99) Editi et mss. quidam, « quæ [al., « qui, » al., « quid] interior sensus Apostoli indicet in his, » etc.
(1) Alias, « si ita per peccatum mors, » etc.
(2) Editi, « Christi ; Christus, inquam, ad hoc opus, » etc. Mss. quidam semel habent « Christi. »

regnabat in omnibus, non receperit : ut sicut « per A hominem mors, ita et per hominem » fieret « resurrectio mortuorum [27] : » et sicut « unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei et donum in gratia unius hominis Jesu Christi in plures » abundaret [28]. Non autem absque profunda sapientia, quam Paulus inter perfectos loqui se dicit [29], in hoc loco sermones suos moderatus est, et quos alibi « omnes » dixerat, hic « multos » vel « plures » appellavit, ubi comparationem diffusi in omnes homines peccati et mortis ab Adam facit, et justificationis ac vitæ a Christo; ne forte si absolute pronuntiaret quia pari ratione atque eodem ordine quo ab Adam in omnes homines mors diffusa peccati est, etiam justificatio et vita, quæ a Christo est, in omnes homines diffunditur, resolveret B auditores (3), et segniores fierent erga observantiam, certi de securitate vitæ quæ in omnes homines per Christi gratiam traderetur. Et ideo reprimit (4) sermonem, et non omnes homines (sicut solet in cæteris) ponit, sed multos, qui unius delicto peccatores constituti sunt : et rursum in gratia Dei donum per unum hominem Jesum Christum, non in omnes, sed in plures asserit abundare : quo et negligentiores metu suspendat ac sollicitos faciat, et perfectioribus divinæ bonitatis secreta non claudat. Bene autem quia plures posuit ad quos donum gratiæ pertinet, quam eos qui unius delicto constituti sunt peccatores. In quo arbitror quidem aliquid et latentis esse mysterii : quia et alibi [30] mortem dicit regnasse ab Adam usque ad Moysen, non C in omnes, sed in eos tantum, qui secundum similitudinem prævaricationis Adæ peccaverunt. Tamen et simpliciore intellectu potest videri ideo plures dictos, quia quamvis qui ex Adam peccatores facti sunt multi sint, tamen qui per gratiam Christi vivificantur ideo plures dicti sunt (5), quia etiam ille ipse ex quo in cæteros mors peccati diffusa est, additur numero eorum, eo quod cum omnibus, quos ipse fecerat sub delicto, etiam ipse salvetur, sicut de Sapientia dicitur : « Hæc, » inquit, « illum, qui primus factus est, patrem mundi, cum solus esset creatus, custodivit, et liberavit eum de peccato suo [31]. » Quæ est autem hæc Sapientia quæ primum hominem liberavit de peccato suo, nisi Christus, qui est Dei virtus et Dei sapientia [32] ? Sic D ergo plures Christus reducit ad vitam, quam Adam duxit ad mortem : quia etiam ipsum Adam, qui cæteris causa exstitit mortis, Christus revocavit ad vitam : ut verum sit illud quod in consequentibus scribit Apostolus [33], quia « sicut per unius hominis delictum in condemnationem mortis in omnes homines, ita et per unius gratiam in omnes homines in justificationem vitæ (6). » Homo autem est etiam Adam : ergo et in ipsum justificatio vitæ perveniet. Sed dices fortasse : Si uno peccante mors in omnes homines pertransiit, et rursus unius justitia in omnes homines justificatio vitæ pervenit, neque ut moreremur aliquid nobis gestum est, neque ut vivamus, sed est mortis quidem causa Adam, vitæ autem Christus. Diximus quidem jam et in superioribus, quod parentes non solum generant filios, sed et imbuunt; et qui nascuntur, non solum filii parentibus, sed et discipuli fiunt, et non tam natura urgentur in mortem peccati, quam disciplina. Verbi causa (7) enim, si quis a Deo recedens idola colat, nonne continuo etiam filios si genuerit docebit idola (8) venerari, et sacrificia offerre dæmoniis? Hoc secundum Adam facit, et in hoc regnat mors ab Adam, hoc est a nativitate, usque ad legis tempus, quo ad discretionem recti pravique operis veniens, capax Christi gratiæ effici potest : et ibi relinquit Adam qui eum vel genuit, vel docuit in mortem, et sequitur Christum, qui eum et docet, et gignit ad vitam. Vis autem scire quia non solum nativitatis, sed et doctrinæ est, in quo mors regnavit ab Adam? Disce hoc ex contrariis. Etenim Dominus Jesus Christus cum venisset quæ perperam gesta fuerant emendare, pro eo quod in mortem generaret illa quæ ex Adam veniebat prima nativitas, introduxit secundam nativitatem, quam non tam generationem, **554** quam regenerationem appellavit (9), per quam sine dubio vitium primæ nativitatis aboleret : et sicut generationi substituit regenerationem, ita et doctrinæ (10) substituit aliam doctrinam. Mittens etenim ad hoc opus discipulos suos, non dixit tantum : Ite, baptizate omnes gentes; sed ait : « Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti [34]. » Sciens igitur utrumque esse in culpa, utrique remedium dedit (11), ut generatio mortalis regeneratione baptismi mutaretur, et impietatis doctrinam doctrina pietatis excluderet (12). Non ergo nihil peccantibus nobis mors regnavit in nobis : sicut rursum non otiosis nobis, et nihil agentibus vita regnabit in nobis. Sed initium quidem

[27] I Cor. XV, 21. [28] Rom. V, 15. [29] I Cor. II, 6. [30] Rom. V, 14. [31] Sap. X, 1. [32] I Cor. I, 24. [33] Rom. V, 18. [34] Matth. XXVIII, 19.

(3) Editi, « resolverentur auditores. »
(4) Editi, « imprimit. »
(5) Alias, « dicti sint. »
(6) Sic recte ms. unus. Editi vero et cæteri mss., « quia primus [al., « per unius »] gratiam in omnes homines justificatione vitæ; [al. « in justificationem vitæ; » al., « justificatio est vitæ], » omissis cæteris.
(7) Alias, « quam discipulatu. Nam verbi causa, si, » etc.
(8) *Idola*. Deest in antea editis.
(9) Editi, « quam regenerationem appellavit. » Mss. quidam, « quod non tam regenerari, quam regenerari appellavit. »
(10) Editi, « et sicut generationem » [al., « generationi »] substituit, ita et doctrinæ, » etc.
(11) Alias, « utrumque remedium dedit. »
(12) Alias, « et impietatem doctrina pietatis excluderet; » male. Deinde Genebrardus, « Tunc ergo; » Salodianus et Merlinus, « Nunc ergo; » sed mss. nostri omnes, « Non ergo. » Postea vero alii habent, « regnavit, » alii, « regnabit. »

vitæ datur a Christo, non invitis, sed credentibus, et pervenitur ad perfectionem vitæ perfectione virtutum, sicut et in mortem dudum prævaricationis similitudine et vitiorum expletione perventum est. Et quamvis tanquam prudens dispensator verbi Dei apostolus Paulus occulta hæc in Litteris suis esse voluerit et obtecta, inseruit tamen, nec siluit in eo ubi dicit: « Sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen in eos qui peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ [35]. » Videsne ut a peccato nullum Paulus excuset? Sed et peccati genus designat, similitudinem prævaricationis Adæ in unoquoque constituens, licet ubi, quando, aut quomodo ab unoquoque similitudo ista prævaricationis admissa sit, tutum non crediderit apertius proloqui. Sed qui eruditus est ex lege Domini, scit intelligere obscurum sermonem dictaque sapientium et ænigmata [36]. Ideo denique etiam de salute quæ in Christo est (13), occultius loquitur; et cum dixisset: « Sicut enim in Adam omnes moriuntur [37], » non dixit, « ita et in Christo omnes » vivificantur, sed, « vivificabuntur: » et rursum cum dixisset: « Sicut enim unius peccato mors regnavit per unum, ita et per unius justificationem [38], » non dixit, regnat vita, sed, « regnabit vita per unum Jesum Christum. » Scit enim, ut dixi, scriptum esse quia « fidelis spiritu celat negotia [39]; » et item alibi: « Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abscondisti timentibus te [40]. » Si enim interroges quando vita regnabit per Jesum Christum, et quando justitia ejus in omnes homines in justificationem vitæ efficietur (14), quando in omnes ista beatitudo perveniet: ipsius Domini Jesu Christi sermonibus disce, quibus dicit ad discipulos: « Audistis hæc omnia? Dicunt ei: Etiam, Domine. Ait eis: Beati estis, si feceritis ea [41]. » Tunc ergo beati erimus cum verbum Dei non solum audire et intelligere, sed et facere poterimus (15). Quamvis enim promittatur exeundum esse quandoque de carcere, tamen designatur non inde exiri posse, nisi reddat unusquisque etiam novissimum quadrantem [42]. Quod si etiam quadrans, quod est minimi peccati pœna, non remittitur (16), nisi in carcere et per supplicia luatur, quomodo quis spe impunitatis resolvetur, aut donum gratiæ peccandi libertatem putabit? Igitur ex uno quidem Adam cœpit in hoc mundo regnare peccatum, et regnavit in eos qui seculi sunt prævaricationis Adæ similitudinem: et ideo « judicium ex uno in condemnationem [43]; » et rursum per unum Dominum nostrum Jesum Christum gratia regnare cœpit per justitiam; quæ et regnabit in omnibus qui obediunt ei, et custodiunt verba ejus, et per hæc ex multis delictis veniunt ad justificationem vitæ.

3. « Si enim unius delicto mors regnavit per unum, multo magis qui abundantiam gratiæ et donum justitiæ accipiunt, in vita regnabunt per unum Jesum Christum [44] (17). » Si esset sicut delictum ita et donum, dixisset utique Apostolus, quia sicut unius delicto mors regnavit per unum, ita et per unius justitiam vita regnabit per unum Jesum Christum. Nunc autem dicit quia « mors » quidem « unius delicto regnavit per unum. » Qui autem abundantiam gratiæ (18), et donum justitiæ accipiunt, non solum ultra non regnat in eis mors (quod et ipsum utique non parvæ est gratiæ) sed et alia duo eis conferuntur bona: unum, quod pro morte vita in eis regnat Christus Jesus: aliud, quod etiam ipsi regnabunt per unum Jesum Christum. Cum ergo necessaria hæc in eos veniant bona, id est, ut regnum mortis effugiant, et pro morte regnet in eis vita, imo ut et ipsi regnent in vita per unum Jesum Christum, manifestum est quomodo « non » sit « ita delictum sicut et donum [45], » et quomodo dicatur: 555 « Multo magis gratia Dei et donum in gratia unius hominis Jesu Christi in plures abundabit: » et illud: « Gratia autem ex multis delictis in justificationem: » sed et hoc quod dicit in præsenti: « Multo magis qui abundantiam gratiæ, et donum justitiæ accipiunt, in vita regnabunt (19) per unum Jesum Christum » Dominum nostrum [46]. Quod ergo ait, « Unius delicto mors regnavit per unum [47], » ostendit quia per delictum morti regnum datur, nec potest regnare in aliquo, nisi jus regni (20) accipiat ex delicto. Per quod indicari videtur, quod cum libera a Deo creata sit anima, ipsa se in servitutem redigat per delictum, et velut chirographa immortalitatis suæ, quæ a creatore suo acceperat, morti tradat. « Anima enim quæ peccat, ipsa mo-

[35] Rom. v, 14. [36] Prov. I, 6. [37] I Cor. xv, 22. [38] Rom. v, 17, 18. [39] Prov. xi, 13. [40] Psal. xxx, 20. [41] Matth. xiii, 51; Joan. xiii, 17. [42] Matth. v, 26. [43] Rom. v, 16. [44] ibid. 17. [45] ibid. 15. [46] ibid. 15, 17. [47] ibid. 16.

(13) *Est*. Deest in editis.

(14) Alias, « justificationem vitæ efficiet. »

(15) Alias, « possimus; » al., « possumus. »

(16) Sic optime ms. unus Regius num. 1639. Editi vero, « quadrantis, quæ est minima peccati pœna, pœna non remittitur. » Cæteri mss., « quadrantis, quod est, » etc., ut in textu.

(17) Alias, « multo magis qui abundantiam gratiæ et donationis justitiæ accipientes erunt, in vita regnabunt per Jesum Christum. »

(18) Alias, « Omnes autem abundantiam gratiæ et dona justitiæ accipiunt, ut non solum ultra non regnet in eis mors (quod et ipsum utique non parvæ esset gratiæ), » etc. Al., « Qui autem abundant gratia et dono justitiæ, accipiunt ut non solum ultra non regnet in eis mors (quod et ipsum utique non parvæ esset gratiæ), » etc. Al., « Qui autem abundantiam gratiæ et doni justificationem accipiunt, non solum ultra non regnat in eis mors (quod et ipsum non parvæ esset gratiæ), » etc.

(19) Sic recte ms. unus. Cæteri vero mss. et editi, « Multo magis abundabit gratia, et donum justitiæ accipitur, in vita regnabit, » etc. Al., « Multo magis qui abundat gratia, et donum justitiæ accipit, » etc. Al., « Multo magis qui abundantiam gratiæ, et donum justitiæ accipit, » etc.

(20) Alias, « ejus regnum, » male.

rietur [48]. » Ipsa denique anima clamat per Prophetam, dicens : « In pulverem mortis deduxisti me [49]. » Quod utique ei nisi ex delicto non potuisset accidere. Unde evidenter apparet eam per delictum chirographa sui conscripsisse cum morte, ut et libertate immortalitatis amissa, jugum peccati, et regnum mortis exciperet. Volens igitur Apostolus ostendere quanto majora per Christum anima recipit, quam amiserat per Adam, frequentat istos sermones, ut dicat, « Multo magis, » et, « abundantiam gratiæ, et donum justitiæ, » et, « regnabunt (21) per unum Jesum Christum [50]. » Quæ omnia utique declarant multo abundantiora esse dona quam damna. Sed requires, isti quos dicit regnaturos in vita per Jesum Christum, super quos regnabunt. Videtur mihi quod sicut mortis regnum in eos ostendit fuisse quos sibi peccando fecit obnoxios, ita et eorum qui abundantiam gratiæ, et donum justitiæ accipiunt, et per unum Jesum Christum regnaturi dicuntur, regnum ostendat futurum super illos qui eis in eruditione regni Dei subditi fiunt, et, ut ita dicam, qui sapientiæ, et justitiæ, ac vitæ quæ in eis est, et per quam regnant, capaces fuerint inventi. Unde et non otiose videtur mihi Apostolus, qui in cæteris locis dixerat, quia « in omnes homines mors pertransiit ; » et iterum : « Gratia Dei (22) in plures abundavit ; » et iterum : « Gratia ex multis delictis in justificationem [51], » hoc in loco neque omnes, neque multos, neque plures posuisse; sciens ad paucos pertinere istius beatitudinis summam, « qui abundantiam gratiæ, et donum justitiæ accipientes, in vita regnabunt per unum Jesum Christum [52]. » Ipsius autem mortis hic describitur regnum, quæ alias [53] dicitur (23) inimicus esse Christi ultimus vel novissimus destruendus. Destruetur autem in eo, ut ultra non regnet. Quod si non regnat, certum est jam nec delictum futurum esse, in quo solo mortis est regnum, tunc sine dubio cum ad eam dicetur : « Ubi est, mors, aculeus tuus [54]? » quoniam quidem, ut ipse Apostolus dicit, « aculeus mortis peccatum est, virtus autem peccati lex [55]. » Restat ergo tunc neque legem futuram, si quidem peccati virtus ipsa dicatur, ut peccati virtute sublata, merito possit et regnum mortis aboleri. Sed hæc in excessu nunc dicta sint : suis enim in locis opportunius requirentur. Velim tamen percontari (quoniam quidem mortem regnum usque ad præsentiam Christi, qui est vita, diximus tenuisse; venisse

A vero Christum dicit Apostolus non solum ad mortem destruendam, sed et ad illum ipsum, qui habebat mortis imperium, id est diabolum, in medio hoc, id (24) est, antequam illud fiat quod scriptum est : « Deinde finis, cum tradiderit regnum Deo et Patri [56] : ») quis regnat. Si enim dicamus id quod consequens videtur, quia vita regnat morte destructa ; potest nobis occurri : Quomodo ergo peccatur ? Et manifestum est mortem regnare per peccatum. Si vero dicamus in quibusdam regnare Christum, hoc est vitam, et in quibusdam mortem : quos, aut ubi inveniemus, in quibus ita regnum sit vitæ, ut regnum mortis in eis non habeat potestatem, hoc est, qui penitus absque peccato sint? Quæ mihi videntur magis ad futurum pertinere

B regnum, et ibi hæc esse complenda, ubi (25) dicitur quod « sit Deus omnia in omnibus [57]. » Idcirco enim et in oratione Dominica dicere docemur, « Adveniat regnum tuum [58], » quasi quod nondum advenerit : et ipse Dominus in initio prædicationis suæ non dicit : Venit regnum cœlorum ; sed, « Appropinquavit regnum cœlorum [59]. » Præsens vero tempus non tam regni dixerim videri quam belli : per quod bellum futurum regnum quæratur, quamvis hoc ipso belli tempore, quia jam ex aliqua parte regnum mortis infringitur, et paulatim destruitur, quod prius in omnes homines fuerat dilatatum, Christus regnare dicatur, secundum illud quod scriptum est : « Oportet enim eum regnare, donec ponat omnes inimicos ejus sub pedibus

C ejus [60] ; » et item alibi dicit : « Nunc autem necdum videmus subjecta esse ei (26) omnia [61]. » Unde apparet quia hoc quod dicit, « Oportet enim eum regnare, » **556** pro regnum parare, posuerit. Certum est enim quia prius (27) pugnandum est, et alligandus est fortis, et sic vasa ejus diripienda sunt [62]. Et ideo etiam ipse Salvator dicit : « Non veni pacem mittere, sed gladium [63]. » Tandiu vero pugnandum est ab his qui regnare volunt in vita per Jesum Christum, donec « novissimus inimicus » destruatur « mors [64]. » Sed et de abundantia gratiæ, et dono justitiæ sciendum est quia ad illud regnum, quod diximus præparari per bellum, non venit aliquis qui unam gratiam solum consecutus est, hoc est, qui in uno aliquo opere placuerit; sed

D abundantia gratiæ ab eo requiritur, secundum eum qui dicit : « Abundantius autem quam omnes illi laboravi, non autem ego, sed gratia Dei mecum [65]. » Similia quæque (28) etiam his quos imbuit preca-

[48] Ezech. XVIII, 4. [49] Psal. XXI, 16. [50] Rom. V, 17. [51] ibid. 12, 15, 16. [52] ibid. 17. [53] I Cor. XV, 26. [54] ibid. 55. [55] ibid. 56. [56] ibid. 24. [57] ibid. 28. [58] Matth. VI, 10. [59] Matth. III, 2. [60] I Cor. XV, 25. [61] Hebr. II, 8. [62] Matth. XII, 29. [63] Matth. X, 34. [64] I Cor. XV, 26. [65] I Cor. XV, 10.

(21) Sic ms. unus Regius. Editi vero, « Multo magis et abundantia gratiæ, et donum justitiæ regnabit, » etc. Alter ms. « multo magis et abundantiam gratiæ, et doni, et justitiæ, et regnabunt, » etc. Alius Regius num. 1639 habet tantummodo, « regnabunt per unum Jesum Christum, » omissis cæteris.

(22) *Gratia Dei*, et iterum paulo post, *gratia*, desunt in editis, et in plerisque mss.

(23) Alias, « hoc describitur regnum, quæ in aliis dicitur, » etc.

(24) *In medio hoc*, *id*. Hæc desunt in editis. Ms. unus pro « in medio » habet « moriendo. »

(25) *Ubi*. In editis omittitur.

(26) *Ei*. Desideratur in editis.

(27) *Prius*. Nusquam in editis comparet.

(28) Alias, « similia quoque. »

tur, cum dicit : « Gratia vobis et pax multiplicetur [66]. » Multiplicatur ergo gratia et abundat, si et sermo noster semper in gratia sale sit conditus, et opus nostrum cum gratia humilitatis et simplicitatis fiat, et omnia quæ agimus ad gloriam Dei agamus. Similiter etiam de dono justitiæ accipiendum est. Nihil enim sine justitia agere debet qui justificatur a Christo, secundum eum qui dicit : « Beati qui custodiunt judicium, et faciunt justitiam in omni tempore [67]; » et secundum quod Sapientia pronuntiat dicens, quia « et si perfectus sit quis in filiis hominum, si non adsit ei justitia a Deo, in nihilum reputabitur [68]; » et hoc modo qui habuerint abundantiam gratiæ et donum justitiæ, in vita regnabunt per unum Jesum Christum [69].

4. « Itaque sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, ita et per unius justitiam in omnes homines in justificationem vitæ [70]. » Jam et superius diximus quod per delictum Adæ velut aditus quidam datus est, quo in omnes homines vel peccatum, vel mors peccati, vel condemnatio perveniret. Econtrario ergo Christus aditum justificationis aperuit, per quem vita ingrederetur ad homines, et ideo dicebat de semetipso : « Ego sum ostium. Per me si quis ingressus fuerit, salvabitur [71]. » Sed de his jam in superioribus satis est dictum. Illud tamen observandum est, quod non dixit : « Sicut in omnes homines in condemnationem » mortis, sed tantummodo, « in condemnationem, » quo scilicet in omnibus probet multo abundantius donum esse quam delictum. Quomodo sane, vel quæ condemnatio in omnes homines venerit videndum est. Et sufficere forsitan potest secundum simplicem expositionem, ut dicamus condemnationem esse delicti communem hanc mortem, quæ omnibus venit, et veniet, etiam si justi videantur. Quod si forte aliquis objiciat de Enoch et Elia qui translati sunt ne viderent mortem [72] : hoc modo hæc causa salvatur (29), quod non continuo falsa videantur ea quæ de omnibus dicuntur, si aliqua dispensatio Dei in uno vel duobus hominibus facta est. Sed et illud quis competenter, ut arbitror, proferet in loco, quia cum deliquisset Adam, scriptum est [73] quod ejecit eum Dominus Deus de paradiso, et constituit eum in terra hac contra paradisum deliciarum ; et hæc fuit delicti ejus condemnatio, quæ in omnes homines sine dubio pervenit. Omnes enim in loco hoc humiliationis et in convalle fletus effecti sunt ; sive quod in lumbis Adæ fuerunt omnes qui ex eo nascuntur, et cum ipso pariter ejecti sunt : sive alio quolibet inenarrabili modo et soli Deo cognito unusquisque de paradiso trusus videtur, et excepisse condemnationem.

5. « Sicut enim per inobedientiam unius hominis A peccatores constituti sunt multi, ita et per unius obedientiam justi constituentur multi [74]. » Potest quidem fieri ut secundum ea quæ in superioribus observavimus, Paulus, volens mysteria secretiora contegere, quos alibi « omnes » dixerat, alibi multos ponat, ne forte si dixisset « per unius inobedientiam peccatores » factos esse omnes, et necessario subjunxisset, « ita et per unius obedientiam justi constituentur » omnes, videretur ex hujusmodi promissionis securitate resolvere animos eorum quibus expedit esse sub metu. Et ideo nos fidelis et prudentis in verbo Dei dispensatoris consilium servantes, pro eo magis satisfacere debemus quomodo per unius inobedientiam non omnes, sed multi sunt peccatores facti. Nam per unius obe- B dientiam quomodo non omnes, sed multi constituantur, difficultatem non habebit intelligentiæ, secundum illud quod Dominus dicit in Evangelio [75]: « Multi enim venient ab Oriente et Occidente, et recumbent cum Abraham, et Isaac, et Jacob in regno Dei, » et non dixit, Omnes venient. Peccatores autem quomodo multi et non omnes videantur, cum idem Apostolus dicat quod « omnes peccaverunt, » debemus ostendere. Aliud est peccare [76], aliud peccatorem esse. Peccator dicitur is qui multa delinquendo, in consuetudinem, et, ut ita dicam, in studium peccandi jam venit ; sicut econtrario justus non dicitur is qui semel aut bis aliquid justitiæ fecerit, sed ille qui semper C juste agendo, in usu et consuetudine justitiam **557** habet. Nam si quis in cæteris fere omnibus injustus sit, semel autem vel bis aliquid justi operis egerit, iste quidem in eo opere in quo justitiam tenuit, juste egisse dicetur, non tamen ex hoc justus appellabitur. Ita et justus peccasse quidem dicetur (30) si aliquid commiserit aliquando quod non licet, non tamen ex hoc peccator appellabitur, qui peccandi usum et consuetudinem non tenet : sicut et medicus ille non dicitur qui aut leviter ruptæ capitis cuti scit imponere araneam, aut qui tumorem vulneris aqua calida foverit, quamvis etiam hoc medicinæ esse videatur : sed ille dicitur medicus qui usum, ac studium, et disciplinam habet medendi. Ex quibus omnibus puto sufficienter ostenD di quod aliud sit peccare, aliud peccatorem esse. Omnes enim potest fieri ut peccaverint, etiamsi sancti fuerint, quia « nemo mundus a sorde, nec si unius diei fuerit vita ejus [77]. » Quis enim est qui non aut in facto, aut in verbo, aut qui cautissimus certe est, vel in cogitatione peccaverit ? Et ideo, ut dixi, peccasse quidem omnes merito dicentur, peccatores autem facti non omnes ; sed multi. Simili quoque forma et justi multi habebuntur, non omnes, etiamsi omnes justi aliquid operis agant. Bene au-

[66] I Petr. I, 2. [67] Psal. CV, 3. [68] Sap. IX, 6. [69] Rom. V, 17. [70] ibid. 18. [71] Joan. X, 9. [72] Gen. V, 24 ; IV Reg. II, 11. [73] Gen. III, 23, 24. [74] Rom. V, 19. [75] Matth. VIII, 11. [76] Rom. V, 12. [77] Job XIV, 4, 5.

(29) Alias, « id quod modo [al., « in hoc mundo, » al., « hoc modo »] excusabitur. » Sed rectius mss. unus ut in nostro textu.

(30) Alias, « dicitur. »

tem ab Apostolo etiam temporum ratio custoditur. A Nam cum multos constitutos esse peccatores ad præteritum retulerit [78], justos constituendos esse multos ad futurum transtulit tempus, sciens sine dubio quod processu prædicationis evangelicæ justorum multitudo major accresceret. Quod autem justi multi fuerint etiam ante Salvatoris adventum idem Dominus testatur in Evangeliis, cum dicit [79] : « Multi prophetæ et justi cupierunt videre quæ videtis. » Sed aliter hic multos dicit Salvator justos, et aliter Apostolus posuit (31). Nam Salvator apostolorum numerum respiciens, ad ipsorum comparationem multos dixit justos et prophetas : in præsenti vero loco Apostolus multos ad omnium qui in hoc mundo nati sunt et nascentur comparationem intelligendus est revocasse. Igitur « per unius inobedientiam pec- B catores constituti sunt multi [80], » secundum eam observantiam multi peccatores intelligendi, quam supra de peccante et peccatore protulimus. Quod si quis nobis objiciat illud quod de se ipso dicit Apostolus : « Quia Christus Jesus venit in hunc mundum (32) peccatores salvos facere, quorum primus ego sum [81], » quasi etiam se peccatorem dicere videatur, dicemus quod aliud est ex persona Scripturæ, vel prophetæ, vel Domini aliquem peccatorem designari, aliud est justum ipsum sui fieri accusatorem, et humiliare semetipsum ut exaltetur a Deo; quamvis et Paulus in eo quod dicit persecutum se esse Ecclesiam Dei, et expugnasse eam, et traxisse viros ac mulieres, et in vincula conjecisse, licet ignoran- C tia hæc fecerit, et misericordiam consecutus sit [82], tamen cum hæc faceret non immerito fortassis peccatorem se dici debuisse fateatur. Ut autem distinctionis hujus quam dedimus inter peccantem et peccatorem esse, evidentior adhuc (33) ratio clarescat, vide Cain, qui cum manifeste peccator sit, fecit tamen aliquid rectum : propter quod Dominus ad eum dixit : « Si recte offeras [83]. » Et Pharao cum dicit : « Dominus justus; ego autem et populus meus impii [84] : » justum aliquid fecit, sed non ex hoc justus dicitur. Et multa hujusmodi in Scripturis divinis invenies, ex quibus et justum peccasse aliquid, et peccatorem justi aliquid egisse deprehendas : nec tamen aut justum (34), quod in aliquo peccaverit, peccatorem dictum; aut pecca- D torem, quod aliquid justi egerit, justum invenies appellatum. Verum ne illud quidem intentum prætereat auditorem, quod ubi « inobedientiam unius » dicit, addit et « hominis, per quem peccatores constituti sunt multi. » Ubi vero « obedientiam » ponit « unius, » non addit, hominis, « per quem justi constituentur multi (35). » Hic enim per quem justi fiunt, sine dubio ipsa justitia est, sicut et idem Apostolus dicit de Christo : « Qui factus est nobis justitia a Deo [85]. » Dedit ergo Adam peccatoribus formam per inobedientiam; Christus vero econtrario justis formam per obedientiam posuit, sicut et alibi scriptum est [86] : « Obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ, in quam traditi estis. » Propterea enim et ipse « obediens factus est usque ad mortem [87], » ut qui obedientiæ ejus sequuntur exemplum, justi constituantur ab ipsa justitia, sicut illi inobedientiæ formam sequentes constituti sunt peccatores.

6. « Lex autem (36) subintravit, ut abundaret delictum. Ubi autem abundavit peccatum, superabundavit gratia, ut sicut regnavit peccatum in mortem, ita et gratia regnet per justitiam in vitam æternam, per Jesum Christum Dominum nostrum [88]. » Si quidem antequam lex per Moysen daretur nemo peccasset, volentes accusare legem ex his Apostoli verbis Marcion et cæteri hæretici occasionem capere viderentur, tanquam **558** hæc fuerit causa datæ legis, ut peccatum, quod ante legem non fuerat, abundaret. Sed nescio quod tempus inveniant vacuum peccatis ante legem. Quando interficiebat Cain Abel, et terram fraterno sanguine polluebat, ita ut diceretur ad eum, « Maledicta terra in opere tuo (37), quæ aperuit os suum ut susciperet sanguinem fratris tui [89], » non abundabat peccatum ? Abundabat plane. Quid enim cum (38) et homines abundarent vel tunc cum dicebat Lamech : « Virum occidi in vulnere meo, et juvenem in livore meo ? Et de Cain quidem vindicatum est septies, de Lamech vero septuagies septies [90]. » Noe vero temporibus in tantum abundavit delictum, ut « videns, inquit, Dominus quia multiplicatæ sunt malitiæ hominum super terram, et omnis homo cor suum diligenter apposuit in malitia omnibus diebus vitæ suæ, recogitavit Dominus quia fecerat hominem super terram, et pœnituit in corde suo, et dixit : Delebo hominem quem feci a facie terræ, ab homine usque ad pecus, et a reptilibus usque ad aves cœli, quoniam pœnitet me quod fecerim eos [91]. » Et iterum, cum dicitur : « Corrupta est terra in conspectu Domini, et repleta est terra iniquitatibus. Et vidit Deus terram, et erat corrupta valde, quia corruperat omnis caro viam suam super terram [92]. » Quis ergo est ita sto-

[78] Rom. v, 19. [79] Matth. xiii, 17; Luc. x, 24. [80] Rom. v, 19. [81] I Tim. i, 15. [82] Galat. i, 13; Act. ix, 2. [83] Gen. iv, 7. [84] Exod. ix, 27. [85] I Cor. i, 30. [86] Rom. vi, 17. [87] Philip. ii, 8. [88] Rom. v, 20. [89] Gen. iv, 11, 12. [90] ibid. 23, 24. [91] Gen. vi, 5, 9. [92] ibid. 11, 12.

(31) Alias, « dicit. »

(32) Editi, « in hoc mundo, » male.

(33) Editi, « evidenter adhuc. »

(34) Sic mss. Editi vero, « deprehendes; nec tamen justum, » etc.

(35) *Ubi vero obedientiam ponit unius, non addit, hominis, per quem justi constituentur* [al., *constituti sunt*] *multi.* Hæc desiderantur in libris antea editis.

(36) Sic omnes mss. nostri. Editi vero, perperam, « ut qui inobedientiæ formam sequentes constituti sunt peccatores, obedientiam Christi imitantes salvi fiant. Lex autem, » etc.

(37) *In opere tuo.* Hæc desunt in editis, et in plerisque mss.

(38) Sic rectius ms. unus. Alii vero, « et quidem cum, » etc.

lidus, qui in his omnibus neget abundasse peccatum? Vel certe cum de Sodomitis dicitur a Deo: « Descendi ut viderem si secundum clamorem Sodomitarum consummantur iniquitates eorum [93]; » vel cum circumsteterunt domum Lot, impudicitiæ suæ scelus etiam in angelos molientes [94]? Aut tunc fortasse non abundabat peccatum, cum Pharao affligebat filios Israel in luto et latere, et natos eorum necari jubebat (39) in flumine [95]? Et utique nondum Moysi lex subintraverat, cum hæc tanta peccatorum labes diffundebatur in terra. Ex quibus colligitur, hæreticos quos supra diximus, vel si qui sunt qui cum illis (40) hæc de Moysi lege dicta suscipiant, ne leviter quidem apostolicum sensum potuisse contingere. Magis ergo illud in hoc loco debet intelligi, esse, ut sæpe jam diximus, legem B naturæ quæ « scripta » est « non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus; non atramento, sed spiritu Dei vivi [96]: » quæ lex ab illo qui ab initio creavit hominem ita in principali cordis ejus ascripta est, ut opportuno tempore, cum jam paginæ ipsæ menti (41) adoleverint, vel potius, ut Scriptura nominavit, ubi tabulæ cordis carnales cœperint augmento ætatis aperiri (42), diffundi incipiat per interna conscientiæ, et replere rationibus sensus. Tunc ergo adversum præcepta quæ ex hujusmodi lege naturaliter suggeruntur, voluntas carnis exsurgit, et alia suggerit desideria: et hoc est quod ipse Apostolus « legem in membris positam » nominavit, « resistentem legi mentis [97] (43). » Hanc ergo nunc legem membrorum posuisse in hoc C loco videtur Apostolus, quam subintrasse dicit ut abundaret peccatum. Nam et ipse sermo quo usus est, plenissime mihi videtur hæc quæ dicimus indicare. Aliud namque est intrare, aliud subintrare; sicut aliud est ducere, et aliud subducere; aliud trahere, et aliud subtrahere. Subintrare namque hoc indicat, cum alio ingresso, sub obtentu illius alius ingreditur (44). In quo ratio, quam supra exposuimus, evidenter ostendit quod sub obtentu legis naturalis, quam legem mentis nominavit Apostolus, quæ legi Dei consentit, orta sit lex membrorum quæ desideria carnis suggerens, et captivum hominem ducens libidini ac voluptatibus inclinatum (45), facit in eo abundare peccatum. Sic ergo « lex subintravit, ut abundaret delictum. Sed ubi abundavit, inquit, D peccatum, superabundavit gratia [98]. » Sicut in superioribus docuimus, ubi per singula quæque comparationem facit eorum quæ ex prævaricatione

A Adam accidisse videntur adversa, et multo majora ostendit esse quæ per gratiam Christi ad medium collata sunt: et in præsenti loco cum dixisset abundasse peccatum, sermone dignissimo usus est quo abundantiam vinceret, et superabundantiam poneret. Superabundavit autem gratia Christi in eo, ut non solum a præteritis peccatis absolveret hominem, verum etiam communiret a futuris. Siquidem duo quædam regna ostendit in homine: unum quo peccatum in mortem regnavit; aliud quo gratia per justitiam regnet in vitam. Gratia ergo est quæ de regno suo, id est, de membris nostris peccatum ejecit et expulit, cum quo necessario etiam mors exiit pariter et expulsa est (46), ut ita demum regnum sibi in nobis gratia per justitiam vindicaret, et ubi mors fuerat, æterna vita consisteret. Hoc autem est quod et alibi idem Apostolus dicit: « Non ergo jam regnet peccatum in vestro mortali corpore [99]; » et idem alibi: « Sicut enim exhibuistis membra vestra arma iniquitatis peccato, ita nunc exhibete membra
559 vestra arma justitiæ Deo [1]. » Est ergo grandis superabundantia ex eo quod ubi peccatum fuit et mors, ibi nunc est gratia, et justitia, et vita æterna. Et hæc omnia sunt quidem supra cætera (47) per Dominum nostrum Jesum Christum. Potest autem fieri, ut sicut hæc omnia bona dixit exsistere per Dominum nostrum Jesum Christum (48), ita et illa mala intelligi voluerit exstitisse per diabolum, sed siluisse de auctoris eorum nomine, ut superabundantiam gratiæ in omnibus designaret (49). Nam sicut Christus unum quidem est per substantiam, multa autem virtutibus et operationibus designatur (nam et gratia ipse esse intelligitur, sicut justitia, sicut pax, sicut vita, sicut veritas, sicut Verbum), ita fortassis et diabolus in diversis significationibus sæpe potest intelligi (50). Nam et peccatum quod regnare dicitur, ipse putandus est; et mors ipse credendus est, de quo dicitur, quia « novissimus inimicus destruetur mors [2]. » Sed et perditio ipse intelligitur, secundum illud quod dictum est a propheta: « Perditio factus es, et non subsistes in æternum tempus [3]. » Sed et quod dicit Apostolus, « Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore [4], » puto quod magis de ipso dictum sit. Ipse est enim auctor peccati, et mortis, et perditionis; et consequenter ab inventis rebus auctor inventi nominatur. Non ergo potest fieri ut sine rege aliquando sit anima; sed hoc providendum est ut Christum regem habeat, cujus jugum

[93] Gen. XVIII, 21. [94] Gen. XIX, 4. [95] Exod. I, 14, 32. [96] II Cor. III, 3. [97] Rom. VII, 23. [98] Rom. V, 20. [99] Rom. VI, 12. [1] ibid. 13, 19. [2] I Cor. XV, 26. [3] Jerem. LI, 26. [4] Rom. VI, 12.

(39) Alias, « volebat, » male.
(40) Editi, « vel si qui cum illis, » etc.
(41) Alias, « mentis, » male.
(42) Editi, « augmento tanto aperiri. »
(43) Editi, « quod ait Apostolus, legem in membris positam, resistentem legi mentis. »
(44) Mss. plerique, « quod cum alio, ingressu obtento, alius ingreditur. » Deinde editi et mss. quidam, « In qua ratione, quam supra exposuimus, evidenter ostenditur, etc. »
(45) Sic mss. nostri. Editi vero, « libidini ac voluptatibus inquinatum, » al., « deditum. »
(46) Editi, « mors pariter exclusa est. »
(47) Alias, « sunt quod est super cætera. »
(48) *Nostrum Jesum Christum*. Desunt in antea editis.
(49) Alias, « in hominibus assignaret; » al., « assignasset; » al., « commendaret. » Deinde editi et ms. unus: « multis autem virtutibus, » etc.
(50) Alias, « esse potest intelligi; » al. deest « sæpe, » et, « esse. »

suave est, et onus leve [5]; et non diabolum, cujus regnum grave est. Iniquitas enim est quæ sedet super talentum plumbi [6]. Christus autem ubi regnat, ibi superabundant gratia et justitia in vita æterna.

7. « Quid ergo dicemus? Permanebimus in peccato, ut gratia abundet? Absit. Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc vivemus in eo [7]? » Quoniam superius [8] dixerat, quia « ubi abundavit peccatum, superabundavit gratia, » nascentem ex hoc quæstionem nunc sibi ipse proponit, quia si abundantia peccati gratiæ superabundantiam parit, ergo peccandum est, ut gratia plus abundet. Sed absolutionem citam (51) quæstionis ostendit cum dicit, « Absit: » et continuo subjecit rationem, mortuos dicens esse peccato eos in quibus abundaverit gratia. Certum est autem mortuum peccato peccatorem esse non posse (52). Non ergo permanere poterit in peccato qui mortuus est peccato. Verum hæc ut apertius clarescant, requiramus quid est vivere peccato, et quid est mori peccato. Sicut Deo vivere dicitur is qui secundum voluntatem Dei vivit, ita et peccato vivere dicitur is qui secundum voluntatem peccati vivit, ut idem designat Apostolus, cum dicit: « Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ad obediendum desideriis ejus [9]. » In quo ostendit quod obedire desideriis peccati, hoc est vivere peccato. Quod si facere desideria peccati peccato vivere est; non facere desideria peccati, nec obedire voluntati ejus, hoc est mori peccato: quod tamen peccatum velut sedem quamdam et solium regni sui in nostro corpore collocatum habere dicit Apostolus. Est enim familiarior ei pars ista substantiæ et amica quædam cum carnis voluptatibus societas (53), ex qua occasiones incitamenti naturalis assumens, parvo diverticulo in præcipitium mortis naturæ ordinem vergit. Sed ut quod dicimus adhuc apertius explanetur, exempli causam ponamus. Naturales appetentias habet caro cibi et potus, quæ intra certas mensuras sufficientiæ continentur; quas si quis excedat persuasione peccati, jam non cibum et potum qui naturæ sufficit, caro, sed luxuriam temulentiamque deposcit. Simili etiam modo inest carni incitamentum naturale, quo misceri feminæ causa reparandæ successionis exposcat; sed si ex hac occasione persuadente peccato declinetur a lege, et naturalis libidinis motus ad illicita concitentur, peccato vivit qui in his singulis non Dei legi, sed peccati persuasionibus paret. Si ergo commonitus quis morte Christi A qui « pro impiis mortuus est [10], » pœniteat in his omnibus, et velut pessimum regem regnantem in sua carne depellat, alienumque se ab ejus desideriis faciat ac præceptis, iste vere (54) per mortem Christi peccato mortuus esse dicitur. Hic autem peccatum ipsum peccati auctorem arbitror nominari. Si ergo moritur quis peccato, certum est quia per pœnitentiam moritur. Quomodo ergo quis permanebit in peccato ut gratia abundet, cum gratia ex eo abundet, quod peccato quis moritur? Si enim permaneamus, ut proponitur, in peccato, certum est quia non morimur, sed vivimus peccato: viventibus autem peccato gratia non potest abundare. Requiritur sane, si in solis hominibus superabundet gratia, in quibus abundavit aliquando peccatum; et an B in nullo superabundet gratia, nisi in quo abundavit peccatum; **560** an et in aliquibus potest superabundare gratia, in quibus nunquam vel abundaverit, vel fuerit peccatum. Et si quis illud aspiciat quod dicit Apostolus, quia « pacificavit Christus per sanguinem suum non solum quæ in terris sunt, sed et quæ in cœlis [11]; » et illud, « Ut sine Deo pro omnibus gustaret mortem [12] (55), » putabit et ibi similiter aliquam abundantiam fuisse peccati, ut nihilominus etiam gratiæ superabundantia fieret. Si vero ad hoc quod superior lectio commemoravit attendas, ubi peccatum in hunc mundum per unum hominem dicitur (56) introisse, et per peccatum mors (57), et ita in omnes pertransisse [13]; dices ex illo C initio prodire etiam ista quæ habentur in manibus, ut de his solis quæ in initio proposuit Apostolus, tractare videatur, id est, quæ ad homines tantummodo spectant. Observandum sane est quam librato sermone usus sit Apostolus ut diceret: « Permanebimus in peccato [14]? » Permanere namque, est a cœpto non desinere. Quod utique si quis faciat, certum est quod nec initium conversionis acceperit. Illud autem interdum accidit, ut non quidem permaneat quis in peccato, sed cum desierit, rursum redeat ad vomitum, et fiat infelicissimus, ut post depulsum a se (58) regnum peccati et mortis, et regnum vitæ justitiæque susceptum, iterum se dominationi peccati substernat et mortis. Et ista sunt quæ naufragia fidei appellat Apostolus [15]. Verumtamen (59) D quamvis permaneat quis in peccato, quamvis sub mortis regno et potestate perduret, non tamen ita æternum istud mortis esse arbitror regnum (59*), ut est vitæ atque justitiæ; maxime cum novissimum inimicum mortem ab Apostolo (60) audiam destruen-

[5] Matth. XI, 30. [6] Zach. V, 7, 8. [7] Rom. VI, 1, 2. [8] Rom. V, 20. [9] Rom. VI, 12. [10] Rom. V, 6. [11] Coloss. I, 20. [12] Hebr. II, 9. [13] Rom. V, 12. [14] Rom. VI, 1. [15] I Tim. I, 19.

(51) Editi, « etiam, » male.

(52) Mss. plures, « mortuum peccare non posse; » al., « mortuum peccatorem esse non posse. » Sed rectius ut in nostro textu.

(53) *Societas.* Deest in libris antea editis. Ms. unus pro « societas » habet « obligatio, » et alter pro « voluptatibus » habet « voluntate. »

(54) *Vere.* In editis omittitur.

(55) Sic mss. nostri omnes. Salodianus vero, « et illud velut sine Deo sine dubio pro omnibus gustaret mortem. » Cæteri editi, et « illud velit quod sine dubio pro omnibus gustarit mortem. »

(56) Alias, « dicit, » male.

(57) Editi, « mortem. »

(58) *A se.* Alias, « in se. »

(59) Vide *Origenianorum* lib. II, quæst. 11, num. 18.

(59*) Caute lege.

(60) Alias, « novissimam inimicam.... destruendam. »

dum [16]. Et revera si eadem æternitas mortis ponatur esse, quæ vitæ est, jam non erit mors vitæ contraria, sed æqualis. Æternum namque æterno contrarium non erit, sed idem. Nunc autem certum est mortem vitæ esse contrariam ; certum est ergo quod si vita æterna est (61), mors esse non possit æterna : unde et necessarium locum tenet resurrectio mortuorum. Cum enim mors animæ, quæ est novissimus inimicus, fuerit destructa, etiam hæc communis mors, quam illius velut umbram esse diximus, necessario abolebitur ; et tunc consequenter resurrectioni mortuorum dabitur locus, ubi regnum mortis pariter cum morte destructum erit. Sed nos non exspectemus quando iste novissimus inimicus destruatur, « qui semel illuminati » sumus, et gustavimus « donum cœleste, ac participes facti » sumus « Spiritus sancti, et bonum » gustavimus « Dei verbum , virtutes quoque sæculi venturi [17] ; » sed permaneamus in gratia, nec exspectemus ut iterum post lapsum renovemur « ad pœnitentiam, rursum crucifigentes » nobis ipsis « Filium Dei, et ostentui habentes, » sed regnum justitiæ in nobis fiat regnum æternum ; nec iterum confugiamus in regnum mortis (62), ex quo liberati ad regnum vitæ æternæ pervenimus, ut « gratia per justitiam regnet » in nobis « in vita æterna per Jesum Christum Dominum nostrum [18]. » Quod ergo dixit : « Mortui sumus peccato, » hoc est quod alibi ait, conformes nos Christi morti effectos, qui « semel peccato mortuus est [19]. » Quod autem dicit « semel, » ex integro significat. Ex integro namque Christus peccato mortuus est, « qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus [20]. »

8. « An ignoratis quia quicunque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus ? Consepulti enim sumus illi per baptismum in mortem; ut quemadmodum surrexit Christus a mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vitæ ambulemus [21]. » Observa diligentius ordinem dictorum et consequentiam. Comparat enim mortem quæ per Adam est, vitæ quæ per Christum est; et dicit: « Non sicut delictum, ita et donum [22]; » et item post hæc ait [23] legem subintroisse ut abundaret peccatum; abundante vero peccato superabundasse gratiam ; et in his solvit quod videbatur esse contrarium, et dicit : « Qui enim mortui sumus peccato, quomodo vivemus adhuc in eo [24] ? » Nunc ergo volens rebus ipsis ostendere quid est mortuum esse peccato, dicit :

A « An ignoratis quia quicunque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus ? Consepulti enim sumus ei per baptismum in mortem [25] : » docens per hæc quia si quis prius mortuus est peccato, is necessario in baptismo consepultus est Christo ; si vero non ante quis moritur peccato, non potest sepeliri cum Christo. Nemo enim vivus aliquando sepelitur. Quod si non consepelitur Christo, nec legitime baptizatur. Verum de ratione baptismatis, cum exponeremus Evangelium secundum Joannem , ubi ventum est ad eum locum in quo dicit Joannes de Jesu (63) : « Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto [26] ; » et item ubi ipse Salvator dicit : « Nisi quis renatus fuerit denuo ex aqua et **561** Spiritu, non potest introire in regnum Dei [26*], » B pro viribus nostris quæ occurrere potuerunt, imo quæ donavit Dominus diximus, ubi et sermonis ipsius vim quo dicitur (64) : « Nisi quis renatus fuerit denuo, » altius aperire tentavimus. Quod enim nos Latini habemus « denuo, » Græci ἄνωθεν dicunt, qui sermo utrumque significat, et « denuo, » et « de superioribus. » In hoc ergo loco, quia qui baptizatur a Jesu, in Spiritu sancto baptizatur, non ita « denuo (65) » dicitur, ut de superioribus intelligi conveniat : nam « denuo » dicimus, cum eadem quæ gesta sunt repetuntur : hic autem non eadem nativitas repetitur vel iteratur, sed, terrena hac omissa (66), de superioribus suscipitur nova nativitas ; et ideo rectius legeremus in Evangelio : « Si C quis non fuerit renatus de superioribus, non potest introire in regnum Dei : » hoc enim est in Spiritu sancto baptizari. Cui rationi, ut de superioribus esse baptismum confirmetur, non immerito ad sanctum Spiritum jungentur etiam « aquæ quæ super cœlos sunt, et laudant (67) nomen Domini [27]. » Et quamvis secundum typum Ecclesiis traditum (68) omnes baptizati simus in aquis istis visibilibus, et in chrismate visibili, tamen qui mortuus est peccato, et vere baptizatur in morte Christi, et consepelitur ei per baptismum in mortem, iste vere in Spiritu sancto et aqua de superioribus baptizatur. Et intuere adhuc diligentius mystici ordinis consequentiam. Mori prius oportet te peccato, ut possis sepeliri cum Christo. Mortuo enim sepultura debetur. Si D enim vivis adhuc peccato, consepeliri non potes Christo, nec in novo ejus sepulcro collocari, quia vetus homo tuus vivit, et non potest in novitate vitæ ambulare. Propterea namque curæ fuit Spiritui

[16] I Cor. xv, 26. [17] Hebr. vi, 4-6. [18] Rom. v, 21. [19] Rom. vi, 2, 5, 10. [20] I Petr. ii, 22. [21] Rom. vi, 3, 4. [22] Rom. v, 15. [23] ibid. 20. [24] Rom. vi, 2. [25] ibid. 3. [26] Matth. iii, 11. [26*] Joan. iii, 3. [27] Psal. cxlviii, 4.

(61) Sic recte ms. unus Regius num. 1639. Editi vero, « quia sic vitæ æternæ mors esse non possit æterna. » Cæteri mss. : alius, « quia si vitæ æternæ est mors contraria, esse non possit æterna ; » alius, « quia si vitæ æternæ mors esse non possit contraria, mors esse non possit æterna ; » male.

(62) Editi, « hoc interim fugiamus regnum mortis. »

(63) Vide tom. vi *in Joannem*, num. 26, ubi hic Scripturæ locus exponitur.

(64) Alias, « ubi et sermonis id quod dicitur. »

(65) Ms. unus omittit « denuo. » Deinde mss. plures habent « convenit. »

(66) *Terrena hac omissa.* Hæc desunt in editis et in plerisque mss.

(67) Alias, « junguntur.... quæ sub cœlo sunt, ut laudent, » etc.

(68) Editi, « Ecclesiæ traditum. » Al., « ecclesiasticæ traditionis. »

A sancto tradere per Scripturas quod et sepulcrum novum fuerit in quo sepultus est Jesus, et quod in sindone munda obvolutus sit [28]: ut sciat omnis qui consepeliri vult Christo per baptismum, nihil vetustatis ad sepulcrum novum, nihil immunditiæ ad mundam sindonem deferendum. Ista est ergo beata mors, de qua dicit Apostolus, quia « semper mortem Jesu Christi in corpore nostro » circumferimus [29]; et iterum: « Quotidie morior [30]. » Sed et illud cum dicit: « Omnia vestra sunt, sive Paulus, sive Apollo, sive Cephas, sive hic mundus, sive vita, sive mors [31], » mortem hanc qua peccato morimur, et Christo consepelimur enumerat. Verum potest quis in his locis requirere cur Apostolus de baptismo nostro (69) loquens et de Jesu, dixerit: « Consepulti ei sumus per baptismum in mortem [32]; » B et item alibi [33]: « Si commorimur ei, et convivemus; » et item: « Si compatimur, et conregnabimus; » et nusquam dixit: Christo conbaptizati sumus; cum utique sicut mors morti, et vita vitæ, ita et baptismus baptismo conferri debuisse videatur. Sed vide in Apostoli litteris quanta cautela sit; ait enim: « Quicunque baptizati sumus in Christo Jesu. » Nostrum ergo baptisma in Christo Jesu esse dicit. Ipse autem Christus a Joanne baptizatus (70) refertur, non eo baptismate quod in Christo est, sed eo quod in lege est. Ita enim et ipse ait ad Joannem: « Sine modo: sic enim decet nos adimplere omnem justitiam [34]. » In quo ostendit, quod baptismus Joannis expletio erat veterum, non inchoatio C novorum. Denique refertur in Actibus apostolorum [35], quod quidam ex discipulis qui baptismo Joannis fuerant baptizati, apostolorum sententia rebaptizati sunt in nomine Domini Jesu. « Quicunque » ergo « baptizati sumus (71) in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus [36]. » Requiras fortassis etiam hoc, quod cum ipse Dominus dixerit ad discipulos [37] ut baptizarent omnes gentes in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, cur hic Apostolus solius Christi in baptismo nomen assumpserit (72) dicens: « Quicunque baptizati sumus in Christo, » cum utique non habeatur legitimum baptisma, nisi sub nomine Trinitatis. Sed intuere prudentiam Pauli, quoniam quidem in præsenti loco non tam baptismatis rationem, quam mortis Christi discutere cupiebat, D ad cujus similitudinem etiam nos suaderet mori debere peccato, et consepeliri Christo. Et non erat utique conveniens (73), ut ubi de morte dicebat, vel Patrem nominaret, vel Spiritum sanctum. « Verbum » enim « caro factum est [38], » et merito ubi caro est, ibi de morte tractatur. Nec conveniebat ut diceret: « Quicunque baptizati sumus » in nomine Patris, vel in nomine Spiritus sancti, « in morte ipsius baptizati sumus. » Unde observanda est ex hoc loco etiam in cæteris (74) consuetudo Apostoli, quod non semper cum aliquid ex Scripturis assumit, integrum textum verborum, ut in suo loco positus est, assumit; sed ea tantum, quæ præsentis causæ requirit assertio, sicut et in præsenti sermone, quia (75) de morte Christi docere cupiebat, sufficit (76) ei dicere: « Quicunque baptizati

562 sumus in Christo, in morte ipsius baptizati sumus. » Mihi vero ne illud quidem otiose præmisisse in hoc capitulo videtur Apostolus quod dicit: « An nescitis (77)? » Per quod ostendit, quia tunc, hoc est apostolorum temporibus, non, ut nunc fieri videmus, typus tantummodo mysteriorum his qui baptizabantur, sed virtus eorum ac ratio tradebatur, et tanquam scientibus et edoctis quia qui baptizantur, in morte Christi baptizantur, et consepeliuntur ei per baptismum in mortem; et quia sicut Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, ita in novitate (78) vitæ ambulare debeant hi qui baptizati sunt [39]. Hæc Apostolus scribit. Adhuc fortassis etiam hoc in præsenti capitulo requiratur: Si mortui sumus peccato, et consepulti sumus Christo, et consurreximus cum eo, necessarium videbitur secundum hanc formam ostendi quomodo etiam cum ipso tres dies, et tres noctes in corde terræ sepulti fecerimus (79). Et vide si possimus tres dies consepulti Christo facere, cum plenam Trinitatis scientiam capimus: lux est (80) enim Pater, et in lumine ejus qui est Filius lumen videmus Spiritum sanctum. Facimus autem et tres noctes, cum destruimus tenebrarum et ignorantiæ patrem una cum mendacio quod ex eo natum est, et « mendax est sicut et pater ejus, » et « cum loquitur mendacium, de suis propriis loquitur [40]. » Sed et tertio loco spiritum erroris destruimus, qui inspirat pseudoprophetas ut dicant: « Hæc dicit Dominus, quos Dominus non misit [41]. » Destruimus hæc et conculcamus, si consepulti sumus Christo, etiam secundum illud quod ipse dicit: « Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones, et super omnem virtutem inimici [42]. » Quæ singula ita sunt contraria Trinitati, ut nox diei, et tenebræ luci, et men-

[28] Matth. XXVII, 60, 59. [29] II Cor. IV, 10. [30] I Cor. XV, 31. [31] I Cor. III, 22. [32] Rom. VI, 4. [33] II Tim. II, 11, 12. [34] Matth. III, 15. [35] Act. XIX, 3, 5. [36] Rom. VI, 3. [37] Matth. XXVIII, 19. [38] Joan. I, 14. [39] Rom. VI, 3, 4. [40] Joan. VIII, 44. [41] Ezech. XIII, 6. [42] Luc. X, 19.

(69) Alias, « de baptismo novo [al., *de baptismi nomine*] loquens et de Jesu, [al. deest « et »], dixerit: consepulti enim sumus per baptismum; et iterum alibi. »

(70) *Baptizatus*. Deest in editione Genebrardi.

(71) *Sumus*. In antea editis desideratur.

(72) Editi, « quod ipse Dominus dixit.... nomen assumpsit. »

(73) Editi, « et non utique conveniens. »

(74) Editi, « in hoc loco, et in cæteris. »

(75) Alias, « sicut in præsenti sermone diximus, quia, » etc.

(76) Alias, « sufficit. »

(77) *An nescitis?* Al., « aut nescitis. »

(78) Mss. plerique, « sicut Christus surgens a mortuis per gloriam Patris, in novitate. »

(79) Alias, « sepulti fuerimus. »

(80) *Est*. Deest in antea editis.

dacium veritati. Hæc interim nobis (81) in præsenti loco occurrere potuerunt. Si quis autem aliquid melius senserit, non pigeat his omissis illa recipere. Verumtamen hoc est quod colligitur ex his Apostoli dictis per altiorem intelligentiam, quod sicut nemo vivus potest sepeliri cum mortuo, ita nemo qui adhuc vivit peccato, potest in baptismo consepeliri Christo qui mortuus est peccato : et ideo qui festinant ad baptismum, hoc prius curare debent ut moriantur ante peccato, et sic possint consepeliri Christo per baptismum, ut et ipsi dicant : « Semper mortem Jesu Christi (82) in corpore nostro circumferentes, ut et vita Jesu Christi manifestetur in carne nostra mortali [43]. » Quomodo autem manifestetur vita Jesu Christi in corpore, ipse Paulus ostendit cum dicit : « Vivo autem, jam non ego, vivit vero in me Christus [44]. » Hoc idem est quod apostolus Joannes in Epistola sua scribit, cum dicit : « Omnis spiritus qui confitetur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo est [45]. » In quo utique non is qui syllabas istas pronuntiaverit et communi confessione protulerit (83), Dei spiritu agi videbitur, sed qui vitam suam ita formaverit, et ita fructus operis attulerit, ut Christum in carne venisse, et mortuum esse peccato, ac vivere Deo, ipsa operum suorum et sensuum religione monstraverit. Videamus nunc, posteaquam quid sit consepeliri Christo pro viribus aperuimus, etiam hoc quod ait : « Ut sicut surrexit Christus a mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vitæ ambulemus [46]. » Si consepulti (84) sumus Christo, secundum ea quæ supra diximus, id est, secundum quod mortui sumus peccato, consequenter utique resurgente Christo a mortuis, et nos cum ipso simul resurgemus, et illo ascendente ad cœlos, cum ipso simul ascendemus, et sedente ipso ad dexteram Patris, cum ipso simul in cœlestibus sedere dicemur, secundum quod idem Apostolus in aliis dicit, quia « coexcitavit nos Christo, simulque fecit sedere in cœlestibus [47]. » Surrexit Christus per gloriam Patris ; et nos si mortui sumus peccato, et Christo consepulti, et omnes (85) qui vident opera nostra bona, glorificant Patrem nostrum qui in cœlis est [48], merito Christo consurrexisse per gloriam Patris dicemur (86), ut in novitate vitæ ambulemus. Novitas autem vitæ est, ubi « veterem hominem cum actibus suis » deposuimus, et induimus « novum, qui secundum Deum creatus est [49], » et « qui renovatur in agnitione » Dei, « secundum imaginem ejus qui creavit eum (87). » Neque enim putes quod innovatio vitæ, quæ dicitur semel facta, sufficiat ; sed semper, et quotidie (88), si dici potest, ipsa novitas innovanda est. Sic enim dicit Apostolus : « Nam et si is qui foris est homo noster corrumpitur, sed qui intus est renovatur de die in diem [50]. » Sicut enim vetus semper veterascit, et de die in diem vetustior efficitur, ita (89) et novus hic semper innovatur, et nunquam est quando non innovatio ejus augescat. Intuere denique **563** eos qui in fide proficiunt, et quotidie in virtutibus enitescunt, quomodo semper bonis operibus adjiciunt meliora, et honestis actibus honestiora conquirunt, quomodo in intellectu, in scientia sapientiaque ditescunt, et ea quæ ante minus plana ad intelligendum videbantur, aperta postmodum dilucidaque perspiciunt (90). Et vide si non rebus ipsis hujusmodi hominem quotidie dixeris innovari, sicut econtrario, ut diximus, si quis vetus effici cœperit, proficiet in pejus, et quotidie vetustior et semetipso deterior invenietur. In novitate ergo vitæ ambulemus, ostendentes nosmetipsos ei, qui nos cum Christo suscitavit, quotidie novos, et, ut ita dixerim, pulchriores, decorem vultus nostri in Christo tanquam in speculo colligentes, et in ipso gloriam Domini speculantes in eamdem imaginem (91) transformemur [51], quia Christus surgens a mortuis ab humilitate terrena, ad gloriam paternæ majestatis ascendit. Sed adhuc quod dixit, « In novitate vitæ ambulemus [52], » vide ne forte mysterium illud ostendat, quod donec (92) proficiat quis, ambulare dicatur. Nec tamen putandum est quod sine fine ambulare dicatur (93), sed venire aliquando ad eum locum eos qui in his profectibus ambulant, ubi standum sit. Sic denique primo martyri Stephano qui jam ad perfectionis venerat gradum, stans a dextris virtutis apparuit Jesus Christus [53] ; et ad Moysen, qui et ipse post multos profectus ad perfectionem pervenerat, dicit Dominus : « Tu autem hic sta mecum [54]. » Sed et Paulus ubi in semetipso consummationem perfectionis agnovit, dicit : « Cursum consummavi [55]. » Illis autem qui se putarent perfectos esse, nec tamen essent, dicit : « Qui se putat stare, videat ne cadat [56]. »

[43] II Cor. iv, 10. [44] Galat. ii, 20. [45] I Joan. iv, 2. [46] Rom. vi, 4. [47] Ephes. ii, 6. [48] Matth. v, 16. [49] Coloss. iii, 9, 10 ; Ephes. iv, 24. [50] II Cor. iv, 16. [51] II Cor. iii, 18. [52] Rom. vi, 4. [53] Act. vii, 55. [54] Deut. v, 31. [55] II Tim. iv, 7. [56] I Cor. x, 12.

(81) Editi, « contraria veritati et Trinitati.... ut tenebræ luci, ut mendacium veritati. Hæc interim quæ nobis, » etc.

(82) Editi, « mortem Domini nostri Jesu Christi. »

(83) Ms. unus, « et omnia hæc confessione protulerit. »

(84) Editi, « Sicut consepulti. »

(85) Alias, « quia omnes. » Deinde editi, « glorificent. »

(86) Editi, « dicimur. »

(87) Editi, « in agnitione Dei secundum imaginem Dei, secundum imaginem ejus qui, » etc.

(88) Editi, « sed semper quotidie. »

(89) Editi, « vetustior fit, ita, » etc.

(90) Alias, « conquirant.... ditescant.... perspiciant. »

(91) Editi, « gloriamque in ipso Domino speculantes eadem imagine. »

(92) Editi, « videte ne forte mystice illud ostendat, ut donec. »

(93) Mss., « ambuletur ; » al., « ambulent. »

imperfectis vero et adhuc initia habentibus dicitur ut ambulent post Dominum Deum suum; et de aliis dicitur: « Dimittere eos jejunos nolo, ne forte deficiant in via[57]. »

9. « Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus, etiam resurrectionis erimus (94), hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est ei, ut destruatur corpus peccati, ut ultra non serviamus peccato. Qui (95) enim mortuus est, justificatus est a peccato[58]. » Omnia hæc ad illam respiciunt quæstionem, ne videatur locum dedisse peccandi in eo quod dixit (96): « Ubi autem abundavit peccatum, superabundavit gratia[59]. » Idcirco namque et mortuos nos dicit esse peccato, et quicunque baptizati sumus in Christo, in morte ipsius baptizatos nos dicit[60]: et nunc complantatos nos ad mortis ejus similitudinem scribit[61], addens quod si similitudinem mortis ejus, qua peccato mortuus est, geramus, etiam resurrectionis similitudinem sperare debeamus. Sed hoc quatenus possit fieri ostendit dicens, quia vetus homo noster concrucifigi (97) debeat Christo[62]. Vetus autem homo noster intelligendus est vita prior quam duximus in peccatis, cujus finem et interitum quemdam facimus ubi recipimus in nobis fidem (98) crucis Christi, per quam ita destruitur corpus peccati, ut membra nostra, quæ serviebant peccato, ultra ei non serviant, sed Deo. Sed nunc repetentes sermonem, videamus quid est complantari similitudini mortis Christi, in quo velut plantam alicujus arboris ostendit mortem Christi, cui nos complantatos vult esse, ut ex succo radicis ejus radix quoque nostra suscipiens producat ramos justitiæ, et fructus afferat vitæ. Quod si vis de Scripturis agnoscere quæ ista sit planta cui complantati esse debeamus, et cujus generis arbor, audi quid de Sapientia scribitur: « Arbor, inquit, vitæ est omnibus sperantibus in se; et qui confidunt in ea tanquam in Domino[63]. » Christus ergo Dei virtus, et Dei sapientia[64], ipse est arbor vitæ, cui complantari debemus, et novo quodam atque amabili Dei dono mors illius nobis arbor vitæ efficitur. Bene autem Apostolus, sciens se in præsenti loco non de communi hac, sed de peccati morte tractare, non dixit: « Si enim complantati sumus » morti ejus, sed, « similitudini mortis ejus. » Christus enim ita semel mortuus est peccato, ut peccatum omnino non fecerit, nec dolus inventus sit in ore ejus[65]. Quod in alio homine ex integro inveniri omnino non poterit. « Nemo » enim « mundus a peccato, nec si unius diei fuerit vita ejus[66]. » Idcirco ergo ipsa quidem morte qua Jesus mortuus est peccato, ut peccatum omnino non fecerit (99), nos non possumus mori ut omnino nesciamus peccatum: similitudinem tamen habere possumus (1), ut imitantes eum, et vestigia ejus sequentes abstineamus nos a peccato. Hoc est ergo quod recipere potest humana natura, ut in similitudinem mortis ejus fiat (2), dum ipsum imitando non peccat. Nam omnino ex integro nescire peccatum, solius Christi est. Sed hoc non intelligentes quidam hæreticorum, conati sunt ex hoc Apostoli loco asserere quod Christus **564** non vere mortuus sit, sed similitudinem mortis habuerit, et visus sit magis mori, quam vere mortuus sit. Quibus respondere quoniam perfacile est, non puto necessarium ex cæteris vel Apostoli, vel Evangeliorum dictis, ubi simpliciter mors ejus, et non similitudo mortis scribitur, testimoniorum pondus adhibere, cum possimus ad eos dicere: Si similitudo mortis fuit, et non vera resurrectio, et nos ergo videbimur resurgere, et non vere resurgemus: et videbimur mori peccato, et non vere moriemur. Et omne ergo quod gestum est, et geritur, visum est geri, sed non est gestum. Superest igitur ut et quod salvati sumus, visi simus salvari, sed non vere salvati simus. Unde quoniam hæc tam absurda sunt, ut non indigeant probationibus, nos ad explanationem eorum quæ habentur in sequentibus convertamur. Igitur complantari nos vult mortis ejus similitudini, qua peccato mortuus est semel, ut possimus et resurrectioni ejus esse complantati[67]. Ad utrumque enim subaudiri debet « complantati. » Et vide quam necessario formam plantationis assumpserit. Omnis etenim planta post hiemis mortem resurrectionem veris exspectat. Si ergo et nos in Christi morte complantati sumus in hieme sæculi hujus et præsentis vitæ, etiam ad futurum ver inveniemur fructus justitiæ ex ipsius radice proferentes; et si complantati sumus ei, necesse est ut Pater agricola purget nos tanquam palmites vitis veræ, ut fructum plurimum afferamus, sicut et ipse in Evangeliis dicit: « Ego sum vitis vera, vos palmites, et Pater meus agricola est. Omnem palmitem qui in me non manet, excidet illum Pater meus. Qui autem manet in me, purgabit eum, ut fructum plurimum afferat[68]. » Hoc ergo modo complantati sumus similitudini mortis ejus, ut et resurrectionis ejus similitudini complantati simus. Quid sit autem similitudini resurrectionis ejus esse complantatum Joannes aposto-

[57] Matth. xv, 32. [58] Rom. vi, 5-7. [59] Rom. v, 20. [60] Rom. vi, 2, 3. [61] Rom. vi, 5. [62] ibid. 6. [63] Prov. iii, 18. [64] I Cor. i, 24. [65] I Petr. ii, 22. [66] Job xiv, 4, 5. [67] Rom. vi, 5, 10. [68] Joan. xv, 1, 2.

(94) Alias, « simul et resurrectionis erimus. »

(95) *Qui enim mortuus est, justificatus est a peccato.* Hæc verba desunt in omnibus mss. codicibus nostris, sed exstant in editis.

(96) Editi, « diximus. »

(97) Mss. plures, « crucifigi; » editi, « simul concrucifigi. »

(98) Editi, « finem, » male.

(99) *Ut peccatum omnino non fecerit.* Hæc desunt in editis, et in plerisque mss.

(1) *Ut omnino nesciamus peccatum, similitudinem tamen habere possumus.* Hæc desiderantur in libris antea editis.

(2) Editi plerique, « ut ad similitudinem mortis ejus hoc fiat. »

lus docet : « Filioli (3), nondum scimus quid futuri sumus. Si autem revelatus nobis fuerit, similes illi erimus [69]. » Et iterum ipse Salvator dicit [70] : « Pater, volo ut ubi ego sum, et isti sint mecum (4) ; » et iterum : « Sicut ego in te, et tu in me, ut et isti in nobis unum sint [71]. » Quod utique de illis dicit, qui in præsenti vita complantati fuerint similitudini mortis ejus. Puto autem quod grate hoc et de illo latrone dici possit, qui simul in cruce pependit cum Jesu ; et per confessionem suam qua dixit, « Memento mei, Domine, cum veneris in regnum tuum [72], » et alium blasphemantem corripuit, complantari per hæc visus sit similitudini mortis ejus: sed et resurrectioni ejus complantatus sit per hoc quod ei dicitur : « Hodie mecum eris in paradiso [73]. » Digna namque erat planta paradisi, quæ arbori vitæ sociata est. Propterea ergo quod dixerat Apostolus complantari similitudini mortis Christi, alia rursus figura repetit (5), et dicit : « Quia vetus homo noster simul crucifixus est ei, ut destruatur corpus peccati [74]. » In multis, et sæpe jam diximus, quid est concrucifigi Christo ; et de veteri homine sæpe tractavimus ; unde breviter in præsenti loco veterem hominem dicimus, qui secundum Adam vixit prævaricationi obnoxius et peccato, et cui dominata est mors peccati, de quo chirographa peccati tenuit ille qui habebat mortis imperium : quæ quia Christus sanguine suo delens cruci suæ affixit [75], etiam nos secundum veterem hominem qui peccato obnoxius fuit, crucifixi esse debemus, « ut destruatur corpus peccati, et ultra (6) non serviamus peccato [76]. » Observandum autem puto quod Apostolus ubi dicit destruendum esse « corpus, » ponit « peccati : » ubi autem non dicit destruendum, non « corpus peccati, » sed nos ipsos dicit esse qui non serviamus peccato, ut ostendat quia si destructum fuerit corpus peccati, jam nos non serviamus peccato, cui scilicet servivimus donec in nobis non erat destructum, nec erant mortificata membra nostra quæ sunt super terram [77]. Sed diligentius adhuc repetendum est quomodo dixerit « corpus peccati. » In quo duplex dari videtur intellectus, vel quia nostrum corpus peccati esse dixerit corpus (7) ; vel quia peccati ipsius dicat esse proprium aliquod corpus, quod destruendum sit his qui non debent ultra servire peccato. Quia ergo uterque sensus in hoc loco admitti potest, de utroque quid nobis videatur exponemus. Etenim si proprium corpus ponamus esse peccati, videbitur quod sicut de his qui in novum hominem reparati sunt dictum est, quia « vos estis corpus Christi, et membra ex parte [78] (8), » ita et de his qui veterem hominem nondum crucifixerunt, dici posse quod sint corpus peccati et membra, cujus corporis (9) caput sit diabolus, sicut Christus caput est corporis Ecclesiæ non habentis maculam aut rugam [79]. Possunt autem membra ex quibus corpus istud peccati constat, illa videri quæ superius **565** enumeravit (10) Apostolus membra esse super terram, id est fornicationem, immunditiam, impudicitiam, avaritiam, contentiones, iram, dolos, rixas, dissensiones, hæreses, invidiam, comessationes [80], et his similia : ex quibus omnibus membris digne dicatur corpus constare peccati, et hoc corpus vetus homo (11) appellari. Quod si quis per crucem Christi destruat (12), et in novum hominem qui secundum Deum creatus est commutetur [81], ultra non dicetur servire peccato, cui sine dubio servit donec alicui horum subjacet quæ supra exposuimus membra esse peccati. Si vero magis hoc corpus nostrum dixisse intelligatur Apostolus corpus peccati, secundum illam profecto accipietur intelligentiam, qua et David de semetipso dicit, quia « in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea [82]. » Sed et ipse Apostolus in aliis dicit : « Quis me liberabit de corpore mortis hujus [83]? » et iterum « corpus humilitatis » nominat corpus nostrum [84]. Sed et de Salvatore quodam loco dicit, quia venerit « in similitudinem carnis peccati, » ut « de peccato » damnaret « peccatum in carne [85]. » In quo ostendit quod nostra quidem caro peccati sit caro, Christi autem caro similis sit carni peccati. Non enim ex semine viri concepta est, sed Spiritus sanctus venit super Mariam, et virtus Altissimi obumbravit ei, ut quod nascebatur ex ea, Filius vocaretur Excelsi [86]. Sic ergo Paulus per ineffabilem Dei sapientiam, quæ data est ei, arcanum nescio quid intuens et reconditum, corpus nostrum « corpus peccati, » et « corpus mortis, » et « corpus humilitatis » appellat. Sed et David de eodem Spiritu secretorum cœlestium gnarus dicebat de corpore : « Et in pulverem mortis deduxisti me [87]; » et iterum : « Humiliata est in pulvere anima nostra [88]. » Jeremias quoque similis

[69] I Joan. III, 2. [70] Joan. XVII, 24. [71] ibid. 21. [72] Luc. XXIII, 42. [73] ibid. 43. [74] Rom. VI, 6. [75] Coloss. II, 14. [76] Rom. VI, 6. [77] Coloss. III, 5. [78] I Cor. XII, 27. [79] Ephes. V, 27. [80] Rom. I, 29; Coloss. III, 5. [81] Ephes. IV, 24. [82] Psal. L, 7. [83] Rom. VII, 24. [84] Philip. III, 2. [85] Rom. VIII, 3. [86] Luc. I, 35. [87] Psal. XXI, 16. [88] Psal. XLIII, 25.

(3) Alias, « Quid est autem similitudini resurrectionis ejus esse complantatos ? Joannes apostolus dicit : Filioli, » etc.

(4) Sic mss. et editi. Ms. tamen quidam, « illic sit et minister meus, » male.

(5) Ita recte mss. unus. Cæteri vero mss, et editi, « aliam rursus figuram repetit. »

(6) Alias, « etiam nos qui peccato secundum veterem hominem obnoxii fuimus, crucifixi esse debemus.... ut ultra. »

(7) Alias, « vel quia nostrum corpus peccati ipsius dicat esse, vel proprium aliquod corpus. »

(8) Editi, « vos estis membra Christi, et corpus ex parte. »

(9) *Corporis*. Deest in libris antea editis.

(10) Alias, « memoravit. »

(11) Editi, « et hoc corpus peccati vetus homo, » etc.; al., « et hoc corpus veteris hominis, » etc.

(12) Editi, « destruatur. »

A mysterii per Dei Spiritum conscius, in Lamentationibus suis dicit, quia vincti (13) terræ sint omnes homines, corporis scilicet causa, et ait: « Ut humiliet sub pedibus ejus omnes vinctos terræ, quia declinaverunt judicium viri in conspectu Altissimi, et condemnaverunt hominem in judicando[89]. » Corpus ergo peccati est corpus nostrum; quia nec Adam scribitur cognovisse Evam uxorem suam et genuisse Cain[90], nisi post peccatum. Denique et in lege[91] pro parvulo qui natus fuerit (14) jubetur offerri hostia, par turturum, aut duo pulli columbini: ex quibus unus pro peccato, et alius in holocaustomate. Pro quo peccato offertur hic pullus unus? Nunquid nuper editus parvulus peccare jam potuit? Et tamen habet peccatum pro quo hostia B jubetur offerri a quo mundus negatur quis esse, nec si unius diei fuerit vita ejus[92]. De hoc ergo etiam David dixisse credendus est illud quod supra memoravimus, quia « in peccatis concepit me mater mea[93]. » Secundum historiam enim nullum matris ejus declaratur peccatum. Pro hoc et Ecclesia ab apostolis traditionem suscepit, etiam parvulis baptismum dare. Sciebant enim illi quibus mysteriorum secreta commissa sunt divinorum, quod essent in omnibus genuinæ sordes peccati, quæ per aquam et Spiritum ablui deberent; propter quas etiam corpus ipsum corpus peccati nominatur, non (ut putant aliqui eorum qui animarum transmigrationem in varia corpora introducunt [15]) pro his quæ C in alio corpore posita anima deliquerit, sed pro hoc ipso quod in corpore peccati et corpore mortis atque humilitatis effecta sit; et sicut ille dixit, quia « humiliasti in pulvere animam nostram[94]. » Hæc interim ad præsens de corpore peccati nobis occurrere potuerunt. Quæ autem e duabus expositio (16) sensui conveniat apostolico, aut si neutra, probet qui legit. Quod autem in aliis dicit Apostolus[95] consurrexisse jam nos Christo, et simul coexcitatos, simulque sedere in cœlestibus, et hic dicit: « Si enim complantati sumus similitudini mortis ejus, etiam resurrectionis erimus[96], » hoc est, quod alibi jam factum dixit, hic nunc futurum et sperandum dicit, illa est causa, quod duplex intelligitur resurrectio: una qua mente et proposito D ac fide cum Christo a terrenis resurgimus ut cœlestia cogitemus et futura requiramus; alia quæ generalis omnium erit in carne resurrectio. Ergo quæ secundum mentem est ex fide resurrectio, jam (17) in his qui « ea quæ sursum sunt » sapiunt, « ubi Christus est in dextera Dei[97], » videtur impleta. Generalis autem illa carnis resurrectio quæ ad omnes pertinet, adhuc futura est: quia hæc in primo, illa in secundo Domini complebitur (18) adventu.

10. « Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quia et convivemus ei (19), scientes quia Christus surgens a mortuis jam non moritur, mors ei jam ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autem vivit, vivit Deo[98]. » In omnibus quæ supra dixit Apostolus, hoc ostendere voluit, quia si Christus mortuus est prior peccato, et nos mortui sumus peccato cum ipso. Et cum dicit: **566** « In morte ipsius baptizati sumus; » et, « Complantati sumus similitudini mortis ejus[99], » per hæc omnia ostendit quia mortui sumus cum Christo peccato, ex eo quod Christus quidem pro peccatis nostris mortuus est secundum Scripturas; et unicuique credentium mortem peccati ipsius tanquam munus quoddam fidei ex sua morte donavit, his scilicet qui cum ipso se mortuos et crucifixos et consepultos ei credunt, et per hæc, peccatum in eis tanquam in mortuis non potest operari, atque ita dicuntur (20) mortui esse peccato. Idcirco ergo præsenti sermone Apostolus conclusionem facit omnium quæ in superioribus astruxerat, et dicit: « Si autem mortui sumus cum Christo, » per hæc scilicet quæ superius ostendimus, « credimus quia et convivemus ei[1]. » Non dixit: et conviximus, sicut dixit, « mortui sumus; » sed, « convivemus, » ut ostendat quia mors in præsenti operatur, vita autem in futuro, tunc scilicet « cum Christus manifestatus fuerit, qui est vita nostra abscondita in Deo[2]. » Nunc « ergo, » ut ipse Paulus docet, « mors in nobis operatur[3]. » Sed et ipsa mors quæ operatur in nobis, videtur mihi aliquas habere differentias. Sicut enim in Christo aliud fuit tempus mortis, de qua dicitur: « Et exclamans voce magna exspiravit[4], » et aliud est cum in sepulcro positus clauso ostio jacuit[5], aliud vero cum requisitus in monumento non est inventus, quia jam resurrexerat, cujus resurrectionis initium visibile nulli hominum fuit; ita etiam in nobis qui credimus ei (21), triplex ista ratio mortis habenda est. Et primo quidem confessione vocis ostendenda in nobis est mors Christi, cum « corde quidem creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem[6]. » Secundo vero, in mortificatione membrorum quæ sunt super terram[7], cum semper mortificationem Christi in corpore nostro nunc (22) circumferimus[8]; et hoc est quod dicit, quia « mors in

[89] Thren. III, 34, 36. [90] Gen. IV, 1. [91] Levit. XII, 8. [92] Job XIV, 4, 5. [93] Psal. L, 7. [94] Psal. XLIII, 25. [95] Ephes. II, 6. [96] Rom. VI, 5. [97] Coloss. III, 1, 2. [98] Rom. VI, 8-10. [99] Rom. VI, 3-5. [1] ibid. 8. [2] Coloss. III, 3, 4. [3] II Cor. IV, 12. [4] Matth. XXVII, 50. [5] Luc. XXIII, 46. [6] Rom. X, 10. [7] Coloss. III, 5. [8] II Cor. IV, 10.

(13) Editi, « juncti, » male.
(14) Alias, perperam, « pro illo qui natus fuerit. »
(15) Mss. nostri, « qui metensomatosim introducunt. »
(16) Alias, « Quæ autem e duabus expositionibus. »
(17) *Jam.* Deest in antea editis.
(18) Mss. aliquot, « completur. »
(19) *Convivemus ei.* Sic mss. Editi vero, « simul vivemus cum eo; » al., « simul etiam vivemus cum Christo. »
(20) Editi, « dicentur. »
(21) *Ei.* Deest in editis.
(22) Mss. plures omittunt « nunc. »

nobis operatur [9]. » Tertio vero, cum jam resurgimus a mortuis, et in novitate vitæ ambulamus [10]. Et ut brevius ac lucidius explicemus, prima dies mortis est renuntiasse sæculo; secunda, renuntiasse etiam vitiis carnis; plenitudo vero perfectionis in lumine sapientiæ, tertia resurrectionis est dies. Quas tamen in unoquoque credentium differentias, et profectuum gradus solus ille potest scire et discernere, cui soli patent cordis occulta. Verum tu vide Pauli in scribendo sapientiam, qui ad Timotheum scribens dixit, quia « si commorimur, et convivemus [11]; » quique commorientibus Christo quasi consequens et necessarium cum junxit (23) quod convivant ei, hic addidit, « credimus, » ut ostenderet quia quamvis consequens et necessarium sit commorienti convivere, fide tamen hoc media et credulitate perficitur, certi, inquit, et « scientes quia Christus surgens a mortuis jam non moritur [12]. » Si enim iterum moreretur, sicut consequens et necessarium ostendimus quod hi qui commoriuntur etiam convivent ei, ita sine dubio consequens videbatur (24), ut si post resurrectionem et vitam iterum moreretur, etiam hi qui convivent ei, iterum morienti commorerentur. Idcirco igitur absoluta sententia definit Apostolus quod Christus jam non moritur (25), ut et hi qui convivent ei, de æternitate vitæ securi sint. Post hæc autem (ut et ego ipsius Apostoli verbis utar, quibus ait : « Isaias autem audet et dicit [13]), » et ego dico : Paulus autem audet et dicit : « Mors ei ultra non dominabitur [14]. » Hoccine ausus es (26), o Paule, dicere de Christo, « Mors ei ultra non dominabitur, » quasi aliquando dominata sit? Cujus vox Evangelii fertur per omne corpus Ecclesiæ luce clarior (27), qua dicit : « Nemo tollit a me animam meam (28), sed ego pono eam, et potestatem habeo ponendi eam, et potestatem habeo iterum sumendi eam [15]. » Huic ergo mortem dicis esse dominatam, qui animam non solum voluntate posuit, sed et potestate suscepit (29)? qui solus fuit « inter mortuos liber [15*], » et quem solum mors tenere non potuit? Hæc, ut opinor, et his similia movebunt adversus Paulum hi qui (30) tenero erga Jesum tenentur affectu, et nihil de eo humile, nihil indignum patiuntur audire. Sed et nos cum respicimus ad Paulum, non putamus esse aliquem qui eum possit in amore Christi superare : unde nec putandus est aliquid de eo contra quam ipso dignum est prolocutus esse (31). Et ideo indagemus subtilius per gratiam sancti Spiritus verbum sapientiæ quo sensum Pauli possimus advertere, imo sensum Christi qui in eo est, secundum quod ipse profitetur [16] : « Nos autem sensum Christi habemus. »

567 Potest ergo (32) quis compendiosius in his dicere quia hic mortem, communem hanc dicit et mediam qua « mortuus est, » sicut idem Apostolus dicit, « secundum Scripturas [17], » et nihil absurdum videri, si is qui formam servi susceperat, dominatum pertulerit mortis, quæ sine dubio dominatur omnibus qui in carne positi sub servili forma censentur. Sed et illud assertioni huic adjacet, quod propterea forma hæc servi, id est ipsa (33) etiam nostra caro, seminatur in corruptione, ut surgat in incorruptione, et seminatur in infirmitate, ut surgat in virtute, et seminatur in contumelia, ut surgat in gloria, et seminatur corpus animale, ut resurgat corpus spiritale [18], sine dubio ut mors ipsi ultra non dominetur, quæ dominata est ei dum esset in infirmitate, et contumelia, et corruptione. De tali enim carne quæ adhuc in his est passionum vitiis, ipse Paulus dicit : « Quia caro et sanguis regnum Dei possidere non possunt, neque corruptio incorruptionem possidebit [19]. » Sed et quod alibi [20] idem Apostolus corpus « mortis » nominavit, is qui hæc asserit, hujus mediæ mortis intelligendum dicit, quæ hujuscemodi corpori dominatur donec animale est et corruptibile, et necdum per resurrectionis gloriam commutatum, atque ex corruptibili incorruptibile effectum, et ex ignobili gloriosum. Illud autem quod huic assertioni (34) valde contrarium est (id est, quod mortui sumus cum Christo, et consepulti sumus ei; quod utique nullo modo de communi hac morte potest intelligi), hoc modo explanare conabitur (35), ut sicut in superioribus, cum de diversitate legum exponeremus, ostendimus Apostolum in uno eodemque loco legem nunc naturalem, nunc Moysi, nunc etiam peccati nominare, et hoc in usu esse Scripturæ divinæ etiam ex aliis locis adhibitis docuimus testimoniis, ita et in præsenti nunc mortem communem, nunc peccati, nunc etiam ipsum auctorem mortis, qui et novissi-

[9] II Cor. IV, 12. [10] Rom. VI, 4. [11] II Tim. II, 11. [12] Rom. VI, 9. [13] Rom. X, 20. [14] Rom. VI, 9. [15] Joan. X, 18. [15*] Psal. LXXXVII, 5. [16] I Cor. II, 16. [17] I Cor. XV, 3. [18] I Cor. XV, 42-44. [19] ibid. 50. [20] Rom. VII, 24.

(23) Editi, « et necessarium sit, conjunxit, » etc.

(24) Editi, « videbitur. »

(25) Alias, « morietur; » al., « moreretur. »

(26) Sic Rabanus. Editi vero, « Hic in eo ausus es, » etc. Mss. nostri alii, « Hoc in eo ausus es; » al., « Hoc adeo ausus es; » al., « Hoc ausus es. »

(27) Sic recte ms. unus Regius num. 1639. Cæteri vero mss., Rabanus, Salodianus et Merlinus, « cujus vox per Evangelium fertur omni corpore lucidior; » al., « collucidior; » al., « perlucidior. » Editio vero Genebrardi, « omni sole lucidior. » Ms. Regius num. 1641, « omni corusco lucidior. »

(28) In editis omittuntur « meam, sed ego pono eam. »

(29) Sic recte ms. unus Regius num. 1639. Cæteri vero mss., Rabanus et editi, « qui eam non solum voluntate, sed et potestate suscepit? »

(30) Editi, « eos qui, » male.

(31) Ms. unus Regius, ms. Vallis-Claræ et editio Veneta Salodiani, « unde nec putandum est aliquid de eo contra quia ut ipso dignum est prolocutus est. » Ita etiam Merlinus ac Genebrardus, nisi quod in fine habeant, « contra quam et ipso dignum est, prolocutum esse : Et ideo indagabimus. » Sed rectius cæteri mss. ut in nostro textu.

(32) *Ergo*. Desideratur in antea editis.

(33) *Ipsa*. Nusquam reperitur in editis.

(34) Editi, « quod addidit assertioni, » etc.

(35) Alias, « conabimur. »

mus destruendus dicitur inimicus [21], nunc etiam locum inferni, in quo mortis habere imperium diabolus dicitur, confirmet ab Apostolo nominari. Et hic ergo (36) quod ait: « Mors ei ultra non dominabitur [22], » de ista morte dictum confirmabit, qua communiter mortuus creditur Christus. Quæ tamen assertio quam sit valida, probet qui legit. Alius vero qui profundiorem in his Pauli sensum in virtute Spiritus contuetur, dicet quia mors hic (37), de qua dicitur quod ultra non dominabitur Christo, ille ipse intelligendus est novissimus inimicus, qui figuram habuit (38) ceti illius qui absorbuerat Jonam, de quo in Job scriptum est: « Sed maledicat illam qui maledixit illam diem, ille qui magnum (39) cetum perempturus est [23]. » In quam mortem tanquam Jonas (40) in ventrem ceti Christus ingressus est, in eum scilicet locum quem Salvator ipse cor terræ nominavit [24], in quo tres dies et tres noctes exemplo Jonæ facturum (41) esse Filium hominis dicit, ut eos qui inibi a morte detinebantur eximeret. Propterea enim formam servi susceperat, ut ad ipsum locum, ubi mors regnum tenebat, posset intrare, secundum quod et Propheta ex persona ipsius dicit: « Et deputatus sum cum his qui descendunt in lacum [25]; » et iterum: « Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem [26]? » Quod ut adhuc planius possit adverti, tali iterum similitudine utemur. Regem ponamus justum et nobilem, adversum injustum aliquem tyrannum ita bellum gerere (42) volentem, ne violento videatur cruentoque vicisse conflictu, quia militantes sub tyranno sui erant, quos non perdere, sed liberare cupiebat. Consilio igitur meliore habitum sumit eorum (43) qui apud tyrannum erant, et specie per omnia fit similis eis, donec sub dominatione positus tyranni eos quidem (44) qui ei parebant suaderet abscedere, et ad regnum legitimum repedare, ipsum vero fortem tempore opportuno alligaret (45), et potestates ejus ac principatus exueret, et avulsam captivitatem quæ ab eo tenebatur, abstraheret. Hoc ergo modo etiam Christus voluntate quidem « exinanivit » tunc « semetipsum, » et « formam servi » accepit, passusque est dominatum tyranni, « factus obediens usque ad mortem [27]: » per quam mortem destruxit eum qui ha-

A bebat mortis imperium, id est diabolum, ut liberaret (46) eos qui tenebantur a morte. Hic enim alligato forte, et in cruce sua triumphato, perrexit etiam in domum ejus, in domum mortis, in infernum, et inde vasa ejus diripuit, id est animas quas tenebat abstraxit. Et hoc erat quod ipse per ænigmata loquebatur in Evangelio dicens [28]: « Quis potest introire in domum fortis, et vasa ejus diripere, nisi **568** prius alligaverit fortem? » Prius ergo eum alligavit in cruce, et sic ingressus est domum ejus (47), id est infernum, et inde « ascendens (48) in altum, captivam duxit captivitatem [29], » eos scilicet qui cum ipso surrexerunt, et ingressi sunt sanctam civitatem Jerusalem cœlestem [30]. Unde recte Apostolus in præsenti loco dicit [31], quia « mors ei ultra B non dominabitur. » Non enim dabit ultra semetipsum in dominationem tyranni, neque iterum exinaniet se ut formam servi accipiat, et fiat obediens usque ad mortem; ne (49) rursum in forma servi, quamvis voluntate et non necessitate positus, dominationem tamen tyranni mortisque patiatur. Unde miror quosdam contra hanc evidentissimam Pauli sententiam velle asserere, quod in futuris iterum sæculis vel eadem vel similia pati necesse sit Christum, ut liberari possint etiam hi quos in præsenti vita dispensationis ejus medicina sanare non potuit. Aiunt enim: « Nunquid potest sæculum esse aliquod in futuro ubi neque boni aliquid, neque mali agatur, sed stupeant res, et maneant profunda C silentia? » Absurdum hoc videri asserunt. Dabimus ergo agi aliquid. « Et ubi agatur aliquid, necesse est, aiunt, ut aliquid recte, aliquid etiam minus recte agatur, et in ipso actu alii proficiant, et meliores fiant, alii deteriores. Libertas enim arbitrii semper naturæ rationabili permanebit, et sicut possibile fuit etiam illum qui pro splendore gloriæ Lucifer erat (50), et propter lumen scientiæ mane oriebatur [32], commutari de gloria sua, et effici tenebras propter malitiam quam recepit; et illum qui fuit immaculatus a nativitate sua, et habitavit cum cherubim, et in medio lapidum igneorum conversatus est, et indutus est omne ornamentum virtutum, nec fuit ulla in paradiso Dei arbor virtutum quæ ei comparari posset, post hæc inventæ sunt iniquitates D in eo, et de cœlo in terram projectus est [33]: ita

[21] I Cor. xv, 26. [22] Rom. vi, 9. [23] Job III, 8. [24] Matth. XII, 40. [25] Psal. XXVII, 1. [26] Psal. XXIX, 10. [27] Philip. II, 7. [28] Matth. XII, 29. [29] Ephes. IV, 8. [30] Matth. XXVII, 52, 53. [31] Rom. VI, 9. [32] Isai. XIV, 12. [33] Ezech. XXVIII, 14-17.

(36) Editi, « et hæc ergo. » Deinde, « confirmabitur. »

(37) Alias, « continet, dicit quia mors hæc, de qua, » etc.; al., « contuetur, intelligit quod mors hic, » etc.

(38) Editi, « habuerat. »

(39) Editi, « sed maledicant illam qui maledicunt diei illi qui magnum, » etc.

(40) *Jonas*. Deest in editionibus Merlini et Genebrardi.

(41) Sic omnes mss. nostri. Editi vero, « futurum; » Rabanus, « mansurum. »

(42) Editi, « bellum gerentem. »

(43) Editi, « habito sumit eos. » Deinde ms. unus Regius num. 1640, habet, « qui a parte tyranni erant. »

(44) Alias, « donec sub dominatione tyranni positus, eis quidem, » etc.; al., « donec sub dominatione positos tyranni, eos quidem, » etc. Rabanus, « donec sub dominatione positi ejus tyranni, et eos quidem, » etc.

(45) Editi, « alligare. »

(46) Mss. quidam et editi, « et liberavit, » etc.

(47) Mss. plerique et editi omittunt « ejus. » Ms. unus, « et sic ingressus domuit infernum, et inde, » etc.

(48) Editi, « ascendit. »

(49) Sic mss. plerique et Rabanus. Editi vero, « neque. »

(50) *Erat*. In editis omittitur.

potest fieri ut in quocunque statu fuerit anima, et in quacunque perfectione virtutum, quoniam virtus mutabilis est, lapsum possit incurrere, ut sicut a vitiis ad virtutem, ita et a virtutibus inclinetur ad vitia. Quod si est, consequens videbitur requirere medicum ubi languor est, quia, secundum Salvatoris ipsius vocem, « opus est medico his qui male habent[34]. » Hæc ergo et his similia proponentes, easdem etiam in futuris sæculis dispensationes a Christo repetendas esse arbitrantur. Sed ad hæc nos breviter prout possumus respondebimus. Manere quidem naturæ rationabili semper liberum arbitrium non negamus; sed tantam esse vim crucis Christi, et mortis hujus, quam in sæculorum fine suscepit, asserimus, quæ ad sanitatem et remedium non solum præsentis et futuri, sed etiam præteritorum sæculorum, et non solum humano huic nostro ordini, sed etiam cœlestibus virtutibus ordinibusque sufficiat. Secundum sententiam namque ipsius Pauli apostoli. Christus pacificavit « per sanguinem crucis suæ » non solum « quæ in terra sunt, » sed et « quæ in cœlis[35]. » Quid autem sit quod in futuris sæculis teneat arbitrii libertatem, ne (51) rursum corruat in peccatum, brevi nos sermone Apostolus docet, dicens : « Charitas nunquam cadit[36]. » Idcirco enim et fide et spe major charitas dicitur[37], quia sola erit per quam delinqui ultra non poterit. Si enim in id anima perfectionis ascenderit, ut ex toto corde suo, et ex tota anima sua, et ex totis viribus suis diligat Deum, et proximum suum tanquam seipsam[38], ubi erit peccati locus? Idcirco denique et in lege hoc dicitur primum esse mandatum, et in Evangeliis supra cætera omnia de charitate mandatur; et Petro cum summa rerum de pascendis ovibus traderetur, et super ipsum velut super terram fundaretur Ecclesia, nullius alterius ab eo virtutis confessio, nisi charitatis (52) exigitur[39]; et Joannes cum multa de charitate, tum etiam hoc dicit, quia « qui manet in charitate, in Deo manet[40]. » Et ideo merito charitas quæ sola omnium major est, omnem creaturam continebit a lapsu. Tunc erit Deus (53) omnia in omnibus[41]. Ad hunc namque perfectionis gradum ascenderat apostolus Paulus, et in hoc stans confidenter (54) dicebat : « Quis enim nos separabit a charitate Dei quæ est in Christo Jesu? Tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius[42]? » et iterum : « Certus sum enim quia neque vita, neque mors, neque præsentia, neque futura, neque angeli, neque virtutes, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro[43]. » Ex quibus omnibus evidenter ostenditur, quia si hæc omnia quæ enumeravit Apostolus, separare nos non possunt a charitate Dei, cum in illud quis culmen perfectionis ascenderit, multo magis libertas arbitrii nos ab ejus charitate separare non 569
poterit. Quamvis enim sit etiam ista (54*) virtus, et maneat in natura, tamen tanta charitatis vis est, ut ad se omnia trahat, omnesque sibi societ vindicetque virtutes, maxime cum charitatis causas prior nobis dederit Deus, « qui unico Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum », et « cum illo nobis omnia donavit[44]. » Unde vel ille qui Lucifer fuit, et in cœlo oriebatur (55)[45], vel ille qui immaculatus erat a nativitate sua[46], et cum cherubim positus labi potuit antequam erga beneficia Filii Dei charitatis vinculis stringeretur, postea vero quam charitas Dei diffundi in cordibus omnium cœperit per Spiritum sanctum[47], certum erit illud quod pronuntiavit Apostolus, quia « charitas nunquam cadet[48]. » Hæc prout potuimus ad ea quæ hoc loco commota (56) sunt diximus, ut manifestius claresceret quomodo semel Christus mortuus est peccato, et ultra jam non moritur; et quia quod vivit, vivit Deo. Vivere autem Deo ita intelligendum est, quasi expleto eo (57) quod in forma Dei positus exinanivit semetipsum, et formam servi accepit, et factus est obediens usque ad mortem[49], rursum permaneat in forma Dei, atque æqualis Patri. Unde et merito in consequentibus ponit (58) : « Ita et vos existimate vos mortuos quidem esse peccato, viventes autem Deo in Christo Jesu Domino nostro[50-52]; » quo scilicet imitatione Christi peccato moriamur alieni ab eo effecti, et Deo vivamus jungentes nos ei, et unus cum ipso spiritus facti (59). Non sine causa autem hoc dixit : « Existimate vos mortuos esse peccato; » quod melius quidem in Græco habetur : « Cogitate vos mortuos esse peccato. » Res enim de qua sermo est, in cogitatione magis, et ratione subsistit, quia hujusmodi mors non in effectu, sed in cogitatione habenda est. Qui enim cogitat vel existimat apud semetipsum mortuum se esse, non peccat. Verbi gratia : si me concupiscentia mulieris trahat; si

[34] Matth. IX, 12. [35] Coloss. I, 20. [36] I Cor. XIII, 8. [37] ibid. 13. [38] Matth. XXII, 37-39. [39] Matth. XVI, 18; Joan. XXI, 15-17. [40] I Joan. IV, 16. [41] I Cor. XIII, 13; I Cor. XV, 28. [42] Rom. VIII, 35. [43] ibid. 38, 39. [44] ibid. 32. [45] Isai. XIV, 12. [46] Ezech. XXVIII, 14. [47] Rom. V, 5. [48] I Cor. XIII, 8. [49] Philip. II, 7. [50-52] Rom. VI, 11.

(51) Legendum videtur « nec; » attamen omnes mss. nostri et editi habent, « ne. »

(52) Editi, « charitas. »

(53) Editi, « maxima est... tunc cum erit Deus, » etc. Ms. unus, « mater est... cum erit Deus, » etc.

(54) Editi, « ascendebat Apostolus, et in hoc stans confidens, [ms. unus, « et in hoc stans et confidens] dicebat. »

(54*) *Ista.* Desideratur in libris antea editis.

(55) Editi, « operabatur. » Deinde « immaculatus fuit. »

(56) Editi, « commemorata sunt. »

(57) *Quasi expleto eo.* Hæc desunt in editione Genebrardi.

(58) Editi, « in consequenti hæc ponit. »

(59) Merlinus et Genebrardus, « ut unius cum ipso spiritus facti. »

argenti, si auri, si prædii cupiditas pulset, et ponam in corde meo quod mortuus sim cum Christo, et de morte cogitem, exstinguitur continuo concupiscentia et effugatur peccatum. Aut si odio vel ira inflammatus ad necem conciter inimici mei; si me existimem mortuum esse cum Christo, et cogitationes mortis ponam in animo meo, exstinguitur sine dubio furor, cessat odium, conquiescit ira, peccato non datur locus, et hoc modo peccato quis mori invenitur, et vivere Deo. Sed et hoc quod ad- A didit, « Viventes Deo in Christo Jesu, » non mihi otiosum videtur. Simile enim puto esse, quasi dixisset : Viventes Deo in sapientia, in pace, in justitia, in sanctificatione, quæ omnia Christus est. In his ergo vivere Deo, hoc est in Christo Jesu vivere Deo. Quod si sine justitia, sine pace, sine sanctificatione cæterisque virtutibus nemo vivit Deo, certum est quod nemo vivat Deo, nisi in Christo Jesu. Amen (60).

LIBER SEXTUS.

1. « Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ad obediendum desideriis ejus (61), neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato : sed exhibete vos Deo, tanquam ex mortuis viventes : et membra vestra arma justitiæ Deo. Peccatum enim vobis non dominabitur : non enim sub lege estis, sed sub gratia [53]. » In superioribus ait : « Sicut regnavit peccatum in morte [54]. » Nunc autem non dixit : Non ergo regnet peccatum in morte; sed ait : « Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ad obediendum desideriis ejus; » docens per hoc sedem quamdam et regnum peccatum habere (62) **570** in corpore. Hoc est quod et alibi dixit [55] : « Prudentia carnis inimica est Deo; » et iterum : « Prudentia carnis mors est [56]. » Sed et omnia peccata Apostolus opera carnis esse pronuntiat [57], quæ dicit esse fornicationem, immunditiam, passionem, concupiscentiam malam, impudicitiam, idololatriam, maleficia, inimicitias, certamina, zelum, furorem, contentiones, dissensiones, hæreses, invidiam, ebrietates, comessationes, et his similia. Sed si requiras quomodo etiam hæreses inter carnis opera numerentur, invenies eas de sensu carnis procedere. Sic enim dicit Apostolus de quodam : « Frustra, inquit, inflatus a sensu (63) carnis suæ, et non tenens caput [58]. » Hæc autem diximus ut manifestior fieret intellectus, quomodo peccatum regnet in corpore. Omnia namque illa quæ superius opera carnis esse enumeravimus, velut exercitus quidam armatus est (64) sub hoc rege peccati militans, et legi ejus parens, quæ in membris carnis inscripta est. Certum est enim, quia ex eo quod desideriis peccati caro obedientiam præ- B bet, concupiscat (65) « caro adversus spiritum, et spiritus adversus carnem, et hæc sibi invicem » adversentur [59]. Illud tamen adverte, quod ostendens in nostra potestate positum ut non regnet in nostro mortali corpore peccatum (66), præceptum dat Apostolus, dicens : « Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ad obediendum desideriis ejus [60]. » Nisi enim esset in nostra potestate ut non regnaret in nobis peccatum, præceptum utique non dedisset. Quomodo ergo possibile est ut peccatum in carne nostra non regnet? Si faciamus illud quod idem Apostolus dicit : « Mortificate membra vestra quæ sunt supra terram [61], » et si « semper C mortem Christi in corpore nostro » circumferamus [62]. Certum namque est, quia ubi mors Christi circumfertur, non potest regnare peccatum. Est enim tanta vis crucis Christi, ut si ante oculos ponatur, et in mente fideliter retineatur, ita ut in ipsam mortem Christi intentus oculus mentis aspiciat, nulla concupiscentia, nulla libido, nullus furor, nulla superare possit invidia; sed continuo ad ejus præsentiam totus ille quem supra enumeravimus peccati et carnis fugatur exercitus : ipsum vero peccatum nec subsistit, quippe cum nec substantia ejus usquam sit nisi in opere et gestis. Est ergo in nobis et concupiscentia peccati, quæ regnum habet in carne; est et concupiscentia spiritus, quæ regnum habet in mente, secundum id quod D supra diximus, quia « caro concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem [63]. » Cum ergo concupiscimus quod non licet, vel quod non decet, vel quod non expedit, concupiscentia carnis est. Cum vero concupiscit et deficit anima nostra

[53] Rom. vi, 12-14. [54] Rom. v, 21. [55] Rom. viii, 7. [56] ibid. 6. [57] Galat. v, 19, seq. [58] Coloss. ii, 18, 19. [59] Galat. v, 17. [60] Rom. vi, 12. [61] Coloss. iii, 5. [62] II Cor. iv, 10. [63] Galat. v, 17.

(60) *Jesu. Amen.* Hæc desunt in libris antea editis. Mss. tamen plerique omittunt « Amen. »

(61) Sic mss. Editi vero, « ut obediatis concupiscentiis ejus. »

(62) Editi, « per hæc sedem quamdam regnum peccati habere, » etc.

(63) Editi, « frustra quod afflatus de sensu. »

(64) Alias, « damnatus est; » al. « clamatus est; » male.

(65) Editi, « concupiscit, » et paulo post, « adversantur. »

(66) In editione Genebrardi pro « peccatum, » legitur « ad obediendum. »

quando videat (67) salutare Dei [64], ista concupiscentia spiritus est. Unde apparet mediam quodammodo esse animam inter carnem et spiritum; et si quidem junxerit se (68) carni ad obediendum desideriis peccati, efficitur cum ea unum corpus; si vero junxerit se Deo, efficitur cum eo unus spiritus, secundum illud quod dictum est: « Qui enim jungit se meretrici, unum corpus est; qui autem jungit se Domino, unus spiritus est [65]. » Nec mireris si carnem meretricem vocet, quæ illis omnibus quæ supra enumeravimus vitiis atque peccatis, tanquam turpissimis amatoribus subjacet. Requiro autem cur addiderit, « in corpore vestro mortali, » cum utique suffecisset dicere: « Non ergo regnet peccatum in vestro corpore. » Utquid additur et « mortali (69), » quasi dubitaret aliquis corpus esse mortale? Sed mihi videtur quod non sine causa etiam hoc addiderit. Admonuit enim per hoc quomodo (70) possit in corpore non regnare peccatum, secundum quod et alibi ipse dixerat: « Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus vero vita est (71) propter justitiam [66]. » Si ergo sciamus quia corpus nostrum mortificari potest, et mortuum esse peccato, potest fieri ut non regnet in eo peccatum. Secundum hoc namque quod mortuum est, justificatum dicitur (72) a peccato [67]. Neque enim mortuus concupiscit aut irascitur, aut furit (73), aut diripit aliena. Si ergo ab his omnibus concupiscentiis corpus reprimamus, mortuum peccato dicitur esse corpus. Et hoc est quod in præsenti loco ista Apostoli commonere videtur adjectio dicentis (74), « in corpore vestro mortali. » Alius fortasse dicet, quia ad distinctionem alterius corporis quod immortale est, hoc corpus in quo nunc sumus, mortale nominavit. Quid sit autem corpus immortale, idem Apostolus docet in aliis [68], ubi ait: « Necesse est enim ut corruptibile hoc induat
571 incorruptionem, et mortale hoc induat immortalitatem; » et dubium non est quin dempta mortalitate (75) hoc ipsum quod nunc mortale est, immortale efficiatur corpus. Post hæc sequitur [69]: « Neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato; sed exhibete vos Deo tanquam ex mortuis viventes, et membra vestra magis arma justitiæ Deo. » Intuere per singula sapientiam Pauli, quia (76) necessariis discrepationibus utitur. Ubi dicit arma non esse præbenda peccato vel iniquitati, non nos, sed membra nostra ponit: ubi vero suadet ut Deo nos exhibeamus, non ante membra (77), quam nos ipsos exhiberi vult Deo, hoc est animam, vel propositum nostrum, ut cum pios nos ipsos exhibuerimus Deo, et adhæserimus ei, ita demum etiam membra nostra efficiamus arma justitiæ Deo. Sicut enim manus sanctæ dicuntur, quæ sanctis operibus ministraverint, ut Apostolus dicit: « Levantes puras manus sine ira et disceptatione [70]; » et rursum manus dicuntur plenæ sanguine, quæ ad effundendum sanguinem ministraverint (78): ita et in præsenti loco membra quæ peccato deserviunt et iniquitati, arma iniquitatis appellantur: et rursum si peccati concupiscentiam mortificemus in corpore nostro mortali, et in opere justitiæ laboremus, atque omnibus membris nostris (79) justitiæ ministremus, efficimur tanquam ex mortuis viventes, peccato scilicet mortui et justitiæ viventes; et consequenter etiam membra nostra fiunt arma justitiæ Deo. Bene autem metaphoram superius propositam custodivit, ut quia regnare dixerat peccatum, arma peccati membra nominaret, et rursum Deo regi arma justitiæ fierent membra nostra (80). Sequitur post hæc: « Peccatum enim vobis non dominabitur. Non enim sub lege estis, sed sub gratia [71]. » Etiam hic intuere miram in Apostoli sermone cautelam. Cum de nobis loquitur, dicit (81): « Peccatum vobis non dominabitur: » cum de Salvatore loqueretur, non dixit: Peccatum non dominabitur (neque enim ita de eo dici decebat), sed ait: « Mors ei ultra non dominabitur [72]. » Mortis enim in eo fuit locus, peccati nullus. At contra de nobis nec conveniebat dici: Mors vobis non dominabitur; hoc enim cavere non possumus; sed, « Peccatum vobis non dominabitur; » quod sine dubio sciret vitare nos posse (82), secundum ea quæ superius diximus, si mortificemus concupiscentias carnis, in quibus peccatum poterat dominari. Pro-

[64] Psal. LXXXIII, 3. [65] I Cor. VI, 16, 17. [66] Rom. VIII, 10. [67] Rom. VI, 7. [68] I Cor. XV, 53. [69] Rom. VI, 13. [70] I Tim. II, 8. [71] Rom. VI, 14. [72] ibid. 9.

(67) Alias, « quomodo videat; » al., « quando viderit. »

(68) Editi, « junxit se. »

(69) Editi, « Cur igitur additur mortali, » etc. Sed mss. ut in nostro textu.

(70) Editi, « quod. »

(71) *Vita est.* Editi, « vivit. »

(72) Editi, « quod mortuus est, justificatus dicitur. » Mss. quidam et Rabanus, « qui mortuus est, » etc. Sed rectius ms. unus ut in nostro textu.

(73) Alias, « aut furatur. »

(74) Ms. unus, « in præsenti capitulo Apostolus commonere videtur adjiciens, » etc. Editi, « in præsenti loco ita Apostolus videtur commonere dicens: In corpore vestro mortuo. Alius fortasse diceret quod. » Deinde, « mortuum nominavit. » Sed potiores mss. ut in nostro textu.

(75) Editi, « adepta immortalitate. » Mss. quidam, « indepta immortalitate, » male. Sed recte ms. unus ut in nostro textu.

(76) Alias, « qua; » al., « quam. » Et paulo post editi perperam, « arma nostra præbenda peccato, » etc.

(77) Alias, « non tam membra. »

(78) Editi, « ad effundendum eum ministraverint. »

(79) Alias perperam, « atque in omnibus membris nostris. »

(80) Editi, « vestra, » male.

(81) Editi, « dicens. »

(82) Ms. unus, « Quod sine dubio scire et vitare non posse constat.... si mortificemus, » etc. Alias, « Quod sine dubio scire et vitare non possumus.... si non mortificemus, » etc.

pterea enim subjungit : « Non enim sub lege estis, sed sub gratia ; » et evidenter ostendit ex his nos non esse sub lege illa quam in membris positam repugnare dicit legi mentis [73], quia qui mortificat membra sua, certum est quod non sit sub lege membrorum, sed sub gratia Dei. De hac lege et alibi dicit, quia « virtus peccati lex [74]. » Si quis vero (83) velit hæc accipere de lege Moysi, illud sine dubio dicet, quod non sumus sub lege litteræ quæ occidit, sed sub lege spiritus quæ vivificat [75], quam hic gratiam nominavit.

2. « Quid ergo? Peccabimus, quia non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit [76]. » Simile videtur hoc illi dicto, quod superius exposuimus : « Quid ergo dicemus? Permanebimus in peccato ut gratia abundet? Absit [77] ; » et ideo una atque eadem utrique loco sufficiat explanatio. Hoc solum est quod videtur habere differentiam, quod in superioribus ubi dicit : « Quid ergo? Permanebimus in peccato? » quasi his qui nondum discesserint a peccato dici videtur, ne permaneant in eo in quo esse adhuc videbantur : hic vero tanquam ab his qui jam (84) discesserint a peccato, fieri videtur interrogatio : et ibi, ut quasi gratia, quæ nondum erat, abundaret ; hic autem tanquam præsente jam gratia dicit, « quia non sumus sub lege, sed sub gratia [78]. »

3. « Nescitis quia cui exhibetis vos servos ad obediendum, servi estis ejus cui obeditis, sive peccati ad mortem, sive obedientiæ ad justitiam (85)? Gratias autem Deo quoniam fuistis servi peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ, in quam traditi estis. Liberati autem a peccato, servi facti estis justitiæ [79] (86). » Videtur fortassis minus integra elocutio quod ait : « Servi estis (87) ejus cui obedistis, sive peccati ad mortem, sive obedientiæ ad justitiam ; » cum ratio poposcerit dici : Servi estis ejus cui obedistis, sive peccati, sive justitiæ per obedientiam. Sed in eo qui se imperiti sermonis sponte profitetur [80] (88), artem compositionis verborum requirere superfluum puto, cum sensus evidens habeatur. Hoc est ergo quod in hoc loco Apostolus docet ; quia unusquisque in manu sua habet et in arbitrii potestate, **572** ut aut peccati servus sit, aut justitiæ. Ad quamcunque enim partem inclinaverit obedientiam (89), et cuicunque parti parere voluerit, hæc sibi eum vindicat servum. In quo, ut dixi, absque ulla cunctatione in nobis esse ostendit arbitrii libertatem. In nobis namque est exhibere obedientiam nostram vel justitiæ, vel peccato. « Nemo » autem « potest duobus simul dominis servire, » peccato et justitiæ. « Aut enim unum odio habebit, » peccatum scilicet, « et alium amabit, » id est justitiam : « aut patietur unum, » scilicet peccatum duntaxat, « et alium contemnet [81], » id est justitiam. Simile ergo est et quod dixit Apostolus : « Servi ejus estis cui obedistis, sive peccati, sive justitiæ [82]. » Sed et quod dicitur : « Omnis qui (90) facit peccatum, servus est peccati [83], » ad hoc respicit, quamvis etiam non adjecerit : Et omnis qui fecerit justitiam, servus est justitiæ. Quod fortassis putet alius idcirco subrelictum, ut quasi ex consequentibus debeat intelligi. Mihi tamen videtur (91) consulto non additum. Neque enim conveniebat dici, quia omnis qui facit justitiam, servus est justitiæ. Nam et Deus ipse facit justitiam, et non idcirco servus justitiæ dici potest, sed justitiæ Dominus (92). Non ergo ita omnis qui facit justitiam, servus est justitiæ, ut omnis qui facit peccatum, servus est peccati. Nam et ipse diabolus sine dubio peccati servus est, quippe qui discessit a servitute justitiæ, et in conspectu Domini omnipotentis rebellavit, propter quod et apostata appellatus est. Constat ergo ex his verbis quibus Paulus dicit (93) : « Quia cui exhibetis vos servos ad obediendum, servi estis cui obedistis, sive peccati, sive justitiæ [84], » quia sponte nostra ipsi nos (94) exhibemus, nullo cogente, vel peccato servire vel justitiæ per obedientiam nostram : et ideo semper horum meminisse debemus, ne inanes querelas in peccati excusatione proferamus, quod diabolus fecerit ut peccaremus, aut naturæ necessitas, aut fatalis conditio, aut cursus astrorum (95). Sed audi apertam Pauli sententiam, qua dicit : « Cui vos exhibetis servos ad obediendum, servi estis cui obedistis, sive peccati, sive justitiæ. » Post hæc : « Gratias, inquit, Deo, quia fuistis servi peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ, in quam traditi estis [85-86]. » Videtur hæc ad eos dicere, de quorum vita profectuque præsumit, et de quibus jam superius dixerat : « Gratias ago Deo per Jesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiatur in universo mun-

[73] Rom. VII, 23. [74] I Cor. XV, 56. [75] II Cor. III, 6. [76] Rom. VI, 15. [77] ibid. 1. [78] ibid. 15. [79] ibid. 16, seq. [80] II Cor. XI, 6. [81] Matth. VI, 24. [82] Rom. VI, 16. [83] Joan. VIII, 34. [84] Rom. VI, 16. [85-86] ibid. 17.

(83) *Vero*. Desideratur in antea editis.

(84) *Jam*. In editis omittitur.

(85) Ms. unus, « sive justitiæ in sanctificationem. »

(86) Editi, « servi autem facti estis justitiæ. »

(87) Alias, « quia ait : servi estis cui obedistis, sive peccati, sive obedientiæ (*al.* obeditionis) ad justitiam, cum ratio posceret : Servi estis (*al.* Ergo servi estis), » etc.

(88) Alias, « qui imperitiam sermonis sponte confitetur. »

(89) Editi, « Ad quamcunque enim potestatem inclinaverit obedientiæ. » Ms. unus, « Ad quamcunque enim partem inclinaverit se homo obedientiæ. »

(90) Editi, « Nam omnis qui, » etc. Mss. plerique, « Sed et omnis qui, » etc., absque « quod dicitur. »

(91) Alias, « Mihi autem videtur. »

(92) Alias, « sed justus Dominus. »

(93) Editi, « ex his esse servos (*al.* ex his servis) quibus Paulus dicit, » al., « ex his verbis » (*al.*, ex his sermonibus) Pauli, quibus dicit. »

(94) Editi, « quia sponte. Nam ipsi nos. »

(95) Alias, « quia » (al. « quod, » al. « quam) diabolus fecit ut peccatorem, aut naturæ.... aut cursus astrorum efficiat, » al. « faciat. »

do [87]. » Tum deinde et illud ostendit, quod omnes homines primo serviant peccato. Sic enim scriptum est : Quia « non est justus super terram qui faciat bonum, et non peccet [88]. » Primo enim necesse est in omni homine illud compleri quod scriptum est : « Sed ubi venit mandatum, peccatum revixit [89]. » Hoc vero quod sequitur ad paucos dicitur, et eos qui jam emendantur, scilicet quod dicit : « Gratias autem Deo, quia fuistis servi peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ, in quam traditi estis [90-91]. » Servi ergo fuimus omnes peccati ; sed ubi tradita est nobis forma doctrinæ, et huic non utcunque, neque solis verbis, sed ex corde, ex animo, ex tota devotione elegimus obedire, liberamur a servitute peccati, et efficimur servi justitiæ. Unde vereor ne forte plures simus qui videamur sus- B cepisse formam doctrinæ justitiæ, et verbis quidem vel professione justitiæ videamur obedire, corde vero obediamus peccato, carnis adhuc in nobis vitiis dominantibus. Et ideo ante omnia indigemus illa de qua superius docuit mortificatione membrorum. Quod autem dixit : « Formam (96) doctrinæ, in quam traditi estis, » requirendum puto quomodo unusquisque tradatur. Invenimus namque quod eos qui « non » probant « Deum habere in notitiam, » tradat « Deus secundum desideria cordis eorum in immunditiam, ut contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis : » et alios qui « commutaverunt gloriam incorruptibilis Dei, » tradat « in passiones ignominiæ [92], » de quibus in locis suis prout po- C tuimus diximus. Et hos ergo qui semetipsos exhibent servos justitiæ per obedientiam (97), Deus tradidit ut instituantur et imbuantur secundum formam doctrinæ justitiæ. Movet autem me etiam hoc, quod non dixit, « Obedistis (98) ex corde » doctrinæ, « in quam traditi estis, » sed « formam doctrinæ » posuit. Nec puto quod unum esse senserit Apostolus doctrinam, et formam doctrinæ ; sed mihi videtur quod formam doctrinæ minus esse scierit, quam ipsam doctrinam ; et nunc quidem in præsenti vita dum in hoc corpore sumus, et « aggravat terrenum hoc habitaculum sensum multa cogitantem [93], » formam doctrinæ habeamus, non ipsam doctrinam, sicut idem Apostolus in
573 aliis dicit : « Nunc autem videmus per spe- D culum in ænigmate ; » ipsa autem doctrina sit de qua dicit : « Tunc autem videbimus facie ad faciem [94]. » Unde et in præsenti vita puto quod for-

A mam atque umbram virtutum tenere possimus ; ipsas vero virtutes, tunc cum venerint illa quæ perfecta sunt. Et ideo justus nunc (99) magis, ut mihi videtur, in umbra virtutum, quam in ipsis virtutibus vivit (1). Et ob hoc fortassis Jeremias in Lamentationibus dicit : « Spiritus vultus nostri Christus Dominus, cui diximus : In umbra ejus vivemus in gentibus [95]. » Quod si Christus est justitia, et sapientia, et veritas, et dicimus, « in umbra ejus vivemus in gentibus : » ergo in umbra justitiæ, et in umbra sapientiæ, et in umbra veritatis vivimus, etiam si justi, et sapientes (2), et veritatis amatores esse videamur. Propterea ergo dicitur : « Si quis se putat cognovisse, nondum cognovit quemadmodum oporteat scire [96]. » Fortassis enim etiam ipsum Verbum Dei, secundum hoc quod « Verbum caro factum est, et habitavit in nobis [97], » aliter in præsenti vitæ statu, aliter cum venerit quod perfectum est [98], cognoscetur ; et aliter nunc in forma servi, tunc vero aliter in forma Dei, et in Patris æqualitate sentietur. Pro quibus omnibus, vel « in forma doctrinæ, » ut Apostolus dicit, et nondum in ipsa doctrina, vel « in umbra Christi, » ut Jeremias nominavit [99], et nondum in ipso Christo, vivere videmur inter gentes. « Liberati autem a peccato, servi facti estis justitiæ [1]. » Expositio est in his eorum quæ superius dixit. Si enim ultra non serviatis peccato, certum est quia liberati ab eo servi facti estis justitiæ. Sed requiritur quis est qui liberat a peccato. Sine dubio veritatis agnitio. Sic enim dicebat Jesus ad Judæos qui crediderant ei : « Si credideritis verbo meo, agnoscetis veritatem, et veritas liberabit vos [2]. » Veritas est ergo quæ liberat a peccato, et veritatis agnitio. Certum est autem quod omnis qui liberatus fuerit a peccato, justitiæ serviat. Quod autem dicimus, justitiæ serviat, quoniam justitia una est ex virtutum choro, simile est ac si diceremus, quia si quis liberatus est a peccato, serviet veritati, et serviet sapientiæ, et serviet pudicitiæ, et serviet pietati (3). Sic enim ego audio et illud quod dictum est : « Aperite mihi portas justitiæ, et ingressus in eas confitebor Domino [3]. » Non enim solius justitiæ portas ingreditur qui confiteri vult Domino, sed et veritatis, et sapientiæ, et pietatis, et pudicitiæ. Omnium namque una est aula virtutum, cujus sibi justitiæ nomine pandi januas postulat (4) justus.

[87] Rom. I, 8. [88] Eccli. VII, 21. [89] Rom. VII, 9. [90-91] Rom. VI, 17. [92] Rom. I, 28, 24, 23, 26. [93] Sap. IX, 15. [94] I Cor. XIII, 12. [95] Thren. IV, 20. [96] I Cor. VIII, 2. [97] Joan. I, 14. [98] I Cor. XIII, 10. [99] Thren. IV, 20. [1] Rom. VI, 18. [2] Joan. VIII, 31. [3] Psal. CXVII, 19.

(96) Editi, « Quam autem dixit formam, » etc.

(97) Alias, « Et hic ergo qui [*al.* eo qui] semetipsos exhibent servos per obedientiam justitiæ ; » et paulo post editi, « secundum formam justitiæ doctrinæ. »

(98) Editi, « obedientiæ. » Ms. unus. « obedientes. »

(99) *Nunc*. Deest in editionibus Merlini et Genebrardi.

(1) Editi, « vixit, » male.

(2) Ms. unus, « etiam si justitiæ, et sapientiæ, » etc. Deinde idem ms., « si quis se putat cognovisse Deum.... oporteat sciri. » Al., « eum scire. »

(3) Editi, « et serviet pudicitiæ, prudentiæ, et pietati. » Sed omnes mss. omittunt « prudentiæ. » Quidam etiam non habent « serviet » ante « pietati. »

(4) Editi, « nomine Paulus » (*al.*, Pauli) januas postulat aperiri. »

4. « Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut enim exhibuistis membra vestra servire immunditiæ, et iniquitati ad iniquitatem (5), ita nunc exhibete membra vestra servire justitiæ in sanctificationem [4]. » Pudorem quemdam per hæc incutit Apostolus auditoribus, ut hoc saltem obsequii dependant justitiæ et sanctificationi, quod prius immunditiæ iniquitatique detulerant. Quid ergo tam humanum, hoc est, quid tam leve, quid tam sine onere, et quod nulla prorsus possit carnis infirmitas excusare (6)? « Sicut, inquit, exhibuistis membra vestra servire immunditiæ, et iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra servire justitiæ in sanctificationem. » Ingloriosum quidem est ut ita quis virtutibus sicut vitiis serviat. Multo enim amplius et multo intentius honoranda justitia est. Sed ego, inquit, humane et communiter ago: eadem postulo, similia requiro. Dudum currebant pedes vestri ad dæmonum templa, nunc currant (7) ad Ecclesiam Dei. Currebant prius ad effundendum, nunc autem ad liberandum sanguinem currant. Protendebantur prius manus ut aliena diriperent, nunc protendantur ut propria largiantur. Circumspiciebant prius oculi mulierem, aut alienum aliquid ad concupiscendum, nunc circumspiciant pauperes, debiles, egenos ad miserandum. Aures delectabantur auditu vano, vel bonorum derogationibus, nunc convertantur ad audiendum verbum Dei, ad explanationem legis, et ad capiendam sapientiæ disciplinam (8). Lingua quæ conviciis, maledictis, et turpiloquiis assueta est (9), convertatur nunc ad benedicendum Dominum in omni tempore [5]: sermonem sanum proferat, et honestum, ut det gratiam audientibus, et veritatem loquatur cum proximo suo [6]. Sed quid opus est hæc singula persequi, cum pateat etiam tibi, uniuscujusque membri ministerium, quod exhibuit vitiis, aptare virtutibus, et actum quem exhibuit immunditiæ, ad castitatem nunc sanctificationemque convertere? Videtur sane hic justitiam pro omnibus simul virtutibus nominasse, sicut econtrario iniquitatem pro omnibus simul vitiis posuisse. Addidit (10) sane, « justitiæ in sanctificationem, » quo videlicet castitatis partem et generaliter cum cæteris, et per semetipsam specialiter commendaret. Sed et illud aspice, quod ubique per hæc arbitrii libertatem designat, **574** et ostendit unumquemque habere in sua potestate, ut quæ ante iniquitati ad iniquitatem servitia dependebat (11), hæc, converso in melius proposito, justitiæ sanctificationique depen- A dat: quod utique fieri non posset, si aut natura (12), ut quibusdam videtur, repugnaret, aut astrorum cursus obsisteret.

5. « Cum enim servi essetis peccati, liberi eratis justitiæ. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Nunc vero liberati a peccato, servi autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam [7]. » Quomodo (13) quis peccati servus sit, sufficienter jam in superioribus dictum est, cum exponeremus illum locum: « Nescitis quia cui vos exhibetis servos ad obediendum, servi estis ejus cui obedistis, sive peccati, sive justitiæ [8]? » Cum ergo quis peccato servit, justitiæ B liber est, hoc est, alienus a justitia. Hic enim liberum alienum dicit, et recte quidem. Nemo enim potest simul et peccato servire, et justitiæ, sicut et Salvator dixit, quia « nemo potest duobus dominis servire [9]. » Sed de his plenius supra diximus. Illud sane notandum est, esse et libertatem culpabilem, et laudabilem servitutem. Nam liberum esse justitiæ, crimen est; servum vero esse, laudabile. Quod autem dicit justitiæ servum fieri, simul intellige et sapientiæ, et pietati, et pudicitiæ, et omnibus una virtutibus: sicut econtrario qui peccata, servus est simul et concupiscentiæ malæ, et iræ, et furoris, et impudicitiæ, et rapinæ; et omnibus simul vitiis ac sceleribus servit. Unde nosmetipsos semper discutere debemus per singula quæque quæ gerimus, et C in unoquoque actu considerare cuinam serviamus, peccatone ad iniquitatem, an justitiæ in sanctificationem. « Quem ergo, inquit, fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est [10]. » Fructum et bonorum et malorum esse docet Scriptura divina, ut ipse Salvator in Evangeliis dicit: « Aut facite arborem bonam, et fructum ejus bonum; aut facite arborem malam, et fructum ejus malum [11]. Non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala fructus bonos facere [12]. » In quibus propositum et voluntas hominis, arbor dici videtur vel bona, vel mala, fructus vero ejus opera. Si quis convertat animos et propositum ad justitiam, erubescit sine dubio, et ipse se notat (14) de prioribus gestis quæ egit D positus sub peccato, quia « finis illorum mors est. » Sed requiro quæ mors? Certum est quia (15) non ista communis. Non enim quis post mortem convertitur ad justitiam, vel pro male gestis præteritis erubescit. Quid ergo est? Numquidnam peccati mortem dicere videtur, quoniam « anima quæ pec-

[4] Rom. vi, 19. [5] Psal. xxxiii, 2. [6] Zachar. i, 16; Ephes. iv, 25. [7] Rom. vi, 20, 22. [8] ibid. 16. [9] Matth. vi, 24. [10] Rom. vi, 21. [11] Matth. xii, 33. [12] Matth. vii, 18.

(5) Alias, « injustitiam. »
(6) Editi, « nulla ratione prorsus possit infirmitatis excusari. » Sed omnes mss. ut in nostro textu.
(7) Alias, « nunc autem concurrant. »
(8) Editi, « sapientiam et disciplinam. »
(9) Genebrardus, « erat assueta. »
(10) Editi, « Addit quoque, » ms. unus, « addidit quoque. »
(11) Editi, « dependebant, » et infra, « dependant. »
(12) Sic mss. et Rabanus. Editi vero, « si necessitas naturæ. »
(13) Alias, « Quoniam; » al., « Quod. »
(14) Alias, « et ipse se renovat, » al., « et ipsa notat. »
(15) *Quia*. Deest in libris antea editis.

cat, ipsa morietur [13] ? » An illud magis potest in- A telligi quod istam mortem dicat (16) qua cum Christo peccato morimur, et vitiis ac sceleribus finem damus, ut propter hoc dixisse videatur, quia « finis illorum mors est ? Nunc vero liberati a peccato, servi autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam. » Fructus fructibus comparat : et peccati quidem fructus pro quibus nunc, hoc est, postea quam liberati a peccato, et servi facti Deo, sancti erubescunt, pronuntiat morte finiri : fructus vero justitiæ qui sunt in sanctificationem, finem dicit accipere vitam æternam. In quo illud primo non est omittendum, quod fructus quidem eos pro quibus nunc erubescimus (17), in quo sint noluit nominare : eorum vero fructum qui liberati sunt a peccato, et B servi facti sunt Deo, dicit esse in sanctificationem. Bonorum enim frequentius quam malorum habenda memoria est. Quod autem prius de malis fructibus et fine eorum, postea vero de fructibus qui in sanctificationem sunt (18), et de fine eorum, quæ est vita æterna, memoravit, vide quia simile est hoc dicto prophetico illi quo ipse ait : « Ego occidam, et ego vivere faciam [14] ; » et iterum : « Percutiam, et ego sanabo ; » et rursum in Job : « Ipse dolere facit, et remedium dat : percutit, et manus ejus sanat [15]. » Quæ omnia illuc aspiciunt, quod ante moriendum est cum Christo, et ita convivendum : et ante compatiendum, et ita conregnandum. Nisi enim prius per pœnitentiam peccato moriamur, C non possumus per justitiam vivere Deo. Sed et hoc quod (19) superius dixit [16] : « Liberati autem a peccato, servi facti estis justitiæ : » nunc autem cum similiter dixerit : « Liberati autem a peccato [17], » non similiter dixit, « servi facti estis justitiæ, » sed, « servi facti estis Deo : » non est otiosa distinctio. Per hoc enim ostenditur, quod posteaquam quis liberatus a peccato fuerit, servire debet primo justitiæ et omnibus virtutibus simul, ut inde per profectum ascendat ad hoc, ut servus fiat Deo, quamvis et servire justitiæ, servire sit Deo. Christus est enim justitia, et servire Christo, servire Deo est. Est tamen ordo profectuum, et sunt **575** in virtutibus gradus (20) : et idcirco dicitur Christus regnare, profecto secundum hoc quod ju- D stitia est, donec in unoquoque compleatur plenitudo virtutum, ubi vero mensura fuerit perfectionis expleta, tunc dicitur tradere « regnum Deo et Patri, » ut jam sit « Deus omnia in omnibus [18]. » Sed et illud adhuc observandum puto (quoniam collationem diximus fructuum malorum, et fructuum bonorum fecisse Apostolum) quod ibi quidem ubi de malis fructibus dicebat, non dixit : Fructum vestrum habuistis « in quibus nunc erubescitis : » sed dixit : « Quem ergo fructum habuistis ? » ubi vero de bonis fructibus dicit, addit « vestrum. » Sic enim scribit : « Habetis fructum vestrum in sanctificationem : » per quod indicare mihi videtur quod fructus malus, fructus erubescendus et pœnitendus, non est noster fructus. Non enim malam in nobis arborem Deus plantavit quæ fructus malos proferret, sicut et ipse dicit per prophetam : « Ego te plantavi vitem fructiferam totam veracem, quomodo conversa es in amaritudine vitis alienæ [19] ? » Fructus ergo malos etiam si afferamus, non sunt nostri, sed alieni, id est peccati ; fructus vero bonos si afferamus in sanctificationem, nostri sunt fructus. Istos enim fructus ut afferret humana natura a conditore suo suscepit. Nam illi alieni non sunt in nobis seminati a Deo (21). Vis autem scire quia Dominus non seminat malos fructus? audi eum in Evangelio dicentem : « Nonne bonum semen seminavimus in agro? Unde ergo habet zizania? Et respondens dixit (22) : Inimicus homo hoc fecit [20]. » Et adhuc vis amplius discere quia isti carnis fructus non sunt nostri, sed alieni ? Ipse iterum (23) Dominus in Evangelio dicit : « Si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est quis dabit vobis [21] ? » Sic ergo profundæ rationis mysterio in malo quidem fructu Apostolus non addidit « vestrum ; » de bono autem dicit : « Habetis fructum vestrum in sanctificationem. » Quod autem perfectiores dicat hos (24) quos servire Deo nominat, quam illos quos primo servire justitiæ dixerat, etiam ex hoc probatur, quod horum fructum in sanctificationem posuit ; qui intelligi possunt hi esse qui se castitati et continentiæ devoverunt ; illi autem quos servos dixit esse justitiæ, possunt etiam hi videri qui in conjugiis positi, justitiæ tamen et omnibus virtutibus operam præbent. De vita autem æterna quamvis et in aliis locis sæpe a nobis dictum sit, tamen et in præsenti breviter perstringendum est, quod æternitas in Scripturis aliquando pro eo ponatur ut finem nesciat, aliquando vero ut in præsenti quidem sæculo finem non habeat, habeat tamen in futuro. Aliquando temporis alicujus, vel etiam vitæ unius hominis spatium æternitas appellatur, ut est illud in lege scriptum de servo Hebræo [22] : « Si dilexerit, » inquit, « uxorem suam, et filios suos, et permanere voluerit in servitute propter ipsos (25),

[13] Ezech. xviii, 4. [14] Deut. xxxii, 39. [15] Job v, 18. [16] Rom. vi, 18. [17] ibid. 22. [18] I Cor. xv, 24, 28. [19] Jerem. ii, 21. [20] Matth. xiii, 27. [21] Luc. xvi, 12. [22] Exod. xxi, 5, 6.

(16) Editi, « dicit. » Et paulo post, « ut post hæc » (ms. unus, « ut post hoc. » Rabanus, « ut Apostolus hæc) dixisse videatur, » etc.

(17) Editi, perperam, « non erubescimus. »

(18) Alias, « in sanctificatione sunt. »

(19) Editi, « quia superius dixerit. »

(20) Alias, « et sunt profectibus gradus ; » al., « et sunt profectibus et virtutibus gradus. »

(21) Editi, « Nam illi alieni sunt in nobis non seminati a Deo. » Ms. unus, « Nam illi sunt alieni [al., « alienati sunt »] non sunt in nobis seminati a Deo. »

(22) Editi, « et respondentes dixerunt : » mss. quidam, « Et respondit. »

(23) Editi, « ipse etiam. »

(24) Mss. plerique, « dicat hic. »

(25) Sic ms. unus. Cæteri vero mss. et editi, « propter ipsam. »

subula, inquit, pertundes aurem ejus in poste, et erit tibi servus in æternum. » Æternum hic sine dubio tempus vitæ hominis posuit. Et iterum in Ecclesiaste dicitur [23] : « Generatio vadit, et generatio venit, terra autem in æternum stat : » hic « æternum » præsentis sæculi tempus ostendit. Ubi vero dicit « vitam æternam, » ad illud aspiciendum est quod ipse Salvator dixit : « Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum [24] : » et iterum : « Ego sum via, et veritas et vita [25]. » Et ipse Apostolus in aliis dicit, quia « rapiemur in nubibus obviam Christo in aera, et ita semper cum Domino erimus [26]. » Sicut ergo semper cum Domino esse, finem non habet, ita et vita æterna nullum finem habere credenda est.

6. « Stipendia enim peccati mors : gratia autem Dei, vita æterna, in Christo Jesu Domino nostro [27]. » Simile est, hoc quod dixit, « Stipendia peccati mors, » illi quod superius dixerat, « Finis autem illorum mors [28]. » Quorum autem? Illorum sine dubio « pro quibus nunc erubescitis, » quorum fructus nec nominare quidem æstimat dignum (26). Et iterum : « Gratia autem Dei, vita æterna, in Christo Jesu Domino nostro, » simile est illi quod dixit : « Habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam [29]. » Bene autem metaphoram, id est figuram militiæ ex initio propositam servat, ut militantibus sub peccato rege (27), imo potius tyrannidi ejus parentibus, stipendia debita mortem dicat exsolvi. Deum vero non erat dignum militibus suis stipendia quasi debitum aliquod dare, sed donum et gratiam, quæ est « vita æterna in Christo Jesu Domino nostro. » Ego non puto etiam hoc vacuum esse, quod ad vitam æternam addidit « in Christo Domino nostro ; » sed quia fortassis sciri voluit aliud esse vitam æternam solum, et aliud vitam æternam in Christo Jesu. Et illi enim qui surgent in confusionem et opprobrium sempiternum [30], habebunt quidem vitam æternam, non tamen in Christo Jesu, sed in confusione **576** et opprobrio æterno ; justi vero qui surgent (28) in vitam æternam in Christo Jesu habebunt vitam æternam. Peccatum ergo (29) militibus suis in quibus regnat, stipendia digna largitur mortem. Mortem autem dicimus non hanc corporalem, sed illam de qua scriptum est, quia « anima, quæ peccat, ipsa morietur [31]. » Et quamvis de diversitate mortis a nobis sæpe jam dictum sit, tamen quia præsens admonuit locus, apertius eadem repetere, et in unum quæ sparsim sunt dicta colligere neque mihi pigrum sit, neque legentibus onerosum. Mors in Scripturis unum quidem nomen est, sed multa significat. Etenim separatio corporis ab anima mors nominatur. Sed hæc neque mala (30), neque bona dici potest : est enim media, quæ dicitur indifferens. Et rursus separatio animæ a Deo mors appellatur, quæ per peccatum venit. Hæc aperte mala est, quæ et peccati stipendium nominatur [32]. Hanc mortem Deus non fecit, neque lætatur in perditione vivorum : sed invidia diaboli mors hæc introivit (31) in orbem terrarum. Et iterum ipse auctor mortis hujus diabolus mors appellatur, et ipse est qui dicitur inimicus Christi novissimus destruendus [33]. Sed et inferni locus in quo animæ detinebantur a morte, etiam ipse mors appellatur. Dicitur vero et illa mors (32) laudabilis qua peccato quis moritur, et Christo consepelitur, per quam emendatio fit animæ et vita æterna conquiritur. Cum ergo tanta differentia in hoc uno nomine mortis habeatur, si audias Deum dicentem, « Ego occidam, et ego vivere faciam [34], » intelligere debes quæ sit mors quam decet inferre Deum (33) : illa sine dubio quæ conferat vitam, id est ut moriatur quis peccato, et vivat Deo. « Cum occideret eos, » inquit, « quærebant eum, et revertebantur [35-36]. » Apertissime docens per hoc, quia (34) quem Deus occidit, propterea occidit, ut peccato moriatur, et quærat Deum. Sic ego audio et illud quod scriptum est [37], quia occidit Deus Her filium Judæ, quoniam malignus erat ; et si quid aliud hujusmodi de Deo legimus scriptum. Sic et Apostolus peccatorem tradebat in interitum carnis, ut spiritum faceret salvum [38], hoc est, ut moreretur peccato, et viveret Deo. Et in præsenti igitur loco stipendia quæ dat peccatum, mors esse dicuntur : non ista mors quæ separat corpus ab anima, sed illa qua per peccatum separatur anima a Deo. Et rursum nos in morte Christi dicimur baptizati, in illa sine dubio morte (35) qua peccato mortuus est semel, ut et nos separemur a peccato, et vivamus Deo [39]. Tali namque morte qui moritur (36) justificatus esse dicitur a peccato [40]. Sic ergo habenda distinctio

[23] Eccle. I, 4. [24] Joan. XVII, 3. [25] Joan. XIV, 6. [26] I Thess. IV, 16. [27] Rom. VI, 23. [28] ibid. 21. [29] ibid. 22. [30] Jerem. XXIII, 40. [31] Ezech. XVIII, 4. [32] Rom. VI, 23. [33] I Cor. XV, 26. [34] Deut. XXXII, 39. [35-36] Psal. LXXVII, 34. [37] Gen. XXXVIII, 7. [38] I Cor. V, 5. [39] Rom. VI, 3, 9, 10. [40] Rom. VII.

(26) Editi, « quorum fructus ne nominare dignum. Et iterum : Gratia autem Dei in Christo, » etc., omissis vocibus, « vita æterna. »

(27) Ms. unus cum editis, « sub peccati rege. » Alter ms., « sub peccati lege. » Sed rectius ms. Regius num. 1639 et Rabanus ut in nostro textu.

(28) Alias, « surgunt ; » et paulo post, « habent, » male.

(29) Editi, « Peccatum vero. »

(30) *Neque mala.* Hæc desunt in editione Genebrardi. Deinde ms. unus, « atque dicitur indifferens, » quibus verbis addunt editi, « id est communis, » quod omittitur in omnibus mss. nostris.

(31) Editi, « invidia diaboli mors introivit, » etc., absque « sed. » Al., « invidia autem diaboli mors introivit, » etc.

(32) Editi, « etiam ipsa mors appellatur. Dicitur etiam illa mors ; » et postea ms. unus, « per quam emundatio fit animæ. »

(33) Editi et mss. quidam perperam habent, « quam dicit inferre Deum. »

(34) Alias, « Cum occideret eos, inquirebant eum. Apertissime dicens, quia, » etc.

(35) *Morte.* In editis omittitur.

(36) Ms. unus, « justificatus est a peccato, » male.

est, quod Deus etiamsi occidere dicatur et morti tradere, talis quædam sit mors quæ a Deo datur, ut conferat vitam. Nihil enim mali datur a bono (37), licet triste sit, licet doloris plenum, prospectu tamen medendi, et contemplatione sanitatis infertur, ut animam quam separaverat a Deo illecebra et dulcedo peccati, severitatis austeritas separet a peccato. Econtrario vero peccatum quidquid dederit, quidquid contulerit, animæ mors est, etiam si stipendia largiatur.

7. « An ignoratis, fratres (scientibus enim legem loquor) [41] quia lex dominatur in homine, quanto tempore vivit? Nam quæ sub viro est mulier, vivente viro alligata est legi. Si autem mortuus fuerit vir, soluta est a lege viri. Igitur, vivente viro, cognominabitur adultera, si fuerit cum alio viro. Si autem mortuus fuerit vir, liberata est a lege viri, ut jam non sit adultera si fuerit cum alio viro. Itaque, fratres mei, et vos mortificati estis legi per corpus Christi, ut sitis alterius qui ex mortuis resurrexit, ut fructificemus (38) Deo. Cum enim essemus in carne, vitia peccatorum (39), quæ per legem erant, operabantur in membris nostris, ut fructificarent morti. Nunc autem soluti sumus a lege mortui, in qua detinebamur, ita ut serviamus in novitate spiritus, et non in vetustate litteræ. » Latius in superioribus (40) de fide et lege disserens, per omnia esse præferendam ostendit fidem eorum duntaxat qui credunt « in eum qui suscitavit Jesum Dominum nostrum a mortuis [42]. » Post hæc qualis etiam eorum conversio (41) deberet esse subjungit, in quibus et de peccato Adam, ac justitia Christi disseruit: sed et de servitute (42) ac libertate qua vel justitiæ quis servit et liber est a peccato, vel peccato servit et justitiæ liber est, disputavit. Nunc ergo post excessum quemdam latius habitum (43) redit
577 denuo ad tractatum legis et Christi, talia quædam in præsenti disserens loco: quæ paululum repetentes, secundum litteræ consequentiam prius aperire tentabimus: tum etiam pro viribus quid unusquisque sermo virtutis habeat, requiremus. Loquor, inquit, vobis qui scientiam legis habetis, et scitis sensum ejus non esse in vetustate litteræ, sed in spiritus novitate: hoc est, « scientibus legem loquor [43], » et appello vos, propter hujus legis scientiam, « fratres; » et dico: Nunquid ignoratis quia lex unicuique mancipato et servienti sibi dominatur, sicut vir junctæ sibi (44) mulieri: et sicut in omni vita sua dominatur mulieri legibus sibi
A junctæ, ita et homini qui sub lege est, quandiu vivit et valet, dominatur lex (45). Sed sicut viro, cui legibus subjuncta fuerat mulier, si accidat mori, libera efficitur mulier, et a viri potestate resolvitur, ita et is qui sub lege est, si accidat legem mori, ab operibus legis liber efficitur: et sicut mulier quæ prioris viri legibus absoluta est, habet libertatem ut alii viro jungatur, ita et is qui sub potestate legis vixit, ubi mortuam videt litteram, habet potestatem viventi Verbo tanquam viro sociari. Si vero viventem adhuc priorem virum voluerit mulier relinquere, et alii sociari, adultera sine dubio appellabitur. Quod simili forma etiam in eum cadit qui legem ut virum viventem (46) deserit, et alii jungitur. Hæc autem tanquam « scientibus, » ut dixi, « legem loquor,
B fratres, » ut intelligatis quia et vos legem tanquam virum mortuum reliquistis (47). Mors autem illius per adventum Christi et assumptionem corporis ejus est, per quod vos effecti estis alterius (48), id est juncti alii viro, illi scilicet qui a mortuis resurrexit, et ultra mortem non recipit, quam recepit prior ille vir, id est lex. Vos ergo nunc facti estis ejus viri qui a mortuis resurrexit sponsa: et ideo secundum voluntatem ipsius vivere debetis, quia jam non sumus in carne, sed in spiritu [44], etiam si aliquando in carne positi peccati et carnis passionibus urgebamur; quæ passiones per occasionem legis in membris nostris fructificabant, non Deo, sed mortis, illi morti quam Deus non fecit. Nunc ergo
C sicut cum moritur vir, libera est et absoluta mulier a lege viri, ita et nos liberi facti sumus a lege quæ videbatur nobis dominari tanquam vir. Cui legi sine dubio etiam nos mortui sumus, et alieni a conditione ejus « in qua detinebamur, » ut jam post hæc « serviamus non in vetustate litteræ » sicut prius, sed « in novitate spiritus [45]: » quem spiritum a sponso nostro tanquam nuptiale pignus accepimus, sicut et alibi dicit: « Qui dedit nobis pignus Spiritus [46]. » Hic est ordo eloquii, et hæc apostolici compago sermonis. Sed nunc repetentes quæ dicta sunt, discutiamus per singula. « An ignoratis (49), inquit, fratres (scientibus enim legem loquor) quia lex dominatur in homine, quanto tempore vivit? » Hyperbaton statim in principio habet, quod ita
D redditur: « An ignoratis, fratres, quia lex dominatur in homine quanto tempore vivit? » et post hæc redditur illud quod in medio insertum est: « Scientibus enim legem loquor. » Quod autem dixit: « Scientibus legem loquor, » simile est illi

[41] Rom. VII, 1-6. [42] Rom. IV, 24. [43] Rom. VII, 1. [44] Rom. VIII, 9. [45] Rom. VII, 6. [46] II Cor. V, 5.

(37) Sic potiores mss. nostri. Editi vero, « a bono Deo. » Ms. unus, « ab illo, » et paulo post Genebrardus, « lenitatis » pro « sanitatis. »
(38) Alias, « ut fructificetis, » al., « ut fructificaremus. »
(39) Alias, « passiones peccati, » al., « vitia peccati, » et postea, « absoluti sumus a lege mortis, » etc. Sed potiores mss. ut in textu.
(40) Editi, « in superiore. »
(41) Mss. quidam, « conversatio. »
(42) Editi, « virtute, » male.
(43) *Habitum.* Deest in editis, sed restituitur ex mss.
(44) *Sibi.* Deest in editis.
(45) Alias, » Sed sicut vir (al., « virum ») cui legibus subjecta, » etc.
(46) *Viventem.* Desideratur in libris antea editis.
(47) Editi, « tanquam mortuam reliquistis. »
(48) *Alterius.* Omittitur in editis et in quibusdam mss.
(49) Alias, « Aut ignoratis, » quod postea repetitur.

quod paulo post dicit: « Scimus autem quoniam lex spiritalis est. » Legem vero spiritalem esse non solus Paulus sciebat (50), sed et hi qui ab ipso imbuebantur: qui tamen spiritales erant, de quibus dicit: « Spiritalis autem examinat omnia [47]. » Nam de Galatis non possum pronuntiare quod sciant legem spiritalem esse, de quibus dicit: « O insensati Galatæ (51) [48]! » Nisi forte tunc scierint cum spiritu cœperant: sed non permanserunt in hac scientia, quia carne consummati sunt. Apostolorum vero doctrina (52), et eorum qui ab ipsis instituebantur ad docendum, talis erat, quæ doceret homines servire legi « non in vetustate litteræ, » sed « in novitate spiritus [49]. » Quod non solum apostolos, sed et prophetas, et si qui erant tunc sapientes in populo Dei, sensisse arbitror, quia lex spiritalis est, licet multitudinis causa etiam carnalem viderentur observantiam custodire. Nec mirum, cum et ipse Paulus dicat: Quia « factus sum Judæis tanquam Judæus, ut Judæos lucrifacerem [50]. » Ita ergo multi in populo priore proficiebant in scientia spiritali, et videbant gloriam Verbi Dei, sicut Isaias vidisse scribitur gloriam Filii Dei, ut testatur Joannes cum dicit: « Hæc autem dixit Isaias, quando vidit gloriam ejus [51]. » Scientibus ergo legem loquitur Paulus, id est scientibus quæ sit (53) in lege vetustas litteræ, et novitas spiritus; quod qui bene scit, novit sine dubio quia ita lex dominatur homini quandiu vivit, sicut vir mulieri; et sicut morte viri liberatur mulier a lege **578** conjugii, et sociandi se viro alii accipit libertatem, ita et anima cujus vir lex est, cum vetustatem litteræ in lege deprehenderit, quia quod veterascit prope exterminium est, veluti mortua sibi lege secundum litteram accipit nubendi alii viro, qui est spiritus legis: « Spiritus autem Dominus est [52]. » Quod autem dixit, « Lex dominatur homini quanto tempore vivit, » non ad hominem, sed ad legem refertur. Hoc enim et in consequentibus indicat, ubi dicit: « Vivente viro alligata est legi; » et ipsius exempli quod assumptum est plenius idem ordo declarat: legem enim loco viri posuit, et de ipsa dicit: « Si autem mortuus fuerit vir, A soluta est a lege viri. » Quæ tamen si de apostolis (54), vel de his qui ex circumcisione crediderunt dicta intelligantur, nil commovebitur quæstionis: clarum namque est quod hi legem velut virum habuerunt, sub cujus potestate vivebant. Sed ubi venit plenitudo temporum [53], lex infirmari cœpit in carne, et infirmitatem mors consecuta est, et si qui (55) sub potestate hujus viri vixerant tanquam mulier, mortua littera spiritui nubunt Christo credentes. Hi vero qui ex gentibus Domino crediderunt, non videbuntur (56) sub hujus viri, id est sub legis potestate vixisse, nec habuisse virum legis sermonem. Testimonium autem hujus rei, id est quod hi qui ex circumcisione sunt sub viro fuerint, hi au- B tem qui ex gentibus sine viro, Isaias declarat dicens (57): « Lætare sterilis quæ non paris, erumpe et clama quæ non parturis; quoniam multi filii desertæ, magis quam ejus quæ habet virum [54]. » Multos filios dicit desertæ magis quam ejus quæ habet virum, quod multo plures ex gentibus quam ex circumcisione crediderint; et ostendit eam quæ habet virum, Synagogam esse (58) quæ habet legem; desertam vero, et vagam, ac sine ulla potestate legis viventem, gentium multitudinem, quæ et sterilis erat, nullius legitimi verbi proferens germen. Ponitur ergo in his ab Apostolo homo qui sub lege vivit, tanquam mulier quæ sub viro est. Virum autem ponit sermonem legis, quem tamen virum mortuum dicit (59), qui est secundum litteram sermo C legis. Sed is quomodo sit mortuus, pervidendum est. Potest quidem etiam in hoc videri (60) mortuus, cum spiritalis intelligentia excludit et velut interimit corporalem, et ostendit refugiendam esse occidentem litteram, et sequendum vivificantem spiritum. Sed et hoc modo mortuus esse hic vir evidentius approbabitur. Etenim donec lex umbram gerebat futurorum bonorum [55], et in Jerusalem terrena (61) cœlestis culturæ typus et imago gerebatur, et altare manebat, et sacerdotium, sermo legis, littera videlicet, vivere (62) videbatur. Nondum enim introierat in sancta non manufacta Christus [56], nec accesserat ad velamen interius, quod ad He-

[47] I Cor. II, 15. [48] Galat I, 3. [49] Rom. VII, 6. [50] I Cor. IX, 20. [51] Joan. XII, 41. [52] II Cor. III, 17. [53] Galat. IV, 4. [54] Isai. LIV, 1; Galat. IV, 27. [55] Hebr. X, 1. [56] Hebr. IX, 24.

(50) Alias, « Legem vero spiritalem non solum Paulus sciebat. »

(51) Ms. unus Regius num. 1641 sic habet, « qui tamen spiritales erant. Nam id quidam carnales nesciebant, de quibus dicit: O insensati Galatæ! » Cæteri vero mss. et editi ut in nostro textu.

(52) Ms. unus, « Apostolorum enim doctrina. » Deinde editi plerique, « instruebantur ad docendum, talis erat, quæ docet, » etc.

(53) Sic mss. plerique. Editi vero et ms. unus: « Hoc autem dicit Isaias quod (al., « quoniam ») vidit, » etc. Deinde mss. quidam cum editis, « Scientibus enim (al., « ergo ») legem loquor, inquit Paulus, id est scientibus quia sit, » etc.

(54) Ms. unus, « si de populis. » Al., « si de apostolorum, » etc., male.

(55) Ms. unus, « et sic qui, » etc. Deinde editi, « mulier, spiritui nubunt. » Mss. quidam, « mulier, D maritaliter spiritui nubent. » Sed rectius mss. nostri et Rabanus, « mulier, mortua littera spiritui nubunt. »

(56) Editi, « Hi vero qui ex gentibus crediderunt, Domino crediderunt, et non videntur, » etc.

(57) Ms. unus, « Isaias dabit dicens. » Rabanus, « Isaias clamabat dicens. »

(58) *Esse*. In editis omittitur.

(59) Sic ms. unus. Cæteri vero mss.; Rabanus et editi, « mortalem dicit, » male.

(60) Editi, « providendum est. Potest quidem in hoc videri, » omisso « etiam. »

(61) Editi, « et inhiabant in terrena; » Rabanus, « et in Hierusalem terrena. » Mss. quidam alius, « et inhiabat terrenis; » alius, et « inhiabant terrena. » Sed potiores mss. ut in nostro textu.

(62) *Videlicet vivere*. Hæc verba desiderantur in editis.

bræos scribens Apostolus [57] carnem Christi esse interpretatur. Ubi vero « Verbum caro factum est, et habitavit in nobis [58], » a præsentia ejus Jerusalem terrena cum templo (63) et altari, atque omnibus quæ ibi gerebantur, eversa est. Tunc mortuus est vir ejus, id est secundum litteram lex. An non jure dicitur in hac parte mortuus sermo legis, cui nulla sacrificia, nullum sacerdotium, nulla Levitici ordinis ministeria deferuntur? Homicidam punire non potest, nec adulteram (64) lapidare : hæc enim sibi vindicat Romanorum potestas : et dubitas adhuc si mortua sit secundum litteram lex? Ter in anno apparere Domino omnis masculus non ascendit (65) : ovis in festivitate Paschæ in civitate quam elegisse putatur Dominus Deus nulla jugulatur; manipuli primitiarum non offeruntur, nulla celebratur oblatio; nulla lepra, nulla purgatur immunditia (66). Et dubitari potest in his omnibus mortuam esse litteram legis? Cum ergo claruerit per hæc omnia mortuum esse virum priorem, nulla prævaricatio est Christo tanquam viro alteri sociari, sicut mulieri crimen non est si viro priore defuncto suscipiat secunda connubia. Et propterea dicit : « Igitur vivente viro cognominabitur adultera, si fuerit cum alio viro, » ut ostendat quia et anima hominis, si jam venit ad Christum, et Christo velut secundo viro sociata est, nullo genere vivere ei debet vetustas litteræ, quæ est quasi prior vir, ne forte si
579 illum habeat in se viventem, efficiatur adultera, quæ ita secundo sociata est, ut ei adhuc viveret prior (67). Hoc est quod per aliam figuram et in superioribus dixit, quia mori prius oportet, et ita consepeliri Christo. Denique etiam hoc addit in posterioribus : « Itaque, fratres mei, et vos mortui estis legi per corpus Christi, ut sitis alterius qui ex mortuis resurrexit, ut fructificemus Deo [59] (68). » Vides quomodo, licet figurarum diversitas videatur, ad unum tamen sensum cuncta revocantur. Nam et quod legem nobis mortuam dicit, hoc idem vult intelligi, quod et nos mortui sumus legi per

A corpus Christi, in quo corpore (69) « iniquitates nostras tulit, et peccata nostra portavit [60], » et in quo exuit « principatus et potestates, triumphans eas in semetipso [61]. » Festinandum est ergo ad istas secundas nuptias, quæ beatiores sunt multo quam primæ. Et vide si forte jam tunc lex tale nescio quid adumbrabat in eo cum jubebat (70) ut mulier, mortuo priore viro, de quo semen non susceperat (talis enim fuerat qui fructum non posset afferre) juberetur fratri ejus nubere [62]. Frater enim videtur legis litteræ secundum spiritum lex, ut de ipso magis mulier afferat fructum. Sed hæc plenius in locis suis requirentur. Nunc autem, ut diximus, prius moriendum est legi litteræ, ut sic conjungi possimus Christo, qui ex mortuis resurrexit. Potest

B autem fieri ut hoc non solum de lege Moysi quæ est secundum litteram sentiatur, sed de omni homine (71) : quoniam certum est quod quibuscunque institutis, quibuscunque moribus agatur, quasi sub lege hac qua utitur vivere credendus est : cui utique vel ipse mori debet, vel ipsa illi (72), ne forte sub alio viro posita anima ad Christum veniens, non tam nuptias ejus adire, quam adultera effici videatur, quippe si prioris (73) adhuc viri legibus vivit. Quod tamen Apostolus alia rursum figura ad eumdem sensum (74) explanationis adducit. Subjungit enim : « Cum enim essemus in carne, vitia peccatorum quæ per legem erant, operabantur in membris nostris ut fructificarent morti.

C Nunc autem soluti sumus a lege mortui, in qua detinebamur, ita ut serviamus in novitate spiritus, et non in vetustate litteræ. » Apparet et in his, ut in superioribus per exemplum cujusdam similitudinis diximus (75), Paulum ex alio in aliud conclave incertis et occultis gressibus digredi. Cum enim in superioribus de lege litteræ disputasset, quod utique ad eos videretur tantum qui ex circumcisione crediderant, pertinere : nunc latenti quadam conversione carnis et vitiorum discutit legem,

[57] Hebr. x, 20. [58] Joan. i, 14. [59] Rom. vii, 4. [60] Isai. liii, 4, 11. [61] Coloss. ii, 15. [62] Deut. xxv, 5.

(63) Sic ms. unus et Rabanus. Editi vero et mss. quidam, « a præsentia ejus lex cum templo, » etc. Alter ms. codex, « ac præsentia ejus Jerusalem terrena cum templo, » etc.

(64) Editi, « nec adulterum. »

(65) Editi, « litteræ lex. » Deinde ms. unus, « Ter in anno apparere Domino jubetur omnis masculus; non ascendit. »

(66) Sic ms. unus Regius num. 1639. Rabanus vero, « manipuli primitiarum efferuntur nulli . . . . nulla expiatur immunditia, » etc. Cæteri mss. et editi, « manipuli primitiarum (al., « de manipulis primitiarum ») nulla celebratur oblatio : nulla lepra, nulla pecoris (al., « peccatoris ») immundia, dubitari potest, » etc.

(67) Alias, « quia ita adhuc secundo sociata est, ut ei (al. « ut si ») adhuc viveret prior. »

(68) Editi : « Vides quomodo figurarum, » etc., omisso « licet. »

(69) Sic mss. unus Regius num. 1641. Alter ms. num. 1639: « Nam equidem legem nobis mortificatam dicit per corpus Christi, in quo corpore, » etc., omissis intermediis. Cæteri vero mss., Rabanus, et editi : « Nam et quod legem nobis mortuam dicit, hoc idem libet (al., « videtur ») intelligi, quod et si (al., « et sic ») mortui sumus (al., « mortificati

D sumus ») legi per corpus Christi, » etc. Deinde, « principatum et potestatem, triumphans eos in semetipso. »

(70) Sic potiores mss. nostri, et Rabanus, nisi quod alius pro « jubebat, » habet « jubeat; » alius pro « juberetur, » habet « jubeatur, » et alius pro « qui fructum, » habet « quæ fructum. » Editi vero, « in eo cum juberet (al. « jubeat ») ut mulier, mortuo priore viro de quo semen non susceperat, fratri ejus nuberet. » Mss. quidam, « in eo cum conjux, mortuo priore viro, de quo semen non susceperat, jubebatur fratri ejus nubere. »

(71) Sic recte ms. unus, et editi; Rabanus vero et mss. plerique, « sed omnis homo. »

(72) Editi plerique, « vel ipsa mori debet, vel ipse illi. »

(73) Merlinus et Genebrardus : « quippe quæ sub prioris, » etc.

(74) Editi plerique, « eum sensum. »

(75) Vide supra lib. v, num. 1.

ob id sine dubio ut etiam ad cæteros homines, non eos solos qui ex circumcisione sunt, tractatus iste pertinere videatur. Ait ergo : «Cum enim essemus in carne.» Et quidem, quantum ad rem spectat, in carne utique positus ista dicebat : sed «cum in carne essemus,» hoc est cum secundum carnem viveremus, «vitia peccatorum quæ per legem erant, operabantur in membris nostris.» Quænam lex ista est per quam vitia peccati operantur (76)? Nunquid lex Moysi etiam si secundum litteram observetur, vitia generat peccatorum? Sed in aperto est quod illam legem dicat in membris, quæ resistit (77) legi mentis, de qua et ante tractavimus, quomodo «lex subintroivit ut abundaret peccatum [63].» Ipsa ergo lex est quæ facit in his qui secundum carnem vivunt, vitia peccatorum abundare ut fructificent morti (78). Ad hoc namque est illa lex in membris nostris, ut resistens adversum legem mentis captivos nos ducat peccato, et hos fructus offerat morti. «Nunc autem soluti sumus a lege mortui, in qua detinebamur.» Ab hac ergo lege, in qua detinebamur, nunc soluti sumus. «Nunc.» Quando? Sine dubio quando cum Christo mortui sumus, et consepulti ei (79) per baptismum, et crucifixi cum ipso: et ideo dicit : «Soluti sumus a lege mortui (80).» Nisi enim quis mortuus fuerit cum Christo, ab ista lege non solvitur. Scio et in aliis exemplaribus scriptum : «A lege mortis, in qua detinebamur;» sed hoc, id est «mortui,» et verius est et rectius. Quod vero addit in conclusione : «Ita ut serviamus in novitate spiritus, et non in vetustate litteræ,» quod sine dubio **580** de lege litteræ dictum videtur, hoc modo consequente (81) intelligi poterit. In carne quidem positi, et secundum carnem viventes, propter peccatorum vitia, quæ lex illa, quæ erat in membris nostris, alebat ut fructificarent morti, non poteramus servire novitati spiritus dum illa lex membrorum vivebat in nobis, imo, dum nos secundum illam vivebamus. Ubi vero Christus pro nobis mortuus est, et nos cum ipso mortui sumus peccato, liberati sumus (82) per ipsum a lege peccati in qua detinebamur, et possumus jam servire legi Dei; servire autem in novitate spiritus, non in vetustate litteræ. Non enim idcirco nos Christus abstraxit a lege peccati, ut vetustati litteræ serviamus, id est ut circumcisionem recipiamus, et Sabbata vel cætera quæ vetustas legis litteræ continet : sed ut legem Dei in spiritus novitate servemus, id est ex omnibus quæ in ea scripta sunt spiritalem sensum Spiritu donante capiamus, sicut et idem Apostolus in aliis dicit, quia «velamen est positum in facie Moysi : cum autem conversus fuerit quis ad Dominum auferetur velamen. Dominus enim spiritus est. Ubi autem spiritus Domini, ibi libertas [64].» Novitatem sane spiritus scio quosdam male (83) intelligentes illuc traxisse, ut dicerent novum esse Spiritum, tanquam qui ante non fuerit, nec veteribus innotuerit : et nesciunt se in hoc gravissime blasphemare. Ipse enim Spiritus est in lege, ipse in Evangelio, ipse semper cum Patre et Filio est, et semper est, et erat, et erit, sicut Pater et Filius. Non ergo ipse novus est, sed credentes innovat, cum eos a veteribus malis ad novam vitam et novam religionis (84) Christi observantiam adducit, et spiritales ex carnalibus facit.

8. «Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognovi, nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret : Non concupisces. Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat. Ego autem vivebam sine lege aliquando. Sed ubi venit mandatum, peccatum revixit. Ego autem mortuus sum : et inventum est mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem. Peccatum enim occasione accepta per mandatum seduxit me, et per illud occidit. Itaque lex quidem sancta, et mandatum sanctum, et justum, et bonum. Quod ergo bonum est, mihi mors est (85)? Absit. Sed peccatum, ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem, ut fiat supra modum peccator ipsum peccatum per mandatum [65].» In his locis positos crebro nos necesse est de legum diversitatibus commonere (86). Hoc enim vult **581** Paulus qui sub uno legis nomine sensum de una ad

[63] Rom. v, 20. [64] II Cor. iii, 15-17. [65] Rom. vii, 7 seqq.

(76) Alias : «operabantur?»

(77) Ms. unus, et editi : «legem dicat membrorum, quæ,» etc. Rabanus : «legem dicat in membris operari, quæ resistat,» etc.

(78) Editi : «vixerint;» et postea : «afferat morti.»

(79) Sic rectius ms. unus Regius num. 1639. Cæteri vero mss., Rabanus, et editi, «a lege, in qua mortui (al., «a lege mortis,») in qua detinebamur. Ab hac ergo lege nunc soluti sumus, quando sine dubio cum Christo mortui sumus et consepulti cum eo,» etc.

(80) Editi : «a lege mortis,» male.

(81) Editi, «consequenter,» deinde ms. unus, «quod in carne quidem positi,» etc., et postea editi, «ut fructificaret morti, non poteramus servire novitati Spiritus Domini : illa lex membrorum vivebat in nobis, in modum quo nos,» etc.

(82) Editi, «liberi sumus.» Deinde ms. unus et Rabanus, «possumus.» Alter ms. «ut possimus.»

(83) *Male.* Deest in libris antea editis. Postea vero pro «ut dicerent,» editi habent, «ubi dicerent.»

(84) Ms. unus, «Christianæ religionis.»

(85) Editi, «mihi factum est mors?» Ms. unus, «mihi malum est?» Sed cæteri mss. ut in nostro textu.

(86) *In his locis positos crebro nos necesse est de legum diversitatibus commonere*, etc. Huc referendum videtur fragmentum Græcum quod e parte nona in hanc Epistolam ad Romanos desumptum exhibet caput nonum *Philocaliæ*, unde iterum discere licet quam infida sit Rufini interpretatio : «Τί οὖν; Ὁ νόμος ἁμαρτία;» Οὐχ ὥσπερ ὄνομα ἕν ἐστι νόμος, οὕτω καὶ εἷς ὁ περὶ νόμου πανταχοῦ τῆς Γραφῆς λόγος. Διὸ καθ' ἕκαστον χρὴ τόπον αὐτῆς ἐπιμελῶς ἐπιστήσαντα θεωρῆσαι, νῦν μὲν τί σημαίνεται ἐκ τῆς νόμου φωνῆς, νῦν δὲ τί χρὴ τὸ τοιοῦτον ἐννοεῖν. Ἀλλὰ

alteram tacitis indiciis transfert, illo ut arbitror (87) proposito, quo et Scripturæ propheticæ constant, ne ea quæ inspirati divinitus (88) proloquuntur, impolitis hominibus et minus adhuc vel fidei vel studii

καὶ περὶ ἄλλων πλειόνων, ὁμώνυμοι γὰρ καὶ ἐπὶ ἄλλων εἰσὶ κατὰ τὴν γραφὴν φωναί. Αἵ τινες συγχέουσι τοὺς νομίζοντας, ὅτι ὡς ὄνομα ἕν ἐστιν, οὕτω καὶ τὸ σημαινόμενον ἕν, ὅπου ἂν τοῦτο ὀνομασθῇ. Ὅτι δὲ ἡ, νόμος, φωνὴ οὐκ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ, ἀλλ' ἐπὶ πλειόνων τέτακται, τὰ πολλὰ παραλιπόντες καὶ δεόμενα κατασκευῆς, ἔχοντα ἀνθυποφορὰν λύσεως δεομένην, ἐκθησόμεθα τὰ πάνθ' ὀντινοῦν δυσωπῆσαι δυνάμενα, ὡς τῆς, νόμος, φωνῆς κειμένης ἐπὶ πλειόνων, οἷον ἐπὰν ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας λέγηται· « Ὅσοι γὰρ ἐξ ἔργων νόμου εἰσὶν, ὑπὸ κατάραν εἰσί· γέγραπται γάρ· ἐπικατάρατος πᾶς ὃς οὐκ ἐμμένει ἐν πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου τοῦ ποιῆσαι αὐτά. » Σαφὲς ὅτι νόμος ὁ κατὰ τὸ γράμμα δηλοῦται Μωϋσέως τὸ προστακτικὸν μὲν ὧν ποιητέον, ἀπαγορευτικὸν δὲ ὧν οὐ ποιητέον τοῖς αὐτῷ ὑποκειμένοις. Τὸ δ' αὐτὸ δηλοῦται ἐν τῇ αὐτῇ Ἐπιστολῇ καὶ ἐν τῷ· « Ὁ νόμος γὰρ τῶν παραβάσεων χάριν ἐτέθη, ἄχρις οὗ ἔλθῃ τὸ σπέρμα ᾧ ἐπήγγελται, διαταγεὶς δι' ἀγγέλων ἐν χειρὶ Μεσίτου· » καὶ ἐν τῷ· « Ὥστε ὁ νόμος παιδαγωγὸς ἡμῶν γέγονεν εἰς Χριστὸν, ἵνα ἐκ πίστεως δικαιωθῶμεν· ἐλθούσης δὲ τῆς πίστεως οὐκέτι ὑπὸ παιδαγωγόν ἐσμεν, πάντες γὰρ υἱοὶ Θεοῦ ἐστε διὰ τῆς πίστεως ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. » Σημαίνεται καὶ ἡ παρὰ Μωϋσεῖ ἀναγεγραμμένη ἱστορία ἀπὸ τῆς, νόμος, φωνῆς, ὡς ἀπὸ τῆς αὐτῆς Ἐπιστολῆς ἔστι λαβεῖν ἐκ τοῦ· « Λέγετέ μοι, οἱ ὑπὸ νόμον θέλοντες εἶναι, τὸν νόμον οὐκ ἀκούετε; γέγραπται γὰρ ὅτι Ἀβραὰμ δύο υἱοὺς ἔσχεν, ἕνα ἐκ τῆς παιδίσκης, καὶ ἕνα ἐκ τῆς ἐλευθέρας· ἀλλ' ὁ μὲν ἐκ τῆς παιδίσκης, κατὰ σάρκα γεγέννηται· ὁ δὲ ἐκ τῆς ἐλευθέρας, διὰ τῆς ἐπαγγελίας. » Οἶδα καὶ τοὺς Ψαλμοὺς ὀνομαζομένους νόμον, ὡς δῆλον ἐκ τοῦ· « Ἵνα πληρωθῇ ὁ λόγος ὁ ἐν τῷ νόμῳ αὐτῶν γεγραμμένος, ὅτι ἐμίσησάν με δωρεάν. » Ἀλλὰ καὶ ἡ τοῦ Ἡσαΐου προφητεία νόμος παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ λέγεται φάσκοντι· « Ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται· Ἐν ἑτερογλώσσοις καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις λαλήσω τῷ λαῷ τούτῳ, καὶ οὐδ' οὕτως εἰσακούσονταί μου, λέγει Κύριος. » Εὗρον γὰρ τὰ ἰσοδυναμοῦντα τῇ λέξει ταύτῃ ἐν τῇ τοῦ Ἀκύλου ἑρμηνείᾳ κείμενα. Λέγεται νόμος καὶ ἡ μυστικωτέρα καὶ θειοτέρα τοῦ νόμου ἐκδοχή· ὡς ἐν τῷ· « Οἴδαμεν γὰρ ὅτι ὁ νόμος πνευματικός ἐστι. » Παρὰ δὲ ταῦτα πάντα λέγεται νόμος, ὁ κατὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας ἐνεσπαρμένος τῇ ψυχῇ, καὶ ὡς ὀνομάζει ἡ Γραφὴ, ἐγγεγραμμένος τῇ καρδίᾳ λόγος, προστακτικὸς μὲν ὧν ποιητέον, ἀπαγορευτικὸς δὲ, ὧν οὐ ποιητέον· καὶ τοῦτο δὲ δηλοῦται ἐν τῷ· « Ὅταν γὰρ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῶσιν, οὗτοι νόμον μὴ ἔχοντες ἑαυτοῖς εἰσι νόμος, οἵτινες ἐνδείκνυνται τὸ ἔργον τοῦ νόμου γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, συμμαρτυρούσης αὐτῶν τῆς συνειδήσεως. » Ὁ γὰρ γραπτὸς ἐν ταῖς καρδίαις νόμος, καὶ ἐν ἐθνικοῖς φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιοῦσιν, οὐκ ἄλλος ἐστὶ τοῦ κατὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας φύσει ἐγγεγραμμένου τῷ ἡγεμονικῷ ἡμῶν, καὶ τρανωτέρου μετὰ τῆς συμπληρώσεως τοῦ λόγου ὁσημέραι γενομένου. Τοῦτο τὸ σημαινόμενον ἦν τοῦ νόμου καὶ ἐν τῷ· « Ἁμαρτία οὐκ ἐλλογεῖται μὴ ὄντος νόμου· » καὶ ἐν τῷ· « Τὴν ἁμαρτίαν οὐκ ἔγνων εἰ μὴ διὰ νόμου. » Πρὸ γὰρ τοῦ κατὰ Μωϋσέα νόμου ἐλλελόγηται ἁμαρτία καὶ τῷ Κάϊν, καὶ τοῖς τὸν κατακλυσμὸν παθοῦσιν, ἔτι δὲ καὶ Σοδομίταις, καὶ ἄλλοις μυρίοις· πολλοί τε ἔγνωσαν τὴν ἁμαρτίαν καὶ πρὸ τοῦ Μωϋσέως νόμου. Καὶ μὴ θαυμάσῃς εἰ δύο σημαινόμενα τοῦ ἑνὸς ὀνόματος τοῦ νόμου ἐν τῷ αὐτῷ παρείληπται τόπῳ. Εὑρήσομεν γὰρ ταύτην τὴν συνήθειαν καὶ ἐν ἄλλαις Γραφαῖς· οἷον· « Οὐχ ὑμεῖς λέγετε ὅτι τετράμηνός ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται; ἐπάρατε τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ θεάσασθε τὰς χώρας, ὅτι λευκαί εἰσι πρὸς θερισμὸν ἤδη. » Δὶς γὰρ ὁ θερισμὸς ὀνομασθεὶς κατὰ μὲν τὸ πρότερον ἐπὶ τὸν σωματικὸν ἀναφέρεται· κατὰ δὲ τὸν δεύτερον, ἐπὶ τὸν πνευματικόν. Τὸ δὲ ὅμοιον εὑρήσεις καὶ ἐπὶ τοῦ ἀπὸ γενετῆς τυφλοῦ θεραπευθέντος, ᾧ ἐπιφέρει σωματικῶς γενομένῳ τυφλῷ τό· « Εἰς κρῖμα ἐγὼ εἰς τὸν κόσμον τοῦτον ἦλθον, ἵνα οἱ μὴ βλέποντες βλέπωσι, καὶ οἱ βλέποντες τυφλοὶ γένωνται. » Οὕτω καί· « Νῦν χωρὶς μὲν νόμου τοῦ τῆς φύσεως, δικαιοσύνη Θεοῦ πεφανέρωται, μαρτυρουμένη δὲ ὑπὸ νόμου τοῦ Μωϋσέως καὶ τῶν προφητῶν. » Εἴποιμι δ' ἂν πρὸς τοὺς ἔτι ὀκνοῦντας παραδέξασθαι τὸ διττὸν σημαινόμενον τοῦ νόμου, ὅτι εἴπερ ὁ αὐτὸς νόμος παρείληπται ἔν τε τῷ· « Νυνὶ δὲ χωρὶς νόμου δικαιοσύνη Θεοῦ πεφανέρωται· » καὶ ἐν τῷ· « Μαρτυρουμένη ὑπὸ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν, » εἰ μὲν χωρὶς νόμου πεφανέρωται, οὐχ ὑπὸ νόμου μαρτυρεῖται· εἰ δὲ ὑπὸ τοῦ νόμου μαρτυρεῖται, οὐ χωρὶς νόμου πεφανέρωται. Τῇ τοίνυν δικαιοσύνῃ τοῦ Θεοῦ φανερουμένῃ ὑπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ μαρτυρεῖ μὲν οὐδαμῶς ὁ τῆς φύσεως νόμος· μικρότερος γάρ ἐστιν αὐτῆς· ὁ δὲ Μωϋσέως νόμος, οὐ τὸ γράμμα, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα, καὶ οἱ ἀνάλογον τῷ πνεύματι τοῦ νόμου προφῆται. Καὶ οἱ ἐν αὐτοῖς πνευματικοὶ λόγοι διὸ χρὴ ἐπιμελῶς τὸν ἀναγινώσκοντα τὴν θείαν γραφὴν, τηρεῖν ὅτι οὐ πάντως ταῖς αὐταῖς λέξεσιν ἐπὶ τῶν αὐτῶν πραγμάτων χρῶνται αἱ γραφαί· τοῦτο δὲ ποιοῦσιν, ὁτὲ μὲν παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν, ὁτὲ δὲ παρὰ τὴν τροπολογίαν, καὶ ἔσθ' ὅτε παρὰ τὴν σύμφρασιν ἀπαιτοῦσαν ἄλλως τῇ λέξει χρήσασθαι ἐν τοῖσδέ τισιν, ἢ ὡς κεῖται ἐν ἑτέροις. Καὶ τοῦτο ἐὰν ἐπιμελῶς φυλαττώμεθα, πολλῶν σφαλμάτων ἀπαλλαττώμεθα καὶ παρεκδοχῶν. Χρὴ οὖν εἰδέναι ὅτι τὸ, « ἑώρακεν, » οὐκ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ κεῖται ἀεί. Ἀλλ' ὁτὲ μὲν ἐπὶ τοῦ σωματικοῦ ὁρᾷν, ὁτὲ δὲ ἀντὶ τοῦ νοεῖν. Καθόλου γὰρ τοῦτο ἰστέον, ὅτι προκειμένου κρύψαι, καὶ μὴ φανερῶς ἐκθέσθαι τὰ νοήματα τῆς ἀληθείας, τῷ ἐν τοῖς προφήταις πνεύματι, καὶ ἐν τοῖς ἀποστόλοις Χριστοῦ λόγῳ, πολλαχοῦ καὶ ὑπὸ τῆς φράσεως συγκεῖται, καὶ οὐχ ὡς ὑπὸ μίαν λέγεται ἀκολουθίαν, ἵνα μὴ καὶ ἀνάξιοι εἰς κρίμα τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς εὕρωσι τὰ συμφερόντως αὐτοῖς ἀποκεκρυμμένα· καὶ τοῦτο πολλαχοῦ αἴτιόν ἐστι τοῦ δοκεῖν μὴ ἔχειν σύνταξιν, μηδὲ ἀκολουθίαν τὴν ὅλην γραφὴν, καὶ μάλιστα, ὡς προείπομεν, τὴν προφητικὴν καὶ τὴν ἀποστολικήν. Καὶ μάλιστα τῆς ἀποστολικῆς τὴν πρὸς Ῥωμαίους Ἐπιστολὴν, ἐν ᾗ τὰ περὶ νόμου διαφόρως ὀνομάζεται, καὶ ἐπὶ διαφόρων πραγμάτων κείμενα· ὥστε δοκεῖν ὅτι οὐκ ἔχεται ὁ Παῦλος ἐν τῇ γραφῇ τῆς Ἐπιστολῆς τοῦ προκειμένου αὐτῷ σκοποῦ. «*Quid igitur? Lex peccatum est?* (*Rom.* VII, 7.) Non quomodo lex unum nomen est, sic unus est ubique de lege Scripturæ sermo. Quare in singulis locis opus est eam accurate persequi ac contemplari, et nunc quid significetur legis nomine, nunc vero quid illud sit perpendere. Sed et in aliis compluribus vocibus, id tenendum est. Sunt enim in Scriptura aliis significandis rebus eamdem sortitæ appellationem voces, quæ confundunt eos qui existimant, quemadmodum una vox est, ita unum esse significatum, ubicunque nomen id locum habuerit. Quod autem legis vox non eidem significando, sed pluribus ponatur, multis prætermissis, quæ ad impeditos sensus quos continent solvendos, operam tum et studium efflagitent, exponemus ea quæ sedare quemlibet possunt, ut legis voce pluribus (significandis) posita: veluti cum in Epistola ad Galatas dicitur: *Quicunque enim ex operibus legis sunt, sub maledictione sunt; scriptum est enim: Exsecrabilis qui non adhæret omnibus quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea* (*Galat.* III, 10). Planum est his verbis significari Moysis

(87) Sic omnes mss. nostri. Editi vero, « de uno ad alterum tacitis indiciis transfert, illo ut arbitramur, » etc.

(88) Ita mss. omnes. At editi, « quæ inspirata divinitus proloculus, » etc.

deferentibus in propatulo ponerentur, et pedibus, ut ita dixerim, conculcanda traderentur: sed ut, secundum ea quæ supra per quamdam similitudinem diximus, mysterium sui regis ad paucos et occultius perveniret. Ait itaque : « Quid ergo dicemus? Lex peccatum est [66]? » Putasti, inquit, me de lege Moysi dicere quia peccatum est? « Absit, absit. » Ad utrumque sufficiat quia neque de lege Moysi loquor, neque de ipsa dico quia peccatum est : sed, « Peccatum non cognovi nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret : Non concupisces [67]. » Intellige, inquit, de qua lege loquar, quæ (89) nisi esset, peccatum nemo cognosceret. Nunquid Moysi lex est per quam Adam cognovit peccatum suum, et abscondit se a conspectu Domini [68]? Nunquid Moysi lex est per quam cognovit

A Cain peccatum suum et dixit : « Majus est peccatum meum, quam ut relinquar [69]? » Aut per quam Pharao cognovit peccatum suum, et dixit : « Dominus justus est, ego autem et populus meus impii [70]? » Quod si hi omnes, aliique innumeri ante Moysi legem cognoverunt peccatum suum, non **582** erit sine dubio Moysi lex de qua dicit Apostolus, quia « peccatum non cognovi nisi per legem [71]; » et de qua dicit (90) : « Concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret : Non concupisces ; » sed est illa lex de qua frequenter diximus, quæ in hominum cordibus « scripta est, non atramento, sed Spiritu Dei vivi [72], » et docet unumquemque quid agendum sit, quid cavendum. Ipsa est ergo per quam cognoscit homo peccatum suum. Aperte hic naturalem legem dicit tandiu ignorari a nobis, quandiu ætatis processu

[66] Rom. VII, 7. [67] ibid. 7. [68] Gen. III, 8 [69] Gen. IV, 13. [70] Exod. IX, 27. [71] Rom. VII, 7. [72] II Cor. III, 3.

Moysis legem, quæ imperat facienda iis qui ipsi subjacent. Hoc autem declaratur in eadem Epistola et his verbis : *Lex enim propter transgressiones posita est, donec veniret semen cui promissum est, ordinata per angelos in manu Mediatoris* (*Galat.* III, 19); et his : *Adeo ut lex noster pædagogus fuerit in Christum, ut ex fide justificemur : at ubi venit fides, non jam sub pædagogo sumus. Omnes enim filii Dei estis per fidem in Christo Jesu* ibid. 24 seq.) B Legis etiam nomine significatur historia apud Moysem descripta, quemadmodum ex ea ipsa Epistola discimus his verbis : *Dicite mihi, qui sub lege vultis esse, legi non auscultatis ; scriptum est enim : Abraham duos filios habuit, unum ex ancilla, et unum ex libera; sed qui ex ancilla, secundum carnem natus est; qui autem ex libera, per promissionem* (*Galat.* IV, 21 seq.) Scio et Psalmos legem appellari, ut planum est ex iis : *Ut impleatur sermo qui in lege ipsorum scriptus est : Quia oderunt me gratis.* (*Joan.* XV, 25). Sed et Isaiæ vaticinium lex vocatur ab Apostolo dicente : *In lege scriptum est : Et in aliis linguis et labiis aliis loquar populo huic, et neque sic audient me, dicit Dominus* (*I Cor.* XIV, 21). Inveni enim in Aquilæ interpretatione, quæ huic dicto ex æquo responderent. Dicitur et lex, abstrusior et divinior legis intelligentia, sicuti in hoc loco : *Scimus enim legem esse spiritalem* (*Rom.* VII, 14). Ad hæc, lex dicitur, quæ secundum communem sensum, animæ insita est, et, ut loquitur Scriptura, inscripta cordi, imperans quæ facienda, et vetans quæ non facienda, quod et his verbis declaratur : *Cum enim gentes quæ legem non habent, natura, quæ legis sunt, faciant : hi qui legem non habent, sibi ipsi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium perhibente ipsorum conscientia* (*Rom.* II, 14, 15). Quæ enim in cordibus scripta est lex, et in gentibus natura quæ lex jubet facientibus, non alia est ab ea, quæ secundum communem sensum natura inscripta est principi parti nostræ, et quæ quotidie cum rationis perfectione ac consummatione adultior fit et solidior. Hic erat legis significatus et in hoc loco : *Peccatum non imputatur cum non est lex* (*Rom.* V, 13); et in hoc : *Peccatum non cognovi nisi per legem* (*Rom.* VII, 7); ante legem enim Moysis imputatum est peccatum et Cain, et qui diluvio absorpti sunt, et Sodomitis, et aliis innumeris. Et multi ante legem Moysis peccatum cognoverunt. Nec mireris quod duæ legis significationes vocis hujus in eodem loco accipiuntur. Hunc enim morem et in aliis Scripturis inveniemus; quemadmodum : *Nonne dicitis quatuor menses superesse et messis venit? Attollite oculos, et videte regiones, quia jam albæ sunt ad messem* (*Joan.* IV, 35). Bis enim messis nominatur : prius quidem ad corpoream messem refertur; posterius vero ad messem spiritus. Simile autem invenies in cæco ab ipso natu curato, cui hæc loquitur corpore cæcutienti : *Ego ad judicium in hunc mundum veni, ut qui non vident, videant, et qui vident, cæci fiant* (*Joan.* IX, 39). Sic et : *Nunc sine lege naturæ justitia Dei apparuit, testimonio legis Moysis et prophetarum prænuntiata* (*Rom.* III, 21); dixerim vero iis qui dubitant duplicem legis significatum recipere, si lex eadem accipitur et in hoc loco : *Nunc autem sine lege justitia Dei illuxit*, et in illo : *A lege et prophetis prænuntiata.* Si absque lege apparuit, non a legis testimonio prænuntiatur : si vero legis testimonio comprobatur, non sine lege declarata est. Justitiam itaque Dei, quæ a Jesu Christo declarata est, nequaquam suo testimonio comprobat naturæ lex : minor enim est ipsa. Lex autem Moysis, non littera, sed spiritus, et spiritui legis respondentes prophetæ : et qui in ipsis sunt sermones spiritales. Quare diligenter observare oportet eum qui divinas Scripturas pervolutat, non eas semper iisdem vocibus, non iisdem rebus uti : quod interdum faciunt per cognominationem, quandoque per figuratam rationem, aliquando propter C elocutionis contextum, qui exigit ut aliter in aliquibus dictio usurpetur, quam ut in aliis posita est. Quod si attente observemus, multos lapsus evitabimus et sinistras interpretationes. Sciendum est itaque non eodem semper significatu poni, *vidit*, sed aliquando in visu corporis, idem interdum esse quod intelligere. Id enim universe sciendum est, quod cum decretum sit Spiritui qui in prophetis loquitur, abscondere, neque palam exponere sensa veritatis; quemadmodum Christi verbo, in apostolis; sæpe et sub locutione permiscetur, neque quasi sub unam seriem orationis contexitur, ne videlicet indigni ad animæ suæ judicium inveniant quæ utiliter illis abscondita sunt. Quæ ut plurimum causa est, cur videantur Scripturæ non satis apta compositione et consecutione cohærere, maxime vero, uti superius diximus, prophetica et apostolica, Epistola præsertim ad Romanos, in qua quæ de lege dicuntur, diversis modis dicuntur, et diversis rebus D imponuntur, ut videatur Paulus in illa Epistola rem propositam non exsequi. »

(89) Editi, « quod, » male.
(90) Editi, « dicebat. »

noverimus inter bonum et malum discernere, et a conscientia nostra (91) audierimus. Loquitur enim nobis intra conscientiam (92), et dicit : « Non concupisces. » Sed quoniam non semper, nec ex initio ut nascitur homo, lex ista invenitur in homine, sed aliquandiu, dum ætas nondum patitur, sine hac lege vivitur, sicut et ipse Paulus fatetur qui dicit : « Ego autem vivebam sine lege aliquando, » in illo tempore quo sine lege viximus, concupiscentiam nesciebamus. Non dixit, non habebam, sed ait, « nesciebam, » tanquam quæ esset quidem, ignoraretur tamen quod esset concupiscentia. Ubi autem venit ratio, et lex naturalis locum in nobis processu ætatis invenit, docere nos cœpit quæ essent bona, et prohibere a malis. Hæc ergo dum dicit (93), « non concupisces, » quod ante nesciebamus, ab ipsa didicimus malam esse concupiscentiam. « Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. » Lex illa de qua dicit, quia « concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret : Non concupisces, » ipsa etiam mandatum appellatur. Ait ergo quia occasione (94) mandati hujus quo concupiscere prohibemur, peccatum vehementius (95) exarsit in nobis, et omnem operatum est in nobis concupiscentiam. In eo namque (96) in quo concupiscit caro adversus spiritum, id est, adversus legem quæ dicit, « non concupisces, » etiam adversatur ei, et certamen quodammodo gerit, ut non solum concupiscentiæ satisfaciat (97), sed etiam adversarium vincat. Hæc est ergo occasio quam dicit venire ex mandato. Nescio quo etenim pacto ea quæ prohibentur ardentius desiderantur ; et ideo cum mandatum sanctum, et justum et bonum sit (quod enim prohibet malum, necessario bonum est), dum prohibendo concupiscentiam magis eam provocat et inflammat, per bonum mihi operatum est mortem. Indicat tamen Apostolus in his, quod origo peccati ex concupiscentia orta sit, dum prohibente (98) lege sive Moysi, quæ dicit : « Non concupisces [73], » sive etiam, ut supra exposuimus, naturali, eo contentiosius quod prohibetur expetitur. Sciendum sane est quod concupiscentia hic culpabilis ponitur. Est autem in multis et laudabilis, sicut supra ostendimus (99). « Sine lege enim peccatum mortuum est. Ego autem vivebam sine lege

A aliquando. Sed ubi venit mandatum, peccatum revixit. Ego autem mortuus sum ; et inventum est mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem [74-75]. » De his pene omnibus jam in superioribus plene tractatum est ; unde ne eadem sæpius revolvamus, breviter quæ dicta sunt in memoriam revocabimus. Sine lege autem peccatum mortuum esse in nobis, hoc est antequam per ætatem rationabilis intra nos sensus vigeret, ostendimus, cum etiam exemplum (1) pueri percutientis patrem aut matrem, vel maledicentis adduximus. In quo secundum legem quidem prohibentem percuti vel maledici patrem aut matrem [76], peccatum fieri videtur : sed istud peccatum mortuum esse dicitur, quia lex nondum adest in puero, quæ eum doceat hoc quod
B facit, fieri non licere. Sine hac autem lege et Paulum et omnes homines certum est aliquando vixisse, hoc est in ætate puerili. Omnes enim similiter per illud tempus nondum capaces hujus naturalis legis exsistunt. Nam utique non videretur de hoc Pauli vera esse professio. Quomodo enim sine lege Moysi probabitur Paulus aliquando vixisse, cum ipse se Hebræum ex Hebræis, et octava die circumcisum secundum legis præcepta, fateatur [77] ? Sed hoc modo quo diximus, sine lege naturali vixit etiam ipse aliquando in pueritia. Quo in tempore non dixit non fuisse in homine peccatum, sed mortuum fuisse, et revixisse postmodum ubi lex naturalis adveniens prohibere concupiscentiam cœpit : quæ
C lex veluti mortuum suscitavit peccatum (2). Peccati namque natura hæc est, si fiat quod lex fieri vetat. Reviviscente ergo peccato, « ego, inquit, mortuus sum [78]. Ego. » Quis ? Anima sine dubio quæ fecerat
583 quod fieri lex vetabat : « Anima » enim « quæ peccat, » ut propheta dicit (3), « ipsa morietur [79]. » Inventum est ergo mandatum quod datum fuerat ad vitam, animæ scilicet, ut eam doceret opera vitæ, cessisse ei ad mortem, dum prohibita non tam refugit, quam ardentius expetit. Movet me tamen in his quomodo dixerit peccatum mortuum esse et revixisse (4). Videtur enim quia non possit dici mortuum nisi quod aliquando vixerit, et postmodum vita caruerit. Sed et hoc ipsum quod dicit, « revixit, » non nuper datam vitam, sed priorem
D redditam docet : ipse enim sermo, « revixit, » rur-

[73] Exod. xx, 16. [74-75] Rom. vii, 8-10. [76] Exod. xxi, 15. [77] Philip. iii, 5. [78] Rom. vii, 10. [79] Ezech. xviii, 4.

(91) Alias, « non novimus ; » al., « non noverimus. » Deinde. « et non a conscientia nostra, » etc. Sed potiores mss. nostri et Rabanus omittunt « non. »

(92) Sic mss. et Rabanus. Editi vero, « Loquitur enim intra nos conscientia. »

(93) Editi, « Hoc ergo est dum dicit, » etc.

(94) Alias, « ipsa autem etiam, » etc. Mss. quidam et editi, « ipsam autem etiam mandatum appellat, cum ait, quia occasione, » etc. Manifeste redundat vox « autem. »

(95) Editi, « vehementer. »

(96) Editi, perperam, « Ideo namque. »

(97) Editi, « Certamen quoddam gerit, ut non solum concupiscentiæ non satisfaciat, » etc. Salodianus omittit « non » ante « satisfaciat, » sicut et Rabanus et omnes mss. nostri.

(98) Editi male, « prohibetur. »

(99) Editi, « est autem et in multis laudabilis, sicut supra diximus. »

(1) *Cum etiam exemplum*, etc. Vide supra, lib. v, n. 1.

(2) Sic mss. et Rabanus, nisi quod habeat « quia lex, » pro « quæ lex. » Editi vero, « prohibuit concupiscentiam, cœpitque lex veluti mortuum suscitare peccatum. »

(3) *Ut propheta dicit.* Hæc verba desiderantur in editis.

(4) Editi, « Movet me tamen quomodo dixerit in his peccatum mortuum revixisse. »

sum vixisse significat. Si ergo in anima dicitur revixisse peccatum, quomodo hi de hoc sermone Apostoli quo ait, « Ego autem vivebam sine lege aliquando, » dogma μετενσωματώσεως introducunt, quod animas hominum prius in pecudibus, vel avibus, aut piscibus docet fuisse, et sic ad homines venisse : et propterea (5) dixisse Apostolum, « Ego autem vivebam sine lege aliquando, » quasi qui antequam in hoc corpus veniret humanum, vixerit in eo ordine (verbi gratia) aut avium, aut animalium, ubi lex nulla haberetur. Quomodo, inquam (6), ad hoc poterunt respondere, cum in anima non nuper exortum, sed quod erat mortuum dicat revixisse peccatum? Et certum est quod is qui reviviscit, vixit aliquando. Nunquam ergo anima in eo ordine fuisse videbitur, ubi peccatum sine B lege nec fuisse potuit, nec vixisse. Hæc adversum illos dicta sint, qui Apostoli sermonem ad dogma impium trahunt. Nos autem mortem hanc peccati beneficio Dei datam dicimus tempore eo, quo sine lege vivebamus. Quod et si veniente mandato, quod « et sanctum, et justum, et bonum est, » reviviscit in nobis peccatum, et occidit nos (« peccatum enim accepta occasione per mandatum seduxit me, et per illud occidit ») non est accusatio mandati per hoc quod occasionem qua occidit me peccatum venisse dicit ex mandato, sed hæc est dicti hujus consequentia. Lex dicitur quæ docet quid fieri debeat, quid caveri; et necesse est ut illud quod caveri dicit, edoceat (7) quale sit, quo per hoc caveri facilius possit. Nemo enim potest vitare quod nescit. C Si quis ergo edoctus per legem quale sit illud quod cavere debet, non tam caveat, quam faciat illud; occasione quidem legis non faciendæ rei scientiam videbitur accepisse : sed lex non idcirco eum docuerat ut faceret quod non debebat, et moreretur; sed ut non faceret, et viveret. Sic ergo « peccatum occasione accepta per mandatum seduxit me, et per illud occidit. » Aut certe quia dixit (8), « Peccatum per mandatum seduxit me, et per illud occidit, » potest hic « peccatum » vel ipsum auctorem dixisse peccati, de quo scriptum est : « Serpens seduxit me [80] : » vel etiam personam finxisse peccati, quæ visa sit hominem seduxisse occasione mandati, ut suavem faceret concupiscentiam, et anima dum suavitate concupiscentiæ delectatur, prævaricando D mandatum quod dicebat, « non concupisces, » moreretur. Sed ne quis (9) hoc mandato legis ascriberet, quod occasione præcepti a peccato (10) seducta est anima et occisa, subjungit Apostolus, et dicit : « Itaque lex quidem sancta, et mandatum sanctum, et justum, et bonum. » Bonum namque est mandatum, et lex sancta est. Bona enim præcipit, et bonorum observantiam mandat. « Quod ergo, » inquit, « bonum est, mihi mors est? Absit. » Objectionem refellit necessario consurgentem, et dicit : Non quod bonum legis et mandati mortem mihi intulerit; « sed peccatum, » inquit, « ut » quam iniquum sit « appareat, per bonum mihi intulit mortem (11). » Bonum namque est mandatum cum servatur : si vero non servetur, necessario malum erit illi qui perdiderit bonum. Fit ergo « ipsum peccatum supra modum peccator » ex occasione mandati. Diximus et superius quod quasi personam finxerit peccati, et de ipsa dicat supra modum peccatorem effectum ipsum peccatum, de cujus persona loquitur, ex occasione mandati. Minus enim peccati est (12), si id quod non prohibetur admittas. Si vero vetita et interdicta commiseris, supra modum, ut ita dicam, peccator es : quia non solum commisisti quod non debuisti, sed et præceptum prævaricatus es. Quod autem diximus « peccatum peccator, » maluimus vitium sermonis recipere, quam sensum Apostoli non integre exprimere : quia in Latino sermone angustavit nos nomen peccati, quod neutro genere declinatur : **584** in Græco vero femininum est; et ideo peccatorem eum nos appellavimus : nam ibi peccatrix appellari potest.

9. « Scimus enim quia lex spiritalis est : ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato. Quod enim operor, ignoro : non enim quod volo (13), hoc ago; sed quod odi, illud facio. Si autem quod nolo, illud facio, consentio legi, quoniam bona est. Nunc autem jam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Scio enim quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. Velle enim adjacet mihi : perficere autem bonum non invenio. Non enim quod volo facio bonum; sed quod nolo malum, hoc ago. Si autem (14) quod nolo, ego facio, non jam ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Invenio igitur legem, volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adjacet. Condelector enim legi Dei secundum interiorem homi-

[80] Gen. III, 13.

(5) Sic mss. codices. Editi vero, « quomodo de hoc sermone Apostolus ait : *Ego autem vivebam sine lege aliquando.* Respondent Pythagorizantes hæretici qui docent animas hominum prius in pecudibus, vel avibus, aut piscibus fuisse, et sic ad homines fluxisse, propterea, » etc.

(6) Editi, « inquit, » male.

(7) Sic recte ms. unus Regius num. 1639. Alter vero Regius num. 1641, « et necesse illud quod caveri dicit, ut doceat, » etc. Editi et Rabanus, « et necesse est illud ut caveri dicat (Rabanus, « ut quod caveri dicit ») et doceat, » etc.

(8) Alias, « Aut certe quia (al., « quod ») frequenter dixit. »

(9) *Quis.* Deest in editis. Alias, « Sed ne hoc mandato legis ascriberetur, » etc.

(10) *A peccato.* Desideratur in antea editis.

(11) Alias, « Non quod bonum legis et mandatum » (al. « Non quod bonum legis mandatum. » Al., « Quod non bonum legis et mandati ») intulerit; sed peccatum, inquit, ut eo quod iniquum sit, per bonum, » al., « ut quia iniquum sit, per bonum. » Al. « ut quam iniquum sit cognoscerem, per bonum, » mihi operatum est mortem. »

(12) Ms. unus, « Minus enim peccator es, » etc.

(13) Sic mss. plerique et Rabanus. Editi vero, « quod volo bonum; » deinde, « quod odi malum. »

(14) Editi, « Si enim, » male.

nem : video autem aliam legem in membris meis A repugnantem legi mentis meæ, et captivum me ducentem in lege peccati, quæ est in membris meis. Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei (15) per Jesum Christum Dominum nostrum [81]. » Si cui forte illa expositio, quam de legum diversitate tenebamus, violenter præsumpta videbatur, advertat nunc in hoc capitulo, quomodo (16) non solum legum, sed et personarum diversitas introducitur. Nam Paulus qui in aliis dixit [82], « Nos enim in carne ambulantes non secundum carnem militamus (17), » in præsenti loco dicit se esse carnalem : et hic sub peccato dicit se esse venundatum, qui in aliis dixit (18) : « Pretio empti estis [83]; » et iterum : « Christus nos redemit [84]; » et rursum in aliis dicit : « Vivo B autem, non jam ego, vivit vero in me Christus [85]. » Et iterum qui ait, « Propter inhabitantem Spiritum ejus in » nobis [86], nunc dicit : « Quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. » Quod si non habitat in carne ejus bonum, quomodo dicit [87], quia corpus nostrum (19) templum est Dei, et templum Spiritus sancti? Sed et cætera in quibus (20) confitetur a lege quæ in membris suis est, et repugnat legi mentis suæ, captivum duci se in lege peccati [88], quomodo apostolicæ convenient (21) dignitati, et Paulo præcipue, in quo Christus et vivit et loquitur? Sed colligamus ex his quomodo moris est Scripturæ divinæ et personas latenter, et res, et causas de quibus dicere videtur, et nomina commutare, imo potius eisdem nominibus in aliis atque C aliis rebus uti, ut in præsenti loco ait Apostolus : « Scimus enim quia lex spiritalis est. » Hoc adhuc (22) quod dixit : « Scimus quia lex spiritalis est [89], » apostolica auctoritate pronuntiat. Non enim scit legem spiritalem esse qui carnalis est, et sub peccato venundatus est; sed qui habet in se Spiritum Dei, ille scit quia lex (23) spiritalis est : quod de Moysi lege convenit dictum. Ipsa namque est quæ ei qui spiritaliter illam intelligit (24), lex spiritalis est, et Spiritus vivificans; qui vero carnaliter, lex litteræ et littera occidens esse memoratur (25).

Quod vero dicit, « Ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato, » hic jam tanquam doctor Ecclesiæ personam in semetipsum suscipit infirmorum; propter quod et alibi dixit : « Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrarer [90]. » Et hic ergo infirmioribus quibusque, id est carnalibus, et qui sub peccato venundati sunt, efficitur Paulus carnalis et sub peccato venundatus, et loquitur ea quæ illis loqui moris est vel excusationis vel incusationis obtentu. Ait ergo de se (26) tanquam ex persona illorum loquens : « Ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato : hoc est secundum carnem vivens, et in peccati potestatem libidinis et concupiscentiæ pretio redactus. « Quod enim operor ignoro. Non enim quod volo facio; sed quod odi, hoc ago. » Quod ergo ait, quia « ignoro quod operor, » non tamen rem ipsam quam operatur quis ignorat, licet carnalis sit, sed causam rei quam agit dicitur ignorare (27). Quod vero dicit (28), « Non enim quod volo ago; sed quod odi, illud facio, » ostendit quod licet carnalis sit, et sub peccato venundatus qui hæc loquitur, tamen etiam resistere aliquantulum vitiis conetur, legis scilicet naturalis instinctu, sed vincatur a vitiis et opprimatur invitus (29) : ut sæpe accidit (verbi gratia) cum proponit quis patienter ferre instigantem se, et ad ultimum vincitur iracundia, et patitur hoc invitus : irascitur ergo etiam cum nolit irasci. Hoc idem etiam timoris vitio accidere solet, ut contra voluntatem quis metu et formidine terreatur; hoc et in elatione subiti vel inopinati honoris sæpe **585** contingit, ut arrogantior fiat (29*) et tumidior quam vult. Vincitur ergo in his singulis qui nondum spiritalis est, etiam contra voluntatem : quia voluntas ista nondum ita fortis, et ita robusta est, ut definiat apud se usque ad mortem pro veritate certandum ; nec talis est quæ dicat, « Est, est ; non, non [91] ; » et ideo non potest operari quæ vult, sed quæ non vult. Tamen ex ea parte qua non vult malum, consentit legi Dei quia bona est, quæ prohibet malum ; et in consonantiam quamdam ad legem Dei lex naturalis adducitur (30), ut eadem velint, atque

[81] Rom. VII, 14. [82] II Cor. X, 3. [83] I Cor. VII, 23. [84] Galat. III, 13. [85] Galat. II, 20. [86] Rom. VIII, 11. [87] I Cor. VI, 19. [88] Rom. VII, 23. [89] Rom. VII, 14. [90] I Cor. IX, 22. [91] Matth. V, 37.

(15) Editi, « et captivantem me in lege peccati, » D etc. Deinde, « Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei, » etc. Ms. unus, « nisi gratia Dei, » etc.

(16) Editi, « Si cui (Genebrardus, « sicut ») forte.... præsumpta videatur, advertat nunc in Apostolo, quomodo, » etc.

(17) Sic recte ms. unus Regius num. 1639. Cæteri vero mss. Rabanus, et editi, perperam, « Non enim secundum carnem viximus, nec (al., « sed ») secundum carnem militamus. »

(18) Editi, « qui in alio dixit. » Ms. unus et Rabanus, « qui aliis dixerat. »

(19) Alias, « inhabitat in carne bonum .... quia corpora nostra, » etc.

(20) Editi et mss. quidam perperam habent, « Sed et certe in quibus, » etc.

(21) Alias, « conveniunt. »

(22) Editi, « Hic adhuc. »

(23) *Lex.* Desideratur in editis et in plerisque mss.

(24) Sic ms. unus. Alias vero, « quæ his (al., « quæ in his ») qui spiritaliter intelligunt. » Rabanus, « quæ hic a quibus spiritaliter intelligitur. »

(25) Alias, « lex litteræ occidens esse memoratur. » Al., « lex litteræ et lex occidens esse memoratur. »

(26) *De se.* Hæc verba desunt in libris antea editis.

(27) Mss. fere omnes, Rabanus et editi habent, « tam ; » sed ms. unus recte legit, « tamen. » Alter ms. habet, « non dicit tanquam semetipsum qui jam operatur quis ignoret, » etc.

(28) Editi, « Quod enim dicit. »

(29) Mss. plerique, Rabanus et editi, « in vitiis, » male.

(29*) Alias, « sit; » al., « quis fiat. » Sed omnes mss. et Rabanus omittunt « quis. »

(30) Editi, « Adducit. »

eadem nolint. Quod si secundum voluntatem legi Dei consentimus, malum ergo quod facimus, non jam nos id, sed peccatum quod in nobis est, operatur, id est lex et voluntas carnis, quæ captivos nos ducit in lege peccati quæ in membris est (31). Et hic quidem Paulus carnalis dicit, quia « jam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. » Paulus vero spiritalis in aliis dicit, quia « abundantius quam omnes illi laboravi ; non autem ego, sed gratia Dei mecum [92]. » Ut ergo iste labores suos non sibi, sed gratiæ Dei, quæ in ipso operabatur, ascribit, ita et ille carnalis opera non bona non sibi, sed peccato, quod in se habitat et operatur, adnumerat. Ideo ergo dicit : « Non jam ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Non enim habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. » Nondum enim in eo Christus inhabitat, neque corpus ejus templum Dei est (32). Verumtamen non usquequaque hic, cujus persona proponitur, alienus est a bonis, sed proposito quidem et voluntate cœpit bona requirere, nondum tamen potest bona rebus et operibus obtinere. Est enim talis quædam infirmitas in his qui initia conversionis accipiunt, ut cum velit quis (33) statim facere omne quod bonum est, non statim voluntatem sequatur effectus. Nam et (34) meditatus apud semetipsum decernit (verbi causa) ut non irascatur, et hoc in voluntate definit : sed quoniam longo usu et consuetudine diutina vitium in eo iracundiæ dominatum est, obsistit etiam voluntati et proposito ; ac solito sibi usa itinere (35) vis furoris erumpit. Similiter agit et libidinis vitium. Pari quoque consuetudinis morbo et mendacium subripit, formido deterret ; et in his singulis iste qui jam initia conversionis accipit, competenter dicit, quia « velle adjacet mihi, perficere autem bonum non invenio. Non enim quod volo bonum, hoc ago ; sed quod odi malum, illud facio. » Quod si judicium de bono habet voluntas, consuetudo autem carnalium vitiorum, quæ lex carnis vel lex membrorum appellata est, obsistit et subripit, ex eo quod boni voluntatem (36) gero, licet agam mala, tamen quia invitus ago, « consentio legi Dei quoniam bona est. » Odi enim mala, et cupio agere bona quæ lex jubet. Quod si contra voluntatem mala ago, victus consuetudine vitiorum usuque peccandi, « non jam ego, » hoc est, interior homo, « quod bonum volo, hoc facio ; sed quod habitat in me peccatum. » Consuetudinem namque

A peccandi peccatum nominavit. « Invenio igitur legem, volenti mihi facere bonum, quia mihi adjacet malum. Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem. » Et in his, ut sæpe in superioribus (37) commonuimus, non videntur elocutiones integre explicari, sed conjunctionum vel abundantia, vel proprietatibus impediri. Tali ergo quodam ordine legere debemus, ut intellectus lucidior fiat : Igitur, quia malum mihi adjacet, volens facere bonum invenio legem Dei, et condelector ei secundum interiorem hominem. Per quod ostendit, quia interior homo, hoc est voluntas et propositum quo initium accipit converti ad Dominum, legi Dei consentit, et delectatur in ea. Sed, ut superius diximus, non statim ut voluntatem quis habuerit converti

B ad bona, etiam usus boni operis subsecutus est. Cita enim res est voluntas, et sine impedimento convertitur ; opus vero tardum est, quia et usum, et artem, et laborem requirit operandi. Quod ut evidentius fiat, utamur etiam similitudine exempli. Verbi gratia, vult quis sapiens fieri, nec tamen statim ut voluit, sapiens effectus est ; sed voluntas quidem præcessit, nec sine voluntate aliquis fieri sapiens potest ; sed tamen cum voluntas adfuerit, adhibendus est labor, studium, sollicitudo, vigiliæ, doctrina, institutio ; et vix aliquando usu longo et meditatione continua sapiens efficitur. Iste ergo ab initio quidem statim voluntatem habuit ut esset sapiens, sed non statim adfuit ei opus sapientiæ. Sed et in eo **586** ipso cum eruditur ut sapiens fiat,

C quanta stulte et contra sapientiam gessit (38) ! Qui tamen intelligere quidem potuit quam stulte gesserit : habebat enim (39) jam studium sapientiæ ; non tamen ita jam sapiens erat, ut cavere posset ne quid insipienter admitteret. Iste ordo et de pudicitia habendus est, quod non statim quis ut voluerit pudicitiam profiteri, etiam opere implebit ut nullis concupiscentiæ stimulis agitetur. Sic et de mansuetudine, et de patientia, et de singulis quibusque virtutibus sciendum est. In quibus omnibus dici convenit, quia « condelector legi Dei, » hoc est virtutibus, « secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, et captivum me ducentem in lege peccati, quæ

D est in membris meis. » Quod supra dixerat « velle enim bonum adjacet mihi, » hic voluntatem boni legem mentis nominavit ; quæ lex mentis convenit cum lege Dei, et consentit ei. Sed rursum motus

[92] I Cor. xv, 10.

(31) *Quæ in membris.* Hæc verba desiderantur in editis, qui postea habent, « Et hic, id est Paulus, » etc.

(32) Alias, « templum est Spiritus sancti. » Sed potiores mss. et Rabanus ut in textu.

(33) Alias, « initia conversationis accipiunt, ut cum velint quidem, » etc., male.

(34) Editi, « mediator apud semetipsum discernit ; » ms. unus, « meditatur apud semetipsum decernit ; » al., « decernitque. »

(35) Sic ms. unus Regius num. 1639 ac Rabanus. Editi vero, « et insolita sibi rursus itinera. » Al., « Ac solito sibi itinere. » Al., « ac solito sibi et assueto itinere. »

(36) Editi, « bona voluntate (ms. unus « bonam voluntatem ») gero. »

(37) Editi, « Et in his vero, ut superius, » etc. Deinde ms. unus, « vel improprietatibus. »

(38) Alias, « sed in eo ipso (al., « sed et in eo ipso ») eruditus ut sapiens fiat, quod ante stulte (al., « quanto stulte ; » al. « quanta stulte ») et contra sapientiam gessit ; quæ tamen intelligere potuit quod stulte gesserit. »

(39) *Enim.* Deest in editis.

corporis et (40) desideria carnis legem membrorum dicit, quæ captivam ducit animam, et peccati legibus subdit. Certum est namque quod desideria carnis animam trahant (41) ad peccatum, et eam legibus ejus subdant : et sicut lex mentis, quæ consentit cum lege Dei, si animam potuerit obtinere, adducit eam ad legem Dei, ita et lex quæ in membris est, et concupiscentia carnis, si seduxerit animam, peccati eam legibus subdet. Sed cum hæc Paulus, assumpta fragiliore persona, intra hominem haberi certamina (42) docuisset, et ostendisset quod etiam contra voluntatem per desideria carnis anima usu ipso peccandi in peccati jura raperetur, exclamatione utitur adhuc ex persona illius quem descripsit (43), et dicit : « Miser ego homo ! Quis me liberabit de corpore mortis hujus ? » Videt se miserum, intra quem tot leges sibi invicem repugnant, tot prælia commoventur : « Pugnat caro adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem[93] : » lex quæ in membris est repugnat legi mentis, et captiva ducitur anima in lege peccati, et sub jugo ejus efficitur, etiam cum interior homo Dei lege delectetur : quomodo in his tot et talibus malis non miserum se dicat homo, et in corpore mortis habitare? Merito namque corpus mortis appellatur, in quo habitat peccatum quod mortis est causa. Fit ergo (44) exclamatio hæc ex persona illius quem initia quidem conversionis accepisse describit Apostolus, in eo quod voluntas ei (45) adjacet boni, sed nondum in effectum venerit boni. Non enim invenit perficere bonum quia nondum in eo usus inoleverat exercitiumque virtutum. Respondetur vero ei ad hoc quod dixerat : « Quis me liberabit de corpore mortis hujus ? » jam non ex illius persona (46), sed ex apostolica auctoritate : « Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum. » Unde apparet quod propterea hæc omnia descripsit Apostolus, et mala quæ intra nos agebantur (47) exposuit, ut ad ultimum ostenderet et doceret de quantis nos malis, et de quantis mortibus Christus eripuit. Quod autem moris sit in Scripturis divinis sanctos personas assumere peccatorum, et magistros suscipere in semetipsos infirmitates discipulorum, ex libro quidem Psalmorum plenissime perdocemur cum dicit[94]: « Non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum, quia iniquitates superpositæ sunt capiti meo, et

A sicut onus grave gravatæ sunt super me. Computruerunt et exesæ sunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ. Miseriis afflictus sum, et curvatus sum usque in finem (48), » et cætera quibus pene integer hic scribitur Psalmus. Quod si forte alicui videbitur hæc David magis de semetipso, pro his quæ acciderant ei, dicere potuisse, quam de aliis, quid etiam de Daniele dicemus, cujus peccatum quidem nullum refertur (49) exhomologesis tamen in jejuniis et cilicio et cinere describitur, et oratio hujusmodi, in qua inter cætera etiam hæc dicit : « Peccavimus, iniquitatem fecimus, injuste egimus, impietatem commisimus, et discessimus, et declinavimus a mandatis tuis et a judiciis tuis, et non audivimus servos tuos prophetas, qui loquebantur nobis in nomine tuo, et regibus, et principibus nostris (50), et
B patribus nostris, et omni populo terræ? Et tibi, Domine, justitia, nobis autem confusio faciei[95]. » Quis est qui in his verbis negare possit personam peccatorum a Daniele esse susceptam, pro quibus tanquam pro seipso hæc dicere videatur ? Unde conveniens est nos legentes dicta sanctorum, cum ab eis tale aliquid dici videmus, intelligere et sentire quia nostras in semetipsis passiones nostraque peccata describunt ; et propterea 587
hæc illi deflent, ut illorum fletibus nos invitemur ad lacrymas. Considerabant enim neminem ita durum et ingratum (51) posse inveniri, qui cum ab aliis videat vulnera sua lugeri, ipse nullum de suis vulneribus sensum doloris accipiat. Ita
C ergo et in præsenti capitulo Apostolus ne quis nostrum erubesceret de his quæ intra se geri sentiret, aut etiam conversus ad Dominum, et mutata jam voluntate (52), ne hæc adhuc intra semetipsum moveri sentiens desperaret, ipse ea quasi in semetipso geri descripsit, ut exemplo Apostoli nec corporis naturæ pudeat quemquam, nec pro emendatione desperet, nec malorum suorum multitudines ignoret, ex quibus per Christi gratiam liberatur.

10. « Itaque ego ipse mente servio legi Dei, carne autem legi peccati[96]. » Forte aliquis dicet quod Apostolus, qui nunc usque non quasi ipse, sed assumpta alterius persona locutus est, modo velut personæ immutationem designans dicat, « Ego
D ipse, » ut ostendat hæc quæ dicenda sunt, ad seipsum idem Apostolus pertinere (53). Dicit autem

[93] Galat. v, 17. [94] Psal. xxxvii, 4-7. [95] Dan. ix, 5 seq. [96] Rom. vii, 25.

(40) *Et*. Desideratur in antea editis.

(41) Alias, « trahunt, » et postea, « subdunt. »

(42) Alias, « certamen habere. »

(43) *Quem descripsit.* Hæc verba in editis omittuntur.

(44) Editi, « Sit ergo. »

(45) *Ei*. Deest in editis.

(46) *Persona*. Nullibi in antea editis comparet.

(47) Alias, « gerebantur. »

(48) Alias, « quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum.... Putruerunt et corruptæ sunt (al. « exarserunt ») cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ. Miser factus sum (al. « Miser afflictus ») et curvatus sum usque in finem. »

(49) Editi, « refertur, sed vir desideriorum dicitur, tamen in jejuniis. »

(50) Alias, « Peccavimus, inique fecimus, injuste egimus, et impietatem.... et declinavimus a mandatis et judiciis (al. « a mandatis et a judiciis tuis ») et non obedivimus servis tuis prophetis... et regibus nostris, et principibus nostris, » etc.

(51) Editi plerique, « ignarum, » male.

(52) Alias, « et mutata quis jam voluntate. »

(53) Alias, « ut ostendat hæc dixisse (al., deest « dixisse ») ad seipsum idem Apostolus pertineret. » Alias, « ut ostendat hæc qua dicenda sunt, ad seipsum, id est ad Apostolum pertinere. »

quia mente serviat legi Dei, carne autem legi peccati, quasi tanta sit peccandi vis, tanta carnis tyrannis, quam nec Apostolus possit effugere; et propterea in aliis dixerit, quia « macero corpus meum (54), et servituti subjicio, ne forte cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar [97]. » Sed hæc qui ex persona Apostoli accipit dicta, desperationem mihi videtur incutere omni animæ, quod nemo sit prorsus qui non peccet in carne. Hoc est enim carne servire legi peccati (55). Mihi ergo magis videtur illius adhuc tenere personam, quam supra in semetipso descripsit, quasi voluntate jam et proposito ad meliora conversi, et mente atque animo legi Dei servientis, nondum tamen id obtinuisse, ut etiam carnis obedientiam in consensum (56) mentis adduceret. Etenim quoniam in superioribus de mortificatione corporis disseruerat, et Christo commoriendum esse docuerat, in his nunc quam non sit otiosum hoc opus videtur ostendere, et docere quia non statim ut vult aliquis, et ut proposuerit bonum, continuo etiam facto adimpletur, sed vel consuetudinis tanta vis, vel vitiorum tanta dulcedo est, ut cum animus jam intendat ad virtutem, et legi Dei servire decernat (57), carnis tamen desideria servire peccato, et legibus ejus parere persuadeant.

11. « Nihil ergo nunc damnationis est his qui sunt in Christo Jesu (58). Lex enim spiritus vitæ in Christo Jesu liberavit me a lege peccati et mortis [98]. » Quæ esset diversitas in his qui velut in quodam certamine positi mente quidem secundum legem Dei vivunt, carnis vero desideriis aguntur in legem peccati (59), in superioribus docuit. Nunc vero de his dicit, qui non jam ex parte in carne, ex parte in spiritu, sed ex integro in Christo sunt: et pronuntiat in his nihil damnatione esse dignum (60), quia « lex spiritus vitæ in Christo Jesu liberavit eos a lege peccati et mortis. » Lex autem spiritus vitæ una eademque est quæ et lex Dei: sicut rursum una atque eadem est lex peccati et mortis. Nihil ergo damnationis erit his qui a lege peccati, quæ est lex mortis, penitus liberantur, et legi Dei, quæ est lex spiritus, serviunt. Servire autem legi Dei, et esse sub lege spiritus, hoc est Christo servire. Christo autem servire, hoc est servire sapientiæ, hoc est servire (61) justitiæ, servire veritati, omnibusque simul servire virtutibus. Unde non est putandum quod ad subitum (62) quis, et statim ut voluerit, a servitio legis peccati translatus efficiatur in Christo Jesu, ita ut nihil in eo jam obtentu peccati damnationis habeatur. Requirit autem (63) in unoquoque partes suas justitia: probat si ita jam emendatus est et correctus (64), ut nihil in eo injusti operis inveniat ex quo damnatio subsequatur. Similiter et veritas requirit in unoquoque partem suam, si translatus quis a lege peccati nulla jam ex parte inveniatur obsequia veritatis contaminare mendacio (65). Similiter et pudicitia partem suam discutit, si nullis ab eo impudicis (66) desideriis maculatur. Sic pietas, sic sapientia partes suas in unoquoque discutiunt, quas si recte et integre in eo constare repererint, tunc in Christo esse, et nihil damnationis habere putabitur. Quæ **588** utique dubium non est quin usu et meditatione longa et labore pervigili conquirantur (67). Et ideo non otiosis hæc accidere aut segnibus certum est; sed paulatim proficiendo, et primo pauca, tunc deinde minima, ad ultimum, si obtinere potuerint, nulla peccando. Et hoc sentiens videtur mihi idem Apostolus scripsisse in aliis: « Præterita obliviscens, ad futura me extendens [99]: » docens per hæc præterita debere esse ea in quibus culpabile aliquid fuerit, et oblivione dignum: futura vero esse quæ in Christo sunt, et hæc esse ad quæ nosmetipsos debemus extendere, eaque tota aviditate mentis expetere. Legem sane spiritus vitæ quod diximus ipsam debere intelligi legem Dei, secundum eam videlicet diximus partem qua lex dicitur esse spiritalis. Ideo addidit: « Lex spiritus vitæ. » Nam de lege litteræ dicere hoc non poterat, de qua in aliis pronuntiaverat, quia « littera occidit. » Hæc et in aliis « ministerium mortis » dicitur [1] (68). Utrumque ergo continet lex, et litteram occidentem, et spiritum vivificantem. Unde considera ne forte hujus rei formam teneat et illud lignum de quo scriptum est:

[97] I Cor. IX, 27. [98] Rom. VIII, 1, 2. [99] Philip. III, 13. [1] II Cor. III, 6, 7.

(54) Editi, « et propterea in aliis dixit: Macero corpus meum, » etc.

(55) Editi, « Hoc est enim servire carnem legi peccati, » male.

(56) Alias, « legi deservientis, nondum tamen ita obtinuisse.... in consensu, » etc.

(57) « Est et jam » omittuntur in editis. Deinde mss. quidam, et editi, « legi deservire decrevit. » Al., « legi servire decreverit. »

(58) Editi post « qui sunt in Christo Jesu, » addunt, « qui non secundum carnem ambulant. » Sed hæc verba desunt in omnibus mss. nostris et apud Rabanum.

(59) Alias, « aguntur lege peccati. »

(60) Genebrardus, « qui jam non ex parte in Spiritu, sed ex integro in Christo sunt, pronuntiat in his nihil damnationis dignum, » etc.

(61) *Hoc est servire*. Hæc desiderantur in libris antea editis.

(62) Alias, « subito. » Sed plerique mss. et Rabanus ut in nostro textu.

(63) Editi, « Requirens autem; » al., « Requiret autem. »

(64) Ms. unus, « et correptus. » Deinde, « inveniatur, » male.

(65) Alias, « inveniantur obsequia veritatis contaminari mendacio. »

(66) Editi, « impudicitiæ. »

(67) Editi, « comparantur et comparentur. »

(68) Sic ms. unus Regius num. 1641. Editi vero et ms. quidam, « Lex est sane spiritus vitæ. Nam de lege litteræ quod diximus ipsam debere intelligi legem Dei, secundum eam videlicet partem qua lex esse dicitur spiritalis. Ideo addidit: *Lex spiritus*

« Sciendi bonum et malum [1]. » Utrumque enim in uno sicut et in lege continetur (69). Sed et illud non omittamus, quod hic quidem qui liberat a lege peccati et mortis, « spiritus vitæ » dicitur ; in Evangelio autem secundum Joannem scriptum est Domino dicente : « Si manseritis in verbo meo, agnoscetis veritatem, et veritas liberabit vos [2]. » In quo mihi quidem videtur, quod quamvis opere hæc a se diversa videantur vel nomine, tamen re ipsa unum sint. Christus enim vita est, et ipse est qui liberabit ; et hic spiritus vitæ liberat. Et quomodo non in utroque una libertas est ? Quæ enim agit Spiritus, hæc et Christus agit, et quæ Christi sunt, Spiritus agit (70). Sicut enim quos sanctificat Spiritus sanctus, sanctificat Christus : ita et quos liberat spiritus vitæ, liberat et vita. Tantum est ut liberati a lege spiritus vitæ, in Christo maneamus, nec ultra inveniamur servire legi peccati : quia sicut is qui liberatur a lege spiritus vitæ, permanet in Christo qui est vita ; ita qui servit legi peccati permanet in morte quæ venit ex condemnatione peccati.

12. « Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, et de peccato damnavit peccatum in carne, ut justificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt : qui vero secundum spiritum, quæ sunt spiritus. Prudentia enim carnis, mors est : prudentia autem spiritus, vita et pax : quoniam prudentia carnis inimica est Deo : legi enim Dei non est subjecta : nec enim potest. Qui autem in carne sunt (71), Deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu : si tamen Spiritus Dei habitat in vobis [4]. » Cum in superioribus tot leges nominaverit (dixit enim et legem Dei, et legem mentis, et legem spiritus vitæ), econtrario quoque cum legem quæ in membris est, et legem mortis, et legem peccati commemoraverit (72), hic nunc de qua harum lege dicat, « Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur (73) per carnem, » non est parvæ deliberationis eligere. Puto tamen quod legem Moysi etiam hic, sicut et in aliis sæpe diximus, in duas partes Apostolus dividat, et aliud in ea carnem, aliud spiritum nominet : et illam quidem observantiam quæ secundum litteram geritur, sensum carnis appellet, sicuti dicit de hujusmodi Judæo [5], « Frustra inflatus a sensu carnis suæ (74) :» illam vero quæ accipitur spiritaliter, spiritum nominet (75), sicut et alibi dicit [6] : « Littera occidit, spiritus autem vivificat. » Et in hoc ergo loco quod dicit « impossibile legi, » et « in quo infirmabatur per carnem, » intellectus qui secundum litteram est accipi potest. Ipse enim et impossibilis erat, et infirmus, si secundum carnem, id est secundum litteram sentiretur. Quid enim tam impossibile quam Sabbati observatio secundum litteram legis, ut in multis sæpe jam diximus ? Jubetur enim non exire (76) de domo sua, non se movere de loco suo, nihil oneris levare. Quæ quia impossibilia vident Judæi (77) qui secundum carnem legem observant, inepta quædam et ridicula commentantur, quibus impossibilitatem legis sarcire videantur. Quid **589** autem dicam de sacrificiorum ratione, quæ simul omnis ex integro impossibilis (78) facta est? Quippe ubi nec templum est, nec altare, nec ullus prorsus sacrificando locus. In quibus singulis lex non dicam impossibilis et infirma, sed et plane jam mortua est. Nam ante hanc mortem infirmabatur (79) tunc cum sanguine vitulorum et hircorum conabatur, nec tamen poterat, auferre peccata (80) : et infirmabatur in legibus lepræ [7], quas nec explanare unquam potuit, nec implere. In his ergo omnibus aliisque innumeris et impossibilis erat lex , et infirmabatur, quantum ad carnis intelligentiam spectat : et ideo « Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, et de peccato, » vel, ut verius habetur apud Græcos, « et pro peccato damnavit peccatum in carne. » Quod dixit, « in similitudinem carnis peccati, » ostendit nos quidem habere carnem peccati, Filium vero Dei similitudinem habuisse carnis peccati, non carnem peccati. Omnes enim nos homines qui ex semine viri cum muliere convenientis concepti sumus, illa necessario utimur voce qua (81)

[1] Gen. II, 9. [2] Joan. VIII, 31, 32. [4] Rom. VIII, 3 seq. [5] Coloss. II, 18. [6] II Cor. III, 6. [7] Levit. XIII, 14.

vitæ. Dicere hoc non poterat, de qua in aliis pronuntiaverat, quia *littera occidit*. Hoc et in aliis *ministerium mortis* dixerat. » Alter ms. Regius num. 1639 : « Legem sane spiritus vitæ hic nominat. De lege litteræ per quam diximus ipsam debere intelligi legem Dei, secundum eam videlicet partem quæ lex esse dicitur spiritalis. Ideo enim addit : *Lex spiritus vitæ*. Dicere hoc non poterat de qua in aliis pronuntiaverat, quia *littera occidit*; quam et in aliis *ministerium mortis* dixerat. »

(69) Editi, « Utrumque ergo in uno sicut in lege continetur. »

(70) Editi, « et quem sibi Christi Spiritus agit. »

(71) Alias, « Qui enim in carne sunt. »

(72) Alias, « dixit enim et legem mentis, et legem spiritus vitæ : econtrario quoque legem in membris esse, et legem mentis, et legem peccati cognominaverit ; » al., « commemoraverit. »

(73) Alias, « legis quæ infirmabatur, » etc.

(74) Sic plerique mss. et Rabanus. Ms. vero unus, « Judæos frustra inflatos a sensu carnis suæ. » Editi, « Judæis frustra inflatos sensu carnis suæ. »

(75) Editi, « nominat. »

(76) Ms. unus, « Jubet enim lex non exire, » etc. Sed cæteri mss., Rabanus et editi habent ut in nostro textu.

(77) Alias, « videntur, Judæi. »

(78) Editi, « Quid autem de sacrificiorum ratione, quæ simul omnis facta est impossibilis ? » Ms. unus, « Quid autem dicent, » etc., ut in nostro textu.

(79) Editi, « Nam ante mortem infirmabatur. »

(80) *Peccata*. Deest in libris antea editis.

(81) Editi, « necessaria utimur voce qua ; » al., « quam. »

dicit David, quoniam « in iniquitatibus concepit me mater mea [8]. » Verum qui ex nulla viri contagione, sed solo Spiritu sancto super Virginem veniente (82), et virtute Altissimi obumbrante venit ad corpus immaculatum, naturam quidem corporis nostri habuit, pollutionem tamen peccati quæ ex concupiscentiæ motu conceptis traditur, omnino non habuit. Idcirco ergo « in similitudinem carnis peccati » venisse dicitur Filius Dei. « Et pro peccato, » inquit, « damnavit peccatum in carne. » Quod hostia pro peccato factus sit Christus, et oblatus sit pro purgatione peccatorum, omnes Scripturæ testantur, et præcipue Paulus ad Hebræos scribens, cum dicit [9] : « Hoc enim fecit semel, semetipsum offerendo hostiam ; » et iterum : « Qui proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum [10]. » Per hanc ergo hostiam carnis suæ, quæ dicitur « pro peccato (83), » damnavit peccatum in carne, sicut idem Apostolus in aliis dicit [11], quia « apparuit in novissimis diebus ad destructionem peccati : » et iterum propheta dicit : « Ipse peccata nostra tulit, et iniquitates nostras portavit [12]. » Pro peccato ergo, hoc est per hostiam carnis suæ quam obtulit pro peccato, « damnavit peccatum in carne sua, ut justificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. » Per hanc (84) etenim hostiam carnis, quæ oblata est pro peccato, et damnavit peccatum, hoc est fugavit peccatum, et abstulit, ut justificatio legis impleretur in nobis qui legem secundum spiritum custodimus, et non secundum carnem : in qua parte, secundum ea quæ supra exposuimus, impossibilis erat lex et infirma. « Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt : qui vero secundum spiritum, quæ sunt spiritus. » Hic jam apertius quasi (85) inter nos et Judæos in medio statuens legem Moysi dicit, « Qui secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt, » hoc est, Judæi, quos dicit secundum carnem Israel, quæ (86) carnis legis sunt sapiunt, in eo quod secundum carnem legem intelligunt : « qui vero secundum spiritum (de his dicens quos Judæos dicit spiritu, non littera), « quæ sunt spiritus (87). » Et adhuc satiat eumdem sensum, et aperit evidentius, cum dicit : « Prudentia enim carnis, mors est : prudentia autem spiritus, vita et pax. » Nunquid non unum atque idem est quod dicit, « Prudentia carnis mors est, » et illud : « Littera occidit [13]? » Igitur « prudentia carnis mors est. » Cui mors est (88) ? Animæ sine dubio. Qui enim legem secundum carnem, id est secundum litteram, intellexerit, non venit ad Christum qui est vita, et ideo « prudentia carnis, mors est : prudentia vero spiritus, vita et pax. » Vitam namque et pacem, quæ est Christus (89), habet qui spiritaliter intelligit legem. « Quoniam sapientia carnis inimica est Deo : legi enim Dei non est subjecta : nec enim potest. » Videtur adhuc idem intellectus evolvi. Quomodo enim sapientia carnis, hoc est carnalis intelligentia, non sit inimica Deo, quæ adversatur Christo ; quæ non recipit eum quem misit Deus ; quæ dicit : « Nos legem habemus, et secundum legem debet mori, quia Filium Dei se fecit [14] ? » Quomodo ergo hæc talis sapientia, et talis intelligentia in lege Deo non dicatur inimica, et legi ejus ? Ei scilicet quæ secundum spiritum est, non est subjecta, nec potest subjici : quia sicut (90) contraria sibi sunt mors et vita, ita contraria sunt sibi littera legis occidens (91) quæ et sapientia carnis est, et spiritus vivificans qui vere lex Dei est. « Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis, sed in **590** spiritu : si tamen Spiritus Dei habitat in vobis. » Eadem perdurat intelligentia. « Qui in carne sunt, » inquit, hoc est, qui secundum litteram sequuntur legem, « Deo placere non possunt. » Hoc enim et olim per Isaiam pronuntiatum est a Deo, cum dicit : « Jejunia, et ferias, et diem magnum vestrum non sustineo : neomenias et Sabbata vestra odit anima mea [15]. » Sed et « vos, » inquit, in quibus Spiritus Dei habitat, si tamen habitat (92), « in carne non estis, sed in spiritu, » hoc est, non intelligentiam carnalem legis sequimini, sed spiritalem, per quam venistis ad Spiritum vivificantem, si tamen actus vestri tales sint et conversatio, ut Spiritum Dei in vobis habere mereamini. In duas ergo, ut diximus, partes dividens legem Moysi, id est, in spiritum, et carnem, quæ sunt spiritus, quam et spiritalem legem appellavit, nobis tradidit : quæ vero carnis sunt, carnalibus Judæis reliquit. Sic denique et illud interpretatus est de Abraham cum dixit : « Sed is quidem qui de ancilla, secundum carnem natus est : qui autem ex libera, per repromissionem. Et sicut tunc is qui secundum carnem natus est, persequebatur eum qui secundum spiritum ; ita et nunc [16]. » Certum est

[8] Psal. L, 7. [9] Hebr. VII, 27. [10] Rom. VIII, 32. [11] Hebr. IX, 26. [12] Isai. LIII, 4. [13] II Cor. III, 6. [14] Joan. XIX, 7. [15] Isai. I, 13, 14. [16] Galat. IV, 23.

(82) Ms. unus, « super virginem descendente. »
(83) Editi, « æque dicitur, pro peccato, » etc.
(84) Editi, « Post hanc. »
(85) In editis deest « quasi. »
(86) Alias, « quia quæ, » etc. al., « qui ea quæ, » etc. Sed utraque vox deest in editis et in mss. plerisque.
(87) Alias, « quæ sunt spiritus sapiunt; » al., « sentiunt. » Et paulo post ms. unus et editi, « et sapit evidentius. »
(88) Alias, « Cujus mors est? »
(89) Alias, « quod est Christus. »
(90) Sic ms. unus et Rabanus. Editi vero, « in lege Dei non dicatur inimica Deo et legi ejus? Ei quæ secundum spiritum ejus non est subjecta, nec posset subjici, quia sicut, » etc. Mss. duo, « in lege Dei non dicatur inimica Deo et legi ejus, ei scilicet quæ secundum spiritum est non esse subjecta, nec posse subjici, quia sicut, » etc.
(91) *Legis occidens.* Hæc desunt in editis.
(92) Alias, « in quibus habitat Spiritus, si tamen habitat. »

enim quia illi (93) qui secundum carnem sunt Judæi, persequuntur nos qui sumus non in manifesto, sed in occulto Judæi, et legem secundum spiritum, non secundum carnem custodimus. Illi ergo qui secundum carnem sapiunt, consequenter etiam repromissiones legis carnaliter sperant. Nos vero eas spiritaliter exspectamus secundum sermonem Pauli dicentis : « Ut repromissiones Spiritus accipiamus [17]; » et iterum : « Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in cœlestibus in Christo [18]. » Ex quibus omnibus et quæ sit lex secundum carnem, et quæ secundum spiritum, vel quæ spes repromissionis carnalis, vel quæ spiritalis (94) ostenditur. Potest et secundum aliam expositionem, si repetamus ab initio, « Quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, » et de lege mentis intelligi, quam supra dixit (95) velle facere bonum, sed per infirmitatem et fragilitatem carnis implere non posse, et propterea misisse Deum Filium suum in similitudinem carnis peccati, et de peccato, hoc est per hostiam pro peccato oblatam, damnasse peccatum. Data enim nobis remissione (96) peccatorum fugatum est et exterminatum de carne nostra peccatum, et cœpit in nobis justificatio legis impleri, illius duntaxat legis quæ condelectatur legi (97) Dei, quæ impletur cito cum jam non resistit ei lex peccati quæ erat in membris nostris, si tamen non secundum carnem ambulemus, sed secundum spiritum. Nam donec in carne est quis, et secundum carnem vivit, quæ carnis sunt sapit ; cum vero converterit se ad spiritum, et mortuus fuerit legi peccati et carnis, quæ sunt spiritus sapit. Nam secundum carnem sapere, mors est animæ ; secundum spiritum vero, vita et pax est : quia « sapientia carnis inimica est Deo, » hoc est, dum caro resistit spiritui, et non est subjecta legi mentis quæ lex Dei est, inimica est Deo : et ideo qui carnaliter vivunt, Deo placere non possunt. Sed « vos, » inquit, « non estis in carne, » hoc est non secundum carnem vivitis (98), sed secundum spiritum, « si tamen Spiritus Dei habitat in vobis. » Hæc possunt et secundum aliam, ut diximus, expositionem in hoc (99) loco coaptari. Eligat tamen qui legit, et quod aptius probaverit, si tamen probaverit (1), hoc sequatur.

13. « Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus. Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus vero vita (2) propter justificationem. Quod si Spiritus ejus qui suscitavit Jesum a mortuis habitat in vobis; qui suscitavit Jesum Christum a mortuis vivificabit et mortalia vestra corpora propter inhabitantem Spiritum ejus in vobis [19]. » Quod constantibus et dialectica arte collectis utatur syllogismis apostolus Paulus vel in hoc loco, vel in aliis Epistolis suis, non mihi nunc (3) exponendum videtur, ne forte non tam scientiæ (4) ejus, quam sermonis in quo non vult se peritum dici [20], assertores videamur esse : et ideo propositi magis capituli sensum discutere properabimus. In superioribus ubi dixit : « Vos autem in carne non estis, sed in spiritu; si tamen Spiritus Dei habitat in vobis [21] : » duplici modo quid est in Spiritu (5) esse explanavimus, id est, vel legem non secundum litteram, sed secundum spiritalem sensum intelligere; vel etiam mortificato corpore, spiritus, et non carnis legibus vivere. Et nunc ergo quod dicit, « Si quis autem Spiritum Christi **591** non habet, hic non est ejus; » et subjungit, « Si autem Christus in vobis est, » requirendum est utrum diversum sit Spiritum Dei esse in aliquo, an Spiritum (6) Christi : vel etiam ipsum Christum, aut Spiritum ejus qui suscitavit Jesum a mortuis. Sed quantum vel consequentiam (7) loci præsentis intueor, vel illud quod Salvator in Evangelio de Spiritu sancto dicit, quia « a Patre procedit, » et, « De meo accipiet [22], » et hujus verbi explanationem in consequentibus jungit, dicens : « Pater, omnia mea tua sunt, et tua mea : propterea dixi quia de meo accipiet [23] (8) : » cum, inquam, tantam hanc unitatis inter Patrem et Filium aspicio rationem (9), Spiritus Dei et Spiritus Christi unus atque idem mihi Spiritus dici videtur. Possumus tamen et hoc modo intelligere quod dixit, « Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus » (quia et revera abrupte pronuntiatum videtur), ut, si quis non tantus et talis esse meruerit qui Spiritum Christi habere dignus sit, continuo Christi esse denegetur, cum in Psalmis dicat : « Meæ sunt omnes feræ silvarum, jumenta in montibus, et boves [24]. » Et si feræ et jumenta ejus sunt, quomodo homines non sunt ejus? Sed potest, ut dixi, hoc sic intelligi, ut illud in Evangelio : « Qui non tollit

[17] Galat. III, 14. [18] Ephes. I, 3. [19] Rom. VIII, 9 seq. [20] II Cor. I, 6. [21] Rom. VIII, 9. [22] Joan. XV, 26; XVI, 14. [23] Joan. XVII, 10; XVI, 15. [24] Psal. XLIX, 10.

(93) *Quia illi.* Hæc verba desunt in libris editis.
(94) *Vel quæ spiritalis.* Hæc desiderantur in antea editis, et in pluribus mss.
(95) Ms. unus, « impossibilitas legis, in quo infirmabatur per carnem, de lege membrorum intelligi, quam supra diximus, » etc.
(96) Ms. unus, « Tanta enim nobis remissione; » editi, « Tanta enim repromissione. »
(97) Editi, « delectatur legi ; » al., « leg. »
(98) *Hoc est, non secundum carnem vivitis.* Hæc in editis omittuntur.
(99) Deest « hoc » in editis.
(1) *Si tamen probaverit.* Hæc desiderantur in editis.
(2) *Vita.* Alias. « vivit. »
(3) Deest « nunc » in editis.
(4) Editi, « sententiæ, » deinde, « et ideo propositi magis Apostoli sensum discutere properabimus. In posterioribus ubi dixit, » etc.
(5) Alias, « quidem in Spiritu. »
(6) Editi, « ac Spiritum. »
(7) Editi, « consequentia. »
(8) Editi, « Pater omnia tua mea sunt, et mea tua omnia, propterea dixit quod de meo accipiet. »
(9) Editi, « hanc audio unitatis inter Patrem et Filium aspirationem. »

crucem suam, et sequitur me, non est me dignus [25].» Et hic ergo qui non habet Spiritum Christi (10), hoc est, qui non eodem Spiritu agitur, ut pro justitia, pro veritate, pro verbo Dei annuntiando, pro regno cœlorum prædicando, pro littera legis abjicienda et spiritum ejus aperiendo, pro resistendo adversum peccatum, pro his omnibus qui non usque ad mortem venire paratus est, non est ejus discipulus (11). Qui ergo non est talis, nec talem in se Spiritum gerit, hic creatura quidem ejus est sicut feræ silvarum, et jumenta in montibus, et boves, sed discipulus ejus non est. Sic ergo, « Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est ejus; si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, Spiritus vero vità (12) propter justitiam, » Spiritum Christi, et Christum, in hoc loco unum mihi atque idem dicere videtur. In quo ergo Christus est, ipse dicit, quia « semper mortem Christi in corpore nostro circumferimus [26].» Mors autem corpori peccati causa, id est, ne peccet, imponitur. Quod si corpus peccato mortuum est, necessario spiritus ad faciendam justitiam vivit. Qui enim in corpore mortuus est, nec servit peccato, necesse est ut in spiritu vivat et justitiæ serviat. Sic et idem Apostolus in quodam loco [27] dicit tradidisse se quemdam in interitum carnis, ut spiritus salvus fiat. « Quod si Spiritus ejus qui suscitavit Jesum a mortuis, habitat in vobis; qui suscitavit Jesum Christum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra propter inhabitantem Spiritum ejus in vobis. » Quoniam supra dixerat de his qui ad similitudinem mortis Christi corpora sua mortificant ne peccent, necessario nunc mentionem facit ejus qui suscitavit Christum a mortuis, ut simili modo et pari ratione qua (13) commortui sunt et consepulti, sciant se per Spiritum ejus qui suscitavit Jesum a mortuis vivificandos esse, et ad Christi similitudinem resuscitandos a mortuis. Et quatenus id fiat ostendit, dicens : « Propter inhabitantem Spiritum ejus in vobis. » Si enim Spiritus Christi habitat in vobis, necessarium videtur Spiritui reddi habitaculum suum, templumque restitui. Velim tamen hoc ipsum (14) quod dicitur

A vel Spiritus Christi, vel Spiritus Dei, vel etiam ipse Christus in nobis habitare, quale sit intueri (15): utrumnam ex initio omnibus iste Spiritus datur, et postmodum pessimis et a Deo alienis actibus effugatur, secundum illud quod scriptum est : « Non permanebit Spiritus meus (16) in hominibus istis, quia caro sunt [28], » an vitæ merito, et fidei gratia postmodum datur, secundum ea quæ in Actibus apostolorum docentur [29], quia Spiritus sanctus tanquam linguæ igneæ venit super unumquemque eorum; vel certe sicut in Evangelio docemur, cum ipse Salvator posteaquam resurrexit a mortuis ad discipulos dixit : « Accipite Spiritum sanctum, et insufflavit in unoquoque eorum [30]. » Unde mihi videtur quod et meritis conquiratur hoc donum, et B vitæ innocentia conservetur, et unicuique secundum profectum fidei augeatur et gratiæ; et quanto purior anima redditur, tanto largior ei Spiritus infundatur. Quod autem dixit, « Non permanebit Spiritus meus in hominibus istis, quia caro sunt, » illuc respicit ut, quoniam anima eorum, repudiata Spiritus servitute, ad carnis servitia se tota convertit, **592** etiam ipsa ejus cui se conjunxit carni, et cum qua unum effecta est, nomen accipiat (17). Diversis ergo modis haberi potest Spiritus. Vel Spiritus Christi habetur, secundum id (18) quod supra diximus, ex inspiratione divina, ubi ait : « Accipite Spiritum sanctum, et insufflavit in eis [31]; » et rursum eo modo quo in Actibus apostolorum dicitur gestum (19), ut diversis linguis loquerentur C apostoli [32]. Est et ille modus, qui in Regnorum libris refertur, cum dicit Scriptura : « Et insiluit Spiritus super Saul, et cœpit prophetare [33]. » Est et ille adhuc alius modus, ut, cum Salvator post resurrectionem cum Cleopha et alio discipulo iter agens et aperiens eis Scripturas, ignivit (20) eos spiritu oris sui, ita ut illi dicerent : « Nonne cor nostrum erat ardens intra nos, cum aperiret nobis Scripturas [34]? » Vis autem scire quia non solum Jesus loquens tradidit audientibus Spiritum suum, sed et qui in nomine ejus loquitur verbum Dei, tradit audientibus Spiritum Dei? Vide in Actibus apostolorum (21) quomodo loquente Petro ad Corne-

[25] Matth. x, 38. [26] II Cor. iv, 10. [27] I Cor. v, 5. [28] Gen. vi, 3. [29] Act. ii, 3. [30] Joan. xx, 22. [31] ibid. [32] Act. ii, 4. [33] I Reg. x, 10. [34] Luc. xxiv, 32.

(10) Ms. unus, « Et hic ergo quod dixit : Qui non habet Spiritum Christi. » Deinde editi, « hoc est, eodem Spiritu, » omisso, « qui non. »

(11) Sic ms. unus et Rabanus. Editi vero et cæteri mss., « et Spiritu ejus amplectendo » (al., « aperiendo; » al., « appetendo), adversum peccatum, pro his omnibus qui non usque ad mortem ejus venire paratus, non est ejus discipulus. »

(12) Alias, « Spiritus autem vivit. »

(13) Editi, « ut similitudine et pari ratione, qua, » etc.; mss. aliquot, « ut simili et pari ratione qua; » al., « ut simili modo quo, » omissa « et pari ratione. » Sed Rabanus ut in nostro textu.

(14) Editi, perperam, « restitui, vel Jesum. Tamen hoc ipsum, » etc.

(15) Editi, « intuere. »

(16) *Spiritus meus.* Desunt in libris antea editis.

D (17) Alias, « ad carnis servitia tota convertitur, (al., « convertit ») etiam ipsa ei (al., « ipsa eis; » al., « ipse ejus) cui se conjunxit carni » (al., « carne), et cum qua unum effecta est (al., « effectus est ») non accedat » al., « non accedit, » al., « nomen accepit, » al., « nomen accipit. »

(18) Ms. unus, « Diversis ergo modis accipi potest Spiritus Dei, vel Spiritus Christi : secundum id, » etc.

(19) Alias, « dixit gestum. » Deinde, « Et illo modo quo in Regnorum, » etc., et postea, « et item adhuc alio modo, ut cum Salvator, » etc. Sed mss. duo ut in nostro textu.

(20) Editi, « afflavit. »

(21) Editio Veneta Salodiani, « Unde in Actibus apostolorum conscripsisse. » Merlinus, « Unde in Actibus apostolorum habetur. » Genebrardus. « In

lium repletur Spiritu sancto ipse Cornelius, et qui A cum eo erant [35]. Unde et tu si loquaris (22) verbum Dei, et loquaris fideliter ex conscientia pura, nec ipse redarguaris ex verbis tuis quasi qui aliter doceas et aliter agas, potest fieri ut loquente te auditorum corda sancti Spiritus ignis inflammet, et continuo concalescant (23) et ardeant ad complenda universa quæ doces, ut rebus impleant quæ sermonibus didicerint, et « quæ sursum sunt » quærant, « ubi Christus est in dextera Dei sedens : quæ sursum sunt » sapiant, « non quæ super terram [36]. » Sed et sic unusquisque habere in se probatur Spiritum Christi. Christus sapientia est : si sit quis sapiens secundum Christum, et quæ Christi sunt sapiat, habet in se per sapientiam Spiritum Christi. Christus justitia est : si quis habeat in se justitiam B Christi, per justitiam habet (24) in se Spiritum Christi. Christus pax est : si quis habeat in se pacem Christi, per Spiritum pacis habet in se Spiritum Christi. Sic et charitatem, sic et sanctificationem, sic et singula quæque, quæ Christus esse dicitur qui habet, hic Spiritum Christi (25) in se habere credendus est, et sperare quod mortale corpus suum vivificabitur propter inhabitantem in se Spiritum Christi.

14. « Ergo, fratres, debitores sumus, non carnis, ut secundum carnem vivamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini ; si autem spiritu actus carnis (26) mortificetis, vivetis [37]. » Spiritum Christi habitare in nobis, et dona Spiritus nobis C collata, superius docuit. Consequenter ergo nunc addit quia « debitores sumus, » eorum sine dubio quæ a Spiritu Christi consecuti sumus. « Carnis » autem, inquit, « debitores non sumus. » Non enim propterea nos fecit Deus ad imaginem suam, ut carnis servitio essemus obnoxii, sed potius ut creatori suo anima deserviens, ipsa servitio ac ministerio carnis uteretur. Sed fortasse dicat aliquis : Quomodo carnis non sumus debitores, cum et victum ei et indumentum providere naturæ necessitate cogamur? Sed ut ostendat non carni aliquid conferre, sed ipsam vitam carni mancipare culpabile haberi, ideo addit : « Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini. » Quid autem sit (27) secundum carnem vivere sæpe jam dictum est. Hoc est D carnis desideriis indulgere. In hoc ergo negat nos esse carnis debitores, sicut et alibi dicit : « Et carnis curam ne feceritis in concupiscentiis [38] (28) : » non utique negans curam carnis habendam in necessariis, sed in concupiscentiis. Ita ergo et hic, « Si enim, inquit, secundum carnem vixeritis, moriemini. » Et addit : « Si autem spiritu actus carnis mortificaveritis, vivetis (29). » Et de hoc jam supra dictum est [39], quomodo corpus quidem mortuum esse debeat propter peccata, spiritus vero vita propter justificationem. Qui ergo secundum spiritum agens mortificat actus carnis, vivet propter inhabitantem in se spiritum vitæ. Mortificat autem quis actus carnis hoc modo. Fructus est Spiritus charitas [40], odium carnis est actus : odium ergo per charitatem mortificatur et exstinguitur. Gaudium similiter fructus est spiritus, tristitia vero hujus sæculi, quæ mortem operatur [41], carnis est actus : hæc ergo exstinguitur, si sit in nobis gaudium spiritus. Pax fructus est spiritus; dissensio et discordia carnis est actus : sed certum est discordiam mortificari posse per pacem. Sic et patientia spiritus, impatientiam carnis (30) exstinguit, et bonitas malitiam perimit, et mansuetudo ferociam, et continentia intemperantiam (31), **593** et castitas impudicitiam necat, talique ordine qui per spiritum actus carnis mortificaverit (32), vivet. Intuendum sane est, quod sicut mortem non istam communem, sed illam peccati dicit, « Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini, » ita et vitam non hanc communem, sed illam dicit æternam, ad quam perveniet omnis qui secundum ea quæ supra exposuimus, perfectus spiritu mortificaverit (33) actus carnis. Sed et illud scire debemus, quod ista mortificatio actuum carnis per patientiam fiat, et non ad subitum, sed paulatim. Primo languescere eos necesse est in his qui incipiunt (34); tum deinde cum ardentius proficere cœperint, et abundantiore spiritu repleri, actus carnis non solum languescere, sed et tabescere incipient : ubi vero ad perfectum jam venerint, ita ut nulla in eis prorsus vel in facto, vel in dicto, vel in cogitatu peccati oriantur indicia, tunc plane actus carnis (35) mortificasse, et ad integrum morti tradidisse credendi sunt.

[35] Act. x, 44. [36] Coloss. III, 1, 2. [37] Rom. VIII, 12, 13. [38] Rom. XIII, 14. [39] Rom. VIII, 10. [40] Galat. V, 22. [41] II Cor. VII. 10.

Actibus apostolorum habetur. » Sed rectius mss. nostri ut in nostro textu.

(22) Editi, « loqueris. »

(23) Editi, « convalescant; » tum paulo post, « et rebus impleant. »

(24) Editi, « Si quis habet in se justitiam, per justitiam Christi habet, » etc.

(25) Editi, « et singula quæcunque Christus esse dicitur, qui habet hæc, Spiritum Christi, » etc.

(26) *Actus carnis.* Sic mss. Editi vero, « facta carnis. »

(27) Alias, « Quid enim sit, » etc.

(28) Editi, « ne feceritis in desideriis et in concupiscentiis. »

(29) Editi, « mortificetis, vivetis. Sed de hoc, » etc.

(30) Editi, « violentiam carnis. »

(31) Alias, « incontinentiam. »

(32) Editi, « mortificat. »

(33) Editi, « mortificet. »

(34) Alias, « in his quæ incipiunt. »

(35) Editi, « tandem actus carnis; » al., « tunc actus carnis; » al., « tum plane actus carnis. »

LIBER SEPTIMUS.

1. Sicut diversas commemorari leges in hac Epistola a Paulo sub uno vocabulo legis ostendimus, et diversas mortes sub una mortis appellatione nominari, ita et diversos spiritus nunc videmus sub uno nomine Spiritus indicari. Ait ergo in præsenti capitulo: «Quicunque enim Spiritu Dei aguntur, hi filii sunt Dei[42];» in quo utique ipsum Dei Spiritum dicit. Et iterum in sequenti: «Non enim accepistis, inquit, spiritum servitutis iterum in timore[43].» In hoc ostendit spiritum servitutis alium esse quam illum quem supra dixit Spiritum Dei. Et propterea subjungit: «Sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba [Pater].» In hoc spiritum adoptionis ostendit ipsum esse quem dixit supra Spiritum Dei, de quo et repetit: «Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro[44],» hoc est, ipse Spiritus Dei, in quo Patrem Deum clamamus, testimonium reddit spiritui nostro. Qui spiritus noster alius sine dubio est quam vel ille spiritus servitutis, qui datur in timore, vel hic qui ei de invocatione Patris testimonium reddit (36). Omnes ergo homines, ut videtur, aguntur aliquo spiritu, sicut ipse Paulus scripsit: «Scitis autem et vos, cum essetis gentes, quomodo ad idola muta agebamini[45].» In hoc ostendit quia etiam gentes ad idola aguntur aliquo spiritu. Est ergo Spiritus Dei idem qui est et Spiritus Christi (37), idemque ipse et Spiritus sanctus est. Sed et spiritus adoptionis idem dici videtur, sicut præsens apostolicus declarat (38) sermo. David quoque qui dicit, «Spiritum sanctum tuum ne auferas a me[46];» et, «Spiritu principali confirma me[47],» de eodem dicere videtur: quemque principalem Spiritum propterea arbitror nominatum, ut ostenderetur esse quidem multos spiritus, sed in his principatum et dominationem hunc Spiritum sanctum, qui et principalis appellatur, tenere. (39) Sicut enim multi sunt filii Dei, ut Scriptura dicit: «Ego dixi: Dii estis, et filii Excelsi omnes[48],» unus tamen est natura Filius et Unigenitus de Patre, per quem omnes filii appellantur, ita et spiritus multi quidem sunt (40), sed unus est qui vere ex ipso Deo procedit, et cæteris omnibus vocabuli ac sanctificationis suæ gratiam donat. Quod autem plures sint spiritus, declarat idem Apostolus ad Hebræos scribens et dicens: «Nonne omnes sunt ministeriales spiritus ad ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis[49]?» Sed et David dicit: «Qui facit angelos suos spiritus[50].» Et Daniel nihilominus testatur, et dicit: **594** «Benedicite, spiritus et animæ justorum, Dominum[51].» Et in præsenti loco Paulus, «Ipse Spiritus, inquit, testimonium reddit spiritui nostro;» et in aliis[52]: «Ut integer spiritus vester, et anima, et corpus in die Domini nostri Jesu Christi servetur.» Quæ omnia dubium non est quin de rationabilibus spiritibus dicta sint. Appellantur præterea spiritus mali et angeli mali, sicut et David dicit[53]: «Emisit eis iram indignationis suæ, emissionem per angelos malos;» et ut (41) in Regnorum libris scriptum est de Saul[54]: «Et Spiritus Domini discessit a Saul, et suffocabat eum spiritus malignus a Domino;» utque in libro Judicum (42) refertur: «Et immisit Deus spiritum malignum inter medium Abimelech, et inter medium virorum Sichimorum[55].» Hic ergo spiritus malignus, qui dicitur vel exisse ut suffocaret Saul, vel Abimelech Sichimosque ut dirimeret, et a Domino exisse ac missus esse memoratur, tanquam carnifex quidam intelligendus est missus ad exigendas de peccatoribus pœnas. Et quamvis mali propter propositum suum voluntatemque dicantur, in his tamen qui pœna digni sunt divinæ voluntati exhibent ministerium, sicut et ille, de quo refert Michæas propheta, spiritus mendax, qui, cum a Deo dictum fuisset, «Quis seducet mihi Achab?» respondit: «Ego seducam. Et dixit Dominus: In quo? At ille: Ero, inquit (43), spiritus mendax in ore omnium prophetarum,» et dicam ut ascendat in Galaad, et ibi cadet. «Et dixit Dominus: Vade; seduces, et quidem poteris[56].» Sic ergo etiam hi qui dicuntur mali spiritus, officium Deo erga pœnarum exhibent ministeria. Sunt præterea et alii spiritus, de quibus dicit David: «In spiritu violento (44) conteres naves Tharsis[57];» et «spiritus procellæ» dicuntur[58], et «spiritus ardoris[59].» Quos tamen ego materiales magis quam rationabiles spiritus dixerim.

2. Tali igitur de appellatione spiritus distinctione

[42] Rom. VIII, 14. [43] ibid. 15. [44] ibid. 16. [45] I Cor. XII, 2. [46] Psal. L, 13. [47] ibid. 14. [48] Psal. LXXXI, 6. [49] Hebr. I, 14. [50] Psal. CIII, 4. [51] Dan. III, 86. [52] I Thess. V, 23. [53] Psal. LXXVII, 49. [54] I Reg. XVI, 14. [55] Judic. IX, 23. [56] III Reg. XXII, 20. [57] Psal. XLVII, 8. [58] Psal. CV, 25. [59] Isai. IV, 4.

(36) *Reddit*. Alias, «præbet;» al., «perhibet.»

(37) Sic ms. unus Regius num. 1639. Cæteri vero mss., Rabanus et editi, «qui idem est et Spiritus Christi,» etc.

(38) Ms. unus, «sicut præsens Apostoli locus declarat.»

(39) Vide tom. v, *in Joannem*, pag. 99.

(40) Ms. unus Regius num. 1639, «et Unigenitus a Patre, per quem omnia, et a quo filii appellantur multi; ita et spiritus quidem multi sunt;» al., «ita et spiritus si quidem sunt multi.»

(41) *Ut*. Deest in editis.

(42) Alias, «atque in libro Judicum.»

(43) Alias, «Ait ille, Ero, inquit,» etc. Et postea editi, «equidem poteris.»

(44) In libris antea editis deest «David,» et «violento.»

præmissa, nunc quod dixit, « Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba [Pater [60] (45)], » quale sit videamus. Scriptum est et in Malachia propheta [61]: « Filius honorificat patrem, et servus dominum suum : et si Pater sum ego, ubi est honor meus? et si Dominus ego sum, ubi est timor meus? dicit Dominus omnipotens. » Certum est autem quod filius quis Dei per adoptionis spiritum fiat, servus autem Dei per spiritum servitutis. Initium ergo serviendi Deo, quia « initium sapientiæ timor Domini » est [62], per spiritum timoris impletur, cum parvulus adhuc quis dicitur. Et parvulis quidem pædagogus est timor. Unde et Apostolus de tali parvulo dicit : « Quandiu hæres parvulus est, nihil differt a servo, cum sit dominus omnium ; sed sub tutoribus et procuratoribus est usque ad præfinitum tempus a patre ; ita et nos, cum essemus parvuli, sub elementis hujus mundi eramus servientes [63]. » Vides secundum concessam sibi a Deo sapientiam Paulus quomodo spiritus qui dantur in timore (46), hic tutores parvulorum ac procuratores appellaverit, qui unumquemque nostrum donec parvulus est, secundum interiorem hominem in timore custodiant (47), usquequo ad id ætatis veniat quo spiritum adoptionis filiorum mereatur accipere, et sit jam filius ac dominus omnium. « Omnia enim, inquit, vestra sunt [64],» et cum Christo nobis Deus omnia donavit [65] (48). Hoc ergo est quod docet Paulus, quia posteaquam commortui sumus Christo, et Spiritus ejus factus est in nobis, non iterum spiritum servitutis accepimus in timore, hoc est, non rursus parvuli et initia habentes effecti sumus, sed quasi perfecti semel jam accepimus spiritum adoptionis, « in quo » spiritu « clamamus: Abba Pater. » Neque enim patrem alius quis nisi filius vocat. Quod vero addit, « Abba, » patriæ linguæ vocabulo id ipsum iteravit, velut si dixisset: Pater, pater.

3. « Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei. Si autem filii, et hæredes; hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi : si tamen compatimur, ut et conglorificemur [66] (49). » Ipse ergo spiritus adoptionis per quem in filium quis adoptatur (50), reddit testimonium, et confirmat spiritum nostrum quia sumus filii Dei, posteaquam a spiritu servitutis in adoptionis spiritum venerimus, cum jam nihil inest timoris, id est nihil propter metum pœnæ gerimus (51), sed propter amorem patris cuncta perficimus. Bene autem non animæ, sed spiritui, qui melior (52) in homine pars est, dicitur reddere testimonium **595** Spiritus Dei. Potest autem ad discretionem eorum qui spiritu servitutis aguntur in timore, et eorum qui spiritu filiorum, etiam illud assumi, quod Abraham hæreditatem quidem suam dedit Isaac, filiis vero ancillarum vel concubinarum non hæreditatem, sed dona dicitur dedisse vel munera [67]. In quo sine dubio hoc adumbratur (53), quod nec illi quidem penitus spernuntur qui adhuc in timore serviunt Deo, sed sunt illis dona, sunt et munera, hæreditas tamen per quam Christo conglorificantur, eorum est qui adoptionis spiritum merentur accipere. Post hæc jam ex consequentibus syllogismum nectit Apostolus, et dicit : Si spiritum adoptionis accepimus, ergo filii sumus. Quod si filii sumus, sine dubio et hæredes (54). Mercedem namque servus exspectat, hæreditatem filius sperat. Et rursus aliud addit (55) conclusionis augmentum : « Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi [68]. » Hæres quis efficitur Dei, cum quæ Dei sunt meretur accipere, id est incorruptionis et immortalitatis gloriam, thesauros sapientiæ et scientiæ reconditos [69] : cohæres (56) vero Christi, cum « transformabit corpus humilitatis nostræ conforme corpori claritatis suæ [70], » sed et (57) cum illud adipisci meruerit quod dicit ipse Salvator : « Pater, volo ut ubi ego sum, et isti sint mecum [71]. » Est præterea (58) et illa dignitas cohæredum Christi, quod Pater quidem « omne judicium dedit Filio [72]. » Sed et Filius dicit ad cohæredes suos : « Sedebitis et vos super duodecim thronos, judicantes duodecim tribus Israel [73]. » Et hoc modo cohæredes suos Christus non solum in partem hæreditatis, sed etiam in consortium potestatis adducit. « Si tamen, » inquit, « compatimur, ut et conglorificemur [74]. » Com-

[60] Rom. VIII, 15. [61] Malach. I, 6. [62] Eccli. I, 16. [63] Galat. IV, 1-3. [64] I Cor. III, 22. [65] Rom. VIII, 32. [66] ibid. 16, 17. [67] Gen. XXV, 5. [68] Rom. VIII, 17. [69] Coloss. II, 3. [70] Philip. III, 21. [71] Joan. XVII, 24. [72] Joan. V, 22. [73] Matth. XIX, 28. [74] Rom. VIII, 17.

(45) *Sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus : Abba, Pater.* Hæc desunt in mss. codicibus nostris, sed exstant in editis.

(46) Editi, « Vides (al., « Vide) secundum concessam a Deo sapientiam Pauli, quomodo spiritum (al., « spiritus ») servitutis qui datur in timore, » etc.

(47) Editi, « custodiat. »

(48) Editi plerique, « Omnia enim nostra sunt, et cum Christo omnia nobis donavit. »

(49) *Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro*, etc. usque ad, *et conglorificemur.* Hæc desunt in mss. codicibus nostris.

(50) Editi, « qui adoptatur, » male.

(51) *Cum jam nihil inest timoris, id est, nihil propter metum pœnæ gerimus.* In omnibus mss. nostris, apud Rabanum et Salodianum vox « inest » omittitur. Deinde editi, « propter pœnam gerimus. »

(52) Alias, « quæ melior. » Deinde ms. unus, « Postea autem ad discretionem eorum qui.... etiam illud assumit, quod Abraham, » etc.

(53) Alias, « obumbrabatur » (al., « adumbrabatur »), et mox, « spernerentur; » al., « spernentur. »

(54) *Quod si filii sumus, sine dubio et hæredes.* Hæc nullibi in editis comparent.

(55) *Addit.* Deest in libris antea editis. Deinde ms. unus habet « argumentum » pro « augmentum. »

(56) Alias, « cohæredes. »

(57) *Et.* In editis omittitur.

(58) Editi, « et ipsi sint mecum ; » qui postea habent cum ms. quibusdam, « Est ergo præterea, » etc.

patitur Christo qui dicit: « Christo concrucifixus sum; » et : « Vivo autem, jam non ego (59), vivit vero Christus in me [75]; » et iterum qui dicit : « Si commortui sumus, et convivemus : si contoleramus (60), et conregnabimus [76]; » vel etiam qui dicere potest, quia « quod deerat passionum Christi, repleo in corpore meo [77]. » Sicut autem Christum, quia humiliaverat « se factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, superexaltavit Deus, et donavit illi nomen, quod est super omne nomen [78]; » ita et eos qui Christo compatiuntur, et passionum ejus imitantur exemplum, Deus cum illo exaltat in gloria. Hæc namque via est, quam cohæredibus suis Christus aperuit, ut neque ex fortitudine, neque ex sapientia, sed ex humilitate exaltentur, et ex tribulationum patientia æternæ hæreditatis consequantur gloriam.

4. « Existimo enim quoniam non sunt condignæ passiones hujus temporis ad superventuram gloriam (61) quæ revelabitur in nobis. Nam exspectatio creaturæ revelationem filiorum Dei exspectat. Vanitati enim creatura subjecta est non volens, sed propter eum qui subjecit eam in spe : quoniam et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Scimus enim quoniam omnis creatura congemiscit (62) et condolet usque adhuc [79]. » Si quis intueatur quod pro eo quod quis efficiatur filius excelsi Dei, et hæres bonitatis ejus et gloriæ (63), Christique unigeniti Filii Dei cohæres, etiamsi in omnium mandatorum observantia et justificationibus Domini sine querela permaneat, et pervigili in his mente perduret; si omnia etiam pœnarum genera quæ inferri humanæ intrinsecus naturæ vel extrinsecus possunt; aut etiam si quis illa sustineat quæ de Job scripta esse memorantur [80] (64), ubi non solum ea quæ extra ipsum in facultatibus ac liberis esse videbantur Satan exstinxit, verum etiam ossa et carnem ipsius contigit, et percussit eum vulnere pessimo a pedibus usque ad caput, ita ut testam sumens raderet saniem de ulceribus suis fluentem : si, inquam, his adhuc possunt esse graviora quæ perferat is qui in hac vita brevissima in omnibus tribulationem patitur, qui animo et corpore cruciatur, et conferat hæc « ad futuram gloriam quæ revelabitur » in sanctis, et his quæ « oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit [81], » intelligere potest quomodo Paulus altius (65) ista considerans dicit : « Existimo enim quoniam non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis [82]. » Nihil enim dignum (66) inveniri vel comparari ad futuram gloriam potest. In quo enim mortale immortalibus conferas? aut invisibilibus visibilia? aut æternis temporalia? aut caduca perpetuis? Si quæ tamen in præsenti vita velut quædam possunt semina gloriæ colligi futuræ, ista, inquam (67), semina ex tribulationibus et passionibus colliguntur, **596** sicut et in aliis dicit idem Apostolus : « Quod enim in præsenti (68) momentaneum est, et leve tribulationis nostræ, supra modum in immensum æternæ gloriæ pondus operatur nobis, non respicientibus quæ videntur, sed quæ non videntur [83]. » Ostendit enim per hæc quod qui illa respicit quæ non videntur (69), et æterna sunt, omnem tribulationem quæcunque acciderit ei, quamvis sæva (70), quamvis longa videatur, momentaneam ducit et levem : etiam si tormentis subjiciatur, et aculeis, et ungulis, eo tempore quo suppliciis corpus affligitur, si aspiciat ad futuram gloriam quæ revelanda est, et consideret quomodo post tanta tormenta (71) corpus hoc humilitatis suæ transformabitur, ut fiat conforme corpori gloriæ Filii Dei [84], tribulationem præsentem momentaneam ducit, et levem; pondus autem futuræ gloriæ grave, hoc est, magnum deputat, et æternum (72) : et quanto magis multiplicari sibi tribulationum viderit pœnas, tanto amplius intelligit (73) sibi pondus et magnitudinem gloriæ cumulari. Quod autem ex tribulationum quantitate mensura quædam et magnitudo gloriæ colligatur, puto etiam David prophetam indicare cum dicit (74) : « Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificaverunt animam meam [85]. » Unde puto quod in præsenti vita consolatio quæ datur justis, secundum mensuram cruciatuum et vulnerum detur : futura vero gloria (75), de qua Apostolus dicit quia « revelabitur in nobis, » non secundum mensuram passionum : « non enim condignæ sunt passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in » sanctis [86] : sed sicut (76) ad Corinthios di-

[75] Galat. II, 19, 20. [76] II Tim. II, 11, 12. [77] Coloss. I, 24. [78] Philip. II, 8, 9. [79] Rom. VIII, 18, seq. [80] Job I, 2. [81] I Cor. II, 9. [82] Rom. VIII, 18. [83] II Cor. IV, 17. [84] Philip. III, 21. [85] Psal. CXIII, 19. [86] Rom. VIII, 18.

(59) Alias, « compatitur ergo qui dicit : Christo confixus sum. Vivo, ait, jam non ego, » etc.

(60) Alias, « si toleramus. » Rabanus, « si compatimur. »

(61) Alias, « ad futuram gloriam. »

(62) Editi et mss. quidam, « Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit et dolet; » al., « parturit. »

(63) Alias, « quod pro eo ut quis, » etc.; et postea editi, « bonitatis ejus gloriæ. »

(64) *Intrinsecus*. Deest in editis. Deinde ms. unus, « quæ de Job gesta memorantur. »

(65) *Altius*. Desideratur in antea editis.

(66) Alias, « Nihil quidem dignum, » etc.

(67) Editi, et Rabanus, « inquit. » Sed omnes mss. nostri, « inquam. »

(68) Ms. unus, « in præsenti vita. »

(69) Alias, « vidit; » al., « vidit. » Deinde, « accidit ei. »

(70) *Quamvis sæva*. Hæc desiderantur in libris antea editis.

(71) Editi, « tot tormenta. » Ms. unus et Rabanus, « ista tormenta. »

(72) Editi, « deputat in æternum. »

(73) Alias, « intelliget. »

(74) Editi, « puto affirmet etiam David propheta cum dicit, » etc.

(75) Alias, « futuræ vero gloriæ. »

(76) Alias, « sunt hæ passiones ad futuram gloriam, sed sicut, » etc.

ctum protulimus, ex momentaneo et levi tribulationum nostrarum labore [87] semina quædam collecta supra modum in immensum nobis æternæ pondus gloriæ (77) præparabunt. Quod vero etiam in præsenti vita justis secundum mensuram passionum suarum etiam consolatio divina tribuatur, confirmat idem Apostolus in secunda ad Corinthios scribens [88] : « Quia sicut abundant passiones Christi in nobis, ita abundat et consolatio nostra. » Et non dixit: Supra modum abundat, aut in immensum (78); sed quantum passiones sunt, tantum et consolationes. Quod autem dicit, « Ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis [89], » supra jam puto quod sufficienter ostendimus de differentia gloriarum, quæ sit gloria quæ jam revelata est, et quæ sit quæ revelanda sit; et quomodo quæ nunc videmus, « per B speculum videmus et in ænigmate, tunc autem, » cum venerit Filius hominis in gloria Patris et sanctorum angelorum, videbimus « facie ad faciem [90], » sicut et Joannes dixit : « Quia videbimus eum sicuti est [91]. » Sed et illa potest videri (79) gloria quæ revelanda est, cum de singulis quibusque rationibus mundi, vel eorum quæ supra mundum sunt, cœperit doctrina cognosci, et thesauri sapientiæ ejus ac scientiæ revelari [92]. Post hæc dicit : « Nam exspectatio creaturæ revelationem filiorum Dei exspectat. » Volens ostendere Apostolus quanta qualisque sit gloria quæ revelanda est in ipso, vel in his qui agones Christi integre desudaverint, ait etiam creaturam, utpote rationabilem, habere exspectationem quamdam, et spem gerere temporis illius quo revelanda est gloria filiorum Dei, C hoc est, cum revelabuntur ea quæ præparata sunt his qui filii Dei esse merebuntur (80), aut certe cum ablato ab his velamine quo obteguntur, manifestati fuerint ipsi quia filii Dei sunt. Quæ autem est creatura quæ « revelationem filiorum Dei exspectat? » Hæc, inquit, quæ nunc « vanitati subjecta est : » subjecta autem « non volens, » nec sponte propria, sed voluntate ejus qui dispensat universa. Propter ipsum ergo (81) subjecta est; subjecta autem non ea conditione ut maneat semper subjecta vanitati, sed cum quadam spe. Quæ autem sit spes ista, commemorat, dicens : « Quoniam et ipsa, » inquit, « creatura liberabitur a servitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. » Ait autem Paulus scire se et similes sibi, « quoniam omnis creatura D congemiscit et condolet usque adhuc, » vel, ut in aliis habetur exemplaribus, « congemiscit et parturit usque adhuc. » Congemiscere autem et condolere est cum alio dolente vel gemente gemere vel dolere, hoc est, cum ipse quidem causam gemendi non habeat vel dolendi, gemit tamen pro eo qui causam habet gemendi vel dolendi. Hoc autem dicit facere creaturam pro eo quod vanitati subjecta est, et in servitute corruptionis posita est. Hæc, quantum ad ipsius apostolici sermonis ordinem pertinet, explanata sint. Nunc repetentes discutiamus intentius quæ est ista vanitas cui creatura dicitur esse subjecta, et quæ est ista corruptio de cujus servitute liberandam se **597** sperat. Mihi videtur quod de hac materiali et corruptibili corporis substantia ista dicantur. Neque enim corruptio alii cuiquam (82) nisi corpori dominatur. Nam ille interior homo qui secundum Deum creatus est, et ad imaginem Dei factus, incorruptibilis est et invisibilis, et secundum propriam sui rationem (83) etiam incorporeus dici potest. Exterior vero homo et corporeus et corruptibilis (84) dicitur; propter quod et Paulus dicebat [93] : « Nam et si is qui deforis est homo noster corrumpitur, sed qui intus est renovatur. » Interioris autem hominis renovatio (85), utpote qui est rationabilis et (86) mens, in agnitione Dei et capacitate sancti Spiritus constat. Verum ut aliqua de tam profundis rebus breviter ac strictim (87) etiam chartulis committamus, ex ipsa interioris hominis, hoc est, animæ mentisque substantia colligamus imaginem, quomodo « vanitati creatura subjecta est non volens, sed propter eum qui subjecit eam in spe [94]; » et ipsum, si videtur, Paulum ponamus in medio, cujus utique anima vel mens, qui est interior ejus homo, supergreditur et ascendit omne quod corporeum est, quod visibile, quod sensui subjacet et aspectui, et ipsius divinæ naturæ efficitur capax. Sed hæc tanta et talis (88) animæ ejus substantia quæ rationes et intelligentiam cœlestium divinorumque sensuum tenet (quibus ex causis, Deus viderit), subjecta est servituti corporis corruptibilis, et vanitati ejus devincta est. Considera enim necessitates corporis, appetentiam cibi, digestionum pudorem (89), posteritatis reparandæ verecundiam, ut seritur soboles, ut editur, ut nutritur ; et vide in his quanta vanitas habeatur, quanta corruptio, cui creatura animæ nobilis et rationabilis licet non volens subjecta est, subjecta

[87] II Cor. IV, 17. [88] II Cor. I, 5. [89] Rom. VIII, 18. [90] I Cor. XIII, 12. [91] I Joan. III, 2. [92] Coloss. II, 3. [93] II Cor. IV, 16. [94] Rom. VIII, 20.

(77) Alias, « in immensum nobis æternum gloriæ pondus, » etc.

(78) Sic recte ms. unus Regius num. 1639. Cæteri vero mss. et editi, « aut in mensura. »

(79) Alias, « Sed etiam illa potest, » etc., al., « sic et illa potest, » etc.

(80) Editi, « vocari merebuntur. »

(81) *Ergo*. Editi, « autem. »

(82) Editi, « alicui quidquam, » male.

(83) Editi, « sibi rationem. »

(84) Editi, perperam, « et corpore corruptibilis. »

(85) Sic Rabanus et ms. unus Regius. Editi vero, « Interioris autem hominis in his renovatio. » Mss. quidam, « Interioris autem hominis cujus renovatio, » male.

(86) *Et*. Deest in editis.

(87) Editi, « statim, » male. Deinde mss. quidam et Rabanus, « et ipsam interioris hominis, hoc est, animæ mentisque substantiæ, » etc. Sed melior videtur lectio codicis Regii num. 1639 et editorum, quam in textum retinuimus.

(88) Editi, « Sed et tanta et talis, » etc.

(89) Sic ms. unus Regius num. 1639 et Rabanus. Editi vero et mss. plerique, « digestionum putorem. »

tamen in spe; tempus videlicet sperans quo liberetur, cum filiorum Dei (90) tempus libertatis advenerit. Hoc est ergo quod et in aliis apertius jam de se ipse dicebat Apostolus, quia (91), « dum sumus in habitaculo hoc, ingemiscimus [95]. » Hoc et Sapientia per Salomonem dicebat, quia « corruptibile corpus aggravat animam, et deprimit terrena habitatio sensum multa cogitantem [96]; » et idem Paulus : « Dum enim sumus in corpore, peregrinamur a Domino [97], » et cupit magis peregrinari a corpore et adesse ad Dominum. Hoc indicat, et multo apertius exponit etiam in eo loco ubi dicit : « Coarctor autem ex duobus ; desiderium habens reverti, et cum Christo esse; multo enim melius : permanere autem in carne magis necessarium propter vos [98] (92). » In quo aperte ostendit quod non volens, quantum ad ea spectat quæ animæ suæ conscius erat, corruptioni huic vanitatique serviret, sed propter eum qui hæc ita voluit, et propter nos, ut salvi esse possimus. Permanet ergo in carne (93) propter nos : ut autem revelati fuerint filii Dei, et congregati in unum per Ecclesiam quam statuit « uni viro, virginem castam exhibere Christo [99], » tunc et ipse liberabitur a servitute corruptionis, sicut et ipse dicit : « Ego autem jam immolor, et tempus resolutionis meæ instat. Cursum consummavi, fidem servavi : de cætero reposita est mihi corona justitiæ [1]. » Hoc est liberatum esse a servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Sed ab his, si videtur, exemplis etiam ad superiora conscende, et vide ipsius solis, et lunæ, ac stellarum cœli, et totius mundi ministeria quomodo subjecta sunt vanitati, corruptionique deserviunt. Ad usus namque hominum alunt segetes, arborum fructus (94) producunt, herbamque camporum : atque eosdem in se revertentes anni circulos volvunt. Reparant enim quæ prætereunt, et prætereire rursum quæ reparata sunt, sinunt. Ipsos quoque angelos, si ad sententiam Pauli respicias quæ dicit, quia « omnes ministeriales sunt spiritus ad ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis [2], » intelliges tale aliquid gerere, et huic corruptioni esse subjectos (95) : credo etiam ipsos non volentes, sed propter eum qui subjecit eos in spe [3]. « Voluntati enim illius quis resistit [4]? »

A Ego etiam de archangelis tale aliquid intelligere propheticis invitor eloquiis. Quid enim tantæ vanitatis et tantæ corruptionis invenias, quam bella gerere in hoc mundo, pugnas adversum se regum et gentium commovere? Vide ergo quod et in his præcipuum archangelici operis habetur officium (96), sicut Daniel propheta testatur [5] cum dicit, quia archangelus loqueretur ad eum, qui diceret ei quod pugnaverit **598** adversum principem Persarum, « et nemo, » inquit, « fuit mihi adjutorio, nisi (97) Michael princeps vester [6]. » Per hæc ergo singula deprehenditur rationabilis « creatura vanitati » esse « subjecta non volens, sed propter eum qui subjecit in spe [6*]. » Spes namque est ab his rebus corporeis et corruptibilibus aliquando cessandum.
B Hanc enim habet exspectationem creatura ista rationabilis, ut revelatio fiat filiorum Dei propter quos angeli mittuntur in ministerium, ut et ipsi cum his quibus ministraverunt hæreditatem capiant salutis [7], ut terrestrium et cœlestium fiat unus grex et unus pastor [8], et « sit Deus omnia in omnibus [9]. » Et ut evidentius de his quæ dixerat confirmaret, addidit : « Scimus enim quoniam omnis creatura congemiscit, et condolet usque adhuc [10]. » Superius dixerat : « Existimo enim quoniam non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam [11]; » et cum ibi se existimare dixerit, in his scire se dicit quod omnis creatura congemiscat et condoleat (98), quo scilicet nihil in hoc sensu
C dubitationis habeatur. Creatura enim, licet non volens subjecta sit, tamen quoniam voluntati cedit ejus qui subjecit, etiam affectum (99) quemdam et charitatem circa eos exhibet, pro quibus videtur esse subjecta, et pro doloribus eorum dolet, et pro gemitibus gemit. Si vero, ut in aliis exemplaribus invenitur, ita legamus, « congemiscit et parturit, » secundum illum sensum accipiemus « parturit, » quo dicit Apostolus genuisse se per Evangelium eos quos per fidem Christi produxit ad lucem [12]; vel sicut de aliis alibi (1) dixit : « Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis [13]. » Parturit ergo et creatura eos quos (2) regenerat ad salutem. Quod si etiam hoc legentibus visum fuerit requirendum, cur in superioribus ter-
D tio nominaverit creaturam, et nusquam dixerit om-

[95] II Cor. v, 4. [96] Sap. ix, 15. [97] II Cor. v, 6, 8. [98] Philip. i, 23. [99] II Cor. xi, 2. [1] II Tim. iv, 6-8. [2] Hebr. i, 14. [3] Rom. viii, 20. [4] Rom. ix, 19. [5] Dan. x, 13. [6] Dan. x, 21. [6*] Rom. viii, 20. [7] Hebr. i, 14. [8] Joan. x, 16. [9] I Cor. xv, 28 [10] Rom. viii, 22. [11] ibid. 18. [12] I Cor. iv, 15. [13] Galat. iv, 19.

(90) Editi, « quo liberetur in filiis Dei, cum tempus libertatis, » etc.

(91) *Quia*. Desideratur in editis.

(92) Editi, « permanere in carne magis propter vos. »

(93) Editi, « Permanet autem in carne, » etc. Deinde mss. quidam, « ut autem revelati sunt; » et postea, « liberatur. »

(94) Editi, « arbores, fructus. »

(95) Alias, « tale quid gerere, et huic rationi esse subjectos; » male.

(96) *Officium* Deest in libris antea editis.

(97) Editi, « et nemo, inquit, fuit in adjutorium » (al., « fuit mihi adjutor) nisi, » etc.

(98) Editi, « et in his scire se dixit quod omnis creatura congemiscit et condolet usque adhuc. »

(99) Editi plerique, « qui subjecit eam, affectum, » etc.

(1) *Alibi*. Desideratur in editis, qui postea habent, « Filioli mei quos adhuc parturio, » sicut et ms. unus Regius.

(2) Sic ms. unus Regius num. 1639, Rabanus et editi. Mss. vero duo habent, « Parturit ergo et creat eos, quos, » etc.

nis creatura ; ad ultimum vero dicat : « Scimus A enim quoniam omnis creatura congemiscit, et condolet [14] (3) : » potest sic intelligi, quia non omnis quidem (4) creatura est quæ ingemiscit et dolet, hoc est quæ necessitati corporis corruptibilis subjacet : omnis autem creatura est quæ dolentibus condolet, et quæ gementibus congemiscit. Omnis autem creatura superior agones et certamina nostra spectat, et dolet cum vincimur, cum vero vincimus gaudet (5); et multo plus quam nobis, illis (6) inest gaudere cum gaudentibus et dolere cum dolentibus [15].

5. « Non solum autem, sed et nos ipsi primitias Spiritus habentes, etiam ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum (7) exspectantes, redemptionem corporis nostri. Spe enim salvi facti sumus. B Spes autem quæ videtur, non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Sed si quod non videmus speramus, per patientiam exspectamus [16]. » Consuetudinem apostolicæ elocutionis esse sæpe docuimus, cum dicit, « Non solum autem, » et nihil subjungit cui aptari debeat, superioribus dictis esse referendum, sicut et in præsenti capitulo intelligi datur. Tale namque est quod dicere videtur : Non solum omnis creatura congemiscit et condolet; sed et nos ipsi primitias Spiritus habentes, intra nos gemimus. Et nos enim exspectamus adoptionem filiorum Dei, et redemptionem corporis nostri. Quamvis hoc ipso jam quod Christo credimus, salutem nobis præstitam noverimus, tamen in spe adhuc C est salus ista, non in aspectu visibilium (8). Si enim jam videretur, non utique speraretur. Sperat enim quis ut videat. Si vero videat quæ sperabat, superfluum est ultra sperare quæ videt (9). Nos autem spem non habemus in his quæ videntur, ne inanis sit spes nostra, sed in his quæ non videntur. Et ideo quia quæ non videntur speramus, et tam magna sunt tamque gloriosa, ut multis laboribus, multisque tribulationibus et periculis capiantur, idcirco ea per patientiam exspectamus, tanquam vix aliquando ventura. Hæc diximus directum quemdam, et lucidiorem sermonibus ipsis apostolicis ordinem dantes. Nunc, si videtur, quid est quod novo hoc sermone indicet videamus, quo dixit : D « Sed et nos ipsi primitias Spiritus habentes. » Scimus enim scriptum esse in lege [17] (10) : « Primitias areæ, et primitias torcularis non fraudabis : » et [18] : « Primitias omnium frugum tuarum inferes in domum Domini Dei tui. » Quid ergo ? Sicut primitiæ areæ et primitiæ torcularis ejusdem frugis sunt, cujus est et reliqua area, vel ejusdem (11) liquoris cujus et torcular, itane videbitur **599** et quod dicit primitiæ Spiritus ex multis reliquis spiritibus sanctis et beatis unus aliquis esse præcipuus? An illud potius intelligemus, quod, secundum ea (12) quæ superius disseruimus, multi sint spiritus ministeriales ministrantes in ministerio propter eos qui hæreditatem capiunt salutis [19], sub quibus agens unusquisque credentium velut sub tutoribus et procuratoribus instituitur usque ad præfinitum tempus a Patre [20], hoc est, usquequo ad legitimam ætatem animæ perfectionis advenerit, ubi quis jam supergressus (13) spiritum servitutis quem acceperat in timore, a quo velut pædagogo servaretur, dignus efficiatur accipere adoptionis spiritum primitias Spiritus (14), per quem adoptatus in filium possit etiam primitivorum Ecclesiæ quæ in cœlis est sociari ? Et sicut multo differt filium esse quam servum, ita multo differt a ministerialibus spiritibus Spiritus sanctus, cujus primitias Paulus cum suis similibus habere se dicit. Unus hic modus sit quo sermonis hujus intelligentiam potuimus indagare. Videamus nunc et alium. Legimus apud ipsum apostolum Paulum dona vel gratias sancti Spiritus multos spiritus nominari, ut cum dicit : « Nunc autem quoniam æmulatores estis spirituum, ad ædificationem Ecclesiæ quærite ut abundetis [21]; » et item alibi : « Spiritus prophetarum prophetis subjecti sunt [22]; » subjectos dicens spiritus (15) prophetarum, non quasi meliori inferiores, sed pro eo quod habens quis prophetiæ spiritum non invitus loqui cogitur, ut illi qui habent spiritus immundos, sed cum vult et ratio postulat dicit : cum vero dicere opportunum non videbitur, silet, bene sciens quia tempus sit tacendi et tempus loquendi [23]. Et ideo non ad injuriam dicitur, quia prophetis subjecti sunt spiritus, sed ad dispensationem, sicut et illud dictum

[14] Rom. VIII, 22. [15] Rom. XII, 15. [16] Rom. VIII, 22-25. [17] Num. XVIII, 27. [18] Exod. XXXIV, 26. [19] Hebr. I, 14. [20] Galat. IV, 2. [21] I Cor. XIV, 12. [22] ibid. 32. [23] Eccle. III, 7.

(3) Editi, « congemiscit et parturit, et condolet, » male.

(4) *Quidem*. In editis omittitur.

(5) Editi, « Cum ergo vincimus gaudet. »

(6) In editis deest « illis. »

(7) Editi, « et ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei, » etc., et postea, « Si autem quod non videmus, » etc.

(8) *Non in aspectu visibilium*. Sic mss. omnes, Rabanus et editi, nisi quod plerique omittant « in. » Sed tamen legendum videtur, « non in aspectu visibili. »

(9) Editi, « non est ultra sperare quod videt. »

(10) Sic omnes mss. nostri et Rabanus. Editi vero, « Scriptum est enim, ut scimus, in lege. »

(11) Editi et ms. unus Regius num. 1639, « ejusdem liquoris est cujus torcular; itane videbitur, » etc., et deest, « frugis sunt, cujus est et reliqua area, vel ejusdem, » etc.

(12) Editi et mss. quidam, « intelligimus quod cum, secundum ea. » Deinde ms. unus, « ministeriales in ministerium missi. » etc., et paulo post editi, « instruitur, » pro « instituitur. »

(13) Sic editi et mss. fere omnes. Ms. tamen unus Regius num. 1639, « usquequo ad legitimam hæreditatem animæ perfectioris advenerit, ut gradatim supergressus, » etc.

(14) *Primitias Spiritus*. Hæc verba desunt in ms. Regio num. 1639.

(15) *Spiritus*. Desideratur in editis.

accipimus de Salvatore (16), quia « tunc et ipse Filius subjectus erit ei qui sibi subdidit omnia [24]. » Et hic enim « subjectus » non quasi inferior dicitur. Quomodo enim inferior dici potest qui Filius est et omnia est quæ Pater (17)? « Omnia enim, » inquit, « Pater, tua mea sunt [25]. » Sed in his quos Patri subdit credentes in se, quoniam in unoquoque eorum se esse dicit, et se in eis dicit [26] esurire, et sitire, et nudum esse, seque pasci in eis et indui profitetur, idcirco et in illis ipse dicitur esse subjectus (18). Sed hæc per excessum quemdam dicta sint. Nunc autem ad propositum quidem redeamus. Dona ergo diversa Spiritus a Paulo multi spiritus appellantur. Ilorum autem multorum donorum quidquid est summum et magnum sine dubio apostoli consecuti sunt, ut idonei essent, sicut et ipse Paulus dicit [27], ministri Novi Testamenti, et ut replere possent Evangelium (19) ab Jerusalem in circuitu usque ad Illyricum [28]. Hoc ergo quod in eos præ cæteris sublimius et præclarius collatum est sancti Spiritus donum, merito primitias sancti Spiritus appellavit. Et ideo dicit, « sed et nos ipsi. » In quo specialiter designare videtur apostolicam dignitatem. « Nos » ergo, inquit, « ipsi, » hoc est apostoli, « primitias Spiritus habentes, » qui electi sumus ad hoc ut primitias Spiritus acciperemus, etiam « ipsi intra nos gemimus. » In tantum, inquit, nulla creatura est quæ doloribus et gemitibus vacet, ut etiam nos ipsi qui summa a Spiritu sancto et electa dona percepimus, tamen exspectantes (20) adoptionem filiorum, id est, perfectionem eorum quos docere et instituere missi sumus, donec videamus eos in tantum proficere, ut adoptari mereantur in filios, necessario dolemus et gemimus. Donec ergo nos, inquam, qui instituimur ab eis (21), negligimus, et moramur, et emendationis nostræ tempus longius protelamus, donec non invisibilia quærimus, sed visibilibus delectamur, dolores apostolis commovemus, ac luctum, ut ita dicam, universæ creaturæ et gemitus suscitamus. Universa namque creatura ingemiscit et condolet duritiæ et dissimulationis nostræ damna suspirans. Alius hic nobis explanationis ordo de primitiis Spi-

A ritus, videris si probandus occurrit. Adhuc autem addemus (22) et tertium. Idem ipse Apostolus iterum dicit (23) de Domino Jesu Christo, quia sit « primogenitus omnis creaturæ [29]. » Ne forte ergo ut ille « primogenitus (24) » dicitur « omnis creaturæ, » tali quadam ratione etiam multorum spirituum primitiæ dicatur Spiritus sanctus. Sit et iste expositionis tertius (25) modus. Probet autem qui legit, quid horum magis sensui conveniat 600 apostolico. Si vero quod dixit, « Et nos ipsi primitias Spiritus habentes, » de omnibus dictum qui gratiam baptismi consecuti videntur accipias, sperandum est illud quod idem Apostolus dixit [30]: « Quod si primitiæ sanctæ, et massa: et si radix sancta, et rami. » Quod et si ita sit, tamen ipsius B massæ in qua videtur indicari multitudo fidelium, primitiæ necessario videbuntur (26) in apostolis collocatæ. Sic enim scriptum est [31], quia « in Ecclesia posuit Deus primo apostolos, secundo prophetas, tertio doctores. » Isti ergo qui primo loco constituti sunt, competenter primitias sancti Spiritus gratiæ spiritalis habere credentur. Nunc jam videamus quomodo adoptionem filiorum exspectare se dicat qui in superioribus dixit [32], quia « ipse Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quia sumus filii Dei; » et iterum quomodo redemptionem corporis sperat qui in aliis dicit: « Christus nos redemit [33]. » Sed (27), ut mihi videtur, ipse hoc eo sermone qui in sequentibus habetur, absolvit. C Ait enim: « Spe salvi facti sumus. » Quod ergo filii sumus, et redempti sumus, et quod salvati sumus, in spe consistit. « Nunc enim videmus per speculum, et in ænigmate; tunc autem facie ad faciem [34]: » per speculum ergo et in ænigmate accipimus (28) et adoptionem et redemptionem. « Advenit » enim « plenitudo temporum, » et « misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus [35]. » Recipimus ergo (29) adoptionem, sed istam quæ est per speculum et in ænigmate. Cum autem venerint quæ perfecta sunt, tunc adoptionem « facie ad faciem » consequemur. Quod autem dixit, « redemptionem corpo- D

[24] I Cor. xv, 28. [25] Joan. xvii, 10. [26] Matth. xxv, 36 seq. [27] II Cor. iii, 6. [28] Rom. xv, 19. [29] Coloss. i, 15. [30] Rom. xi, 16. [31] I Cor. xii, 28. [32] Rom. viii, 16. [33] Galat. iii, 13. [34] I Cor. xiii, 12. [35] Galat. iv, 4, 5.

(16) Editi, « accepimus a Salvatore. »

(17) Editi, « poterat qui Filius et omnia est quæ Pater. »

(18) *Subjectus.* Deest in editis et in plerisque mss., sed restituitur ex codice Regio num. 1639.

(19) Sic ms. unus Regius num. 1639 et Rabanus. Cæteri vero mss. et editi, « et ut repleri (al., « replere ») possint Evangelio (al., « ab Evangelio, ») etc.

(20) Editi, « tantum exspectantes. »

(21) Editi, « ab aliis. »

(22) Editi, « duritiei dissimulationis nostræ damna suspirans. Alius hic nobis explanationis ordo de primitiis spiritus videtur, si probandus occurrit. Adhuc addemus; » ms. unus, « Adhuc tamen addemus, » etc.

(23) Mss. plerique, « Item ipse Apostolus dicit, » etc., et omittunt « iterum, » sicut et editi.

(24) Editi, « Ne forte ergo ubi ille primogenitus. »

(25) Editi, « Spiritus sanctus. Sit ergo iste expositionis (Genebrardus, « propositionis ») tertius, » etc.

(26) Sic editi et ms. unus. Cæteri vero mss. et Rabanus, « videbantur. »

(27) *Sed.* Editi, « Sic. »

(28) Editi, « Nunc autem videmus per speculum, videmus in ænigmate: per speculum et in ænigmate accipimus, » etc. Ms. unus Regius num. 1639, « Nunc enim videmus per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Ergo et ænigmata accipimus, » etc. Alii vero mss., « Nunc autem videmus per speculum et in ænigmate: per speculum ergo, » etc., ut in textu.

(29) Editi plerique, « Recepimus ergo. »

ris nostri, » ego arbitror quod totius Ecclesiæ indicet corpus, sicut et alibi dicit : « Vos autem estis corpus Christi, et membra ex parte [34]. » Omne ergo corpus Ecclesiæ redimendum sperat Apostolus, nec putat posse quæ perfecta sunt dari singulis quibusque membris, nisi universum corpus in unum fuerit congregatum. Potest autem et sic intelligi, ut redemptionem corporis nostri dicat illam quæ in resurrectione futura est, cum non solum animæ, sed et corpora venient « ante tribunal Christi, ut reportet unusquisque propria corporis prout gessit[37], » et secundum illud quod dictum est : « Timete magis eum qui potest et corpus et animam perdere in gehennam [38]. » Et ideo dolendum unicuique est in hoc sæculo et gemendum, ne forte per malos actus et præsentis vitæ negligentiam non mereatur redemptionem corporis sui consequi ; sed inveniat eum ista sententia quæ corpus et animam gehennæ ignibus damnat (30). Post hæc dicit : « Spe enim salvi facti sumus. Spes autem quæ videtur, non est spes. » Sicut superius de creatura dixerat, quia « vanitati subjecta est propter eum qui subjecit in spe [39] : » ita et hic de semetipso vel quoscunque secum annumerari novit, dicit : « Spe enim salvi facti sumus : » sicut et gemitibus creaturæ suos quoque gemitus sociavit. Quomodo autem in spe sit salus (31) : spes vero non sit in his posita quæ videntur, sed quæ non videntur, jam superius edocuimus. Illud solum breviter addemus, quod et ex his sermonibus, et ex illis in quibus dicit, « Non respicientes illa quæ videntur, sed quæ non videntur [40], » edocet nos in futuris bonis nihil eorum quæ nunc videntur, vel videri possunt, sperare debere, etiamsi cœlum videas istud visibile, etiamsi terram. Audi de his, quia « cœlum et terra præteribunt [41], » visibilia enim sunt ; et quod vides, quid speras [42] ? Nihil ergo prorsus sperandum est in futuro de his quæ videntur. « Oculus » enim « non vidit quæ præparavit Deus his qui diligunt eum[43]. » Videt autem oculus cœlum et terram ; non ergo oportet hoc quod videtur, credi præparatum esse a Deo his qui diligunt eum ; sed cœlum quidem, imo potius cœlos multo eminentiores et excelsiores, quam est illud firmamentum quod videri oculis potest. Sed et terra speranda est, non tamen hæc quæ arida dicitur et oculis subjacet, sed illa erit mansuetorum terra quam oculus non vidit. Evidens est enim Apostoli sententia, quæ docet non visibilia et corporalia speranda in futuris, sed spiritalia et æterna : quia « quæ videntur temporalia sunt, » et cum tempore finiuntur, « quæ autem non videntur, æterna sunt, » quæ speranda Apostolus docet. Idcirco namque et ipsa corporis nostri reparatio ex corruptibili incorruptibilis, et ex mortali immortalis, et ex infirmitate in virtute restituitur, et ex animali corpore corpus efficitur spiritale, ut, cum spiritale factum fuerit, possit etiam invisibilibus perfrui bonis : quæ bona in præsenti sæculo non videntes, per spem speramus, et per patientiam exspectamus[44].

6. « Similiter et Spiritus adjuvat infirmitatem nostram. Nam quid oremus secundum quod oportet nescimus ; sed ipse Spiritus pro

601 nobis interpellat gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret Spiritus; quia secundum Deum interpellat pro sanctis [45]. » Cum in superioribus dixisset [46], quia omnis creatura his qui in agone hujus vitæ sunt positi congemisceret et condoleret, hoc est collaboraret, viresque conferret, tum etiam seipsum Paulus ac sui similes proferre gemitus pro laborantibus memorasset [47], ut per hæc solaretur in certamine positos, cum viderent omnes sanctos universamque creaturam affectu secum laborare, gemitusque (32) conjungere; addit nunc excelsius aliquid et sublimius. Ne, inquit, parvum (33) putetis quod omnis nobiscum congemiscit et condolet creatura : ne parvum videatur quod nos ipsi gemimus pro laboribus vestris. Etiam divinæ ipsi naturæ erga agones nostros (vobiscum enim me quoque conjungo) inest quidam miserationis affectus, et ipse « Spiritus adjuvat (34) infirmitatem nostram. » Denique quid nos orare, quid a Deo petere oporteat, ignoramus. Interdum enim quæ contraria saluti sunt cupimus, infirmitate cogente. Sicut enim quis in ægritudine corporis positus non ea quæ sanitati congruunt vel conducunt, sed ea quæ præsentis infirmitatis desiderium suggesserit, poscit a medico : ita et nos in hujus vitæ (35) infirmitate languentes interdum a Deo petimus quod non expedit nobis. Denique ego ipse Paulus qui hæc loquor ad vos, cum mihi propter sublimitatem revelationum ne extollerer datus fuisset a Domino « angelus Satanæ qui me » colaphizaret, « ter Dominum rogavi ut discederet a me [48], » nesciens quid orarem : et ideo quia nesciebam secundum quod oportet orare, non me audivit Dominus, sed dixit mihi (36) : « Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur [49]. » Sic ergo « quid oremus secundum quod oportet nescimus ; sed ipse Spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. » Magnum nescio quid Pau-

[36] I Cor. XII, 27. [37] II Cor. V, 10. [38] Matth. X, 28. [39] Rom. VIII, 20. [40] II Cor. IV, 18. [41] Matth. XXIV, 35. [42] Rom. VIII, 24. [43] I Cor. II, 9. [44] Rom. VIII, 25. [45] Ibid. XXVI, 27. [46] Rom. VIII, 22. [47] ibid 23. [48] II Cor. XII, 7, 8. [49] ibid. 9.

(30) Editi, « sed inveniatur cum ista sententia . . damnet. »

(31) Alias, « gemitus sociant. Quomodo autem in spe sit (al., « fit ») salvus, » etc.

(32) Editi, « secum labores gemitusque, » etc.

(33) Alias, « parum, » sicut et infra.

(34) Sic omnes mss. nostri et Rabanus. Editi vero, « miserationis affectus. Ipse enim, inquit, Spiritus adjuvat, » etc.

(35) Alias, « sanitati conducunt (al., « ad sanitatem conducunt; » al., « sanitatem adducunt ») sed ea quæ præsens desiderium suggesserit poscit a medico; ita et nos in hujus sæculi, » etc.

(36) Editi, « me audivit Dominus, et dixit mihi, » omisso, « non. »

lus in gemitibus sentit : ecce enim jam tertio gemitus ponit. Nam et « creatura, » inquit, « congemiscit, » et « nos ipsi gemimus, » et « ipse Spiritus gemitibus interpellat Deum pro sanctis. » Addidit sane in his gemitibus quos per Spiritum Deo dicit offerri, quod sint inenarrabiles. Hoc autem neque de totius creaturæ, neque de suis gemitibus dixit. Et vide si possumus in istis gemitibus multum fiduciæ et libertatis in conspectu Dei intelligere, quod oratio quæ cum dolore et gemitu offertur Deo, accipiat fiduciam a Spiritu sancto ascendendi ad Deum. Denique Adam cum peccasset, perdidit fiduciam, et abscondit se a facie Dei [50]. Sanctus autem David dicit, quia « gemitus meus a te non est absconditus [51]. » Sed videamus quid est quod dicit : « Ipse Spiritus interpellat pro nobis [52]. » Hoc enim et Joannes Jesum facere designat, cum dicit : « Filioli, hæc scribo vobis, ut non peccetis : si autem et peccaverit aliquis nostrum, advocatum habemus apud Patrem justum Jesum, qui et interpellat pro nobis [53]. » Et hic, Spiritus interpellat pro nobis [54]. Hoc autem facit Spiritus juvans infirmitatem nostram. Quæ autem sit infirmitas nostra, ipse Dominus docet cum dicit : « Spiritus promptus, caro autem infirma [55]. » Igitur infirmitas nostra ex carnis infirmitate descendit. Ipsa est enim quæ concupiscit adversus spiritum [56]; et dum concupiscentias suas ingerit, puritatem spiritus impedit, et sinceritatem orationis offuscat. Sed ubi viderit Spiritus Dei laborare spiritum nostrum (37) in adversando carni, et adhærendo sibi, porrigit manum, et adjuvat infirmitatem ejus : et velut si magister suscipiens rudem discipulum (38), et ignorantem penitus litteras, ut eum docere possit et instituere, necesse habet inclinare se ad discipuli rudimenta, et ipse prius dicere nomen litteræ, ut respondendo discipulus discat (39), et fit quodammodo magister ipse incipienti discipulo similis, ea loquens et ea meditans quæ incipiens loqui debeat ac meditari : ita et Spiritus sanctus (40) ubi oppugnationibus carnis perturbari nostrum spiritum viderit, et nescientem quid orare debeat secundum quod oportet, ipse velut magister orationem præmittit, quam no-

A ster spiritus, si tamen discipulus esse sancti Spiritus desiderat, prosequatur : ipse offert gemitus, quibus noster spiritus doceatur (41) ingemiscere, ut repropitiet sibi Deum. Si vero Spiritus quidem doceat, et noster spiritus, id est mens nostra non sequatur, suo vitio infructuosa ei fit magistri doctrina. Et istud Paulus mysterium (42) intra hominem geri sciens, dicebat [57] : « Nam si linguis loquar, spiritus meus orat, sed mens mea sine fructu **602** est : » spiritum suum dicens gratiam sancti Spiritus quæ a Deo hominibus datur. Unde et cohortans nos ut non habeamus infructuosum hoc sancti Spiritus beneficium, addit et dicit : « Quid ergo est? Orabo spiritu, orabo et mente : psalmum dicam spiritu, psalmum dicam et mente [58]. » Igitur quam-
B vis hæc inenarrabilia esse Paulus ipse signarit, et inenarrabilibus gemitibus geri (43), tamen prout possibile nobis fuit, imaginem quamdam rerum quæ divinitus geruntur, quasque ipse obtectius (44) profert, edidimus. Qui autem spiritalis est examinet omnia [59], et si quid his altius investigare potuerit, habeat apud se : « Fidelis » enim « spiritu celat negotia [60]. » Admonendi tamen sunt qui prosperitatem sibi præsentis vitæ, et sanitatem, vel divitias, vel honores postulant a Deo, quia quid orent secundum quod expedit nesciunt [61]. Sæpe enim fit ut ad damnum animæ vel opprobrium ejus sempiternum cedant (45) præsentia hæc lucra et dignitas sæcularis. Et ideo illud magis tenendum est, quod nos in ora-
D tione dicere (46) docuit Dominus : « Fiat voluntas tua [62]. »

« Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret Spiritus, quia secundum (47) Deum interpellat pro sanctis [63]. » Ostendit quidem a Deo non tam verba nostra in oratione, quam cor mentemque perpendi : ipse enim est qui scrutatur corda et renes [64]. Quod autem secundo dicit, quia « Spiritus interpellat, » hoc est quod edocet : non minimam dispensationem etiam (48) per Spiritum sanctum in hominibus geri. Quamvis enim unigenitus Filius Dei pro salute humani generis incarnatus et passus sit, et morte sua destruxerit mortem, et resurrectione
D reddiderit vitam, nihilo segnius (49) tamen absque

[50] Gen III, 8. [51] Psal. XXXVII, 10. [52] Rom. VIII, 26. [53] I Joan. II, 1. [54] Rom. VIII, 26. [55] Matth. XXVI, 41. [56] Galat. V, 17. [57] I Cor. XIV, 14. [58] I Cor. XIV, 15. [59] I Cor. II, 15. [60] Prov. XI, 13. [61] Rom. VIII, 26. [62] Matth. VI, 10. [63] Rom. VIII, 27. [64] Psal. VII, 10.

(37) *Nostrum*. Deest in editis, et in pluribus mss.

(38) Editi, « suscipiens ad rudimenta discipulum. » Mss. quidam, « suscipientem rudimenta discipulum. » Rectius vero ms. unus Regius num. 1639 et Rabanus, « suscipiens rudem discipulum. »

(39) Ms. unus, « dicat. » Deinde editi plerique, « et sit, » male.

(40) Mss. plerique et Rabanus legunt, « ita ergo et sanctus Spiritus, » etc. Sed redundare videtur vox « ergo, » quæ propterea omittitur in ms. Regio num. 1639 et in editis.

(41) Editi, « discat ; » sed omnes mss. nostri et Rabanus, « doceatur. »

(42) Alias, « et istud Paulus in mysterium, » etc. Deinde vero editi habent : « Nam si linguis loquar, spiritus autem meus non oret, mens mea sine fructu est.... quæ a Deo omnibus datur. » Sed omnes mss. et Rabanus ut in nostro textu, nisi quod unus habet, « Nam si linguis hominum loquar. »

(43) Sic recte ms. unus Regius num. 1639. Cæteri vero mss. et editi, « et inenarrabilibus gemitibus gemere. »

(44) Editi, « objectus, » male.

(45) Editi perperam, « concedantur. »

(46) *Dicere*. Desideratur in editis.

(47) Editi omittunt « secundum. » Deinde, « Ostendit quidem Deum non tam... perpendere. » Mss. quidam, « Ostendit quidem ex eo non tam... perpendi. » Sed ms. unus Regius et Rabanus melius ut in textu.

(48) *Etiam*. In editis omittitur.

(49) Sic Rabanus et ms. unus Regius num. 1639. Cæteri vero mss. et editi, « insignius tamen. »

incarnatione magnifica geruntur etiam per Spiritum sanctum. Tantum est quod ille pro impiis (50) mortuus est (sic enim et ipse Paulus ostendit cum dicit : « Adhuc enim Christus, cum infirmi essemus, secundum tempus pro impiis mortuus est [65]), » sanctus autem Spiritus non pro impiis jam interpellat, sed « pro sanctis : » et interpellat non secundum carnem, sed « secundum Deum : » Christus autem non secundum Deum mortuus dicitur, sed secundum carnem. Ideo non verbis offerre dicitur Spiritus interpellationem pro sanctis, sed « gemitibus : » et non communibus istis gemitibus, sed « inenarrabilibus. » Quomodo enim enarrari potest quod Spiritus Dei loquitur Deo, cum interdum nec ipse quidem noster spiritus quod sentit et intelligit sermone possit exponere ?

7. « Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti. Nam quos præscivit, et prædestinavit conformes fieri (51) imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus [66]. » Si Spiritus, inquit, interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, et universa creatura congemiscit, et condolet usque nunc, quæ liberabitur tunc demum a servitute corruptionis, cum libertas gloriæ filiorum Dei advenerit, quomodo non competenter pronuntiabitur quia (52) « scimus quod diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum ? » In tantum enim omnia cooperantur in bonum (53), et collaborant his qui diligunt Deum, ut et ipse Spiritus adjuvet, nec dedignetur divina natura dux esse itineris ad bonum. Verumtamen (54) si sunt aliqui habentes spiritum servitutis in timore, alii vero sunt superiores his, qui spiritum adoptionis accipiunt, ex eo quod non jam timore Deum, sed amore venerantur, et quod « perfecta » in eis « charitas foras mittit timorem [67] : » videndum est ne forte non omnia cooperentur in bonum his qui adhuc in spiritu permanent servitutis; sed aliqua quidem cooperentur etiam ipsis, non tamen omnia ; et nescio si ad ipsum bonum, seu potius, ut ita dixerim, ad januas boni perducant. His vero qui diligunt Deum, et toto ei inhærent charitatis affectu, omnia (55), ut diximus, collaborant et juvant, atque aliquid sui studii conferunt, quatenus eos in ipso bono, quod nunquam potest permutationem recipere, constituant. Quod si alii sunt qui diligunt Deum, et alii qui spiritum servitutis accipiunt, videndum est ne forte et hoc quod dicit, « His qui secundum propositum vocati sunt, » et, « Quos præscivit, et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, » non conveniat illis qui in spiritu servitutis sunt. Possunt enim et illi vocati quidem dici, non tamen « secundum propositum » vocati : et pro eo quod adhuc in spiritu servitutis sunt, non possunt statui inter multos fratres quorum primogenitus est filius charitatis, et « imago invisibilis Dei, » ac « primogenitus omnis creaturæ [68]. » Sed et hoc quod dixit : « Conformes **603** imaginis Filii sui, » volo requirere cujus formæ conformes fieri dicantur (56). Legimus enim Filium Dei aliquando in forma Dei, aliquando in forma servi esse positum [69]. Cui ergo formæ harum duarum conformes dicat futuros Apostolus eos qui diligunt Deum, et quibus omnia cooperantur in bonum, non otiosi mihi videtur esse discriminis. Arbitror ergo secundum ea quæ in aliis idem Paulus designat, ubi dicit : « Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis [70], » formari in his qui ad perfectionem tendunt Christum dicat (57), secundum hoc quod Verbum est, ut in eis Verbi Dei sinceritas ad purum informetur; et secundum hoc quod veritas est, ut veritas in eis absque ullius fuci admistione consistat ; et secundum hoc quod sapientia est, ut sapientia Dei in eis illa quam inter perfectos loquitur Paulus [71], pura et absque ullo erroris diverticulo conservetur. Sic et secundum omnia quæ Christus est, vel justitia, vel sanctificatio, vel cæteræ quæque virtutes (58), si in eis formentur ad liquidum, isti videbuntur ad illam formam, qua in forma Dei est, conformes imaginis esse effecti. Si vero adhuc in initiis quis conversetur (« initium » autem « sapientiæ timor Dei (59) » est), et in timore [72] adhuc positus prima cultus Dei elementa suscipiat, secundum formam servi, quam suscepit ad hoc ut rudes et ignaros (60) timorem Dei doceret, conformes fieri intelligendi sunt hi qui prima initia in Dei timore suscipiunt. Quia, inquit, « quos præscivit, et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui. » Non omittamus nec de eo quod dixit : « Præscivit et prædestinavit (61). » Puto enim

[65] Rom. v, 6. [66] Rom. viii, 28, 29. [67] I Joan. iv, 18. [68] Coloss. i, 13, 15. [69] Philip. ii, 6, 7. [70] Galat. iv, 19. [71] I Cor. ii, 6. [72] Prov. ix, 10.

(50) Ita recte ms. unus Regius num. 1639. Cæteri vero mss., « Tamen quia ille pro impiis, » etc. Rabanus, « quia et ille pro impiis, » etc., omisso « tamen. » Editi, « Tamen quia (al., « quod ») et ille pro impiis, » etc.

(51) Hic et infra in ms. Regio num. 1639 omittitur « fieri. »

(52) *Quia*. Deest in editis. Alias, « quoniam. »

(53) *In bonum*. Hæc verba desunt in editis et in quibusdam mss., necnon apud Rabanum.

(54) Ms. unus Regius habet « verum » pro « verumtamen. »

(55) *Omnia*. Deest in editis.

(56) Editi, « dicuntur, » et postea, « in forma servi esse propositum. »

(57) Editi, « quod formari in his qui ad perfectionem tendunt Christus dicatur. » Sed omnes mss. et Rabanus ut in textu.

(58) Editi, « vel certe quæque virtutes. » Deinde ms. unus, « quæ in forma, » etc.

(59) Sic omnes mss. nostri et Rabanus. Editi vero, « timor dicitur. » Al., « timor Domini, et in timore, » etc.

(60) Editi, « ut rudibus et ignaris. » Sed omnes mss. et Rabanus ut in textu. Deinde ms. unus, « intelligi possunt, » etc.

(61) Sic ms. unus Regius num. 1639. Cæteri vero mss. et editi omittunt : « Non omittamus de eo quod dixit, Præscivit et prædestinavit, » et vocem « enim » post « Puto. »

quod sicut non de omnibus dixit qui prædestinati sunt, ita nec de omnibus quos præsciit. Non enim secundum communem vulgi opinionem putandum est bona malaque præscire Deum, sed secundum Scripturæ sanctæ consuetudinem sentiendum est (62). Observet enim qui studiosus est in Scripturis, sicubi invenit Scripturam dicere, quia malos præscierit Deus, sicut in præsenti loco de bonis manifeste dicit, quia « quos præscivit, et prædestinavit conformes fieri (63) imaginis Filii sui. » Si enim quos præscivit, hos et prædestinavit conformes esse imaginis Filii sui, nullus autem malus conformis potest imaginis esse Filii Dei, manifestum est quia de bonis tantum dicit : « Præsciit quos et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui ; » cæteros vero non modo præscire, sed nescire quidem dicitur Deus. « Novit » enim « Deus eos qui sunt ejus [73] ; » ad eos autem qui non sunt digni ut sciantur a Deo, Salvator dicit : « Discedite a me, quia nunquam cognovi vos (64), operarii iniquitatis [74]. » Sic ergo etiam in hoc præsenti loco « quos præscivit » Deus, ipsos « et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui. » Cæteri autem præsciri non dicuntur : non quod aliquid latere possit illam naturam quæ ubique est, et nusquam deest; sed quia omne quod malum est, scientia ejus vel præscientia habetur indignum. « Quos » ergo « præsciit, et prædestinavit. » Sed et hoc intuere, si præscire et prædestinare dici potest Deus de his qui nondum sunt; an de his (65) qui sunt quidem, nondum tamen conformes sunt imaginis Filii sui : et si præscientiam in hoc esse magis convenit, quam in eo quod futurum sit id quod nondum est. In hoc enim voluntas magis est quam præscientia conditoris. Nam præscientia in quo videbitur, cum id quod futurum est, pendeat in factoris arbitrio? Videbitur fortassis ab attentis lectoribus etiam hoc requiri, cur non dixerit, conformes Filii sui; sed, « conformes imaginis Filii sui. » Dicet enim qui hæc excitat, quia sicut ipse Filius qui « imago Dei invisibilis » dicitur [75], quantum ad personam spectat (66), alius est ab illo cujus imago est : ita et hic quæ dicitur imago Filii ejus, alia debet esse ab illo (67) cujus imago est. Et quamvis ardua hæc videantur et difficilia, tamen vide si possumus illud dicere, quia, quamvis omnis qui se ad eam formam quam supra posuimus excoluerit, imago sit Dei, hoc est imago Filii Dei, tamen specialis ac propria imago ejus quæ eum totum atque ex integro suscepit, et in semetipsa formavit, ipsa Jesu anima dicenda est, quæ se per omnia Verbo ac Sapientiæ Dei ita coaptavit, ut in nullo prorsus ab ejus similitudine decolor haberetur, ita ut quicunque summam perfectionis ac beatitudinis consectatur, ad illius se imaginem ac **604** similitudinem (68) tendat, quæ primo loco et super omnes cæteros Filii Dei imago est : ita « ut sit ipse primogenitus in multis fratribus, » in his videlicet quorum in conformatione imaginis Filii Dei primatum tenet.

8. « Quos autem prædestinavit, illos et vocavit : et quos vocavit, illos et justificavit; quos autem justificavit, illos et glorificavit [76] (69). » Supra dixit [77] : « Quos præscivit, hos et prædestinavit, » et nunc addit : « Quos autem prædestinavit, illos et vocavit : et quos vocavit, illos et justificavit. » Et si « præscivit » et « prædestinavit » communi opinione sentiamus, videbitur utique qui justificatus est, propterea justificatus esse quia vocatus est; et qui vocatus est, propterea justificatus esse (70) quia prædestinatus est; et qui prædestinatus est, propterea prædestinatus esse quia præcognitus est. Et rursum econtrario intelliges (71) : si quis autem justificatus non est, ideo non est justificatus quia non est vocatus; et qui vocatus non est, ideo vocatus non est quia non est prædestinatus; et qui prædestinatus non est, ideo non est prædestinatus quia non est præcognitus. Et vide (72) in quam absurdam sententiam decidant hi qui præscientiam Dei in hoc tantum accipiunt, quasi qui ea quæ postmodum futura sunt, ante prænoscat. Invenitur enim secundum hoc quod supra exposuimus (73), non præscisse Deus quos non prædestinavit. Et rursum si ad communem referatur intelligentiam hoc quod dicit, quia « quos vocavit, illos et justificavit [78], » ingentem fenestram patefaciemus his qui negant esse in hominis potestate ut salvus fiat. Aiunt enim : Si Deus quos præscivit, illos et prædestinavit; et quos prædestinavit, illos et vocavit; et quos vocavit, illos et justificavit; nihil culpæ habent hi qui non justificantur, quia nec vocati sunt, nec prædestinati, nec præcogniti. Tum etiam illud aperte nobis adversa-

[73] II Tim. II, 19. [74] Matth. VII, 23. [75] Coloss. I, 15. [76] Rom. VIII, 30. [77] ibid. 29. [78] ibid. 30.

(62) Editi, « sciendum est. »

(63) *Fieri*. Deest in mss. codicibus nostris, et apud Rabanum, sed exstat in editis.

(64) Sic mss. et Rabanus. Editi vero, « Discedite a me vos, operarii iniquitatis, quia non cognovi vos. Sic ergo et in hoc, » etc.

(65) Editi, alii : « Unde his, » alius, « vel his. » Et postea, « imaginis Filii ejus, et præscientiam in hoc esse, » etc.

(66) Sic recte ms. unus Regius num. 1639. Cæteri vero mss., « quantum ad personam specialius (editi, « specialis) est ab illo, » etc.

(67) *Ab illo*. Hæc duo verba desunt in libris antea editis.

(68) Mss. nostri et Salodianus, « ad illius se imaginem ac similitudinem tendat. » Sed tamen vox « se » redundare videtur, et eam omittunt cæteri editi.

(69) Editi, « magnificavit. »

(70) *Quia vocatus est; et qui vocatus est, propterea justificatus esse*. Hæc desiderantur in antea editis.

(71) Alias, « intelligis. » Et postea editi, « et quia non est vocatus, ideo non est prædestinatus; et quia prædestinatus non est, ideo non est præcognitus. » Sic etiam mss. nostri nisi quod habeant « qui » pro « quia. » Sed Rabanus ut in nostro textu, et recte quidem.

(72) *Et vide*. Editi, « Vide, » et mox, « quasi qui et quæ, » etc.

(73) Editi, « secundum hæc postea quæ supra exposuimus. » Ms. unus, « secundum hæc per ea quæ supra exposuimus. » Sic etiam Rabanus, nisi quod omittat « secundum. » Sed cæteri mss. ut in nostro textu.

tur, quod non omnes qui vocantur, etiam justificantur. Nam et Judas apostolus vocatus est, sed non est justificatus. Quod et si justificatum eum contendat aliquis eo ipso quo vocatus est; non est certe glorificatus. Sed et illi de quibus dicit Apostolus, quia « naufragaverunt a fide [79], » vocati quidem fuerunt, sed non sunt justificati. Et secundum Evangelii parabolas [80], illi ad quos missi fuerant servi, et excusaverunt se, vocati fuerunt; sed non sunt justificati : et ille qui ingressus convivium regis non habuit vestem nuptialem [81], vocatus est; sed non est justificatus. Cum ergo hæc singula ita se habeant, quomodo videbitur verus esse sermo Apostoli, quem vel de prænoscendo, vel de prædestinando, vel de vocando, vel etiam de justificando memoravit? Sed ego secundum ea quæ supra exposuimus, quomodo noscat vel prænoscat Deus, ad consuetudinem Scripturæ redeundum puto, quæ vernacula quadam appellatione in hoc sermone, id est in cognoscendo uti solet : velut cum dicit : « Et cognovit Adam Evam uxorem suam (74), » pro eo ut dicat [82], admistus est uxori suæ. Et iterum de Rebecca dicit : « Virgo erat, vir non cognoverat eam [83]. » Sed et de filiis Levi dicitur, cum prævaricatores punirent, quia non cognoverit unusquisque patrem suum aut matrem suam [84]. In quo sine dubio hoc ostenditur, quia non junxit affectum suum et amorem cum patre vel matre. Sed et multa secundum hunc sensum in Scripturis de cognoscendo invenies dicta : et ideo etiam in præsenti loco constat Apostolum secundum Scripturæ sacræ consuetudinem cognoscendi posuisse sermonem, ut illos ostenderet præcognitos a Deo, in quibus, sciens quales essent, amorem suum Deus affectumque posuisset, secundum quod etiam illud scriptum est : « Cognovit Dominus eos qui sunt ejus [85]; » cum utique, quantum ad istam communem scientiam pertinet, Deus non solum eos qui sui sunt, sed et eos qui errant a se non ignoret. Sed cognovisse suos dicitur (75), hoc est in dilectione habuisse, sibique sociasse. Ita ergo « quos præscivit » Deus, « illos et prædestinavit : et quos prædestinavit, illos et vocavit; et quos vocavit, illos et justificavit. » Superest nobis adhuc illius quæstionis absolutio, quomodo « quos vocavit, illos et justificavit, » cum secundum ea quæ supra diximus, constet multos esse vocatos, paucos autem electos [86]. Sed videtur mihi esse quædam vocationis differentia, secundum illud quod in superiori capitulo exposuimus, quia omnes quidem vocati sunt, non tamen omnes « secundum propositum » vocati sunt [87]. Nam hi qui secundum propositum bonum, et bonam voluntatem quam circa Dei cultum gerunt, vocantur, ipsi sunt qui « secundum propositum » vocati dicuntur, et isti sunt qui vocati justificantur. Bono enim eorum proposito deerat sola vocatio. Hi vero qui **605** non habent bonum fixumque propositum vel erga divinum cultum, vel erga opus bonum, vocantur quidem et ipsi, ne eis excusatio relinquatur, et hæc ipsa possint causari cum judicantur : Quia et nos si vocati fuissemus, potuissemus utique justificari; et non solum justificari, sed et glorificari. Ideo ergo vocantur quidem et ipsi; sed quasi si in terra petrosa seminetur semen, cito quidem exoritur; increscente autem tribulationum sole, quia non habent altam radicem boni propositi, continuo arescunt et pereunt [88]. Et ipsi sunt de quibus dicit Apostolus, quia « naufragaverunt a fide [89]. » Quos ergo vocavit, id est, quos secundum propositum vocavit boni, illos et justificavit. Quod etsi « secundum propositum [90] » ad Deum referatur, hoc est, ut secundum Dei propositum, qui sciens in eis religiosam mentem, et salutis inesse desiderium, vocati dicantur, non videbitur his quæ exposuimus etiam hoc esse contrarium. Hoc ergo pacto neque in præscientia Dei vel salutis vel perditionis nostræ causa consistit; neque justificatio ex sola vocatione pendebit; neque glorificari de nostra penitus potestate sublatum est. Nam et si communi intellectu de præscientia sentiamus, non propterea erit aliquid, quia id scit Deus futurum : sed quia futurum est, scitur a Deo antequam fiat. Nam et si, verbi gratia, fingeremus (76) Deum non prænoscere aliquid, futurum sine dubio erat quod est, ita ut est : ut puta, Judas proditor factus est, et hoc ita futurum prophetæ prædixerunt. Non ergo quia prophetæ prædixerunt, idcirco prodidit Judas; sed quia futurus esset proditor, ea quæ ille ex propositi sui nequitia gesturus erat prædixerunt prophetæ : cum utique Judas in potestate habuisset ut esset similis Petro et Joanni, si voluisset : sed elegit pecuniæ cupiditatem magis quam apostolici consortii gloriam : et hanc ejus voluntatem futuram prævidentes prophetæ, librorum tradidere monumentis. Ut autem scias quia non in præscientia Dei unicuique salutis causa ponitur (77), sed in proposito et actibus suis, vide Paulum verentem ne forte cum aliis prædicaverit, ipse reprobus efficiatur, macerare corpus suum, et subjicere servituti [91]. Adhuc adversum eos qui nobis hujusmodi quæstiones objiciunt (78),

[79] I Tim. I, 19. [80] Luc. XIV, 17. [81] Matth. XXII, 11. [82] Gen. IV, 1. [83] Gen. XXIV, 16. [84] Deut. XXXIII, 9. [85] II Tim. II, 19. [86] Matth. XX, 16. [87] Rom. VIII, 28. [88] Matth. XIII, 5, 6. [89] I Tim. I, 19. [90] Rom. VIII, 28. [91] I Cor. IX, 27.

(74) Sic ms. unus Regius num. 1639. Cæteri vero mss. et editi omittunt « Evam. » Rabanus, « Cognovit autem Adam uxorem suam, pro eo quod ut dicat, » etc.

(75) Editi et ms. unus, « Sed cognovisse eos dicitur. »

(76) Alias, « fingimus. » Deinde editi, « aliquid, futurum sine dubio erat, quod ita, ut puto (al., ut puta) Judas, » etc.

(77) Editi, « Ut autem scias non in præscientia Dei unicuique salutis causam poni. » Sed omnes mss. et Rabanus ut in nostro textu.

(78) Alias, « et subjicere servituti. Hoc adversus

etiam hæc possumus dicere : Si quos præscivit, illos et prædestinavit ; non autem omnes prædestinavit ; ergo non omnes præscivit : et secundum eos erunt aliqua quæ ignoret Deus. Si vero prænoscere secundum hoc accipiatur quod supra diximus, hoc est, in affectum recipere sibique sociare, verum erit quia sicut non omnes prædestinavit, ita neque omnes præcognovit. Sic enim et Jesus (79) dicitur non cognovisse peccatum [92]. Nunquidnam dicemus quia nescierit Jesus quid esset peccatum, hoc est, quia nescierit homicidium peccatum esse, vel adulterium, vel furtum, et his similia ? An hoc est quod dicitur nescire peccatum, quia peccato se non miscuit, neque adhæsit ei peccatum? Sic et alibi (80) scriptum est [93] : « Qui servat mandatum, non cognoscet malum verbum, » hoc est non recipiet verbum malum, non credet, non libenter audiet, neque admittet ingredi mentem suam. « Quos » ergo secundum hunc modum « præscivit » Deus, « illos et prædestinavit ; et quos prædestinavit, illos et vocavit, » ea vocationis distinctione qua diximus : « et quos vocavit, illos et justificavit : et quos justificavit, illos et glorificavit. » De glorificatione possumus et in præsenti sæculo secundum (81) illud intelligere quod dicit Apostolus [94] : « Nos autem omnes revelata facie gloriam Domini speculantes, eadem imagine transformamur a gloria in gloriam, tanquam a Domini Spiritu. » Est ergo et hæc gloria quam justificati quique in præsenti vita percipiunt : est et illa quæ speratur in futuro, cum corpus hoc humilitatis nostræ quod « seminatur in contumelia, surget in gloria [95] : » et cum « sicut alia est gloria solis, et alia gloria lunæ, et alia gloria stellarum, et sicut stella a stella differt in gloria, ita erit et resurrectio mortuorum [96] (82). »

9. « Quid ergo dicemus ad hæc ? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donabit [97] ? » Deus quomodo pro nobis sit, manifestum est ex his quæ supra exposuit, id est quod Spiritus

A Dei habitat in nobis [98], et quod Spiritus Christi, vel Christus in nobis est [99], vel quod Spiritus ejus qui suscitavit Christum a mortuis **606** habitat in nobis [1] (83), vel quod Spiritu Dei agimur, vel quod spiritum adoptionis accepimus [2]; vel quod sumus filii Dei et hæredes et cohæredes Christi [3]; vel quod primitias Spiritus accipimus [4]; vel quod ipse Spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus [5]; vel quod universa creatura nobis congemiscit et condolet [6]; vel quod omnia nobis cooperantur in bonum diligentibus Deum [7]; vel quod secundum propositum vocati sumus, et præcogniti, et prædestinati, et justificati, et glorificati [8]. Horum etenim omnium veluti epilogum faciens (84), et simul omnia repetens ait : « Quid ergo dicemus ad
B hæc [9]? » hoc est, ad hæc omnia quæ supra diximus : quia si sic Deus pro nobis est, ut hæc nobis cuncta concesserit, quis esse adversum nos poterit ? Non quo omnino neminem nobis esse dicat adversarium : alioquin quomodo stabit illud (85) quod dictum est a Petro : « Adversarius vester diabolus sicut leo rugiens circuit quærens quem transvoret [10] ? » Sed hoc est quod ostendit, quia Deo agente pro nobis, contemptibilis et nullus efficitur (86) adversarius noster. Similiter autem et David dicit [11] : « Dominus illuminatio mea, et Salvator meus, quem timebo ? Dominus protector vitæ meæ, a quo trepidabo? » Non ergo nullum dicit esse quem metuat, et qui adversetur ei, sed quamvis, inquit, « appropient super me ut edant carnes meas qui tribulant me inimici
C mei [12], » tamen Domino defendente vitam meam, « infirmati (87) sunt, et ceciderunt. » Dat præterea indicium maximum ingentis erga nos amoris Dei, qui in tantum, inquit [13], nos dilexit, ut nec « proprio Filio suo » pepercerit, « sed pro nobis omnibus » ad passionem tradiderit « eum (88). » Et ut majore nos admiratione constringeret, addidit sermonem ingentis arcani conscium dicens, quia « proprio Filio suo non pepercit. » Dixerat enim superius [14], quia etiam nos qui spiritum adoptionis accipimus, filii Dei sumus. Ne ergo communi ista

[92] II Cor. v, 21. [93] Eccle. viii, 5. [94] II Cor. iii, 18. [95] I Cor. xv, 43. [96] ibid. 41. [97] Rom. viii, 31, 32. [98] ibid. 9. [99] ibid. 10. [1] ibid. 11. [2] ibid. 14, 15. [3] ibid. 17. [4] ibid. 23. [5] ibid. 26. [6] ibid. 22. [7] ibid. 28. [8] ibid. 29, 30. [9] ibid. 31. [10] I Petr. v, 8. [11] Psal. xxvi, 1. [12] ibid. 2. [13] Rom. viii, 32. [14] ibid. 15, 16.

eos, qui nobis hujusmodi quæstiones suscitant, » al., « movent, » etc.

(79) Sic recte ms. unus Regius num. 1639. Cæteri vero mss., Rabanus et editi hic et infra habent « is, » al., « his, » pro « Jesus. »

(80) Editi, « Sicut et alibi. »

(81) *Secundum.* Deest in libris antea editis.

(82) Sic recte ms. unus Regius num. 1639 et Rabanus. Editi vero et mss. alii, « cum corpus hoc humilitatis nostræ seminatur in contumelia, et » (al., deest « et ») « surget in gloria ; et est alia gloria » (al., « et cum alia gloria ; » al., « et sicut alia gloria).... et stella a stella differt in claritate » (al., « a claritate) sic erit in resurrectione mortuorum. »

(83) *Et quod Spiritus Christi, vel Christus in nobis est, vel quod Spiritus ejus qui suscitavit Christum a mortuis, habitat in nobis.* Hæc nusquam comparent in libris antea editis.

D (84) *Epilogum faciens.* Omnes mss. nostri et Rabanus, « anacephaleosin faciens. » Quod Græce idem est ac Latine « epilogum, » seu « rerum collectionem. »

(85) Editi, « Quomodo enim stabit illud, » etc., omissa voce, « alioquin, » quam præferunt omnes mss. et Rabanus.

(86) Editi plerique, « Sed hoc ostendit, quia..... et nihil » (al., « et nihili) efficitur, » etc.

(87) Sic plerique mss., Rabanus et editi. Ms. tamen unus Regius num. 1639, « sed cum, inquit, appropiant super me nocentes ut edant carnes meas, qui.... ipsi, meam Domino defendente vitam, infirmati, » etc.

(88) Editi, « tradidit eum. » Deinde ms. unus Regius num. 1639, « Et ut ad majorem nos admirationem constringeret, addit, » etc. Sed cæteri mss., Rabanus et editi ut in nostro textu.

appellatione filiorum unum aliquem ex his tradidisse putaretur qui in filios videbantur adsciti, addidit « proprio Filio, » ut eum qui solus ex ipso Deo ineffabili nativitate generatur, ostenderet. « Pro nobis ergo omnibus tradidit eum, » non illa traditione qua scriptum est [15] : « Tradet autem frater fratrem in mortem, et parentes filios, » sed tradidisse eum dicitur hoc ipso, quod cum in forma Dei esset, passus est eum exinanire seipsum, et formam servi suscipere, et usque ad mortem crucis pervenire [16] : ut in ipso omnibus exemplum obedientiæ poneret, et viam resurrectionis mortuis aperiret (89). « Pro omnibus ergo tradidit eum. » Non solum pro sanctis, non solum pro magnis, sed et pro minimis, et pro omnibus (90) omnino qui sunt in Ecclesia tradidit Filium proprium Pater : et ideo etiam si minimorum aliquem et infirmorum lædat quis, percutiens ejus infirmam conscientiam, in Christum peccare dicitur, quoniam quidem scandalizat animam pro qua Christus mortuus est. Quia ergo pro omnibus nobis tradidit Filium Pater, nullus omnino, ne minimus quidem qui est in Ecclesia, contemnendus est : et ideo Dominus ipse dicebat : « Si quis scandalizaverit unum ex pusillis istis minimis, expedit molam (91) asinariam ligari circa collum ejus, et præcipitari eum in mare, quam ut scandalizet unum ex his [17]. » Deus ergo, qui nos pretiosos proprii Filii pro nobis pretiosum fundendo sanguinem fecit, « quomodo non cum ipso omnia nobis donabit ? » Nihil est enim sive visibilis, sive invisibilis (92) creaturæ, quod Filio possit adæquari : nullo enim pacto creatori suo creatura potest conferri ; et si creator ipse donatus est nobis, quomodo non cum ipso nobis omnis (93) creatura donabitur ? Quamvis sermo hic dupliciter possit intelligi, id est, quod « cum illo nobis omnia donabit. » Nam et hoc potest videri quod si habeamus in nobis Christum secundum hoc quod Verbum et sapientia, et veritas, et justitia, et pax est, et cætera omnia quæ de eo scripta sunt, cum hac plenitudine virtutum nobis omnia donabuntur, ut jam non unum ex omnibus creaturis, et parvum terræ hunc locum quem nunc videmur habitare, teneamus (94), sed omnia quæcunque creavit Deus visibilia et invisibilia, occulta et manifesta, temporalia et æterna cum Christo pariter habeamus. Potest autem et alio modo sic intelligi quod dixit : « Cum ipso om-

A nia nobis donabit : » hoc est, ipsi quidem ut hæredi, nobis vero ut cohæredibus ejus pariter cum ipso perfrui universa dabitur creatura.

10. « Quis accusabit adversus electos Dei ? Deus qui justificat ; quis est qui condemnet ? **607** Christus Jesus qui mortuus est, imo autem qui resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis [18]. » Videtur mihi quod ait : « Quis accusabit adversus electos Dei ? » de diabolo dicere. Nullus enim ita electus et ita magnus (95), quem ille non audeat accusare, nisi illum solum « qui peccatum non fecit [19], » qui et dicebat (96) : « Nunc venit princeps hujus mundi, et in me nihil invenit [20]. » Sed quamvis ille exerat (97) nequitiam propositi sui, Deo justificante et delente sicut
B nubem iniquitatem electorum suorum [21], et sicut caliginem peccata eorum, et a prioribus delictis eos dealbante ut nivem, et sicut lanam candidam faciente [22], quid proficiet accusator ? Sed et cum Christus pro eis mortuus sit, imo potius a mortuis resurrexerit, et stet a dextris Patris, et interpellet pro his, quis eos poterit condemnare ? In superioribus sanctus « Spiritus interpellat, inquit [23], pro nobis gemitibus inenarrabilibus [24] : » hic « Christus Jesus qui mortuus est et resurrexit, » ipse « interpellat pro nobis [25]. » Deus qui proprium Filium tradidit pro nobis, ipse justificat electos : quis erit ultra qui audeat condemnare ? Sed diligentius intuere quomodo Apostolus nusquam in sermonibus suis ab insita sibi cautela discedat.
C Non dixit : « Quis accusabit » adversum vocatos, sed « adversum electos ? » Nisi enim fueris electus, nisi in omnibus te exhibueris probabilem Deo, habebis accusatorem. Si enim causa tua mala est, si te crimen tuum astringit, quid tibi proderit advocatus, etiamsi Jesus sit qui interpellat ? Jesus enim veritas est [26] : non potest ergo pro te veritas fallere. In hoc tibi opitulabitur (98) advocatus, ne accusatoris calumniis involvaris, ne tibi præterita peccata, quæ per baptismum deleta sunt, imputentur. Si vero post hæc iterum delinquas, nec ullis hæc pœnitentiæ lacrymis diluas, accusatori tuo criminandi te materiam dabis : et quamvis Jesus interpellet pro nobis, non potest tamen (99) dicere
D Jesus tenebras lucem esse, neque amarum dulce [27]. Si ergo vis vincere cum judicaris [28] (1), fac quod de justo scriptum est : « Dispone sermones tuos in ju-

[15] Matth. x, 21. [16] Philip. II, 6, 7. [17] Matth. XVIII, 6 ; Luc. XVII, 2. [18] Rom. VIII, 33, 34. [19] I Petr. II, 22. [20] Joan. XIV, 30. [21] Isai. XLIV, 22. [22] Isai. I, 18. [23] Rom. VIII, 26. [24] ibid. 34. [25] ibid. 32. [26] Joan. XIV, 6. [27] Isai. V, 20. [28] Psal. L, 6.

(89) Editi, « et viam resurrectionis a mortuis, » etc. Ms. unus, « spem etiam resurrectionis mortuis, » etc.

(90) *Et pro omnibus*. Hæc verba desunt in plerisque mss. et in editis, et apud Rabanum ; sed restituuntur ab uno ms. Regio.

(91) Editi, « melius est molam, » etc.

(92) Editi, « dedit. Nihil est visibilis, sive invisibilis, » etc.

(93) *Omnis*. Omittitur in antea editis.

(94) Editi, « ut jam non in unum ex omnibus creaturis, et parvum terræ hunc locum quem non videmus, habitare timeamus. »

(95) Sic mss. plerique, Rabanus et editi. Ms. tamen unus, « Nullus enim est electus ita magnus, » etc.

(96) Editi, « nisi ille solus . . . qui dicebat hæc, » etc. Deinde ms. unus, « et in me non invenit quidquam. »

(97) *Exerat*. Genebrardus, « exerceat, » male.

(98) Sic omnes mss. et Rabanus. Editi vero, « In quo tibi opitulabitur, » etc.

(99) *Tamen*. Desideratur in editis.

(1) Editi, « quod judicaris. »

dicio : Præpara opera tua ad exitum : Memento novissimorum tuorum, et in æternum non peccabis (2) [29] : » ne tibi contingat illud quod de quodam scriptum est [30] : « Cum judicatur, exeat condemnatus. » Vide autem quomodo audias quia Jesus « interpellat pro nobis. » Ipse est enim de quo et alibi scriptum est, quia « Pater neminem judicat, sed omne judicium dedit Filio [31], » et sicut ipse est hostia et sacerdos, et ipse est in forma servi et in forma Dei, sic ipse est et advocatus et judex [32].

11. « Quis ergo separabit nos a charitate Dei? Tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? (sicut scriptum est : Quia propter te mortificamur tota die : æstimati sumus sicut oves occisionis.) Sed in his omnibus superamus per eum qui dilexit nos [33]. » Pro his, inquit, omnibus quæ supra enumeravimus, id est, quod jam non sumus in carne, sed in spiritu; et quod Spiritus Dei habitat in nobis; et quod Christus in nobis est [34], per quem corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem vita (3) est propter justificationem; et quod jam non sumus debitores carnis ut secundum carnem vivamus, quia spiritu actus carnis mortificavimus; et quod per spiritum adoptionis filii effecti sumus Dei, et si filii, etiam hæredes Dei, cohæredes autem Christi; et quod universa creatura congemiscit nobis et condolet, revelationem filiorum Dei exspectans; et quod diligentibus nobis Deum omnia cooperantur in bonum; et quod præscivit et prædestinavit nos conformes imaginis Filii sui qui secundum propositum vocati sumus [34] : cum pro his, inquit, omnibus beneficiis quæ consecuti sumus, fixi et radicati sumus in charitate Dei, quis nos ab ea poterit separare? Tribulatio si venerit, dicemus ad Deum, « In tribulatione dilatasti me (4) [35]. » Angustia si fuerit mundi, et ex necessitate (5) corporis veniens, sapientiæ Dei, et scientiæ latitudinem requiremus, in qua nos angustare non potest mundus. Redibo enim ad Scripturarum divinarum amplissimos campos : intellectum verbi Dei spiritalem requiram, et nulla me in eo coarctabit angustia. Per largissima (6) enim spatia intelligentiæ mysticæ et spiritalis equitabo. Persecutionem

A si patiar, et confitear Christum meum coram hominibus, certus sum quia et ille me confitebitur coram Patre suo (7) qui in cœlis est [36]. Fames si adfuerit, turbare me non potest : habeo enim panem vitæ qui de cœlo descendit [37] et reficit animas esurientes; nec aliquando potest panis iste deficere : est enim perfectus et æternus. Nuditas me non confundit : indutus sum enim Dominum Jesum **608** Christum [38], et habitaculum nostrum quod de cœlo est, superindui spero [39] : « Oportet enim mortale hoc induere immortalitatem, et corruptibile hoc induere incorruptionem [40]. » Periculum non timebo : « Dominus enim illuminatio mea, et salus mea, quem timebo (8)? » et « Dominus defensor vitæ meæ, a quo trepidabo [41]? » Gladius B terrenus terrere me non potest : habeo enim fortiorem mecum « gladium Spiritus, quod est verbum Dei [42]; » et mecum est « vivens et efficax sermo Dei, » qui est « penetrabilior omni gladio utrinque acuto (9) [43]. » Si ergo gladius mundi venerit super cervices meas, majorem mihi ad Deum conciliat charitatem. Dicam namque ad eum, quia, « sicut scriptum est : Propter te mortificamur tota die : æstimati sumus (10) ut oves occisionis [44]. » Non enim mihi sufficit una hora mori pro Christo, vel cruciari, sed « tota die, » hoc est omni vitæ meæ tempore. Si enim totam vitam meam in persecutionibus et periculis agam, dicam quia « non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam C quæ revelabitur in nobis [45]. » Breve est enim hujus vitæ tempus, et exiguum quod in persecutionibus ducimus; æternum vero et perpetuum quod exspectamus in gloria. Et ideo « in his, inquit, omnibus superamus » non nostra virtute, sed « per eum qui dilexit nos [46]. » Dum enim in illius amore pendemus, sensum doloris non recipimus. Illius enim charitas qua nos dilexit, et nostrum ad se rapuit affectum, cruciatum corporis, et dolorem non sentire nos facit. Ideo ergo « in his omnibus superamus. » Tale aliquid et in Canticis sponsa dicit ad Verbum, quia « vulnerata, inquit, charitate ego sum [47]. » Ad hunc ergo modum et anima nostra a Christo vulnere charitatis (11) accepto, etiamsi tradat gladio corpus, non sentiet vulnera carnis præ vul- D nere charitatis.

[29] Psal. cxi, 5; Prov. xxiv, 7; Eccli. vii, 40. [30] Psal. cviii, 7. [31] Joan. v, 22. [32] Philipp. ii, 6. 7. [33] Rom. viii, 35-37. [34] Rom. viii, 9, 10, 12, 13, 15, 17, 22, 23, 28, 29. [35] Psal. iv, 2. [36] Matth. x, 32. [37] Joan. vi, 51. [38] Rom. xiii, 14. [39] II Cor. v, 2. [40] I Cor. xv, 53. [41] Psal. xxvi, 1. [42] Ephes. vi, 17. [43] Hebr. iv, 12. [44] Rom. viii, 36; Psalm. xliii, 22. [45] Rom. viii, 18. [46] ibid. 37. [47] Cant. ii, 5.

(2) Alias, « et non peccabis, » absque « in æternum. »

(3) Sic omnes mss. et Rabanus. Editi vero, « Spiritus autem vivit. »

(4) Editi, « dilatati sumus. » Ms. unus, « dilatasti mihi. »

(5) Editi, « necessitatibus. » Deinde mss. plerique, Rabanus et editi, « Redeo enim, » etc. Sed recte ms. unus, « Redibo enim. »

(6) Sic ms. unus Regius num. 1639 et Rabanus. Cæteri vero mss. et editi, « latissima. »

(7) Editi, « coram Patre meo. »

(8) Editi, « Periculum enim non timebo. Dominus illuminatio mea, quem timebo? » omissis verbis, « et salus mea, » quæ omittunt etiam mss. plures.

(9) Mss. duo, « gladio ancipiti. » Sed postea editi, male, « cervices nostras. »

(10) Editi, « existimatus sum (*al.*, æstimatus sum) ut ovis, » etc.

(11) Omnes mss. et editio Salodiani, « pro vulnere charitatis; » sed legendum videtur « præ vulnere charitatis. » Deinde editi, « Certus sum enim, » etc. Sed omnes mss., « Confido enim, » etc.

12. « Confido enim quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque præsentia, neque futura, neque virtutes, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro [48]. » Duos videtur ordines Apostolus ostendisse eorum quæ hominibus tentationes suscitare consueverunt. Et in his quidem quæ prius disseruimus, humanarum tentationum intelligitur ordo descriptus : de quibus etiam Corinthiis dicebat, utpote qui majora ferre non poterant : « Tentatio vos non apprehendat, nisi humana: fidelis autem Deus, qui non permittet vos tentari supra id quod potestis [49]. » Nunc vero in his sermonibus quos habemus in manibus, non humanas tentationes indicat, sed majores humanis. Et ideo puto quod in prioribus cum enumerasset singula quæque, ad ultimum dicit : « Sed in his omnibus superamus. » In his vero secundi ordinis tentationibus non ita confidenter dicit, « Superamus, » sed valde tenuiter ait, quia nihil horum « poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Jesu. » De humanis enim tentationibus tanquam parvis et levibus confidenter nos eas superare pronuntiat : illas vero superiores, et plus quam humanas, etiamsi superare et prosternere non valemus (hoc enim solius Christi opus est, qui « exuit principatus et potestates, triumphans eas in semetipso [50]), » tamen et hoc in victoriæ loco est (12), si cum omnes in nos impugnationum suarum machinas torserint, a charitate tamen Dei nos separare non valeant. Sed jam tentemus singula discutere, et quid de unoquoque sermone Apostoli sentiendum sit pro viribus aperire. Quamvis altiora in his contegisse videatur Apostolus, quam expositionis nostræ ferre sufficiat virtus, vel ratio brevitatis admittat (13); requiramus tamen si omnia ista quæ enumeravit Apostolus, an quædam ex ipsis, hoc studii vel intentionis gerunt, ut humanas (14) animas a charitate Dei separare contendant, et propterea moliantur in nos cuncta quæ patimur (15). Videtur enim posse quidem hoc agere, ut a charitate Dei separemur, mors fortassis, et angeli, et principatus, et virtutes adversantes nobis sine dubio, et præsentia quæ sunt utique lubrica et caduca. Sed et profundum potest similiter intelligi. Vita autem, et futura, et altitudo, et creatura alia, quomodo a Dei charitate separare nos certent non otiosum videtur exponere. Nisi si quis forte dicat hyperbolice hæc Apostolum dicere, hoc est, non solum per ea quæ accidere possunt, sed ne per ea quidem quæ evenire omnino non possunt, ullo pacto a Dei charitate deflectimur : verbi causa, ut si alia nobis daretur vita, quam hæc quæ a Deo data est, aut si futurorum spes alia nobis promitteretur, vel altitudo, vel etiam creatura alia quam est illa quæ pro **609** nobis congemiscit et condolet [51], quod fieri utique non potest, ne hæc quidem a charitate Dei separare nos possent. Est ergo hic unus expositionis modus. Videamus tamen ne forte possit etiam iste intellectus admitti. « Mors » quam hic dicit (16), ille accipiendus est quem supra exposuimus inimicum Christi destruendum novissimum dici [52]. Qui utique propterea mors dicitur, quia sicut hæc communis mors animam separat a corpore, ita et ille contendit animam separare a charitate Dei : et hæc utique est animæ mors. Potest ergo fieri ut sit et aliqua vita de parte illius, quæ cum ipso agit ut nos a charitate separet Dei : quæ vita est peccati. Nisi enim mala esset hæc vita, nunquam nos suaderet Apostolus ut moreremur peccato, et in morte Christi baptizaremur, et consepeliremur ei [53]. Potest ergo fieri ut hæc vita peccati sit, quæ nos cupit separare a charitate Dei. Ego autem puto quod et singula quæque peccata habeant aliquam vitam suam intra nos : nam unumquodque vitium vita peccati est. Quanto ergo plura intra nos vitia deprehenduntur, tanto plures esse peccatorum vitæ videbuntur in nobis. Et propterea forte dictum sit : quia « melior est misericordia tua super vitas [54]. »

« Neque angeli, neque principatus, neque virtutes [55]. » In promptu est illos angelos intelligere, quibus ignis æternus a Salvatore cum diabolo dicitur præparatus [56] : principatus autem et virtutes, illas sine dubio adversum quas nobis certamen est [57] : vel illos principatus et potestates, de quibus dicit : « Cum autem destruxerit omnem principatum, et potestatem (17), et virtutem [58]. » Ex quibus et princeps hujus mundi appellatur [59]. Post hæc, « Neque præsentia, » inquit, sive « instantia. » Potest hoc de his dictum videri, quos in aliis [60] idem Apostolus « rectores mundi hujus et tenebrarum » nominavit : vel etiam quod præsentium rerum voluptas et delectatio, et vana hujus mundi gloria studeat nos « a Dei charitate » deducere, « quæ est in Christo Jesu Domino nostro [61]. » Post hæc videamus quæ sint « futura, » quæ volunt quidem,

[48] Rom. VIII, 38, 39. [49] I Cor. X, 13. [50] Coloss. II, 15. [51] Rom. VIII, 22. [52] I Cor. XV, 26. [53] Rom. VI, 2-4. [54] Psalm. LXII, 4. [55] Rom. VIII, 38. [56] Matth. XXV, 41. [57] Ephes. VI, 12. [58] I Cor. XV, 24. [59] Joan. XII, 31. [60] Ephes. VI, 12. [61] Rom. VIII, 39.

(12) Editi, et mss. plures, perperam, « tamen adhuc victoriæ locus est ; » deinde editi, « etiamsi omnes in nos .... torserint, quando a charitate Dei nos minime separamur. » Et postea, « quamvis altiora contigisse » (ms. unus « congessisse »), etc. Sed potiores et Rabanus ut in nostro textu.

(13) Sic ms. unus Regius num. 1639. Cæteri vero mss. et Rabanus, « quam expositionis nostræ sufficit virtus .... admittit. » Editi plerique, « expositioni vel nostra sufficit virtus .... admittit. »

(14) Editi, « an quædam ex ipsis (hoc enim studiosi quærunt) humanas. »

(15) Ms. Regius num. 1639, « quæ potuerint. » Deinde editi, « hæc agere. »

(16) Sic editi ; at vero mss. omnes, « Mors quod dicit. »

(17) *Et potestatem*. Hæc desunt in libris ante editis.

sed non possunt Paulum et similes ejus (18) separare a charitate Dei. Dupliciter mihi etiam hoc intelligendum videtur. Possunt enim « futura (19) » intelligi ab eo tempore quo hæc scribebat, ut hoc dicere videatur : Si qua tentamenta, si quæ tribulationes supervenerint, a charitate Dei me separare non poterunt. Vel etiam « futura » intellige ea quæ de mundo hoc recedentibus (20) occursura sunt, cum princeps hujus mundi [62], aliæque virtutes quæ sub ipso sunt, retinere certabunt animam de corpore proficiscentem (21), sed non poterunt retinere eas quibus « perfecta charitas, » quæ est in Christo Jesu, « foras mittit timorem [63]. » Videbitur (22) autem hunc sensum confirmare et illa Scriptura quæ dicit : « Dum enim sumus in corpore, peregrinamur a Domino : cupimus enim (23) magis peregrinari a corpore, et adesse ad Dominum : » et, « connitimur autem sive absentes, sive præsentes placere ei [64] (24) : » absentes nos dicens in corpore positos, præsentes autem de corpore recedentes : et ostendit quod studeant sancti etiam de corpore recedentes placere Deo. Si ergo in eis perfecta sit charitas, nec ulla quæ futura sunt, in quibus placendum est Deo, poterunt eos ab ipsa separare, cum utique non placebunt Deo hi qui tam mobiles erunt in charitate Dei, ut possint ab ea separari. Hæc nobis duplici modo dicta sint de futuris. Potest autem fieri, ut sit et aliquis tertius modus his superior (25), quem qui investigare potuerit, dignum judicet his præferre. Subjungit deinde : « Neque virtutes. » Species videtur esse una ex pluribus rationabilibus creaturis, non in corpore mortali vitam ducens, sed ut angeli, ex alio tamen ordine quam sunt angeli. Et ipsæ ergo virtutes habent certamen separare nos a charitate Dei ; sed nec ipsæ, inquit, poterunt, si radicata sit et fundata. Similiter et « altitudo, » et « profundum » impugnat nos, sicut et David dicit [65] : « Multi qui debellant me de alto, » sine dubio cum a spiritibus nequitiæ [66] de cœlestibus urgeretur (26) : et sicut iterum dicit : « De pro- A fundis clamavi ad te, Domine [67] : » cum ab his qui in inferno deputati sunt, et gehennæ spiritibus impugnaretur. Sed ne hæc, inquit Paulus, separare nos poterunt a charitate Dei. « Neque, inquit, creatura alia. » Potest intelligi aliam creaturam dixisse præter hanc quam videmus : est enim alia nobis invisibilis nunc. Potest autem et sic accipi : Præter illa quæ superius enumeravi ; hoc est, angelos, et virtutes, et si qua est alia creatura, ne singula per species enumerando longum sermonem trahere videretur **610** et superfluum. Aut et alio modo. Quoniam quidem sciebat Paulus multas esse et innumeras Dei creaturas, quarum etiam ipse non omnem, sed ex parte scientiam ceperat, quarumque non solum species, sed et nomina in præ- B senti sæculo ignorentur : de quibus et in aliis idem Apostolus (27) dicit Salvatorem sedisse (28) « super omnem principatum, et potestatem, et virtutem, et dominationem, et omne nomen quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro [68] ; » propter hæc ergo quæ scit non solum posse in præsenti sæculo, sed etiam in futuro (29) nominari, dixisse videbitur : « Neque ulla creatura alia poterit nos separare a charitate Dei [69]. » Verumtamen ex his omnibus ostendit Paulus salutis suæ confidentiam, cum jam neque angelis adversantibus, neque virtutibus impugnantibus, neque præsentibus, neque futuris sibi obluctantibus (30), neque ulla prorsus creatura adversante, a charitate Dei C dicit se posse divelli, nec ullum tot adversariorum capere metum, ut vere ostenderet (31) quod perfecta charitas et ex ipso (32) foras jam misit timorem [70]. Habuit enim aliquando etiam ipse metum, et timuit ne forte caderet : et iste qui modo cœlestium virtutum adversum se si commoveantur bella non timuit, aliquando carnem suam timuit, et ex ea consurgentes insidias formidavit, quando dicebat scribens ad Corinthios : « Macero corpus meum, et servituti subjicio, ne forte cum aliis prædicaverim (33), ipse reprobus efficiar [71]. » Et ideo præ cæ-

[62] Joan. XII, 31. [63] I Joan. IV, 18. [64] II Cor. V, 6, 8. [65] Psalm. LV, 3. [66] Ephes. VI, 12. [67] Psalm. CXXIX, 1. [68] Ephes. I, 21. [69] Rom. VIII, 39. [70] I Joan. IV, 18. [71] I Cor IX, 27.

(18) Editi, « et similem ejus. »

(19) *Futura*. Desideratur in antea editis.

(20) Sic rectius ms. unus Regius num. 1639. Cæteri vero mss. et editi, « Vel etiam futura intelligi ea quæ mundum hunc excedentibus, » etc.

(21) Genebrardus, « proficientem, » male.

(22) Editi, « Videbatur autem. » Ms. unus, « Videtur autem. »

(23) *Enim*. Alias, « autem. »

(24) Alias, « contendimus autem.... placere Deo. »

(25) Editi, « ut sit et aliquis alius tertius horum superior. » Sic etiam mss. quidam nisi quod omittant « alius. » Sed ms. unus Regius num. 1639 recte addit « modus. »

(26) Alias, « a spiritalibus nequitiæ. » al., « ab spiritibus nequitia, » al., « a spiritualibus nequitiis. » Deinde editi, « et iterum : De profundis, » etc. Mss. quidam, « et iterum dicit : De profundis, » etc. Sed ms. Regius num. 1639, optime ut in nostro textu.

(27) Editi, « multas et innumeras creaturas Dei, quarum etiam non omnem, sed ex parte scientiam D ceperat, quarumque species et nomina in præsenti loco ignorentur : de quibus et in aliis item Apostolus, » etc.

(28) Sic ms. Regius num. 1639. Cæteri vero mss. et editi, « ascendisse ; » al., « audisse. » Deinde « omnem » deest in libris ante editis.

(29) Editi, « Propterea ergo quoniam scit hæc non posse in præsenti sæculo, sed in futuro, » etc. Mss. quidam, « Propterea ergo hæc quæ scit non posse in præsenti sæculo, sed in futuro, » etc. Sed recte ms. unus Regius ut in textu.

(30) Editi, « oblectationibus. » Mss. quidam, « oblectantibus, » male.

(31) Editi, « nec ex ullo tot adversariorum capere metum, ut verum ostenderet, » etc.

(32) *Et ex ipso*. Hæc desiderantur in editis, sed restituuntur ex mss.

(33) Sic ms. unus. Editi vero, « et in servitutem redigo, ne forte cum aliis prædicaverim, » etc. Mss. alii, « et servituti redigo, ne forte aliis prædicans, » etc.

teris omnibus carnis insidiæ formidandæ sunt, et A ille qui de nobis procedit hostis ipse cavendus est, donec in tantum profectum veniat anima, ut dulcedine charitatis Deo astricta, corporis blandimenta et carnis illecebras abhorrescat unus cum Deo spiritus facta.

13. « Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu sancto, quoniam tristitia est mihi magna, et continuus dolor cordi meo. Optabam enim anathema esse ipse ego a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israelitæ, quorum adoptio est filiorum, et gloria, et testamenta, et legislatio, et obsequium, et promissiones, quorum patres, et ex quibus (34) Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus B benedictus in sæcula [72]. » Videns Paulus quod si secundum ea in quibus supra exposuit (35), nulla vi, cœlestibus vel terrestribus, præsentibus vel futuris adversantibus sibi, possit a Christi charitate separari, contrarium et incredibile videretur quod nunc dicere proponebat, optare se a Christo quem tam inseparabiliter diligebat, anathema fieri, hoc est, alienum effici; ne mendacii notam (36) subire videretur, satisfactionem præmittit, ut nequaquam de ejus sermone dubitetur, et dicit : « Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu sancto. » Sed videamus quare dixerit, « veritatem dico in Christo, » quasi ostendens esse aliquam veritatem quæ non C sit in Christo. Et vide si possimus tali quodam modo veritatem quæ in Christo est, ab ea quæ non est in Christo, distinguere : quia et alibi idem Apostolus dicit : « Est veritas Christi in me, quia non mentior [73]. » Veritas ergo Christi esse credenda est ibi, ubi sunt (37) et reliquæ virtutes quæ Christus esse describuntur : id est, ubi justitia, ubi pax, ubi est verbum Dei, ibi est et veritas Christi. Est autem veritas et in injustitia [74] : ut si, verbi causa, dicamus, dæmonium illud Pythonis, quod in Actibus apostolorum [75] refertur in ancilla quadam habitasse, et clamasse post apostolos, quia « hi servi Dei summi sunt, qui annuntiant hominibus viam Dei [76] », erat veritas in his verbis : verum enim erat quod dicebatur : sed non erat ista veritas in Chri- D sto; et propterea conversus ad eam Paulus dixit : « Obmutesce, et exi ab ea [77]. » Sed et illud veritas fuit quod dixit Caiphas (38) : « Expedit vobis ut unus moriatur homo pro populo, et non universa gens pereat (39) [78] : » sed tamen ista veritas non fuit in Christo. Et ideo Apostolus, ad distinctionem veritatis ejus quæ extra Christum est, se dicit in Christo loqui veritatem. Sed et hoc quod dicit : « Testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu sancto, » similem mihi habere videtur intelligentiam. Reddit enim **611** testimonium conscientia etiam gentibus ; secundum quod in superioribus idem Apostolus ait [79] : « Testimonium reddente eis conscientia, et inter se invicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium. » In illis ergo in quibus cogitationes suæ habent aliquid quod accusent, et conscientia ad testimonium venit, non potest dici quod pro malis actibus (40) in Spiritu sancto conscientia testimonium reddat. In Apostolo vero ubi cogitatio jam non habet quod accuset, recte conscientia in Spiritu sancto testimonium reddit. Vide tamen magnitudinem pectoris apostolici. A Dei charitate non potest separari : quod loquitur, in Christo loquitur (41) : quod in conscientia habet, Spiritu sancto continetur. Qui, quæso, cœli, qui throni, quæ amplissimæ virtutum cœlestium mentes tam amplis sedibus totam poterunt capere Trinitatem? « Quoniam, inquit, tristitia est mihi magna, et continuus dolor cordi meo. » Esto, habeas tristitiam : esto, dolorem capias de perditione fratrum tuorum « qui sunt cognati secundum carnem : » nunquid eo usque ut optes anathema fieri a Christo? Et quid tibi prodest illorum salus, si tu a salute separeris? et quid salvabis alios (42), si ipse pereas? Non, inquit, ita est (43) : sed ego didici a Magistro et Domino meo, quia « qui vult animam suam salvam facere, perdet eam ; et qui perdiderit eam, inveniet eam [80]. » Quid ergo mirum si Apostolus pro fratribus suis anathema fieri velit, qui sciat eum qui erat in forma Dei, exinanisse se de ea, ac suscepisse formam servi [81], et factum esse pro nobis maledictum [82] ? Quid ergo mirum si cum Dominus pro servis maledictum factus sit (44), servus pro fratribus anathema fiat ? Hoc autem arbitror esse quod et Moyses, cum peccasset populus, dicebat ad Dominum [83] : « Et nunc si quidem remittis eis peccatum, remitte : sin autem, dele me de libro vitæ quem scripsisti. » Quid ergo? Inferiorem vis Moyse Paulum videri? Ille se deleri petit de libro vitæ pro fratribus suis ; Paulus non debet optare anathema esse pro fratribus suis ?

[72] Rom. IX, 1 seq. [73] II Cor. XI, 10. [74] Rom. I, 18. [75] Act. XVI, 16. [76] ibid. 17. [77] ibid. 18. [78] Joan. XI, 50. [79] Rom. II, 15. [80] Marc. VIII, 34. [81] Philip. II, 6, 7. [82] Galat. III, 13. [83] Exod. XXXII, 31, 32.

(34) Editi, « et testamentum, et legislatio, et obsequium, et promissa, quorum patres ex quibus. » Et post « in sæcula » addunt « sæculorum. Amen, » quæ postrema verba omittuntur in mss. nostris.

(35) Ms. unus, « secundum ea quæ supra posuit. » Deinde editi perperam, « nulla in cœlestibus.... adversantibus sibi, creatura possit.... separari, » etc.

(36) Editi, « et mendacii notam. »

(37) *Sunt*. Deest in editis et in plerisque mss.

(38) Editi, « erat quod dixit Caiphas. »

(39) Sic ms. unus, editi et Rabanus. Mss. vero quidam, « tota gens pereat. »

(40) Editi, « pro quot malis actibus. »

(41) Sic ms. unus et Rabanus. Editi vero et mss. plerique perperam habent, « Quod loquor, in Christo loquor, » et postea, « in Spiritu sancto continetur. »

(42) Editi, « et cur salvabis alios. » Mss. quidam et Rabanus, « et quod salvabis alios. »

(43) Editi, « Nunquid ita est ? » male.

(44) Editi, « sit factum. » Et postea, « Hæc autem arbitror quod, » etc.

Sed fortasse dicat aliquis, quia Moyses hoc offerens, salutem populo meruit impetrare : Paulus vero optat quidem, sed non est auditus. Quid si ostendam tibi magis Paulum auditum esse, quam Moysen ? Omnes enim illi qui per Moysen exierant de Ægypto (45), ceciderunt in deserto. Posteri vero eorum qui terram repromissionis acceperunt, etiam nunc vagantur (46) ab ea exsules et extorres. Paulus vero audi quid dicat de Israel : « Nolo vos, inquit, ignorare, fratres, mysterium hoc, quia cæcitas ex parte Israeli contigit (47), donec plenitudo gentium subintraret, et sic omnis Israel salvus fieret [84]. » Vides ergo quia exauditus est Paulus et quia se obtulit anathema, salutem meruit fratribus. Et ideo mihi videtur illa omnia præmisisse, quod nulla vi possit a Dei charitate divelli (48), ut cum se offert anathema pro fratribus suis, non lapsum ejus possibilem judices : sed sicut ille qui inseparabilis a Patre est per naturam, et immortalis in mortem venit, et in inferna descendit; ita et iste imitando magistrum, cum separari a Christi charitate non possit, a Christo anathema fiat pro fratribus suis, devotione utique, non prævaricatione. Quod autem « cognati secundum carnem [85] » sint Paulo Israelitæ, expositione non indiget. « Quorum, inquit, adoptio est (49) filiorum [86]. » Adoptati etenim sunt filii Israel a Deo tunc « cum divideret Excelsus gentes, et dispergeret filios Adam secundum numerum angelorum Dei (50), et facta est portio Domini Jacob, et funiculus hæreditatis ejus Israel [87]. » Ista est ergo adoptio filiorum. « Et gloria, et testamenta (51), et legislatio. » De gloria latæ legis sæpe jam dictum est, sicut et ipse Apostolus dicit : « Si enim quod evacuatur, per gloriam est, » hoc est Vetus Testamentum, « multo magis quod manet, in gloria est [88], » Evangelii scilicet prædicatio. Sed quod dicit, « Testamenta et legislatio, » unum fortasse dicere videatur. Lex enim quæ lata est, ipsa etiam Testamentum appellatur. Sed ego hanc esse distinctionem puto, quod legislatio quidem fuerit una, et semel habita per Moysen ; testamenta vero (52) frequenter statuta sunt. Quoties enim peccaverunt, et abjecti sunt, toties exhæredati videntur. Et rursum, quoties repropitiatus Deus (53) revocavit eos, et in hæreditatem suæ possessionis adduxit, toties reparasse testamenta, et hæredes eos scripsisse credendus est. « Et obsequium, et promissiones. » Obsequium sacerdotalia dicit officia : **612** « promissiones, » quæ patribus factæ sunt, et sperantur dandæ his qui per fidem filii dicuntur Abrahæ [89]. Certum est tamen quod etiam secundum carnem ex ipso genere, hoc est ex Israelitico, fuerint non solum patres, sed et Christus, sicut et per prophetam dicit (54) : « Væ illis, quia caro mea ex ipsis est [90]. » Cur autem « væ illis ? » Quia natus est Jesus « in ruinam et in resurrectionem multorum [91], » et quia ab illis quorum caro erat, repudiatus est, et a gentibus a quibus ignorabatur, susceptus est, sicut et per David dicit : « Populus, quem non cognovi, servivit mihi [92]. » Ex ipsis ergo est et Christus secundum carnem. « Qui est super omnia Deus benedictus in sæcula [93]. » Christum aliud secundum carnem esse, et aliud secundum spiritum, jam et in prioribus hujus Epistolæ partibus designavit, ubi dicit : « Qui factus est ex semine David secundum carnem, qui destinatus est Filius Dei in virtute, secundum spiritum sanctificationis [94]. » Et quomodo secundum spiritum Filius Dei sit, et secundum carnem filius David, ibi (55) plenius pro viribus exposuimus. Quem ergo ibi secundum spiritum Filium Dei dixit, hic procedente doctrinæ ordine, proficientibus utpote auditoribus, Deum « qui est super omnia benedictus [95] (56) » ipsum esse pronuntiat. Et miror quomodo quidam legentes quod idem Apostolus in aliis dicit : « Unus Deus Pater, ex quo omnia : et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia [96], » negent Filium Dei Deum debere profiteri, ne duos deos dicere videantur. Et quid de hoc loco Apostoli facient, in quo aperte Christus « super omnia Deus » esse perhibetur (57). Sed non advertunt qui hæc ita sentiunt, quod sicut Dominum Jesum Christum non ita unum esse Dominum dixit, ut ex hoc Deus Pater Dominus non dicatur : ita et Deum Patrem non ita dixit esse unum Deum, ut Deus Filius non credatur. Vera est enim Scriptura quæ dicit : « Scitote quoniam Dominus ipse est Deus [97]. » Unus autem

[84] Rom. xi, 25, 26. [85] Rom. ix, 3. [86] ibid. 4. [87] Deut. xxxii, 8, 9. [88] II Cor. iii, 11. [89] Galat. iii, 7t [90] Ose. ix, 12. [91] Luc. ii, 34. [92] Psal. xvii, 45. [93] Rom. ix, 5. [94] Rom. i, 3, 4. [95] Rom. ix, 5. [96] I Cor. viii, 6. [97] Psal. xcix, 3.

(45) *De Ægypto.* Hæc verba desunt in editis et in plerisque mss., necnon et apud Rabanum, sed restituuntur ex uno ms. Regio num. 1639.

(46) Editi, perperam, « jactantur. »

(47) Ms. Regius num. 1639 et Rabanus, « in Israel contigit, » etc.

(48) Sic mss. et Rabanus. Editi vero, « quod nulla vis possit eum a charitate Dei divellere. » Deinde omnes mss., Rabanus, et editi, « passibilem ; » sed tamen legendum videtur « possibilem. »

(49) *Est.* Deest in antea editis.

(50) *Dei.* Omittitur in editis et in plerisque mss., sed restituitur ex uno ms. Regio.

(51) Editi, « Et gloriæ testamentum. » Mss. plerique etiam « testamentum ; » sed legendum « testamenta » cum ms. uno Regio.

(52) *Vero.* Deest in editis et in plerisque mss.

(53) Editi, « repropitiatus est Deus, » etc. Et postea, « toties reparasse testamentum. » Mss. quidam, « toties reparasse testamento. »

(54) Sic mss. Editi vero, « sicut per prophetam dicitur. » Rabanus, « sicut et propheta dicit, » qui deinde omittit, « Væ illis, quia caro mea ex ipsis est. Cur autem. »

(55) *Ibi.* Omittitur in editis. Vide lib. i in hanc Epistolam, num. 5.

(56) Ita editi. Mss. vero duo, « Deum qui est super omnia regnantem, » etc. Alter ms. omittit et « benedictus » et « regnantem. »

(57) Alias, « perscribitur. »

uterque est Deus, quia non est aliud Filio divinitatis initium quam Pater; sed ipsius unius Paterni fontis, sicut sapientia dicit, « purissima » est « manatio [98] » Filius. Est ergo Christus « Deus super omnia. » Quæ « omnia? » Illa sine dubio quæ et paulo ante diximus, « super principatus, et potestates, et virtutes, et omne nomen quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro [99]. » Qui autem super omnia est, super se neminem habet. Non enim post Patrem est (58) ipse, sed de Patre. Hoc idem autem Sapientia Dei etiam de Spiritu sancto intelligi dedit, ubi dicit: « Spiritus Domini replevit orbem terrarum: et qui continet omnia, scientiam habet vocis [1]. » Si ergo Filius « Deus super omnia » dicitur, et Spiritus sanctus continere omnia memoratur, Deus autem Pater est « ex quo omnia, » evidenter ostenditur naturam Trinitatis et substantiam unam esse, quæ est super omnia.

14. « Non autem excidit verbum (59) Dei. Non enim omnes qui sunt ex Israel, hi sunt Israelitæ: nec qui sunt semen Abraham, omnes filii: sed in Isaac vocabitur tibi semen: id est, non qui filii carnis, hi filii sunt Dei: sed qui filii promissionis sunt, deputantur in semen [2]. » Quoniam supra dixerat [3] quod pro fratribus suis, « qui sunt cognati secundum carnem, qui sunt Israelitæ, » optaret etiam anathema fieri, eo quod ipsorum esset et adoptio filiorum (60), et legislatio, et promissiones; de his nunc dicit quia verbum Dei non excidit, hoc est, promissio quæ eis (61) facta est, non evanuit. Qui enim verus fuerit Israel, non ex carnali genere tantum de Abraham genus ducens (« Non enim qui filii carnis » sunt, « hi et filii Dei » sunt), sed qui secundum repromissionem fidei de Abraham descendit, ipse etiam Dei promissa consequitur. Nam de genere Israel multi sunt, sed non omnes Israel appellantur. Israel namque Deum videndo nominatus est. Sic enim et ipse Jacob dicit: « Vidi Dominum facie ad faciem, et salva facta est anima mea [4]. » Ergo quia vidit Deum, Israel appellatus est. Qui vero non videt eum qui dixit, « Qui me videt, videt et Patrem [5], » Israel non potest dici. « Nec quia semen sunt Abraham, omnes etiam filii » sunt.. Hoc videlicet jam tunc (62) designabatur in Abraham, cum ei multos filios habenti, quos Apostolus filios carnis appellat, in solo Isaac qui erat repromissionis filius, seminis sui posteritas poneretur. Et nunc ergo qui secundum Isaac filii repromissionis sunt, id est fidei illius per quam promissionem Abraham meruit futuræ hæreditatis accipere, ipsi tantum deputantur in semen: in ipsis enim hæreditatis successio declaratur (63).

15. « Promissionis enim verbum hoc est: Ad hoc tempus veniam, et erit Saræ filius. **613** Non solum autem, sed et Rebecca ex uno concubitu habens, Isaac patris nostri (64). Nam cum nondum nati fuissent, aut aliquid egissent boni vel mali, ut secundum electionem propositum Dei maneat, non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, quia major serviet minori, sicut scriptum est: Jacob dilexi, Esau autem odio habui [6]. » Proposuit Apostolus persequi, quod licet repudiatus sit populus Israel per infidelitatem, non tamen eæ promissiones Dei quæ erga eos habitæ fuerant, deciderint et frustratæ sint (65): docetque quod cum multi filii fuerint Abrahæ, in solo Isaac sit facta promissio. « Non » enim, inquit, « qui filii carnis sunt, hi sunt filii Dei. » Et contendit ostendere, quomodo Isaac non sit filius carnis, sed sit filius Dei; et redit ad ea quæ de ipso in Genesi scripta sunt. « Promissionis, » inquit, « verbum hoc est: Ad hoc tempus veniam, et erit Saræ filius [7]. » Non ergo, inquit, per ordinem nativitatis carnalis Isaac nascitur; quippe cum et Abraham emortui jam corporis haberetur, et vulva Saræ esset jam emortua [8], sicut supra dictum est; sed per virtutem ejus qui dixit, « Ad hoc tempus veniam, et erit Saræ filius [9]. » Merito igitur non carnis, sed Dei filius dicitur, qui ex adventu et sermone nascitur Dei. Hæc ergo, inquit, ratio non solum de Isaac, sed et de Jacob recipienda est. Nam et Rebecca, inquit, non secundum carnalis (66) nativitatis ordinem protulit partum. Cum enim ex uno concubitu Isaac geminos concepisset, nondum partu edito, neque ullis actibus puerorum bonis malisve inter homines habitis (67), erga Jacob divina habetur electio (68), et dicitur, « quia major serviet minori, » et, « Jacob dilexi, Esau autem odio habui. » Cur autem hæc ita dicta sint, docet (69): « Ut secundum electionem, inquit, propositum Dei maneat, non ex operibus, sed ex vocante dictum est; » hoc est, ut non qui filii carnis, sed qui filii Dei sunt, ipsi deputentur in semen. Sicut enim ibi ex multis filiis

[98] Sap. VII, 25. [99] Ephes. I, 21. [1] Sap. I, 7. [2] Rom. IX, 6-8. [3] ibid. 3, 4. [4] Gen. XXXII, 30. [5] Joan. XIV, 9. [6] Rom. IX, 9 seq. [7] Genes. XVIII, 10. [8] Rom. IV, 19. [9] Rom. IX, 9.

(58) Omittitur « est » in editis. Deinde iidem editi, « Hoc autem (id est sapientia Dei) etiam de, » etc.

(59) Editi, « evidenter ostenditur natura Trinitatis, et substantia una, quæ est super omnia. Non autem quod exciderit verbum, » etc.

(60) Editi, « sed qui filii promissionis æstimantur in semine. Quoniam supra dixerat pro fratribus.... qui Israelitæ, optare se anathema fieri, quorum esset adoptio filiorum, » etc.

(61) Editi, « quæ ex eis. »

(62) Editi, « Hæc discretio jam tunc, » etc.

(63) Editi, « et ipsis hæreditatis successio declaratur. » Ms. unus, « collocatur » pro « declaratur. »

(64) Ms. Regius num. 1639, « sed et Rebeccæ ex uno concubitu habens Isaac patri nostro. »

(65) Editi, « deciderunt et frustratæ sunt. » Et postea, « facta est repromissio. »

(66) Editi, « non solum secundum carnalis, » etc.

(67) Editi, « partu editi, neque ullis actibus puerorum boni malive inter homines habiti. »

(68) Editi, « dilectio. »

(69) Editi, « Cur autem ita sint, docet. »

carnis Isaac eligitur a Deo qui adoptetur in filium Dei (70), ita et hic ex duobus minor eligitur Jacob, qui adoptetur in filium Dei ; et sic verum fit quod promissiones Dei non in filiis carnis, sed in Dei filiis constent. Sed hæc omnia eo spectant, ut illud probet Apostolus, quod si vel Isaac vel Jacob pro his meritis electi fuissent a Deo quæ in carne positi acquisierant (71), et per opera carnis justificari meruissent, posset utique meriti eorum gratia ad posteritatem carnis quoque et sanguinis pertinere. Nunc vero cum electio eorum non ex operibus facta sit, sed ex proposito Dei, et ex vocantis arbitrio, promissionum gratia non in filiis carnis impletur, sed in filiis Dei, hoc est, qui similiter ut ipsi ex proposito Dei eliguntur, et adoptantur in filios. Complebitur namque etiam in his illud quod jam supra exposuimus quia «quos præscivit, illos et prædestinavit : et quos prædestinavit, illos et vocavit : et quos vocavit, illos et justificavit : et quos justificavit, illos et glorificavit [10].» Quæcunque autem de his sermonibus supra exposuimus, eadem etiam ad præsentis loci explanationem satis abundeque sufficiunt, ne iterando eadem fastidium (72) legentibus generemus.

16. « Quid ergo dicemus ? Nunquid iniquitas est apud Deum ? Absit. Moysi enim dicit : Miserebor cujus misereor, et misericordiam præstabo cui miserebor. Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei. Dicit enim Scriptura Pharaoni : Quia ad hoc ipsum te suscitavi, ut ostendam in te virtutem meam, et ut annuntietur (73) nomen meum in universa terra. Ergo cui vult miseretur, et quem vult indurat. Dicis itaque mihi : Quid ergo adhuc queritur? Voluntati enim ejus quis resistit [11] (74)? » Legentem hæc meminisse attentius convenit similitudinis illius, quam in superioribus libris de apostolici sermonis dispensatione posuimus, quod tanquam in regia quadam domo, quæ multiplicibus sit ingressibus egressibusque distincta, ex uno in aliud conclave ita transeatur, ut vix ingredientis indicia, aut egredientis appareant : ita etiam Paulus divinorum secreta paululum quidem subaperiens videatur, non tamen plane aperteque pandens (75). Denique cum pro his quæ superius dixerat de Isaac et Jacob, quod per electionem et ex proposito Dei, antequam aliquid operis boni malive gessissent, Deus dixerit (76) vel de illo : « Ad hoc tempus veniam, et erit Saræ filius; » vel de hoc : « Jacob dilexi, Esau autem odio habui [12-13], » cum in præsenti capitulo introduxisset aliquam personam velut contradicentem sibi et quæstionem moventem, et diceret : « Nunquid iniquitas est apud Deum ? » responditque, « Absit (77), » sed « non volentis, neque 614 currentis, sed miserentis (78) Dei est : » et si Pharaonem propterea elegit, ut in ipso potentiam suæ virtutis ostenderet : et si ipse cui vult miseretur, et quem vult indurat : ut quid de hominibus, inquit, queritur (79) ? et cur qui peccat culpatur, cum talis de unoquoque ipsius voluntas habeatur ? Hæc ergo et his similia commoventi, atque in hujus se mysterii cubiculum protervius et importunius ingerenti, cum increpatione dignissimæ exclamationis occurrit, et dicit : « O homo ! tu quis es qui contra respondeas Deo ? » Quasi diceret : Tu quis es qui te in aulam regis immergis, et interioris cubiculi ausus es secreta penetrare? Idcirco igitur et nos in talibus suspenso pede tanquam in aula regia positi, pauca sermone, plura silentio transeamus, ipso nobis apostolo Paulo magistro et duce hujus itineris facto. Igitur ex persona contradicentis sibi dicit Apostolus : « Nunquid iniquitas est apud Deum ? » et statim in initiis respondet : « Absit ; » ut ad omnia cætera quæ ex persona contradicentis objicienda sunt, ab Apostolo semper responderi videatur, « Absit. » Iste ergo qui contradicit, utitur et Moysi verbis, quibus dicit ad eum Dominus : « Miserebor cujus misereor, et misericordiam præstabo cui miserebor [14]. » Quod si est, inquit, non ergo volentis neque currentis est salus, sed ejus cui miseretur Deus. Nam et Pharaoni (80), inquit, dicitur, « quia ad hoc ipsum te suscitavi, ut ostendam in te virtutem meam, et ut annuntietur nomen meum in universa terra [15] ; » ut ex hoc videatur ostendi, quia si ad hoc electus est Pharao, ut per eum virtus Dei hominibus declaretur, non fuit in sua potestate quod periit. Et addit (81) post omnia : « Ergo cui vult miseretur, et quem vult indurat. » Hoc est, inquit, quod asseveras tu qui contradicis, quia sine causa conqueritur et arguit homines Deus. Si enim ipse quem vult eligit, et quem vult abjicit, voluntati illius quis resistit (82) per quem omnia ? Illud sine dubio contradictio ista molitur, quod in homine non sit libertas arbitrii, nec habeat unusquisque

[10] Rom. VIII, 29, 30. [11] Rom. IX, 14 seq. [12-13] Genes. XVIII, 10; Malach. I, 2. [14] Exod. XXXIII, 19; Rom. IX, 15, 16. [15] Exod. IX, 16; Rom. IX, 17.

(70) Ita Rabanus hic et infra. Mss. vero plerique et editi, « in filios Dei. » Ms. Regius num. 1639, « in filio Dei. »

(71) Editi, « ad ea quæ in carne positi quæsierant. »

(72) Editi, « dispensationem..... ne iterato fastidium, » etc.

(73) Editi, « ut ostendam in te virtutem, et annuntietur. » Mss. quidam, « annuntiem, » etc.

(74) Editi, « Dicitis itaque mihi : Quid adhuc quæritur ? Voluntati enim ejus quis resistet? »

(75) Editi, « ut tanquam regia cujusdam domus quæ multiplicibus ingressibus.... et ex uno in aliud conclave, ita transeat. » Deinde iidem editi et mss. quidam, « ita etiam Paulum subaperientem videri.... aperteque pandentem. »

(76) Editi, « dixerat. »

(77) *Respondisselque, Absit.* Hæc desiderantur in antea editis, et in ms. Regio num. 1639, qui postea habet, « si non volentis, » etc.

(78) Editi, « misericordia, » et « misericordiæ. »

(79) Editi, « quæritur, » male.

(80) Editi, « neque currentis salus, sed ejus cui miseretur. Nam Pharaoni, » etc.

(81) Editi, « in ejus potestate.... Et addidit. »

(82) Editi, « resistet. »

in sua potestate ut aut salvetur (83), aut pereat. De quibus plenius quidem a nobis in eo libello ubi de arbitrii libertate disseruimus, pro viribus singula quæque discussa sunt (84), quæ ad instructionem satis superque sufficiant. Paucis tamen etiam nunc de his quæ ibi dicta sunt, admonebimus. Quod dixit, « Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei, » ita accipitur, sicut et David dicit in Psalmo [16] : « Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam. Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam. » In quo ostendit non quia is qui domum ædificat, nihil agat, et otiosus sit, et ita eam ædificet Dominus ; sed ipse quidem quantum est in homine sollicitudinis et laboris expendat ; Dei autem sit, ut obstaculis omnibus amotis, opus perveniat ad effectum (85). Cum ergo per hoc doceatur quod homo quidem laborem impendat et sollicitudinem, Deus autem successum operi tribuat et effectum, pium utique et religiosum est ideo et homini quod in se est operis, summam Deo magis quam homini deputare (86). Sic et cum Paulus plantabat, et Apollo rigabat, Deus dare dicitur incrementum [17] : et additur : « Itaque neque qui plantat, neque qui rigat est aliquid, sed qui incrementum dat Deus [18]. » Ita ergo etiam in præsenti loco possumus dicere ; itaque neque qui currit est aliquid, neque qui vult ; sed qui effectum dat Deus. Qui enim vult, et qui currit, hoc videntur esse quod est ille qui plantat, et ille qui rigat ; sed eum qui plantat (87) et eum qui rigat nihil dicit esse Apostolus : non quod nihil agant ; sed quod ad comparationem Dei qui incrementum dat operi, vel effectum, illi nihil esse dicantur. Sed et hoc quod dicitur ad Pharaonem, « Quia ad hoc ipsum te suscitavi, ut ostendam in te virtutem meam [19], » quale sit videamus. Certum est Deum non solum scire uniuscujusque propositum ac voluntatem, sed et præscire. Sciens autem et prænoscens, tanquam bonus dispensator et justus, uniuscujusque motibus et proposito utitur ad ea opera efficienda (88) quæ uniuscujusque animus ac voluntas eligit. Velut si, verbi causa, dicamus : Paterfamilias si quis sit sapiens, et justus, et habens multa servitia, nonne, quanta fieri potest A sagacitate, contemplabitur quorum ex his animus aptus sit ad rus colendum, et ipsos ruri deputabit ? cujus vero ad negotiandum, cujus etiam ad nutriendum pecus (89), cujus vero ad ministerium, et observandi **615** cubiculi sui aptum probabit (90) ingenium, et ita unumquemque competentibus officiis, utpote sapiens, mancipabit? Verum quoniam non latet eum, sive paterfamilias, sive rex iste sit, quod necesse est interdum rebellare subjectos, et disciplinæ jura corrumpere, et ob hoc correptione ac verberibus indigere, necesse est ergo ut eligat ex omnibus apta et ad hoc ingenia, si qua illa sunt atrocius incitata, quæ suis quidem motibus ferantur, emendationem tamen delinquentibus necessariam conferant. Ponamus ergo vel patremfamilias istum, B vel regem vidisse tempus, quo emendari debent hi qui contra mores et disciplinam multa commiserint, et elegisse dirissimum (91) aliquem, et his ipsis qui corripiendi sunt multo diriorem (92), qui pro sceleribus suis jam non sit dignus emendatione, sed morte. Volens vero interitum ejus ad emendationem proficere cæterorum, mittit eum ad illos quos morte ejus corrigi cupit, et dicit ei : « Quia ad hoc ipsum te suscitavi, ut ostendam in te virtutem meam, et ut annuntietur nomen meum in universa terra [20]. » Vide enim quia non dixit : « Quia » ad hoc ipsum te feci : alioquin ad conditorem referri culpa videretur : sed ait : « Ad hoc ipsum te suscitavi : » hoc est, ut per animi tui malitiam quam C tibi infrenis (93) et sine Dei timore vivendo quæsisti, et in alios irrogetur utilis et fructuosa correctio, et in te ipsum ad posteritatis exemplum famosissimus conferatur interitus. Quod autem dicit, « Ergo (94) cui vult miseretur, et quem vult indurat, » ex his quæ in Exodo scripta sunt videtur assumere. Ibi enim dicit : « Indurabo cor Pharaonis, uti ne dimittat populum [21]. » Indurabatur autem (95) cor Pharaonis hoc modo. Noluit Deus in eum subitam et plenam dare vindictam. Quamvis enim esset consummatæ malitiæ, tamen per patientiam suam Deus (96) nec ipsi facultatem conversionis excluserat : et ideo primo lenioribus, tum etiam paulatim ingravescentibus in eum verberibus utitur (97). Sed quod Deus gerebat per patientiam, ex hoc ille indu-

[16] Psal. CXXVI, 1. [17] I Cor. III, 6. [18] ibid. 7. [19] Rom. IX, 17; Exod. IX, 16. [20] ibid. [21] Exod. IV, 21.

(83) Alias, « nec habeat unusquisque sui potestatem ut salvetur, » etc.

(84) Vide lib. III *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 1.

(85) Editi, « quantum est in homine, vim sollicitudinis et laboris expendat ; sicut obstaculis omnibus amotis..... ad perfectum. »

(86) Editi, « pium et religiosum est, ideo et bonum quod in se est operis summa.... putare. » Ms. unus Regius, « pium utique et religiosum est de eo et homine quod in se agitur opere, summam Deo magis, » etc. Ms. codex Vallis-Claræ, « Deo et homini quod in se est operis summam.... imputare. » Sed cæteri mss. et Rabanus ut in nostro textu.

(87) *Et ille qui rigat ; sed eum qui plantat.* Hæc desunt in editis.

(88) Editi, « perficienda. »

D (89) Editi et mss. plures, « nutriendi pecoris. » Rabanus, « ad nutriendum pecora. »

(90) Editi, « cubilis sui aptum probat, » al., « probarit, » etc.

(91) Alias, « debuissent.... commiserunt.... durissimum. »

(92) Alias, « duriorem. » Et postea, « Volens ergo interitum ejus, » etc.

(93) Editi, « infrunite; » sed omnes mss. et Rabanus, « infrenis. »

(94) *Ergo.* Non reperitur in antea editis.

(95) Deest « autem » in editis.

(96) « Deus » omittitur in editis. Deinde mss. quidam, et Rabanus, « lenioribus, » pro « levioribus. »

(97) Alias, « utebatur. »

rabatur ad contemptum, majorem sibi iram recondens, ita ut ad ipsum dici conveniat illud quod scribit Apostolus [12] : « An divitias bonitatis ejus, et patientiæ (98), et longanimitatis contemnis, ignorans quoniam patientia Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum duritiam autem tuam et cor impœnitens thesaurizas tibi ipsi iram in die iræ. » Non ergo quem vult Deus indurat, sed qui patientiæ (99) obtemperare noluerit, induratur. Superfluum ergo est quod dicis Apostolo, o tu qui adversaris (1) : « Quid ergo adhuc queritur? Voluntati enim ejus quis resistit? » Voluntati quidem Dei certum est quod nullus obsistat; sed voluntatem ejus justam rectamque esse scire nos convenit (2). Ut boni enim aut mali simus nostræ voluntatis est : malus autem ad cujusmodi verbera, et bonus ad cujusmodi gloriam destinetur, voluntatis est Dei.

17. « O homo, tu quis es qui contra (3) respondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit : Quid me fecisti sic? Annon habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam [13] ? » Legimus et in Evangeliis [14], eos (4) qui proterve et infideliter inquirebant a Domino in qua potestate hæc faceret quæ faciebat, et quis ei dedisset potestatem hanc, ne responsione quidem dignos habitos. Similiter quoque et in præsenti loco motum quidem (5) videmus Apostolum et adversum insolentes quæstiones, ac per ea quæ respondit (6), proponentis contumaciam confudisse. Ait enim : « O homo, tu quis es qui contra respondeas Deo? » Hoc est enim homo apud Deum, quod apud figulum lutum. Et sicut servus nequam, si forte videbitur domino fieri debere aliquod opus quod et rationis et utilitatis plenum sit, ille autem operari nolens, ea quæ dominus jubet discutere incipiat, et requirere a domino: Utquid hoc opus fieri jubes? Cui prodest? Cui necessarium est? contumaci servo quæ erit (7) tam digna responsio, nisi ut dicatur ei : « Tu quis es, qui contra respondeas » domino? ita placet; ita domino videtur. Non puto autem quod si fidelis servus et prudens interroget, volens intelligere et mirari sapientiam domini (8), quod dicatur ei : « Tu quis es? » Denique cum Daniel propheta voluntatem Domini desiderasset agnoscere, unde et « vir desideriorum [15] » appellatus est, non est (9) ei dictum : « Tu quis es? » sed missus est angelus, qui eum de

A omnibus Dei dispensationibus **616** et judiciis edoceret [16]. Et nos ergo si aliquid de secretis Dei et reconditis (10) desideramus agnoscere, si desideriorum et non contentionum (11) viri sumus, occultius in divinis litteris inserta Dei judicia fideliter et humiliter requiramus. Propterea namque et Dominus dicebat: « Scrutamini Scripturas [17], » sciens hæc non ab his qui in aliis negotiis occupati transitorie vel audiunt vel legunt, sed his qui recto et simplici corde, jugi labore, continuisque vigiliis altius Scripturas divinas scrutantur, aperiri : ex quibus me non esse ego bene novi. Si quis tamen sit qui ita quærat, inveniet. Verum et nos pro viribus ad ea quæ habentur in manibus convertamur. « Nunquid dicit figmentum, inquit, ei qui (12) se finxit : B Quid me sic fecisti ? Annon habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas ad honorem, aliud vero ad contumeliam ? » Et apud Jeremiam prophetam tale aliquid legimus, ubi jubetur a Deo introire in domum figuli, et videre eum fingentem : utique vas collapsum de manibus suis recolligens rursum finxit illud secundum voluntatem suam. « Et factus est, inquit, sermo Domini ad eum dicens : Nunquid ego non possum facere domum Israel sicut figulus iste [18]? » Et Sapientia dicit [19] : « Vasa figuli probat fornax, et homines justos tentatio. » Habet ergo nostri Deus potestatem sicut et figulus luti, ut faciat ex massa eadem vasa ad honorem, et vasa ad contumeliam. Tibi C ergo qui insolenter respondes Deo, hæc audisse sufficiat. Qui vero opera sapientiæ Dei in dispensationibus (13) ejus desiderat contueri, audiat in alio loco de his ipsis Paulum divinorum secretorum conscium disputantem. « In domo autem magna non sunt, inquit, tantummodo vasa aurea et argentea, sed et lignea et fictilia, et alia quidem ad honorem, alia autem ad contumeliam. Si ergo quis emundaverit semetipsum ab his, erit vas ad honorem sanctificatum, et utile Domino, ad omne opus bonum paratum [20]. » Audis Paulus in his in quibus non habuit protervum contradictorem, quomodo vasorum diversitates aperuit ? Nam ibi ubi auditor non erat dignus, sed contradictor erat, sola fictilia vasa commemorat; hic autem et aurea dicit esse, D et argentea, et lignea, et fictilia : et alia quidem dicit (14) esse ad honorem, alia vero ad contumeliam fieri. Similiter et ubi memoravit (15) rationem

[12] Rom. II, 4, 5. [13] Rom. IX, 20, 21. [14] Marc. XI, 28; Luc. XX, 2. [15] Dan. IX, 23. [16] ibid. 21 seq. [17] Joan. V, 39. [18] Jerem. XVIII, 5, 6. [19] Eccli. XXVII, 6. [20] II Tim. II, 20, 21.

(98) Editi prætermittunt « ejus et patientiæ. »

(99) Editi, « patienter. » Ms. unus et Rabanus, « patientiæ. » Cæteri mss., « pœnitentiæ. »

(1) Editi, « quod dicis, tu qui Apostolo adversaris. » Rabanus, « quod dicit Apostolus, tu qui, » etc. Sed cæteri mss. ut in nostro textu.

(2) Editi post « convenit » addunt, « Attende quid dicit. » Sed hæc verba nusquam comparent in mss. nec apud Rabanum.

(3) *Contra*. Deest in editis.

(4) *Eos*. Omittitur in editis.

(5) *Quidem*. Desideratur in antea editis.

(6) Editi, « per ea quæ respondet. » Mss. quidam, « per eas quæ responsiones, » etc.

(7) Editi, « contumacis ergo quæ erit, » etc.

(8) Editi, « et admirans sapientiam domini. »

(9) Omittitur « est » in editis.

(10) Editi, « Si aliquid secreti Dei et reconditi. »

(11) Editi, « contemptionum, » male.

(12) Editi, « figulus ei inquit qui, » etc.

(13) Editi, « opera Dei sapienter in dispensationibus, » etc.

(14) *Dicit*. Deest in editis.

(15) Editi, « Similiter et hic memoravit, » etc.

quare alia ad honorem, alia vero ad contumeliam fiant: ibi siluit, hic aperuit. « Si enim quis emundaverit semetipsum, inquit, ab his, » sine dubio peccati sordibus, « erit ad honorem vas sanctificatum, et utile Domino, ad omne opus bonum paratum [31]. » Restat igitur ut qui se non emundaverit, nec per pœnitentiam peccati maculas abluerit (16), sit vas ad contumeliam. Quod et si auxerit malitiam, et converti per duritiam mentis et cor impœnitens omnino contempserit, erit jam non solum vas contumeliæ, sed et vas iræ. Ita ergo rationem quam ibi indigne poscentibus claudit, hic digne desiderantibus pandit : per quam etiam illud quod paulo ante de Jacob et Esau proposuit (17), apertius explanatur. Ut enim Jacob esset vas ad honorem sanctificatum, et utile Domino, ad omne opus bonum paratum, anima ejus emundaverat semetipsam : et videns Deus puritatem ejus, et potestatem habens ex eadem massa facere aliud vas ad honorem, aliud ad contumeliam, Jacob quidem qui, ut diximus, emundaverat (18) semetipsum, fecit vas ad honorem; Esau vero cujus animam non ita puram nec ita simplicem vidit, ex eadem massa fecit vas ad contumeliam. Ut autem scias quod pro puritate et simplicitate animæ Jacob factus fuerit vas ad honorem, audi quale ei divina Scriptura simplicitatis testimonium perhibet. « Et erat, inquit, Jacob homo simplex, habitans domum [32]. » Ideo ergo Apostolus dicit de eis, quia priusquam nascerentur dicitur de eis : « Jacob dilexi, Esau autem odio habui [32*]. »

18. « Quod si volens Deus ostendere iram, et notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa iræ apta in perditionem, ut notas faceret divitias gloriæ suæ in vasis misericordiæ, quæ præparavit in gloriam suam : quos et vocavit nos non solum (19) ex Judæis, sed etiam ex gentibus, sicut in Osee dicit : Vocabo non plebem meam, plebem meam; et non dilectam, dilectam; et non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam. Et erit : In loco, ubi dictum est eis : Non plebs mea vos : ibi vocabuntur filii Dei vivi [33]. » Sæpe de incompositis elocutionibus Apostoli defectibusque earum commonuimus, quod et in præsenti loco nihilominus invenitur. Non enim redditur ad aliquid hoc (20) quod ait in principio capituli : « Quod si volens Deus. » Verbi causa, ut et in aliis ipse dixit [34] : « Quod si primitiæ sanctæ, et massa (21) : » 617 hic nihil tale reddit, sed quasi vagam conjunctionem istam reliquit; quæ etiam si non assumatur, lucidior absque ea dabitur intellectus : verbi causa, ut ita legamus : « Volens Deus ostendere iram, et notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa iræ apta in perditionem, ut notas faceret divitias gloriæ suæ in vasis misericordiæ. » In quo hoc videtur intelligi, quia dum sustinet Deus et patienter fert incredulos et infideles, notam facit hominibus et patientiam et potentiam suam : patientiam, dum diu sustinet, si forte resipiscant, et convertantur ; potentiam, dum aliquando punit, et flagitia non usquequaque inulta derelinquit. Et rursum « in vasis misericordiæ, » hoc est, qui semetipsos emundaverunt ab omni sorde peccati, ex qua « mundus non est quisquam, etiamsi unius diei fuerit vita ejus [35] (22), » notas facit divitias gloriæ suæ : quæ vasa non irrationabili aliqua, aut fortuita gratia, sed quoniam ipsa a supradictis (23) sordibus se expurgaverant, præparavit in gloriam. Quod autem subjungit : « Quos et vocavit nos (24); » pro eo ut si dixisset : Sicut nos quos vocavit « non solum ex Judæis, sed etiam ex gentibus. » Superiora enim quasi de Pharaone qui fuit vas iræ, et de filiis Israel qui erant vasa misericordiæ, prosecutus videtur. Hic ergo quod subjungit, « Quos et vocavit nos, non solum ex Judæis, sed etiam ex gentibus, » similitudinem videtur assumere : hoc est, ut ita dictum videatur : Sicut et nos sumus vasa misericordiæ, quos vocavit non solum ex Judæis, sed etiam ex gentibus. Hæc, quantum ad ipsius apostolici sermonis ordinem explanationemque verborum pertinet, dicta sint. Nunc breviter repetentes, aliqua etiam de intellectu interiore requiramus. Quomodo ergo Deus notam facit (25) iram suam ? Per vasa, inquit, iræ aptata in perditionem. Obstupesco ego apud memetipsum (26) sancti Spiritus consilium in divinis voluminibus contuens. Nam iram quidem Dei quæ est a natura ejus extranea, notam fieri hominibus dicit, sicut præsens hic Apostoli indicat locus : bonitatem vero ejus, et dulcedinem, quod naturæ ejus est proprium, abscondi memorat, et occultari, sicut David dicit : « Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abscondisti timentibus te [36] ! » Quid ergo causæ dicemus quod Deus iram manifestat hominibus, et dulcedinem celat?

[31] II Tim. II, 21. [32] Gen. XXV, 27. [32*] Malach. I, 2; Rom. IX, 13. [33] ibid. 22 seq. [34] Rom. XI, 16. [35] Job XIV, 4, 5. [36] Psal. XXX, 20.

(16) Editi, « maculam abluerit. »
(17) Alias, « proponit. »
(18) Alias, « emundavit. »
(19) Editi, « sustinet in multa patientia vasa iræ apta ad interitum, ut ostenderet divitias gloriæ suæ in vasa.... quæ præparavit in gloriam, quos et vocavit non solum, » etc.
(20) Sic mss. plerique, Rabanus, et editi. Ms. vero Regius num. 1639, « Non enim reddidit aliquid ad hoc, » etc.
(21) Alias, « et massæ. »
(22) Editi post « vita ejus » addunt « super terram, » quæ verba desunt in omnibus mss. nostris et apud Rabanum.
(23) Editi, « sed cum ea supradictis, » etc. Ms. unus, « sed quoniam se supradictis, » etc. Rabanus, « sed quoniam ecce quæ a supradictis, » etc. Sed mss. duo recte ut in nostro textu.
(24) Deest « nos » in editis.
(25) Editi, « notam faciet. »
(26) Editi, « intra memetipsum. »

Scit sine dubio fragile esse hominum genus, et ad lapsum proclive per negligentiam, quibus expediat magis esse sub metu iræ, quam spe benignitatis Dei et dulcedinis relaxari, sicut et Sapientia Dei dicit [37] : « Qui parcit baculo, odit filium suum. Si enim percusseris eum virga, non morietur : animam autem ejus salvam facies a morte. » Notam facit (27) ergo potentiam suam Deus, dum impios castigat et corripit, ut secundum Scripturæ sententiam « dum flagellatur pestilens, innocens astutior fiat [38]. » Notas autem facit etiam « divitias gloriæ suæ in vasis misericordiæ, quæ præparavit in gloriam. » Innotescunt divitiæ (28) Dei cum erga eos qui inter homines spernuntur, et humiles sunt, misericordia ejus ostenditur, qui non in divitiis suis, nec in potentia sua, sed in Domino sperant. Sicut et tunc Hebræorum gens desperata inter homines et abjecta, a Deo misericordiam consecuta est; ita ergo (29) et nunc populus gentium qui spernebatur, et desperabatur ab his qui in circumcisione gloriantur, misericordiam consecutus est. Sed illud est quod acrius debemus intendere, quia et illi consecuti sunt misericordiam, et plebs Dei appellati sunt, et dilecti Dei fuerunt; sed quoniam servare (30) acceptam gratiam nescierunt, dicitur ad eos : « In quibus mœchabatur commoratio Israel (31), dimisi eam, et dedi ei libellum repudii in manus suas [39]; » et item alibi : « Facti estis mihi in satietatem (32), jam non dimittam peccata vestra. » Et per Jeremiam Dominus dicit : « Sicut spelunca hyænæ facta est mihi hæreditas mea [40]. » Ne forte etiam nos qui non fuimus plebs (33) Dei, sed per divitias gloriæ suæ vocavit nos plebem suam, et qui non fuimus dilecti, sed facti sumus dilecti, et filii Dei vivi, si non ut filii lucis et filii Dei ambulemus, si non ut plebs Dei ita agamus, « ut videntes homines opera nostra bona, magnificent Patrem nostrum qui in cœlis est [41], » verendum est ne illum sermonem incurramus Apostoli, quo ait : « Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, nec tibi parcet [42]. Sicut in Osee dicit (34) : Vocabo non plebem meam, plebem meam; et non dilectam, dilectam; et non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam. Et erit : In loco ubi dictum est eis : Non plebs mea vos, ibi vocabuntur filii Dei vivi [43]. » Testimonium sane hoc quod de Osee assumit Apostolus, quantum ad locum ipsum prophetæ (35) pertinet, non videtur de gentibus, **618** sed de ipso populo Israel dici. Sed, ut in superioribus diximus, ex simili Paulus sumit exemplum, ut ostendat quia sicut illis quondam cum abjecti essent et desperati, dictum est primo : « Vos non populus meus, et ego non sum vester Deus [44]; » et additur post hæc (36) : « Et erit : In loco in quo dictum est eis : Non mea plebs vos : vocabuntur et ipsi filii Dei vivi [45]; » ita, inquit, et « nos quos vocavit non solum ex Judæis, sed etiam ex gentibus, » qui ante non eramus plebs ejus, nunc plebem suam nos (37) vocavit, « et non dilectam, dilectam; et in loco ubi dictum est » nobis, « Non plebs mea vos; ibi » vocabimur « filii Dei vivi. » Sed fortassis requirant a nobis hi qui ex circumcisione sunt, et dicant : Ubi enim ad vos dictum est, quia non sitis plebs Dei vos, ut ibi vocemini filii Dei vivi? Asserent enim quod Deus hæc in Judæa locutus est (in ipsa enim tantummodo notus est Deus [46]), et nihil hæc ad nos spectant, quia « lex ad eos qui in lege sunt loquitur [47]. » Imo ego ostendam locum multo digniorem, ubi Deum loqui et decuit et possibile fuit. Neque enim consequenter Deus loqui in montibus, et rupibus, et quibuscunque terrenis locis dicetur (38) : sed in mente hominis loquitur Deus, in sensu rationabili, et in principali cordis, et ibi cum indigni et alieni a Deo actus conscientia redarguente culpantur, ibi, inquam, pronuntiatur, ibi dicitur ad singulos quosque, quia « non plebs mea vos [48]. » Si vero emundet se quis ab his et purificet, et « pax Dei, quæ exsuperat omnem mentem [49], » cor ejus incipiat custodire, ibi, hoc est, in cordis secreto, pacificus effectus, filius Dei conscientia astipulante vocabitur.

19. « Isaias autem clamat pro Israel : Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquiæ salvæ fient. Verbum enim consummans et brevians in æquitate : quia verbum breviatum faciet Dominus super terram : et sicut prædixit

[37] Prov. XIII, 24; XXIII, 13, 14. [38] Prov. XIX, 25. [39] Jerem. III, 8. [40] Jerem. XII, 9. [41] Matth. V, 16. [42] Rom. XI, 21. [43] Rom. IX, 25. [44] Ose. I, 9. [45] ibid. 10. [46] Psal. LXXV, 2. [47] Rom. III, 19. [48] Rom. IX, 26. [49] Philip. IV, 7.

(27) Sic ms. unus et Rabanus. Editi vero et cæteri mss. « percusserit.... Notam faciet. »

(28) Ms. Regius num. 1639, « ut innotescant divitiæ, » etc.

(29) *Ergo*. Desideratur in libris antea editis. Deinde ms. Regius num. 1639, « despiciebatur » pro « desperabatur. »

(30) Editi, « observare. »

(31) Editi, « commemoratio Israel, dimisi eam, dedi ei, » etc.

(32) *Facti estis mihi in satietatem*, etc. Hunc Scripturæ locum nec in Vulgata reperi, nec apud Septuaginta.

(33) Editi, « qui non sumus plebs Dei. »

(34) Hic Apostoli contextus, « Sicut in Osee dicit, » usque ad, « ibi vocabuntur filii Dei vivi, » nec in editis, nec in mss. nostris comparet; sed restituitur ex Rabano. Et restituendum eum esse sequentia verba indicant, « Testimonium sane hoc quod de Osee assumit Apostolus, » etc., quæ verba nullatenus referri possunt ad præcedentem contextum « Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, » etc., utpote qui ex Osee minime assumitur.

(35) Editi, « ipsius prophetæ; » et postea, « sed de ipso Israel dici. »

(36) Sic ms. Regius num. 1639. Editi vero et mss. quidam, « Et addit post hæc, » etc. Rabanus, « Et addidit propheta, et dicit : Et erit, » etc.

(37) *Nos*. Deest in editis.

(38) Editi, « dicitur. »

Isaias : Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, et sicut Gomorrha similes fuissemus. Quid ergo dicemus? Quod gentes, quæ non sectabantur justitiam, comprehenderunt justitiam; justitiam autem quæ ex fide est. Israel autem sectans legem justitiæ, in legem non pervenit. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus offenderunt in lapidem offensionis, sicut scriptum est : Ecce pono in Sion lapidem offensionis, et petram scandali : et qui credit in eum, non erubescet [50]. » Posteaquam per Dei sapientiam quam loquitur (39) Paulus inter perfectos [51], secreta et abscondita divinæ dispensationis exposuit, et ostendit qua ratione quove ordine vel iram Deus ostendat in vasis iræ, vel divitias gloriæ suæ in vasis misericordiæ : et docuit quod vas iræ fiat unusquisque ex eo quod per duritiam suam et cor impœnitens thesaurizet (40) sibi ipsi iram in die iræ [52]; vasa autem misericordiæ sint hi qui se emundaverint ab his, et ad omne opus bonum præparaverint [53] : nunc ut hæc ipsa majore auctoritate confirmet, etiam in prophetis docet hæc esse præscripta (41) : « Isaias, inquit, clamat pro Israel : Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquiæ salvæ fient. » Providens etenim de futuris propheta, videbat quod plurimi ex Israel, et hi maxime qui arenæ maris comparantur, per duritiam suam et cor impœnitens [54] futuri erant « vasa iræ aptata ad perditionem, » non credentes vitæ suæ, sed Dominum majestatis crucifigentes [55]. « Si ergo, inquit, fuerint tanquam arena maris, reliquiæ salvæ fient. » Illi qui non salvantur, tanquam arena maris sunt; reliquiæ vero quæ salvæ fient, tanquam stellæ cœli sunt. Utrumque etenim promissionis, quæ ad Abraham facta est, continet sermo (42) : « Erit, inquit, semen tuum sicut arena maris, et sicut stellæ cœli [56]. » Et hoc est quod dicit : « Verbum enim consummans et brevians in æquitate : quia verbum breviatum faciet Dominus super terram. » Verbum breviatum, ubi multi vocati sunt, pauci autem electi [57]. Possumus autem et totius doctrinæ verbum dicere breviatum, ut quod prius Lex et Prophetæ continebant in latitudine præceptorum, veniens Dominus pronuntiaret, et diceret : « Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex totis viribus tuis : et proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis omnis Lex pendet et Prophetæ [58]; » in quo evidenter Prophetas et Legem duobus his sermonibus breviavit. Potest et « verbum breviatum » dici fides symboli quæ credentibus traditur, in qua totius mysterii summa paucis connexa sermonibus (43) continetur. « Et sicut prædixit, inquit, Isaias : Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, et sicut Gomorrha similes fuissemus. » Quod semen Isaias a Domino dicit derelictum? Illud sine dubio quod idem Apostolus exponit in aliis, cum dicit ad Abraham dictum esse : « Tibi dabo terram hanc, et semini tuo. Non dixit : Et seminibus, quasi in multis; sed, semini tuo, tanquam in uno, qui est Christus [59]. » Hoc est ergo quod (44) dicit Isaias : 619 « Nisi Dominus reliquisset nobis semen, » id est, nisi dedisset nobis Christum ut ex nobis nasceretur, « sicut Sodoma fuissemus [60], » quantum ad impietatis magnitudinem spectat, nisi quia et gravius aliquid apud Israelitas gestum est. Nam Sodomitæ in hospites incesti referuntur (45) et impudici [61]; populus vero Israel in eum sacrilegus exstitit qui cum Dominus majestatis sit, frater eorum (46) et dici voluit et esse. Nisi ergo semen istud Dominus reliquisset, per quod reliquiæ salvæ fierent, et vasa misericordiæ salvarentur, interisset populus ille ut Sodoma. Et tamen non otiose Isaias « semen » nominavit quod relictum est. Semen namque dicitur quod seminatur in terra, et fructum multiplicem reddit : docens per hoc, etiam Christum seminandum esse, id est sepeliendum esse in terra, et inde resurgentem fructum plurimum totius Ecclesiæ multitudinis prolaturum, sicut et ipse Dominus dicit : « Nisi granum frumenti in terram ceciderit, et mortuum fuerit, fructum non affert (47); si autem mortuum fuerit, fructum plurimum affert [62]. »

« Quid ergo dicemus? Quod gentes quæ non sectabantur justitiam, comprehenderunt justitiam (48); justitiam autem quæ ex fide est [63]. » Videatur fortassis hoc contrarium esse vel illis de quibus supra diximus, quod unusquisque emundet se et expurget, ut fiat vas utile, et vas misericordiæ : vel illis

[50] Rom. IX, 27 seq. [51] I Cor. II, 6. [52] Rom. II, 5. [53] II Tim. II, 21. [54] Rom. II, 5. [55] I Cor. II, 8. [56] Gen. XXII, 17. [57] Matth. XXII, 14. [58] Deut. VI, 5; Matth. XXII, 37, 39, 40. [59] Galat. III, 16. [60] Isai. I, 9. [61] Gen. XIX, 5. [62] Joan. XII, 24. [63] Rom. IX, 30.

(39) Salodianus, « Postea quæ per Dei sapientiam quam loquitur, » etc. Merlinus, « Postea quæ per Dei sapientiam loquitur, » etc. Genebrardus, « Posteaquam per Dei sapientiam locutus, » etc.

(40) Editi, « thesaurizat, » et omittunt cum mss. plerisque, « ipsi, » et, « in die iræ. » Deinde iidem editi habent, « sunt hi qui se emundaverunt ab his, et.... præparaverunt. »

(41) Ms. unus, « etiam in propheta docet hoc esse scriptum. » Editi vero, Rabanus et alii mss. ut in nostro textu, nisi quod editi habeant « scripta » pro « præscripta. »

(42) Sic mss. et Rabanus. Editi vero, « Utrasque enim promissiones quæ ad Abraham factæ sunt, continet sermo. »

(43) Editi, « paucis nexa sermonibus, » etc.

(44) Editi, « quod est Christus. Non ergo est aliud, quod, » etc.

(45) Alias « fuerunt. »

(46) Editi, « pater eorum. »

(47) Ms. unus Regius, « ipsum solum manet. » Alter Regius num. 1639, « fructum non afferet .... fructum plurimum afferet. » Sed cæteri mss., Rabanus et editi ut in nostro textu.

(48) Mss. duo, « consecutæ sunt justitiam. » Editi et ms. unus, « apprehenderunt justitiam. » Sed Rabanus ut in nostro textu.

quæ in superioribus disseruimus, quod naturali lege, in qua sine dubio est et justitia, utantur etiam gentes. Quomodo ergo hic dicit quia « gentes quæ non sectabantur justitiam, comprehenderunt (49) justitiam? » Vide ergo si hoc modo possumus respondere. Aliud est sectari, aliud insitum habere (50). Sectari dicitur ille qui per doctrinam et lectionem multam assequi aliquid cupit : unde et a sectando sectæ appellatæ sunt hujusmodi doctrinæ quæ hominum traditione discuntur. Gentes ergo (51) quia legem tabulis vel libris sic scriptam non habuerunt, non dicuntur sectatæ esse justitiam : habuerunt tamen insitam, quam lex eos naturalis edocuit. Idcirco ergo proximi fuerunt justitiæ ei quæ ex fide est, id est, Christo. « Israel vero sectans legem justitiæ, in legem non pervenit [64]. » Et hic locus, sicut supra observandum diximus, in uno eodemque versiculo diverse nominat legem (52). Certum est enim quia Israel sectabatur legem justitiæ secundum litteram, sed in legem non pervenit. Quam legem? Sine dubio spiritus. Neque enim hoc diceret Apostolus, quia legem quam sectabatur, et quam tenebat, et quam habebat, in hanc non pervenerit. Reddit ergo rationem, cur in legem Israel non potuerit pervenire. « Quia non ex fide, inquit, sed (53) quasi ex operibus [65]. » De fide Christi et operibus legis, abunde in initiis hujus Epistolæ disseruimus (54) : et ideo ne eadem sæpius iteremus, præsentem locum paucis ipsius Apostoli sermonibus explicemus, quibus dicit : « Ignorantes enim Dei justitiam, et suam quærentes statuere, justitiæ Dei non sunt subjecti. Finis enim legis Christus, ad justitiam omni credenti [66]. » Quia ergo legem sectabantur non secundum opera justitiæ Dei, sed secundum opera suæ justitiæ, idcirco « offenderunt in lapidem offensionis, de quo scriptum est (55) : Ecce pono in Sion lapidem offensionis, et petram scandali : et qui credidit in eum, non erubescet [67]. » Sciendum autem est, quod in Isaia propheta hoc testimonium ita scriptum est : « Ecce ego immitto in fundamenta Sion lapidem pretiosum, electum, angularem, præclarum in fundamenta ejus ; et qui crediderit in eum, non erubescet [68]. » Apostolus autem, « lapidem offensionis, et petram scandali, » de alio loco ipsius Isaiæ prophetæ huic testimonio inseruit, in quo ita scriptum est : « Et non tanquam lapidi offensionis occurretis ei, neque ut lapidi ruinæ [69] ; » et ex utroque loco excerpens quæ assertionibus suis commoda videbantur aptavit (56). Verumtamen Dominus Jesus, quem plurimis, sed bonis et salutaribus nominibus compellari invenimus, mirum fortasse videatur cur in hoc loco quem de Isaia propheta sumpsit Apostolus, lapis offensionis et petra scandali nominetur ; cum utique bono Domino, et boni Patris Filio quæcunque bona et salutaria (57) videntur aptanda sint, ut pax, et justitia, et veritas, et ostium quo intratur ad Patrem, et pastor, et leo de tribu Juda, vel catulus leonis qui excitatur a somno, vel sanctificatio, vel redemptio, et cætera hujusmodi quæ dignationi ejus convenire videantur. Sed vide si possumus etiam « lapidem offensionis et petram scandali » ostendere quatenus ei **620** competenter possit aptari. Offensio et scandalum unum prope atque idem significat. Scandalum etenim dicitur cum in via obex aliquis invenitur, qui gressum incedentis vel scandentis impediat. Inde ergo scandalum tractum est. Quia igitur hi qui erant in Sion, vias non bonas incedentes, iter perditionis concito pede currebant, malis suis faventes invicem, sicut Propheta dicit [70], quia « laudatur peccator in desideriis animæ suæ, et qui iniquus est (58) benedicitur : » veniens Dominus et Salvator noster, arguere cœpit vias eorum, et dicere : « Væ vobis Scribæ et Pharisæi [71] ; » et iterum : « Væ vobis divitibus [72] ; » et iterum : « Væ tibi, Jerusalem, quæ occidis prophetas, et lapidas eos qui ad te missi (59) sunt [73]. » Sed et multa his similia dicens, et arguens eos, impedire cœpit vias perditionis eorum, et effectus est eis lapis offensionis et petra scandali, non sinens eos ingredi viam latam quæ ducit ad mortem [74]. Sic denique et in Osee propheta scriptum est de his qui peccati iter incedunt : « Propter hoc, inquit, ecce ego sepiam viam ejus sudibus (60), et obstruam vias ejus, et semitam suam non inveniet [75]. » Ponamus

[64] Rom. IX, 31. [65] Rom. IX, 32. [66] Rom. X, 3, 4. [67] Rom. IX, 32, 33. [68] Isai. XXVIII, 16. [69] Isai. VIII, 14. [70] Psalm. IX, 24; alias X, 3. [71] Matth. XXIII, 13. [72] Luc. VI, 24. [73] Matth. XXIII, 37. [74] Matth. VII, 13. [75] Ose. II, 6.

(49) Editi, « Quomodo ergo hic dicit gentes .... comprehendisse, » etc. Mss. duo habent « comprehensas, » pro « comprehendisse. » Sed rectius ms. unus et Rabanus ut in nostro textu.

(50) Libri antea editi, « Aliud sectari, aliud insectari habere. » Mss. duo omittunt « insitum, » quod restituunt codex Regius num. 1639, et Rabanus.

(51) Editi, « vero. » Et postea, « habuerunt tamen insita quæ lex, » etc.

(52) Sic recte ms. Regius num. 1639. Ita etiam alii duo mss. Regii, nisi quod pro « nominat, » habeant « nominari. » Editi vero perperam, « Et hic locus sicut supra observandus. Diximus enim in uno eodemque versiculo diversæ nominari leges. »

(53) Editi, « Quare? Quia non ex fide, sed, » etc.

(54) Vide supra, lib. III, num. 9.

(55) Editi, « Offenderunt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est. » etc.

(56) Sic mss. duo. Editi vero et ms. unus, « Apostolum .... inseruisse .... excerpentem quæ assertionibus suis .... aptasse. » Rabanus, « Apostolus .... inseruisse videtur .... excerpendo .... aptasse. »

(57) Editi, « et Patris bono Filio quæcunque salutaria, » etc.

(58) *In desideriis animæ suæ, et qui iniquus est.* Hæc desunt in editis ubi legitur, « laudatur peccator, usque benedicetur : veniens ergo Dominus, » etc.

(59) Ms. Regius num. 1639, « et lapidas missos ad te. »

(60) Editi, « spinis. »

ergo iterum, si videtur, in medio ipsum Paulum, qui acceptis quondam epistolis a sacerdotibus, Damascum pergebat ut omnes viros ac mulieres Christo credentes vinctos perduceret in Jerusalem [76]. Cum ergo ageret istud iter peccati, occurrit ei Dominus Jesus in via, et ad tempus eum cæcitate percussit : et factus est illi, quantum ad ipsum pro- A positum spectat quo illuc pergebat (61), lapis offensionis et petra scandali, ut illud iter peccati quod tenebat, explere non posset, sed conversus crederet ei qui viam suam excluserat, et quibusdam sudibus (62) comminationis obstruxerat; et credens in eum non erubesceret.

LIBER OCTAVUS.

1. « Fratres, voluntas quidem cordis mei, et obsecratio apud Deum fit pro illis in salutem. Testimonium enim perhibeo illis, quod æmulationem Dei habeant, sed non secundum scientiam. Ignorantes enim Dei justitiam, et suam justitiam quærentes constituere, justitiæ Dei non sunt subjecti [77]. » Et ex initio, et procedente (63) textu Epistolæ, diximus Paulum nunc pro gentibus, nunc etiam pro Israel facere sermonem. Quia ergo in his quæ nuper exposita sunt, multis testimoniis adversum Israel usus est prophetarum, ita ut proferret de Isaia : « Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, et sicut Gomorrha similes fuissemus [78]; » et iterum [79] : « Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquiæ salvæ fient : » et his addit (64-65), quia « Israel sectans legem justitiæ, in legem non pervenit [80] ; » propterea nunc consolari rursus populum suum volens, et per hoc invitare ad fidem, dicit : « Fratres, voluntas quidem cordis mei, et obsecratio apud Deum fit pro illis in salutem [81]. » Et causam cur voluntas sua et obsecratio pro illis apud Deum (66-67) habeatur ostendit. « Testimonium enim, inquit, perhibeo illis, quod æmulationem quidem Dei habeant, sed non secundum scientiam [82]. » Quamvis, inquit, tot et tantis involuti sint peccatorum suorum malis, tamen est eis ineffabilis zelus et æmulatio Dei. Et hæc me commovit causa obse- B crare Deum pro ipsis (68), ut vel in fine aliquando perveniant ad salutem. Habent enim zelum **621** Dei, sed non secundum scientiam. Et probat quomodo non secundum scientiam zelum Dei habeant : quia « ignorantes, inquit [83], Dei justitiam (69), » justitiæ suæ obtemperant. Non multum ergo prodest habere zelum Dei, et non habere scientiam zeli (70). Denique Judæi putantes se zelo Dei agere, sacrilegi exstiterunt in Filium Dei : quia non secundum scientiam zelati sunt sicut Phinees filius Eleazari, qui secundum scientiam zelatus interemit Madianitem pariter et Israelitam fornicantem cum ea [84] : et sicut Elias qui dixit : « Zelans zelatus sum Domino omnipotenti Deo Israel, quia dereliquerunt te filii Israel (71), prophetas tuos C occiderunt, et altaria tua subverterunt [85]; » et sicut Mathathias, de quo in primo libro Machabæorum, scriptum est [86], quia « zelatus est in lege Dei, et intremuerunt renes ejus, et ascendit furor ejus secundum judicium. » Horum omnium zelus et æmulatio secundum scientiam fuit. Judæorum vero zelus non erat secundum scientiam, idcirco quia ignorantes Dei justitiam, propriam conabantur, id est, quæ hominibus justitia videbatur, implere; cum utique ipsos magis Dei justitiæ, quæ est Christus (72), convenerit obedire. Sed vide nunc ne forte non illis solis dici sermo iste videatur, quia (73) « zelum Dei habeant, sed non secundum scien-

[76] Act. IX, 2, 3. [77] Rom. X, 1-3. [78] Rom. IX, 29; Isai. I, 9. [79] Rom. IX, 27; Isai. X, 22. [80] Rom. IX, 31. [81] Rom. X, 1. [82] ibid. 2. [83] Rom. X, 3. [84] Num. XXV, 7. 8. [85] III Reg. XIX, 10. [86] I Mach. II, 24.

(61) Sic editi et mss. plerique, nisi quod posteriores habeant, « quo illud pergebat. » Ms. Regius num. 1639, « quantum ad illud propositum spectat quo pergebat. » Deinde editi, « explere non posset. Sed conversus credidit ei qui, » etc.

(62) Editi, « sentibus; » et postea, « non erubescet. »

(63) Sic omnes mss. nostri. Editi vero, perperam, « præcedente. » Loca hic citata ab Origene reperiuntur supra, tom. III, num. 1, 2, 9, tom. VI, num. 8.

(64-65) Editi, « et hic addit. » Deinde mss. quidam, editi et Rabanus, « in legem justitiæ non pervenit. » Male. Nam supra vox « justitiæ » in omnibus mss. et apud ipsum Rabanum omittitur, et hic etiam deest in ms. Regio num. 1639.

(66-67) *Apud Deum*. Hæc verba desunt in editis, qui postea habent, « ostendit dicens : Testimonium perhibeo illis, quod, » etc.

(68) Editi, « tamen ineffabilis zelus et æmula- D tio Dei, hæc me commovit causa, ut obsecratio fieret pro ipsis ad Deum. » Rabanus, « tamen quia ineffabilem zelum, et æmulationem Dei habent, hæc me commovit causa obsecrasse Deum pro ipsis. » Ms. unus Regius num. 1639, « tamen inest illis zelus et æmulatio Dei. Hæc me commovet causa obsecrare Deum pro ipsis. » Cæteri vero mss. ut in nostro textu.

(69) Sic omnes mss. nostri et Rabanus. Editi vero, « habent, dicens : Ignorantes enim Dei justitiam, et suam quærentes statuere, justitiæ Dei non sunt subjecti. »

(70) Editi, « scientiam Dei, » qui postea cum duobus mss. habent, « putantes zelum se Dei habere. » Sed ms. Regius num. 1639 et Rabanus rectius ut in nostro textu.

(71) Editi, « quia dereliquerunt pactum Domini filii Israel. »

(72) Editi, « qui est Christus. »

(73) Editi, « qui. »

tiam [87]. » Similiter enim potest dicere Apostolus et de aliis, quia « testimonium perhibeo eis » quod timorem Dei habeant, sed non secundum scientiam : et de aliis, quia (74) charitatem Dei habeant, sed non secundum scientiam. Si enim habeat quis affectum erga Deum, ignoret autem quia charitas patiens (75) debet esse, benigna, non invidens, non perperam agens, non inflata, non ambitiosa, non quærens quæ sua sunt [88] : et hæc et his similia si in charitate non habeat, sed in solo affectu diligat Deum, competenter et ad ipsum dicetur quia charitatem Dei habet, sed non secundum scientiam. Similiter autem dici potest et de alio, quia fidem Dei habet, sed non secundum scientiam, si ignoret quia «fides sine operibus mortua est [89] : » et quia fides Dei non in solis verbis est, quæ interdum ab alio composita vel scripta discuntur, sed in affectu mentis tali quodammodo (76), qualem habuit illa quæ dixit intra se : « Si tetigero fimbriam vestimenti ejus, salva ero [90]. » Si quis ergo non ita habeat fidem ut ex actibus suis bonis cui credit ostendat, potest et ad ipsum dici quia fidem Dei habet, sed non secundum scientiam. Potest et de alio dici quia castitatem Dei habet (77), sed non secundum scientiam. Et alius curam pauperum habet, sed non secundum scientiam (78) : quippe si ab hominibus laudari vult. Et alius abstinens potest dici, sed non secundum scientiam, si propterea jejunat ut hominibus pareat [91]. Et sic per singula quæque quæ gerimus, nisi secundum scientiam et intellectum geramus (79), potest ad nos dici, quia habemus zelum operis boni, sed non secundum scientiam. Et ideo danda præcipue est opera scientiæ, ne res nobis infeliciter accidat, ut in fide positi frustremur a fide, et zelum habentes bonorum decidamus a bonis. Vis autem scire quia potest quis, si scientiam non habeat (80), evanescere in fide? Audi ipsum Paulum quibusdam dicentem : « Nisi sine causa credidistis [92]. » Accidit ergo sine causa credidisse, his qui scientiæ operam non dant, ut in eo quo crediderunt etiam intellectum veritatis accipiant. Denique et apostoli hanc esse differentiam fidei simpliciter traditæ, et fidei quæ est secundum scientiam pervidentes, dicebant ad Salvatorem : « Auge nobis fidem [93], » hoc est, ut habentes eam fidem quæ non est secundum scientiam, habeamus et eam quæ est secundum scientiam. Itaque (81) Judæis testimonium perhibet Paulus, quod æmulationem Dei habeant, licet non secundum scientiam. Tamen quia utcunque habent æmulationem Dei, causam dederunt Apostolo qua obsecrationem pro illis offerret Deo. Melius enim est habere zelum Dei, licet non secundum scientiam, quam penitus non habere. « Qui enim habet, » sicut scriptum est, « dabitur ei [94] » vel in novissimis cum omnis Israel salvus fiet [95] : « qui autem non habet, etiam quod habet auferetur ab eo [96]. »

2. « Finis enim legis Christus, ad justitiam omni credenti. Moyses enim scribit, quia justitiam quæ ex lege est qui fecerit homo, vivet in ea. Quæ autem ex fide est justitia, sic dicit : Ne dixeris in corde tuo : Quis ascendit in cœlum? hoc est, Christum deducere : Aut quis descendit in abyssum? hoc est, Christum **622** a mortuis reducere. Sed quid dicit Scriptura? Prope est verbum in ore tuo, et in corde tuo : hoc est verbum fidei, quod prædicamus. Quia si confitearis in ore tuo Dominum Jesum, et credideris in corde tuo quod Deus illum suscitavit a mortuis, salvus eris. Corde enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit in salutem. Dicit enim Scriptura, quia omnis qui credit in eum, non erubescet (82) [97]. » Finis enim legis Christus : hoc est, perfectio legis, et justitia Christus est, sed credentibus. Non credentes vero, quia non habent Christum (83), perfectionem non habent legis ; et idcirco nec ad justitiam poterunt pervenire. «Moyses enim scribit, quia justitiam quæ ex lege est qui fecerit homo, vivet in ea. Quæ autem ex fide est justitia, sic dicit. » Jam et in superioribus Apostolus duarum justitiarum fecerat mentionem, ubi dicit, quia ignorans Dei justitiam, suam justitiam statuere quærebat Israel : et hic nunc duas iterum justitias dicit, unam quæ ex lege est, et aliam quæ ex fide est. Sed mihi videtur quod illa, quam superius dixit ignorari ab Israel Dei justitiam, ipsa sit justitia hæc quæ ex fide est; illa vero de qua dicit : « Suam justitiam quærentes statuere (84), » ipsa sit de qua et hic Moysi verbis insinuat, quia « justitiam quæ ex lege est qui fecerit, homo, vivet in ea. » Sed vide justitiarum differentiam, pariter et vitarum. Illa enim justitia Dei, id

[87] Rom. x, 2. [88] I Cor. xiii, 4, 5. [89] Jacob. ii, 20. [90] Matth. ix, 21. [91] Matth. vi, 16. [92] I Cor. xv, 2. [93] Luc. xvii, 5. [94] Matth. xiii, 12. [95] Rom. xi, 26. [96] Matth. xiii, 12. [97] Rom. x, 4 seqq.

(74) Editi, « qui. »

(75) Editi, « ignorat autem quia charitas patiens est, debet esse benigna. »

(76) Sic ms. Regius num. 1639. Ita etiam cæteri mss. nostri, nisi quod habeant « quodam, » pro « quodammodo. » Editi vero, « sed in affectu mentis. Talem quondam habuit illa quæ dixit : Si tetigero, » etc. Rabanus, « sed in affectu mentis sunt aliquando, qualem habuit, » etc.

(77) Editi, « charitatem Dei habet, » male. Ms. Regius num. 1639, « castitatem quidem habet. »

(78) *Et alius curam pauperum habet, sed non secundum scientiam.* Hæc desiderantur in editionibus Merlini et Genebrardi.

(79) Editi, « nisi scientiam et intellectum geramus. »

(80) Editi, « qui scientiam non habet. »

(81) Ms. unus Regius num. 1639, « interim. » Rabanus vero, « itaque. » Mss. duo et editi, « in tantum. »

(82) *Prope est verbum*, etc. usque ad, *non erubescet*, desunt in libris antea editis.

(83) Editi, « qui non habent Christum. » Deinde ms. Regius num. 1639, « potuerunt pervenire. »

(84) Editi, « volentes statuere. »

est, Christus « qui factus est nobis justitia a Deo [98], » et pax, vide quomodo dicit : « Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum [99]. » Hæc ergo justitia non tantum vitam præbet, sed æternam vitam. Illam vero legis justitiam (85) « qui fecerit homo, » non dixit in æternum vivet, sed tantummodo « vivet in ea : » quoniam si finis legis, ut Apostolus dicit [1], Christus est, nec ipsam quæ ex lege est justitiam sine Christo adimplere poterit qui finem legis non suscipit Christum. Hæc ergo quæ ex fide est justitia, quæ est Christus, tanquam vivens et subsistens, hæc, inquit, dicit : « Ne dixeris in corde tuo : Quis ascendit in cœlum? hoc est, Christum deducere : Aut quis descendit in abyssum? hoc est, Christum a mortuis reducere [2]. » Nec mireris quod cum Christus ipse sit justitia, quasi de alio ita de se hæc dicere videatur. In multis enim locis invenies Salvatorem quasi de alio ita de se loqui ; ut in Evangelio dicit [3] : « Et statuet oves a dextris ; hœdos autem a sinistris (86) : et dicet his qui a dextris sunt, et iterum qui a sinistris sunt, » ea quæ scripta sunt. Quod ergo ait : « Ne dixeris in corde tuo : Quis ascendit in cœlum, aut quis descendit in abyssum? » exceptis his quæ media interserit, « hoc est, Christum deducere, vel a mortuis reducere : » sed et, « Prope est verbum in ore tuo, et in corde tuo, » de Deuteronomio videtur assumptum, ubi hoc modo scriptum est : « Mandatum hoc, quod ego mando tibi hodie, non est superexaltatum a te, neque longe a te. Non est in cœlo ut dicas : Quis ascendet nobis in cœlum, et accipiet illud nobis, ut audientes faciamus illud? Neque trans mare est, ut dicas : Quis transibit nobis trans mare, et accipiet illud, ut audientes faciamus illud? Juxta te est verbum valde in ore tuo, et in corde tuo, et in manibus tuis, ut facias illud [4]. » Cum ergo hæc ex Deuteronomio assumpta sint, et Apostolus scribat quia justitia, quæ ex fide est [5], ipsa hæc dicit, quæ est Christus ; sine dubio (87) quæ in Deuteronomio dicuntur Apostolus a Christo dicta esse pronuntiat. Ipse est ergo qui dicit : « Mandatum hoc, quod ego do tibi hodie, non est superexaltatum a te, neque longe a te [6] (88), » et cætera quæ sequuntur. Quid ergo est quod per hoc Apostolus docet? Ne scilicet dicamus in corde nostro, et putemus quod Christus in loco aliquo continetur, et non ubique est, ac per omnia ipse diffunditur : quippe qui cum esset in terris, dicebat quia esset et in cœlo. Sic enim loquebatur ad apostolos suos : « Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, Filius hominis qui est in cœlo [7] (89). » Non dixit, qui fuit, sed, « qui est in cœlo. » Et rursus ne putemus cum in cœlo esse tantummodo, vacare autem ejus præsentia abyssum, ideo justitia quæ ex fide est dicit : « Ne dixeris in corde tuo : Quis ascendit in cœlum [8] ? » Et quasi simile sit hoc dicenti, Christum de cœlo deducere, ita addidit Apostolus : « Hoc est, Christum deducere. » Et rursum si quis mente et cogitatione descendat in abyssum, putans ibi tantum contineri Christum, quasi simile sit Christum revocare a mortuis, ita subjungit : « Hoc est, Christum reducere a mortuis. » Sed ita, inquit, debes sentire de Christo, tanquam de Verbo, et veritate, et sapientia, et justitia Dei. Hæc autem omnia non in loco quæruntur, sed ubique adsunt : neque ab infernis locis (90) evocantur, **623** sed mente sola intellectuque capiuntur. Tanquam Verbum ergo et sapientia prope est in ore tuo et in corde tuo. Et « hoc est, inquit, verbum fidei (91) quod prædicamus. Quia si confitearis in ore tuo Dominum Jesum, et credideris in corde tuo quod Deus illum suscitavit a mortuis, salvus eris. Corde enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit in salutem [9]. » Debemus etiam hoc scire, quod aliud est possibilitatem esse in aliquo, aliud efficaciam vel efficientiam (92), quod Græci δύναμιν et ἐνέργειαν (93) vocant. Verbi causa : Parvulus nuper natus possibilitate rationabilis homo est : potest enim esse rationabilis si adoleverit. Et possibilitate etiam faber, et gubernator, et grammaticus dicitur ; possibile enim est ut horum aliquid sit. Efficacia vero vel efficientia, hoc est, re ipsa atque effectu, nihil horum est dum est parvulus : sed si cœperit vel rationis jam capax esse, vel aliquid fabrilis artis, aut cujuslibet alterius efficere, tunc jam efficacia rationabilis dicitur, vel faber, vel sicut illud est (94) quod

[98] I Cor. I, 30. [99] Joan. XVII, 3. [1] ibid. 4. [2] ibid. 6, 7. [3] Matth. XXV, 33, 34, 35, 41. [4] Deut. XXX, 11-14. [5] Rom. X, 6. [6] Deut. XXX, 11. [7] Joan. III, 13. [8] Rom. X, 6. [9] Rom. X, 8-10.

(85) Editi, « Illa vero legis justitia, quam qui fecerit homo, non dixit in æternum, sed tantummodo, vivet in ea : quod finis legis (ut Apostolus dicit) Christus est, nec ipsa quæ ex lege est justitia, sine Christo adimpleri potuit, quia finem, » etc. Mss. duo Regii : « Illa vero legis justitia qui fecerit homo.... quod finis (al., « quod si finis) legis, » etc. Sed ms. Regius num. 1639 et Rabanus recte ut in nostro textu, nisi quod alius habeat, « quoniam finis legis ; » alius vero, « quod si finis legis, » etc.

(86) Alias, « qui a dextris sunt, et a sinistris, ea, » etc.

(87) Editi, « ordine pio, » male.

(88) Ms. Regius num. 1639, recte, « tibi ; » cæteri vero mss., Rabanus et editi perperam, « vobis. » Deinde editi, « non est superexaltatum, neque longe, et cætera quæ, » etc.

(89) *Non dixit qui fuit, sed, qui est in cœlo.* Hæc desiderantur in editione Genebrardi.

(90) Sic ms. Regius num. 1639 et Rabanus. Cæteri vero mss. et editi, « neque ab inferni locis, » etc.

(91) Editi, « Tanquam Verbum ergo et Sapientia. Prope est verbum in ore tuo et in corde tuo, et hoc est verbum fidei, » etc.

(92) Sic editi et ms. Regius num. 1639. Cæteri vero mss. et Rabanus, « quod aliud est possibilitate esse in aliquo, aliud efficacia vel efficientia. »

(93) Sic ms. Regius num. 1639 et Rabanus. Editi vero, « endelechiam et energiam vocant. » Mss. quidam, « didami, et energia vocant. »

(94) Rabanus et editi, « vel si quid aliud est, » etc. Mss. plerique, « vel si quid illud est, » etc. Sed rectius ms. unus Regius num. 1641 ut in nostro textu.

effectu operis agit. Hoc ergo modo etiam Christus, qui est Verbum Dei, possibilitate quidem juxta nos, hoc est, juxta omnem hominem, esse credendus est tanquam ratio parvulis : efficacia vero tunc (95) in me esse dicitur, cum in ore meo confessus fuero Dominum Jesum, et in corde meo credidero quod Deus illum suscitavit a mortuis. Vis autem scire quia adest ubique, et medius est etiam eorum qui ignorant eum, et non confitentur? Audi quomodo Joannes Baptista de eo hæc ipsa testatur : « Medius, inquit (96), vestrum stat quem vos nescitis, qui post me venit [10]. » Est ergo medius etiam inter eos qui eum nesciunt, sed possibilitate eis medius est, non efficacia. Possunt enim eum capere, sed nondum capiunt. Efficacia vero vel efficientia inter illos medius est quibus dicebat : « Ubicunque fuerint congregati duo vel tres in nomine meo, ibi sum in medio eorum [11]. » Isti enim confitebantur in ore suo Dominum Jesum, et credebant in corde suo quod Deus illum suscitavit a mortuis. Alioquin absurdum videtur (97) si et inter eos qui in nomine ejus congregantur, medius esse dicitur, et inter eos qui eum nesciunt : nisi hujusmodi differentia teneatur, quod inter ignorantes et nondum credentes possibilitate medius dicitur; inter credentes vero efficacia, id est rei ipsius et operis effectu. Verum et illud observa quod ait : « Quia si confitearis in ore tuo Dominum Jesum, et credideris in corde tuo quod Deus illum suscitavit a mortuis, salvus eris. » Videbitur enim quibusdam per hoc, quia etiamsi desint alicui boni operis privilegia, etiamsi virtutibus operam non dederit, hoc ipso tamen quod credidit, non pereat, sed salvetur, et habeat salutem, etiamsi beatitudinis gloriam habere non poterit (98). Sed vide ne magis illud intelligi debeat, quod qui vero et non falso confitetur ore Dominum Jesum, et corde credit, pariter confiteatur se dominatui subjectum esse sapientiæ, et justitiæ, et veritatis, et omnibus quæ Christus est : nec sibi ultra esse dominum mammonam, id est, neque avaritiam sibi ultra, neque injustitiam, neque impudicitiam, neque mendacium dominari. Semel enim Jesum Christum Dominum confessus, nulli horum se servire profitetur. Sed et credens in corde suo quod Deus illum suscitavit a mortuis, certum est quia suscitatum eum ad justificationem sui credit (99). Alioquin, quid proderit scire me et credere quod Jesum Deus suscitavit a mortuis, si in me ipso eum non habeam suscitatum? Ergo si non in novitate (1) vitæ ambulo, et vetustam peccandi consuetudinem non fugio, nondum mihi Christus resurrexit a mortuis. Ad hunc autem sensum etiam ea conveniunt quæ sequuntur, quando ait : « Dicit enim Scriptura, quia omnis qui credit in eum, non erubescet [12]. » Hoc autem apud Isaiam scriptum est. Quod si omnis qui credit in eum, non erubescet : erubescit autem omnis qui peccat, sicut Adam peccavit, et erubuit, et abscondit se [13] : qui adhuc ruborem (2) peccati incurrit, credere non videtur.

3. « Non enim est distinctio Judæi et Græci. Idem enim ipse Dominus omnium (3), dives in omnes qui invocant illum. Omnis enim quicunque invocaverit nomen Domini, salvus erit [14]. » Quomodo non sit distinctio in fide Judæi et Græci, supra jam frequenter ostendimus. Quod autem idem sit Dominus omnium, secundum hæc accipies quæ nuper edidimus; hoc est, si justitia nobis, et veritas, **624** et sanctificatio, et sapientia, quod totum est Christus Dominus, dominetur. Hæc enim sunt ejus divitiæ (4), utpote « in quo thesauri sapientiæ et scientiæ sunt absconditi [15]. » Quas tamen divitias non dixit largiri eum omnibus hominibus, sed omnibus quicunque invocaverint nomen ejus. Sed et in hoc similis videtur quæstio ut in prioribus oboriri. Neque enim omnes qui quoquo modo invocaverint nomen Domini (5) salvi esse possunt, etiamsi non egerint opera invocati nominis digna, maxime cum et Sapientia Dei in Proverbiis dicat : « Erit enim cum invocaveritis (6) me : ego autem non exaudiam vos [16]. » In quo videtur mihi Sapientia cohortari (7) et perurgere eos qui salvari volunt, ut citius invocent Sapientiam, nec morentur, neque differant : ne forte cum statutum tempus excesserit, hoc est, in quo (8) pœnitendi facultas est, tarde post hæc in-

[10] Joan. I, 26. [11] Matth. XVIII, 20. [12] Rom. X, 11; Isa. XXVIII, 16. [13] Gen. III, 8. [14] Rom. X, 12. [15] Coloss. II, 3. [16] Prov. I, 28.

(95) *Tunc*. Deest in editis.
(96) *Inquit*. Desideratur in editis.
(97) *Videtur*. Omittitur in editis.
(98) Editi, « non potuerit. »
(99) Editi, « certum est quia suscitavit eum ad justificationem sui » omisso « credit. » Ita etiam Rabanus, qui habet « credit » in fine. Sic etiam ms. unus, qui habet « cordis » pro « credit. » Sed cæteri mss. ut in nostro textu, nisi quod unus habeat « suscitantem » pro « suscitatum. »
(1) Ita editi. Sed omnes mss. nostri et Rabanus, « Ego si non in novitate, » etc. Deinde mss. duo et editi, « et vetustatis peccandi consuetudinem; » sed Rabanus et ms. unus Regius num. 1639 ut in nostro textu.
(2) Ms. unus Regius num. 1639, « qui ad hunc ruborem, » etc. Rabanus, « qui adhuc cum ruborem peccati incurrerit, » etc.
(3) Sic mss. plerique et editi. Ms. vero Regius num. 1639, « Nam idem Dominus omnium, » etc. Deinde, « Quomodo non est distinctio, » etc.
(4) Ms. Regius num. 1639, « Hæ enim sunt ejus divitiæ. » Mss. quidam omittunt « enim. » Rabanus omittit « ejus. »
(5) Editi, « Neque enim omnes quicunque invocaverint nomen ejus. »
(6) Editi, « Erit enim tempus cum invocabitis, » etc. Sed omnes mss. nostri omittunt « tempus; » et alius habet « invocetis; » alii vero omittunt « autem. »
(7) Editi, « coarctari, » alias, « coarctare. » Sed omnes mss. ut in nostro textu.
(8) Editi, « Ne forte cum statutum tempus acceptabileque præterierit, in quo. » Codex Vallis-Claræ, « ne forte cum statutum tempus excesserint hoc, in quo. » Sed cæteri mss. ut in nostro textu, nisi quod duo omittant « est » post « hoc ». Deinde editi, « tarde hi post hæc; » et postea mss. quidam et editi, « et tunc dicit quia invocabitis, » etc. Sed ms. Regius num. 1639, rectius, « et hinc dicit. »

vocent ubi pœnitentiæ locus non est. Et hinc dicit quia « invocabitis me, et ego non exaudiam vos. » Sermo tamen hic quem ponit Apostolus, id est : « Quicunque invocaverit nomen Domini, salvus erit, » apud Joel prophetam hoc modo scriptus est : « Et dabo prodigia in cœlo sursum, et in terra deorsum, sanguinem, et ignem, et vaporem fumi. Sol convertetur in tenebras, et luna in sanguinem, prius quam veniat dies Domini magnus et nobilis (9). Et erit : Quicunque invocaverit nomen Domini, salvus erit [17]. » Videtur tamen mihi grande aliquid in Scripturis divinis sub hoc invocationis nomine designari. Non enim (10) de qualibuscunque viris, sed de ingentibus et præcipuis scribitur quia « Enos primus speravit (11) invocare nomen Domini [18]; » et in Psalmis : « Moyses et Aaron in sacerdotibus ejus, et Samuel in his qui invocant nomen ejus. Invocabant Dominum, et ipse exaudiebat eos : in columna nubis loquebatur ad eos [19]. »

5. « Quomodo ergo invocabunt, in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante? Quomodo vero prædicabunt nisi mittantur? Sicut scriptum est : Quam speciosi pedes evangelizantium bona [20] (12)! » Manifeste in his per hoc quod dicit : « Quomodo ergo invocabunt, in quem non crediderunt? » illud quod superius posuit de propheta dictum, quia « omnis quicunque invocaverit nomen Domini, salvus erit, » ad Christum Dominum docuit referendum. Postquam enim dixit : « Omnis quicunque invocaverit nomen Domini, salvus erit (13), » subjungit : « Quomodo ergo invocabunt, in quem non crediderunt? » Christo enim Judæi non crediderunt, et ideo nec invocant eum cui non crediderunt. Sed et in principio Epistolæ quam ad Corinthios scribit, ubi dicit : « Cum omnibus qui invocant nomen Domini nostri (14) Jesu Christi in omni loco ipsorum et nostro [21], » eum cujus nomen invocatur, Dominum Jesum Christum (15) esse pronuntiat. Si ergo et Enos, et Moyses, et Aaron, et Samuel « invocabant Dominum, et ipse exaudiebat

A eos [22], » sine dubio Christum Jesum Dominum invocabant : et si invocare nomen Domini, et orare Dominum, unum atque idem est; sicut invocatur Deus, invocandus est Christus; et sicut oratur Deus, ita et orandus est Christus; et sicut offerimus (16) Deo Patri primo omnium orationes, ita et Domino Jesu Christo; et sicut offerimus postulationes Patri, ita offerimus postulationes et Filio; et sicut offerimus gratiarum actiones Deo, ita et gratias offerimus Salvatori. Unum namque utrique honorem deferendum, id est Patri, et Filio, divinus edocet sermo cum dicit : « Ut omnes (17) honorificent Filium, sicut honorificant Patrem [23]. » Quod modo (18) autem de Epistola ad Corinthios proposuimus, ubi Apostolus primo quidem dicit : « Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo

B Jesu, vocatis sanctis [24], » et post hæc, quasi alterius gradus et alterius ordinis sint (19), ita subjungit quosdam, de quibus dicit : « Cum universis qui invocant nomen Domini nostri (20) Jesu Christi in omni loco ipsorum et nostro [25] : » videbitur fortassis habere aliquid differentiæ, quod illos quidem Ecclesiam Dei nominat, et sanctificatos et vocatos sanctos : istos autem tantum, « qui **625** invocant nomen Domini nostri Jesu Christi. » Et vide ne forte ista diversitas tale aliquid ostendat, quale et præsens videtur habere capitulum, in quo docet non posse invocari (21) nomen Domini, nisi prius credatur in Christum [25*]. Cum autem crediderit quis Christo, etiamsi nondum sanctificatus

C sit, et Ecclesiæ corpori sociatus, tamen necesse est ut jam invocet eum cui credidit. Christus enim venit mundum reconciliare Deo, et credentes sibi offerre Patri. Quos autem offert Patri, Spiritus sanctus suscipit, ut sanctificet eos, et tanquam cœlestis (22) Ecclesiæ primitivorum [26] membra vivificet, atque in soliditatem totius corporis perfectionemque restituat, et ita demum Ecclesia Dei non habens maculam neque rugam [27] (23) appellari mereantur. Prius ergo quam ad gradum istius perfectionis accedant (24), tanquam mediatoris Dei et

[17] Joel. II, 30-32. [18] Gen. IV, 26. [19] Psal. XCVIII, 6. [20] Rom. X, 14, 15. [21] I Cor. I, 2. [22] Psal. XCVIII, 6. [23] Joan. V, 23. [24] I Cor. I, 2. [25] ibid. [25*] Rom. X, 14. [26] Hebr. XII, 23. [27] Ephes. XV, 27.

(9) Sic mss. plerique et editi. Ms. tamen quidam et Rabanus, « horribilis. » Deinde ms. Regius num. 1639 et editi, « et omnis quicunque, » etc.

(10) Editi et mss. quidam omittunt « enim. » Ms. unus Regius num. 1639, « Non enim de qualibuscunque verbis, sed ingentibus et præcipuis Scripturis, Enos primus, » etc. Male.

(11) Editi, « prius speravit, » etc.

(12) Sic omnes mss. nostri. Editi vero habent, « evangelizantium pacem, evangelizantium bona! Manifeste apparet in his per hoc quod dicit, » etc.

(13) *Ad Christum Dominum docuit referendum. Postquam enim dixit : Omnis quicunque invocaverit nomen Domini salvus erit.* Hæc in editis nusquam reperiuntur.

(14) Deest « nostri » in antea editis.

(15) Editi, « Deum Jesum Christum. »

(16) Editi, « et adorare Deum unum atque idem est, sicut invocatur Christus, et adorandus est Christus, et sicut offerimus, » etc. Ms. unus Regius

D num. 1639 et Rabanus, « et orare Dominum . . . . sicut invocatur Christus, ita et orandus Christus. » Rabanus tamen omittit « ita. » Sed cæteri mss. ut in nostro textu, nisi quod initio omnes perperam habeant « Dominum, » cum necessario legendum sit cum editis « Deum. »

(17) *Omnes.* Deest in libris antea editis.

(18) *Modo.* Restituitur ex ms. Regio num. 1639.

(19) Deest « sint » in editis.

(20) *Nostri.* Omittitur in editis.

(21) Editi et Rabanus, « invocare, » male.

(22) Editi, « Spiritus suscipit, ut sanctificet eos, tanquam cœlestis, » etc.

(23) Editi, « ut ita demum Ecclesia Dei non habens maculam aut rugam, » etc.

(24) Ita Rabanus. Ms. Regius num. 1639, « Prius enim quam.... ascendant, » etc., ut in textu. Cæteri mss. et editi, « Prius ergo ad gradum istius perfectionis accedant.... invocent nomen Domini, » etc.

hominum invocant nomen Domini nostri Jesu Christi : postea vero quam Spiritus Dei fuerit in corde eorum clamans, « Abba pater [18], » ipse Spiritus eos etiam nomen Patris edocet invocare. Ideo ergo « quomodo, » inquit, « invocabunt (25), in quem non crediderunt? » et in hoc arctissima eos conclusione constringit. Salus, inquit, non est nisi invocanti. Nemo vero invocat qui non credit. Ergo quia non creditis, non invocatis; et quia non invocatis, non salvamini. Sed « quomodo, » inquit (26), « credent ei, quem non audierunt? » Quod non audierunt possumus sic intelligere, quia vel ipsum in carne positum, vel apostolos ejus (27) prædicantes de eo audire noluerint. Sic enim et ipse Dominus dicit [19] : « Qui vos audit, me audit : et qui vos spernit, me spernit. » Potest autem et hoc intelligi, quod etiam et nunc et semper Christus tanquam Verbum et Ratio unicuique loquatur in corde, et de pietate doceat, de justitia suadeat, de castitate, de pudicitia et de omnibus simul virtutibus protestetur, sicut et ipse dicit [20] : « Oves meæ vocem meam audiunt. » Sic denique et in corde Pauli loquebatur, ita ut ille diceret : « An experimentum ejus quæritis qui in me loquitur Christus [21]? » Sequitur : « Quomodo autem audient sine prædicante? » In hoc magis per prædicantium sermonem Christum ostendit audiri (28), in quibus, secundum ea quæ supra diximus, Christus loqui et docere monstratur. « Quomodo autem prædicabunt, nisi mittantur? » Difficultas mihi quædam in hoc sermone videtur exsurgere. Si enim ita intelligamus quod propterea non prædicent, quia non mittuntur (29); nullo autem prædicante non audient; non audientes vero non credent (30); non credentes autem non invocabunt; non invocantes non salvabuntur : colligitur ex his, ut causa qua non sunt salvati, ad vitium (31) redeat auctoris, qui non miserit prædicantes. Sed magis ad illum nos, qui rectior est, intelligentiæ tramitem deflectamus : et quod dixit, « Quomodo prædicabunt, nisi mittantur, » sic acci-

A piamus quasi dicat Apostolus : Nos præcones et prædicatores Christi non possemus prædicare, nec annuntiandi nobis virtus ulla subsisteret, nisi adesset nobis ipse qui misit (32). Quod si prædicantibus nobis audire non vultis, vestra jam culpa est, et si audientes non creditis, et non credentes non invocatis, et non invocantes salvi esse nequitis. Quia ergo missi sunt ad prædicationem, idcirco de his qui ab ipso missi sunt scriptum est : « Quam speciosi pedes evangelizantium bona [22] ! » Quod pedes hic speciosos non corporales, sed spiritales dicat, puto quod quamvis amicus sit quis litteræ, negare non possit. Neque enim in id ridiculi deducet apostolicum sensum, ut evangelistarum pedes qui corporeis oculis videri possunt, putet (33) ab eo
B decoros dici et speciosos; sed illi sunt decori et speciosi pedes, qui ambulant per viam vitæ. Secundum illum enim (34) qui dixit, « Ego sum via [23], » intellige decoros et speciosos evangelizantium pedes, qui per talem viam (35) merentur incedere. Isti sunt pedes quibus et Paulus cucurrisse cursum se dixit, et sic currere ut comprehendat [24], id est vigor animæ quo tenditur et properatur ad cœlum. Gratifice autem pedes istos esse firmabis (36), quos Jesus discipulis lavat, et linteo quo præcinctus est tergit [25]. Et quamvis corporali tunc specie fuerit impletum, tamen **626** Petro hoc solum quod fieri videbat intelligenti (37), et quasi honoris causa ne sibi servo pedes lavaret Dominus excusanti, audi
C quam profundi mysterii proditur sermo. « Si te, » inquit, « non lavero, non habebis partem mecum [26]. » Et iterum aliam similem huic vocem tanquam de secretis scientiæ profert thesauris [27], et dicit : « Quod ego feci vos nescitis modo : scietis autem postmodum; » et addit, quia « sicut ego Dominus (38) et magister lavi pedes vestros : et vos invicem (39) lavate pedes alterutrum. Exemplum enim dedi vobis [28]. » Videamus ergo quod sit istud exemplum, quo magistri discipulorum lavare debeant pedes, aut de qua aqua lavare. Si quis inveniat aquam vi-

[18] Rom. viii, 15. [19] Luc. x, 16. [20] Joan. x, 27. [21] II Cor. xiii, 3. [22] Isa. lii, 7. [23] Joan. xiv, 6. [24] I Cor. ix, 24, 26. [25] Joan. xiii, 5. [26] Joan. xiii, 8. [27] ibid. 7. [28] ibid. 14, 15.

(25) Mss. quidam, « Ideo, inquit : Quomodo ergo invocabunt, » etc. Sed ms. Regius num. 1639, Rabanus et editi ut in nostro textu.

(26) *Inquit.* Deest in editis.

(27) *Ejus.* In editis omittitur.

(28) Editi, « In hoc magis prædicantium sermonem Christum ostendit audire. » Sed omnes mss. et Rabanus ut in textu.

(29) Editi, « intelligimus .... quia non mittantur. »

(30) *Non audientes vero non credent.* Hæc restituuntur ex ms. Regio num. 1639.

(31) Sic recte editi. Mss. vero nostri omnes et Rabanus, perperam, « ad initium. » Deinde editi, « Sed magis ad illum nos qui rectiorem intelligentiæ tramitem continet, deflectamus. »

(32) Ms. Regius num. 1639, « non possemus prædicare, nec annuntiare vobis, nisi ipse nos misisset. »

(33) Editi, « videri possint, putem, » etc.

(34) *Enim.* Deest in editis.

D (35) Sic mss. nostri omnes et editi. Rabanus vero, « qui per spiritalem viam, » etc. Deinde mss. duo Regii, et editi, « Isti sunt ergo pedes quibus.... sed et sic currere » (editi, « cucurrisse) ut comprehendat, id est, animæ vigor » (editi, « animo) quo tenditur, » etc. Sed ms. Regius num. 1639 et Rabanus ut in nostro textu.

(36) Editi, « Gratifice autem pedes istos esse firmavit. » Rabanus vero, « Speciosos autem pedes istos esse firmabitur. » Deinde editi, « et quamvis corporaliter specie, » etc., omisso « tunc, » quod etiam deest in pluribus mss., sed exstat in ms. Regio num. 1639 et apud Rabanum.

(37) Mss. duo, perperam, « non intelligenti. »

(38) Editi, « tanquam de se credentis scientiæ profert thesaurus, » (Ms. Regius num. 1639, « de tam secretis scientiæ profert thesauris) et dicit : Quod ego feci vobis, nescitis modo; scietis autem postea : et addit, quia si ego Dominus. » Ms. unus Regius omittit « quia » ante « sicut. »

(39) *Invicem.* Deest in editis.

vam, et si quis accipiat bibere a Jesu, et aqua illa fiat in eo fons aquæ salientis in vitam æternam [39], iste de hac aqua doctrinæ spiritalis potest lavare pedes discipulorum, et omnes ex anima ipsorum immunditias sordesque diluere : et hoc faciens datum a magistro implebit exemplum. « Speciosi » ergo « sunt pedes evangelizantium bona. » De ipsis puto pedibus etiam (40) in Canticis canticorum Sponsa dicit ad Verbum Dei : « Lavi pedes meos, quomodo inquinabo eos [40]? » Et de ipsis nihilominus dicitur : « Tibiæ tuæ sicut columnæ marmoreæ cum basibus argenteis [41]. » Et fortassis quia hæc pulchritudo est in pedibus evangelistarum, propterea non vult eos Dominus Jesus calceamentis operire, et occultare speciem pulchram; sed præcipit eis neque calceamentum habere in via [42]. Quæ autem bona sint quæ evangelizant, hoc est, quæ annuntiant, videamus. Quamvis hoc ipsum quod dicit evangelizare, interpretetur « bona annuntiare, » quæ sint tamen bona quæ bonis addidit, requiramus. Unum et verum bonum est Deus [43], cujus imago bonitatis est Filius [44], et Spiritus ejus, qui dicitur bonus [45]. Istud ergo (41) unum bonum, quia in Deo Patre, et Filio, et Spiritu sancto est, « bona » nominavit. Hoc est enim quod annuntiant evangelistæ, secundum præceptum Domini et Salvatoris nostri dicentis : « Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti [46]. » Hæc sunt ergo evangelizantium bona [47]. Sed quoniam et ipse bonus nuntius dicitur, et nuntiare de bonis, illa sit ratio quod non solum bona nuntiant, sed et bene bona nuntiant. Sunt enim nonnulli qui annuntiant quidem (42) et prædicant de Patre, et Filio, et Spiritu sancto; sed non sincere, non integre : ut sunt omnes hæretici, qui Patrem quidem, et Filium, et Spiritum sanctum annuntiant; sed non bene, neque fideliter annuntiant. Aut enim male separant Filium a Patre, ut alterius naturæ Patrem, alterius Filium dicant : aut male confundunt, ut vel ex tribus compositum Deum, vel trinæ tantummodo appellationis in eo esse vocabulum putent. Qui autem bene annuntiat bona, proprietates quidem Patri, et Filio, et Spiritui sancto suas cuique dabit; nihil autem diversitatis esse confitebitur in substantia vel natura. Qui ergo ita annuntiant Evangelium, non solum bona annuntiant, sed bene et integre annuntiant bona. Exemplum vero hoc de Isaia (43) videtur assumptum : sed ibi propheta ad ipsum Dominum evangelizandi officium retulit. Ita enim ait : « Quoniam ego ipse qui loquebar, adsum, tanquam aura in montibus, ut pedes evangelizantis (44) auditum pacis, ut evangelizans bona [48]. » Verum videtur mihi Paulus, quia propheta dixerat, « ut pedes evangelizantis auditum pacis, ut evangelizans bona, » et hoc quasi ex alterius comparatione memorasse; velut si diceret : Ita adero ut homo qui evangelizat pacem, et evangelizat bona. Hoc autem faciunt apostoli : idcirco de semetipsis hoc dictum, id est, de apostolis, accepisse videtur (45), ad quorum comparationem adfuturum et evangelizaturum bona per prophetas se dixerat Christus.

6. « Sed non omnes obediunt Evangelio. Isaias enim dicit : Domine, quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu; auditus autem per verbum Christi. Sed dico : Nunquid non audierunt? In omnem terram exiit sonus eorum; et in fines orbis terræ verba eorum. Sed dico : Nunquid Israel non cognovit? Primus Moyses dicit : Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, in gentem insensatam, in iram vos inducam. Isaias autem audet et dicit : Inventus sum a non quærentibus me : palam apparui inter eos qui me non interrogabant. Ad Israel autem quid dicit? Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, et contradicentem [49] (46). » Neque omnes (47) ex gentibus Evangelio crediderunt, neque omnes ex Israel : **627** plures tamen, et multo plures ex gentibus, quam ex Israel. Quod ergo ponit Apostolus quia Isaias dixerit : « Domine, quis credidit auditui nostro [50]? » *Quis*, pro *raro* dictum est : et observare debemus quod sermo hic in Scripturis interdum pro *raro*, interdum pro *nullo* omnino ponitur; verbi gratia, ut cum dicit : « Quis sapiens, et intelliget hæc [51]? » et, « Quis ascendet in montem Domini [52]? » et, « Quis est homo qui vult vitam [53]? » in his omnibus rarum *quis* (48) significat. Ubi vero dicit : « Quis ascendit in cœlum? hoc est, Christum deducere : vel quis descendit in abyssum? hoc est, Christum a mortuis reducere : » hic *quis* nullus intelligitur. Nullus est enim qui ascendit in cœlum Christum inde deducere. Nunc ergo, « Do-

[39] Joan. IV, 14. [40] Cant. V, 3. [41] ibid. 15. [42] Matth. X, 10. [43] Matth. XIX, 17. [44] Sap. VII, 26. [45] Psal. CXLII, 10. [46] Matth. XXVIII, 19. [47] Isa. LII, 7. [48] Isa. LII, 6, 7. [49] Rom. X, 16 sqq. [50] Isa. LIII, 1; Rom. X, 16. [51] Osee XIV, 10. [52] Psal. XXIII, 3. [53] Psal. XXXIII, 13.

(40) Editi, « De istis, ut puto, etiam pedibus, » etc.

(41) Ms. Regius num. 1639, « et qui Spiritus ejus dicitur. Istud ergo, » etc.

(42) Ms. unus Regius num. 1639, « sed et bene nuntiant. Bona sunt enim quæ nonnulli annuntiant quidem. » etc. Sed cæteri mss., Rabanus et editi ut in nostro textu.

(43) Editi, « Exemplum vero de Isaia, » etc.

(44) Editi, « tanquam ora in montibus, ut pedes evangelizantium, » etc. Ms. Regius num. 1639, « tanquam hora.... ut pedes evangelizantis.... et evangelizantis, » etc.

(45) *Videtur* deest in omnibus mss. et editis, sed supplendum videtur. Deinde editi, « futurum. » Et paulo post ms. Regius num. 1639, « per prophetam. »

(46) *Domine quis credidit*, etc. usque ad, *non credentem, et contradicentem*, desunt in editis, sed restituuntur ex omnibus mss. nostris.

(47) Editi et Rabanus, « Neque enim omnes, » etc. Sed omnes mss. nostri omittunt « enim. »

(48) *Quis*. Ita recte ms. unus Regius num. 1639. Cæteri vero mss., Rabanus et editi, « quemque. » Sic et paulo infra.

mine, quis credidit auditui nostro [54]? » quod dicit Isaias, rarum *quis* significat. Scire tamen nos convenit, quod « Domine, quis credidit auditui nostro? » in Hebræis exemplaribus *Domine* non habeat, sed in interpretatione Septuaginta Seniorum sit : et Apostolus (49) hoc probans quod apud illos est, posuit *Domine*. Videtur tamen Isaias hæc ex persona apostolorum prophetare, quibus creditum fuerat prædicationis officium : et ipsi cum raritatem credentium præcipue de populo Israel viderent (50), dicunt ad Dominum : « Domine, quis credidit auditui nostro [55]? » sicut et illud ex persona ipsorum dicitur, quia « annuntiavimus (51) sicut puer ante ipsum, sicut radix in terra sitienti [56]. » Et ipsi sunt nihilominus qui dicunt velut cum ipso positi et videntes eum in habitu humano, quia « vidimus eum, et non habebat speciem neque decorem [57], » et reliqua. Sed et si ad personam ipsorum prophetarum referantur hæc verba, quasi qui apud Dominum conquerantur quod his quæ de Christo prophetaverint, nemo aut admodum pauci ex populo illo (52) crediderint, non videbitur alienum. Aut non est putandum quia Moyses dicat ad Dominum : Domine, nemo credidit auditui meo? Si enim credidissent litteris meis, credidissent utique et Christo : de ipso enim ego scripsi : « Ergo fides ex auditu; auditus autem per verbum Christi. » Hic « verbum Christi » prædicationem de Christo significat. Neque enim illi soli crediderunt qui verbum ab ipso Christo Jesu (53) Domino loquente audierunt; sed multo plures sunt, qui aliis eum prædicantibus audierunt, sicut et ipse Dominus prædixerat loquens ad Thomam [58] : « Quia vidisti me, » inquit, « credidisti; beati non videntes et credentes (54). » Omne ergo verbum quod apostoli, et si qui alii ab ipso accepta gratia de Christo prædicaverunt, verbum Christi esse pronuntiat. Sed et in Ecclesia si quis sapientiam quæ ex Deo est, et veritatem Dei loquatur, si quis viam Dei, quæ Christus est, doceat, et justitiam ejus exponat, sine dubio quod loquitur, verbum Christi est. « Sed dico : Nunquid non audierunt? In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum. » Hæc de psalmo octavo decimo assumitur, ubi ait : « Non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur (55) voces eorum. In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum. » In quo pro linguarum et sermonum varietate gentes sine dubio intelliguntur : et dicitur quia apostolorum Christi in omnem quidem terram sonus exierit : in fines vero orbis terræ non sonus, sed verba pervenerint. Quod ita intelligi potest, quia « terram » imperitos quosque et indocibiles homines dicat (56), ad quos non verba, in quibus ratio fidei continetur et explanatio sapientiæ, sed sonus fidei communi et simplici prædicatione pervenerit : finem vero orbis terrarum eruditiores quosque et prudentiores appellaverit. Finis enim perfectionem indicat rerum. Ad hos ergo tales non sonum vocis, sed (57) verba et rationem pervenisse pronuntiat, qui utique audientes sermonem fidei, etiam perscrutari possunt et perquirere Scripturas divinas, ut cognoscant eorum verborum, quæ eis per apostolos annuntiata sunt, veritatem. Et hanc esse in his differentiam sciens Apostolus, id est in sono et verbis, quodam loco ita dicit : « Et sermo meus, et prædicatio mea non fuit in suasoriis (58) sapientiæ verbis, sed in ostensione Spiritus et virtutis [59]; » ut ostenderet verbum quidem esse quo per virtutem Spiritus sapientia Dei lucidius explanatur : prædicationem vero hanc esse de qua dicit Propheta, quia « in omnem terram exivit sonus eorum [60] : » in qua scilicet simplex annuntiatio est (59) fidei, et simplicioribus quibusque sufficiens. Sed et alibi [61] de semetipso dicit, quia sit « prædicator et **628** apostolus, et magister gentium. » In quo apostolus quidem generale indicat nomen officii, qui non solum prædicet, sed et doceat : prædicet quidem simplicem fidem, ut illis quibus ait : « Nihil enim judicavi me scire inter vos, nisi Jesum Christum, et hunc crucifixum [62]; » doceat vero eos quibus dicebat : « Sapientiam autem loquimur inter perfectos [63]. » In quibus ostenditur quod illis quidem sonum prædicationis protulit, his vero sapientiam Dei per verba disseruit. « Sed dico : Nunquid Israel non cognovit? Primus Moyses dicit : Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, in gentem insensatam; in iram vos inducam (60). » Vide-

[54] Isa. LIII, 1; Rom. X, 16. [55] Joan. XII, 38. [56] Isa. LIII, 2. [57] ibid. [58] Joan. XX, 29. [59] I Cor. II, 4. [60] Psal. XVIII, 5. [61] II Tim. I, 11. [62] I Cor. II, 2. [63] ibid. 6.

(49) Editi, « Domine, non habetur, sed juxta interpretationem LXX Seniorum : sic et Apostolus, » etc. Sed omnes mss. et Rabanus ut in nostro textu, nisi quod alius habeat « ex interpretatione, » et alii omittant particulam « in » vel « ex. »

(50) Editi, « vident. »

(51) Editi plerique, « ex persona illorum dicitur; qui » (al., « quia) annuntiamus, » etc.

(52) Deest « illo » in libris antea editis.

(53) *Christo Jesu.* Hæc verba desiderantur in editis.

(54) Sic mss. et Rabanus. Editi vero, « beati qui non viderunt et crediderunt. » Deinde ms. Regius num. 1639 et Rabanus, « Omne ergo verbum quod apostoli, et si qui, » etc. Sed cæteri mss. et editi habent « apostolus » pro « apostoli. »

(55) Ms. Regius num. 1639, « quibus non audiantur, » etc.

(56) Ms. unus Regius num. 1639 habet « indicat » pro « dicat. »

(57) Ms. Regius num. 1639, « non solum voces, sed, » etc. Deinde idem ms. et Rabanus, « qui utique. » Cæteri vero mss. et editi, « quia utique. »

(58) Editi, « non sunt in suasoriis, » etc. Deinde ms. unus Regius num. 1639 addit « humanæ » ante « sapientiæ; » sed vox « humanæ » deest in reliquis mss. necnon in editis, et apud Rabanum.

(59) *Est.* Omittitur in editis. Rabanus, « sit. »

(60) Editi, « insipientem, in iram vos mittam, » sed omnes mss. ut in textu.

tur ea quæ superius dixit, de gentibus prolocutus; nunc vero, ut sibi moris est, etiam de Israel subjungere: et vult quod inexcusabilis sit Israel testibus idoneis comprobare. Ipse, inquit, Moyses dicit ex persona Dei: « Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem: » de Christianis sine dubio dicens, qui a Deo ad æmulationem prioris populi increduli et contemptoris assumpti sunt. Sed videatur fortassis gentem a Deo fidei merito et devotionis electam Moyses injuriosius compellasse, cum dicit, « In non gentem, » et (61) ita nihili ducere, ut nec gentem eam appellare dignetur; aut si appellet, insipientem (62) nominare. Sed non est injuriosus Moyses, utpote amicus Dei, erga electos ejus: nec contumelia videbitur in sermone, si ratio sermonis appareat. Unaquæque gens, verbi causa, Ægyptiorum, aut Syrorum, aut Moabitarum, pro eo quod propriis terminis, et lingua, et habitu, et moribus atque institutis discernitur, gens illa vel illa appellatur: et neque Syri, Ægyptii aliquando dicuntur: neque Moabitæ, Idumæi appellantur; aut Arabes Scythæ (63). Christiani vero non est una gens, sed ex omnibus gentibus unus populus: et ideo Moyses pro summo honore « non gentem » eam nominavit, quia non erat una gens, sed, si ita dici potest, omnium gentium gens (64). Verum excludi videbimur in his quæ subsequuntur, ubi dicit: « In gentem insensatam, in iram vos inducam: » quod et gentem eam, et insipientem nominaverit. Verum ne in hoc quidem famulus Dei Moyses contumeliam facit populo Dei; sed prævidebat in spiritu quoniam si quis vult sapiens esse in hoc mundo, insipiens fieri debet, ut sit sapiens apud Deum [64]; et « quia non cognovit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis salvos facere credentes [65]: » et quia per prædicationem crucis Christi, quæ est stultitia gentibus [66], congregabitur populus qui fiat in hoc mundo stultus, ut sit sapiens apud Deum. Irascuntur ergo (65) Judæi quod ipsis excusantibus et refutantibus, ad convivium regis invitatæ sunt gentes, non aspicientes ad ea quæ dudum de hoc mysterio « Isaias audet et dicit: Inventus sum (66) a non quærentibus me: palam apparui inter eos qui me (67) non interrogabant. Ad Israel autem quid dicit? Tota die expandi manus meas ad populum non credentem et contradicentem. » Sicut in superioribus sæpe ostendimus apostolum Paulum nunc de gentibus, nunc de Israel facere sermonem, nec tamen evidenter et palam immutationem declarare personæ (68); ita et Isaias in his sermonibus facit, quos ad exemplum Apostolus protulit; et primas quidem partes, id est, « inventus sum a non quærentibus me; palam apparui inter illos qui non interrogabant me, » sine dubio de gentibus dicit: et ubi ille personam latenter immutat, Apostolus evidentem distinctionem sermonibus suis dedit in eo quod addidit: « Ad Israel autem quid dicit? » et superiora quidem ad gentes; sequentia vero exponit ad Israel esse referenda, in quibus ait: « Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, et contradicentem. » Sed primo omnium quod ait, « Isaias audet et dicit, » videamus quid audeat, vel quæ hic prophetæ doceatur audacia. Si intendamus (69) verbis beati Stephani dicentis [67]: « Quem enim prophetarum non persecuti sunt patres vestri, qui annuntiabant de adventu Justi? » tunc Isaiæ intelligimus audaciam, qui persecutionibus et morte proposita ausus est tamen de adventu Justi prædicare, et pro bono audet etiam mori [68]. In quo tamen simul et illud ostenditur, quia non, ut aliqui putant, prophetæ nesciebant quid dicerent, et quasi alienato sensu suo prophetabant. Quod enim dicit Apostolus de Isaia, quia « audet et dicit, » hoc indicat, quia mortem contemnens et persecutiones quæ inferebantur, quamvis sciret sibi imminere periculum, audet tamen et prædicat verbum Dei, sicut et ipse Paulus dicebat: « Scio quia vincula et carceres manent me in Jerosolymis; sed ego non facio chariorem animam meam mihi [69]. » Sic ergo (70) et Isaias sciebat quidem secandum se esse et interficiendum **629** ab impiis, audet tamen, et ex persona Christi dicit: « Inventus sum a non quærentibus me [70]. » Certum est autem quod gentes erant quæ Christum nec quærere noverant, nec de eo interrogare didicerant. Invenerunt tamen quem non quæsierunt, quia ipse eos prior quæsivit. Pastor est enim bonus [71], et ovem quæ perierat requisivit [72]; et sapientia est quæ drachmam perditam quæsivit, et quærens invenit [73]. Judæi autem usque adhuc quærunt de Christo, et interrogant Scripturas de eo, et non inveniunt; quia crux ejus Judæis est scandalum [74] (71): et ideo dicit ad eos: « Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, et contradicentem [75]: » hoc est, cum penderet in cruce, illi non solum non invenerunt eum, sed in-

[64] I Cor. III, 18. [65] I Cor. I, 21. [66] ibid. 23. [67] Act. VII, 52. [68] Rom. V, 7. [69] Act. XX, 23, 24. [70] Isa. LXV, 1. [71] Joan. X, 14. [72] Luc. XV, 4. [73] ibid. 8. [74] I Cor. I, 23. [75] Isa. LXV, 2.

(61) Deest « et » in editis.
(62) Editi, « insipientes, » male.
(63) Ms. unus Regius num. 1639 habet « Getæ. » Sed cæteri mss. et Rabanus, « Scythæ. »
(64) Editi, « omnium gentium gentes. »
(65) Sic Ms. Regius num. 1639 et Rabanus. Editi vero et mss. plerique, « irascantur ergo, » etc.
(66) Editi, « de hoc mysterio. Isaias autem audet et dicit: Inventus sum, » etc. Sed omnes mss. et Rabanus ut in nostro textu.
(67) Editi, « apparui his qui me, » etc.
(68) Editi, « in mutationem declinare personæ. » Sed omnes mss. ut in nostro textu.
(69) Sic ms. Regius num. 1639 et Rabanus. Editi vero et Mss. plerique, « videamus. Quid audet? vel quæ hic Prophetæ audacia? Si intendamus, » etc.
(70) Ms. unus Regius num. 1639, « animam meam, quam me. » Deinde editi, « Si ergo, » etc.
(71) Editi, « quia crux ejus eis est scandalum. »

super dixerunt: « Si Filius Dei es, descende nunc de cruce, et credimus tibi [76]. » Sed audi quid etiam in Sapientia Salomonis dicatur [77], quia « non invenietur ab his qui tentant eum: apparebit vero his qui non sunt increduli ad eum. » Sed ne hoc quidem a nobis convenit ignorari, quod in exemplaribus Hebræorum non habetur « et contradicentem. » Apostolus autem secutus est Septuaginta Interpretum veritatem in suis scriptis, et sicut illi interpretati sunt ponit (72).

7. « Dico igitur: Nunquid repulit Deus plebem suam? Absit. Nam et ego Israelita sum (73) ex semine Abrahæ, et tribu Benjamin. Non repulit Deus plebem suam quam præscivit. An nescitis in Elia quid dicit Scriptura: quomodo interpellat Deum adversum Israel? Domine, prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt, et ego relictus sum solus, et quærunt animam meam. Sed quid dicit illi responsum divinum? Reliqui mihi septem millia virorum qui non curvaverunt genua Baal. Sic igitur et in hoc tempore reliquiæ secundum electionem gratiæ salvæ factæ sunt. Si autem gratia, jam non ex operibus: alioquin gratia jam non fit gratia [78]. » Quoniam ex his quæ supra dicta sunt, videretur forsitan populus Judæorum repulsus esse a Deo, nec aliquid spei gerere, si quidem in æmulationem induxerit eum Deus in non gentem, et in iram, in gentem insensatam [79], et manifestus factus (74) sit his qui eum non quærebant, et inventus sit ab his qui de eo non interrogabant (75): propterea Apostolus, volens ista curare, et ostendere quia supersit salutis via populo (76) Israel si credant, et quia non idcirco repulsi sunt quia genus sint Israel (77), sed quia increduli fuerint, ait: « Non repulit Deus plebem suam quam præscivit. » Et ut hoc præsenti probaret exemplo, subjungit: « Nam et ego Israelita sum ex semine Abraham, et tribu Benjamin, » et tamen fidem Jesu doceo, et annuntio quia ipse est Christus. Quod si mihi non obfuit quia sum Israelita ex semine Abraham, quominus Christo crederem, et ex fide ejus justificarer; certum est quia « non repulit Deus plebem suam quam præscivit. » Quomodo autem « quos præscivit, illos et vocavit; et quos vocavit, illos et justificavit [80], » supra jam dictum est: et quod præscire Deus, non tantum (78) prænoscere futura (quod nec dubitari potest), sed probare, et scientia sua digna ducere, in Scripturis ponatur. Verum ne parvum videretur quod exemplo sui (79) non esse repulsam plebem Dei docebat Apostolus, validiora requirit exempla, et dicit: « An nescitis in Elia quid dicit Scriptura? Quomodo interpellat Deum adversum Israel? Domine, prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt, et ego relictus sum solus, et quærunt animam meam. Sed quid dicit illi responsum divinum (80)? » In quibus docetur propheta aliquando zelo Dei repletus, cum apud Deum (81) querelam populi prævaricatoris exponeret, qui non solum prophetas occidisset, et altaria subvertisset, verum et Eliam qui videbatur solus superesse et prophetis Domini, conaretur exstinguere. Et hoc Elia apud Deum deplorante, audi quid ad eum oracula divina respondeant: « Reliqui mihi (82) septem millia virorum qui non curvaverunt genua Baal. » Baal idoli nomen est, ad cujus cultum populus ille, relicta Dei lege, deciderat. Hæc sunt quæ Apostolus ad exemplum temporis præsentis adducit. Et addit: « Sic igitur et in hoc tempore reliquiæ secundum electionem gratiæ (83) salvæ factæ sunt. Si autem gratia, jam non ex operibus: alioquin gratia jam non fit gratia. » Ostendendum ergo pro viribus nobis est, quomodo sicut factum est sub Elia, ubi omnem populum **630** propheta simul putaverat refutatum (84), inveniuntur septem millia viri, qui permanserint in testamento Dei; sic factum est etiam in adventu Christi, et his temporibus quibus prædicabat Paulus. Et vide si forte possumus Joannem Baptistam, qui Salvatoris præcessit adventum, ponere loco Eliæ: quandoquidem et Evangelium (85) tale ei testimo-

[76] Matth. XXVII, 40, 42. [77] Sap. I, 2. [78] Rom. XI, 1, seq. [79] Rom. X, 19, 20. [80] Rom. VIII, 30.

(72) Editi, « scriptis: sicut illi interpretati sunt, exponit. »

(73) « Nam et ego Israelita sum, » etc., usque ad, « alioquin gratia jam non fit gratia, » omittuntur in editis; sed restituuntur ex omnibus mss.

(74) *Factus.* Deest in editis, et in pluribus mss., sed exstat in ms. Regio num. 1639 et apud Rabanum.

(75) Editi, « ab eo qui non interrogabat. »

(76) Editi, « quantum supersit salutis populo, » etc. Codex vero Vallis-Claræ, « quam supersit salutis suæ populo, » etc. Rabanus: « quæ supersit saluti suæ a populo, » etc. Sed recte ms. unus Regius num. 1639, « quia supersit salutis via populo, » etc. Cæteri mss. habent itidem « quia, » sed « suæ » pro « via. » Deinde mss. plerique et editi habent, « et non idcirco, » etc., omisso « quia, » quæ vox restituitur ex ms. Regio num. 1639 et Rabano.

(77) Editi, « quia gens sit Israel. »

(78) Editi, « Deum, non tantum, » etc. Omnes mss. nostri, « Deus, non tam, » etc.

(79) Editi, « ne parum videretur quod exemplo suo, » etc.

(80) *Sed quid dicit responsum divinum?* Hæc in mss. nostris non comparent. Deinde mss. plerique, et editi: « In quibus docet quod propheta, » etc. Sed rectius ms. Regius num. 1639 ut in nostro textu.

(81) Editi, « cum aliquando apud Deum, » etc. Sed vox « aliquando » deest in mss. nostris.

(82) Mss. plerique, « Reliqui mihi, inquit, » etc. Deinde iidem mss. et editi, « genua sua ante Baal. » Sed ms. Regius num. 1639 ut in textu.

(83) Editi, « secundum electionem gratiæ Dei, » etc. Sed omnes mss. nostri et Rabanus omittunt « Dei. » Deinde iidem editi, et mss. plures, « jam non est gratia, » sed ms. Regius, num. 1639 ubique habet « sit » pro « est. »

(84) Rabanus, « repudiari; » sed omnes mss. nostri et editi, « refutatum. »

(85) Ita ms. Regius num. 1639 et Rabanus. Cæteri vero mss. nostri et editi, « et Evangelista, » etc.

nium perhibet, quia « in spiritu et virtute » venerit « Eliæ [81]; » et ipse Dominus dixerit de eo : « Et si vultis scire, ipse est Elias. Qui habet aures audiendi, audiat [82]. » Hic ergo qui in spiritu et virtute venerat Eliæ, in tantum desperaverat de populo illo, ut non eos diceret esse generationem Abrahæ (86), sed generationem viperarum; et his adderet : « Nolite dicere quia patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ [83]. » Huic ergo ista de populo conquerenti respondeatur a Domino et Salvatore nostro : « Ego scio quos elegerim [84]; » et iterum : « Oves meæ vocem meam audiunt, et ego præcedo eas, et sequuntur me meæ [85]; » et iterum : « Habeo alias oves quæ non sunt de hoc ovili : oportet me et illas adducere [86]. » Quid autem et ipse numerus septem millia virorum indicet videamus. Septenarius numerus (87) ad requiem pertinet. « In septima » enim « die requievit Deus [87]. » Audi ergo et Christus credentes sibi quomodo ad requiem invitat, et dicit : « Venite ad me omnes qui laboratis, et onerati estis : et invenietis requiem animabus vestris [88]. » Ad istum ergo septenarium numerum pertinet omnis qui veniens ad Christum deposuit onera peccati, et requiem salutis invenit (88). Recte ergo Apostolus dicit, quia « sic et in hoc tempore reliquiæ secundum electionem gratiæ salvæ factæ sunt; » reliquias dicens eos qui ex circumcisione crediderunt, tam apostolos cum quibus se quoque annumerat, quam et cæteros qui cum ipsis secuti sunt fidem Jesu Christi. Sed quod dicit, « secundum electionem gratiæ » salvas factas esse reliquias, hæc mihi non videtur superflua esse electionis adjectio (89). Potuit enim dicere : « Reliquiæ » per gratiam « salvæ factæ sunt; » sed ostendit per hæc esse gratiam et sine electione, et cum electione. Nam omnes quidem qui per fidem salvantur, per gratiam sine dubio salvantur : qui autem per « electionem gratiæ » salvantur, perfectioris (90) animæ mihi videntur ostendi. Sicut enim Israel dicitur omnis qui descendit de genere Israel : ille autem verus Israel est, qui mente pura et corde sincero videt Deum : ita et de hoc accipere possumus (91), quod omnes quidem qui ad fidem veniunt Christi, per gratiam veniunt : qui vero donum gratiæ operibus virtutis et puritate cordis exornat, iste non solum per gratiam, sed per « electionem gratiæ » salvari dicetur (92) a Christo. Denique et ipse apostolus Paulus, si quis eum in verbis suis diligenter observet videt quomodo hujusmodi distinctionibus utitur; alibi secundum carnem nominans Israel, alibi super eo carnis omnino non faciens mentionem, sicut in præsenti loco, ubi cum diceret, quia « non repulit Deus plebem suam, » et nobilitatem Israeliticæ animæ vellet exponere, ait : « Nam et ego Israelita sum. » In secunda vero ad Corinthios, ubi quibusdam de Israelitico genere secundum carnem gloriantibus cogitur respondere, vide quæ præmisit : « Quæ loquor, inquit, non secundum Deum loquor, sed quasi in insipientia in hac substantia gloriandi. Quoniam quidem multi gloriantur secundum carnem; et ego gloriabor [89]. » Et post aliquanta dicit : « Hebræi sunt, et ego; Israelitæ sunt, et ego; semen Abrahæ sunt, et ego [90]. » Sic ergo ubi de Israel loquebatur, illo interiore homine (talis enim est plebs illa quam præscivit Deus, et non repulit), non dicit « secundum carnem » Israel; ad eos vero qui in carnis genere gloriabantur præmisit, quod de hujusmodi gloriatione neque « secundum Deum » loqueretur, neque in sapientia; sed, ut ipse dicit, « in insipientia. » Tales sunt ergo « reliquiæ » quæ « secundum electionem gratiæ salvæ factæ sunt. » Et addidit : « Si autem gratia, jam non ex operibus. » Sciendum est opera quæ Paulus repudiat, et frequenter vituperat, non esse opera justitiæ quæ mandantur in lege, sed ea quidem in quibus hi qui secundum carnem legem custodiunt, gloriantur, id est, vel circumcisio carnis, vel sacrificiorum ritus, vel observatio sabbatorum et neomeniarum. Hæc et hujusmodi ergo (93) sunt opera ex quibus dicit neminem potuisse salvari, et de quibus in præsenti loco dicit, quia « non ex operibus : alioquin gratia, jam non fit gratia. » Si enim per hæc quis justificatur, non gratis justificatur. Qui autem per gratiam justificatur, ista quidem opera ab eo minime quæruntur; sed observare debet ne accepta gratia inanis fiat in eo, sicut et Paulus dicit, **631** quia « gratia ejus in me inanis non fuit, sed amplius quam omnes illi laboravi [91]. » Et iterum addit tanquam memor gratiæ : « Non ego, » inquit, « sed gratia Dei mecum. » Non facit ergo inanem gratiam ille qui digna ei opera subjungit, et gratiæ Dei non exsistit ingratus. Qui enim post consecutam gra-

[81] Luc. I, 17. [82] Matth. XI, 14, 15. [83] Matth. III, 7, 9. [84] Joan. XIII, 18. [85] Joan. X, 27. [86] ibid. 16. [87] Gen. II, 2. [88] Matth. XI, 28, 29. [89] II Cor. XI, 17, 18. [90] ibid. 22. [91] I Cor. XV, 10.

(86) Editi, « quia in spiritu.... ut non eos diceret filios Abrahæ.... de lapidibus suscitare filios Abraham. »

(87) Editi, « Septimus numerus. » Deinde, « Septima enim die, » etc.

(88) Sic omnes mss. nostri. Editi vero et Rabanus, « inveniet. »

(89) Sic recte mss. plerique. Rabanus vero, ms. unus Regius num. 1641 et editi, « hæc mihi videtur superflua esse electionis adjectio, » etc. Deinde ms. Regius num. 1639, « et sine electione esse electionem. »

(90) Recte ms. Regius num. 1639, « perfectioris. » Cæteri vero mss. Rabanus et editi, perperam, « perfectiores. »

(91) Editi, « et hoc accipere possumus, » etc., omisso « ita. »

(92) Editi, « exornant, isti non solum.... salvari dicuntur. » Deinde mss. plerique et Rabanus, « vide » (ms. Regius num. 1639 et editi, « videt) quomodo hujusmodi distinctionibus, » etc.

(93) « Ergo » omittitur in editis. Deinde iidem editi et mss. quidam, « et de quibus in ipso loco dicit, » etc., sed ms. Regius num. 1639 et Rabanus, rectius, ut in nostro textu.

tiam peccat, ingratus fit ei qui præstitit gratiam. Si autem non inanem feceris gratiam, multiplicabitur tibi gratia, et tanquam mercedem boni operis gratiarum multitudinem consequeris, sicut et ipse scribit, et Petrus in Epistola sua dicit: « Gratia vobis et pax multiplicetur (94) in recognitione Dei [92]; » et iterum alibi: « Ut boni dispensatores multiplicis gratiæ Dei [93]. »

8. « Quid ergo est? Quod quærebat Israel, hoc non est consecutus: electio autem consecuta est: cæteri vero excæcati sunt; sicut scriptum est: Dedit illis Deus spiritum compunctionis (95); oculos ut non videant, et aures ut non audiant, usque in hodiernum diem. Et David dicit: Fiat mensa eorum in laqueum, et in captionem, et in scandalum, et in retributionem illis. Obscurentur oculi eorum ne videant, et dorsum illorum semper incurva [94]. » In his Apostolus Israel in duas dividit partes: quarum unam electionem vocat, quæ consecuta sit quod quærebat; aliam cæteros appellat qui non solum consecuti non sunt quod quærebant, sed excæcati sunt spiritu compunctionis. Quibus etiam Deum dedisse dicit « oculos, ut non videant, et aures ut non audiant, usque in hodiernum diem, » hoc est, usque ad consummationem sæculi. Sed quæstio nobis movetur quomodo de bono Deo digne dictum videatur (96) quod ipse dederit oculos residuo Israel quibus non videat, et aures quibus non audiat. Et vide ne forte hæc magis retributio sit et merces incredulitatis, secundum ea quæ in superioribus exposuimus, ubi dicitur (97), quia « non probaverunt Deum habere in notitiam, tradidit eos Deus in reprobum sensum [95]. » Et hic enim oculos et aures cordis, non corporis dicit, quibus excæcati sunt (98) et non audiunt hi utique qui Christum videntes in corpore, et audientes doctrinam ejus (99), neque credere operibus quæ videbant, neque verbo quod audiebant obedire voluerunt. Verum de hac ipsa quæstione sufficienter a nobis in primis hujus Epistolæ partibus dictum est. Ubi tamen (1) scriptum sit hoc ipsum quod dicit Apostolus: « Sicut scriptum est: Dedit illis Deus spiritum compunctionis, oculos ut non videant, et aures ut non audiant, usque in hodiernum diem; » ego hactenus invenire non potui. Si quis vero diligentius quam nos intendit in Scri-

A pluris divinis, si invenerit manifestet. Puto tamen hoc modo dixisse Apostolum: « Cæteri vero excæcati sunt; et sicut scriptum est de eis: Dedit illis Deus spiritum compunctionis; » ut suis verbis dicere videatur dedisse eis Deum (2) spiritum compunctionis, secundum ea quæ de cæcitate oculorum, et auditu aurium per Isaiam dicta sunt. Isaias enim ita dicit: « Vade, et dic populo huic: Auditu audietis, et non intelligetis: et videntes videbitis, et non videbitis. Incrassatum est enim cor populi hujus, et auribus suis graviter audierunt: et oculos suos clauserunt, ne forte videant oculis, et auribus audiant, et corde intelligant, et convertantur, et sanem eos [96]. » Nunc ergo (3) sensum Isaiæ videtur Apostolus suis quidem sermonibus protulisse; sed
B quia prophetæ sensum dicebat, addidisse: « Sicut scriptum est. » Similiter autem et de his facit quæ per David dicta esse pronuntiat. Ait enim (4): « Et David dicit: Fiat mensa eorum in laqueum, et in captionem, et in scandalum, et in retributionem illis. Obscurentur oculi eorum ne videant, et dorsum illorum semper incurva. » Quod enim dicit: « Fiat mensa eorum in laqueum, et in captionem, et in scandalum; » *in captionem* in Psalmo [97] non habetur scriptum, neque in nostris Septuaginta Interpretum exemplaribus, neque in Hebræorum. Et rursum in Psalmo habetur: « Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum: » Apostolus autem non posuit *coram ipsis*. Hæc de sermonum ordine et assumptorum testimoniorum qualitate memoravimus,
C ut ostendamus per singula, quod auctoritas apostolica nequaquam Hebræorum exemplaribus fidem facit, nec verbis semper interpretum servit (5), sed Scripturarum sensum verbis quibus competit explicat. Nunc ergo videamus quomodo propositi capituli sensus debeat explanari. Cæcitatem cordis, qua reliquus Israel, hoc est, qui non credidit, excæcatus est, duobus propheticis testimoniis probat, vel quod ex Isaia, vel quod ex David videtur 632
assumptum; et in utroque unus quodammodo sensus exponitur (6). Nam et hic oculi [98] eis dantur quibus non videant, et aures quibus non audiant; et illic [99] optatur ut coram ipsis mensa eorum fiat in laqueum, et in captionem, et in retributionem, et in
D scandalum; et ut obscurentur oculi eorum ne vi-

[92] II Petr. I, 2. [93] I Petr. IV, 10. [94] Rom. XI, 7 sq. [95] Rom. I, 28. [96] Isa. VI, 9, 10. [97] Psal. LXVIII, 23, 24. [98] Rom. XI, 8; Isai. VI, 10. [99] Rom. XI, 9, 10; Psal. LXVIII, 23, 24.

(94) Editi, « multiplicabitur. »

(95) *Dedit illis Deus spiritum compunctionis*, etc., usque ad, *et dorsum illorum semper incurva*, desiderantur in libris antea editis, sed restituuntur ex omnibus mss.

(96) Ita ms. Regius num. 1639, Rabanus et editi. Cæteri vero mss., « Sed quæstio nobis videtur exoriri quomodo de bono Deo digne dictum videatur, » etc. Ms. Regius num. 1639 et editi omittunt « digne. » Deinde editi et mss. quidam habent, « quibus non videant... quibus non audiant. »

(97) *Dicitur*. Omittitur in plerisque mss. necnon apud Rabanum, et in editis; sed restituitur ex ms. Regio num. 1639.

(98) Editi, « quia excæcati sunt. »

(99) *Ejus*. Deest in editis.

(1) Editi, « Ubi vero. »

(2) *Deum*. In editis prætermittitur. Deinde ms. Regius num. 1639, « Secunda ea quidem de cæcitate oculorum, » etc. Sed cæteri mss. Rabanus et editi ut in nostro textu.

(3) Sic mss. plerique et Rabanus. Editi vero et ms. unus Regius, « Hunc ergo, » etc.

(4) Editi omittunt, « Ait enim. » Mss. quidam omittunt, « Et David dicit. »

(5) Editi, « nec verbis semper interpretatum servet, » et, « servat. »

(6) Editi, « et in utroque quodammodo idem sensus exponitur. »

deant. Et quomodo hæc digne credantur dici, et maxime ex persona Christi in psalmo, non otiosum videtur ostendere (7). Vide ergo si hoc modo possumus explicare quod quæritur. Sicut oculis corporeis utitur unusquisque ad videndum sive bona, sive mala, et in potestate habet vel elevare oculos ad cœlum, et per id quod videt, conditorem ejus agnoscere, et collaudare creatorem, vel conferre ad spectacula circi, vel theatri, vel quarumlibet sordidarum oblectamenta visionum, quibus aut ad libidinem, aut ad rapacitatem, vel alia quæque vitia animus inflammetur : ita mihi intellige (8) etiam animæ oculos, quibus alii utuntur quidem ut verbum Dei et doctrinam veritatis agnoscant, ac sapientiæ ejus quotidie capiant profectum ; alii vero utuntur his oculis in contrarium, exercentes scilicet semetipsos quotidie, et inquirentes (9) quomodo dogmata veritatis infringant, et fidem Christi quantum ipsis videtur impugnent. Ponamus ergo aliquem orare pro his qui perspicaces et argumentosi sunt in falsa scientia, et dicere : Det illis Deus « oculos ut non videant » perversi sensus acumina, « et aures ut non audiant » mendacii scilicet magistros, et « obscurentur oculi eorum ne videant ; » non tibi videtur amplectendus is qui hæc optat eis per quæ eorum peccata minuantur? Multo enim melius est non sapere, quam male sapere. Non, inquam, tibi videtur quod Marcion, qui adversum creatorem Deum blasphema scripta composuit, vel Basilides, vel Valentinus, vel cæteri auctores (10) pravorum dogmatum, beati fuissent, si non illos, quibus male sapuerunt, cordis oculos habuissent? De his enim (11) Isaias dicit : « Væ scribentibus! Scribentes enim nequitiam scribunt[1]. » Similiter autem et pro his qui male docent, et male loquuntur, orat David in Psalmis, et dicit[2] : « Muta efficiantur labia iniqua, quæ loquuntur adversus justum, scelus in superbia et contemptu. » Sic ergo et de Israel dicitur : « Obscurentur oculi eorum ne videant[3], » et, Det eis Deus « oculos ut non videant[4]. » Hæc, quantum ad oculorum cæcitatem pertinet quæ male videnti incredulo Israel tanquam pro remedio quodam dari a Deo videtur (12), dicta sint. Nunc etiam de mensa quæ « in laqueum, et in captionem, et in scandalum, et in retributionem eis » fieri dicitur[5], videamus. Sed primo ad eos pauca dicenda sunt qui allegorias in Scripturis divinis refutant, et ridere solent (13) eos qui non in omnibus sequuntur historicum sensum. Dicant ergo nobis si mensam hic Judæorum illam dicit Propheta in qua prandere vel cœnare solent, ut ipsa eis fiat in laqueum ut capiat eos : vel si ipsa mensa efficiatur eis in retributionem, ut ab ipsa pro his quæ deliquerunt recipiant ultionem : vel quomodo eis in scandalum sit exponant. Quod si de his singulis explicare se non valent (14), et risum suum in confusionem viderint versum, tunc nobiscum pariter veniant, et requirant de Scripturis divinis qualiter mensa hæc Israel possit intelligi. Nobis igitur pro captu sensus nostri ita videtur, quod omnes Scripturæ quæ ante adventum Domini erant apud Israel (« primis » enim « illis credita sunt eloquia Dei[6] »), et omne quod appellatur Vetus Testamentum, mensa est Israel : in qua mensa si quis volebat edere verbum Dei, appositis sibi legis et prophetarum sermonibus pascebatur. Et hanc puto esse mensam de qua dicit Salomon : « Si sederis cœnare ad mensam potentis, intelligibiliter intellige (15) quæ apponuntur tibi, et mitte manum tuam, sciens quia talia te parare oportet[7]. » Sed et Salvator ubi dicit : « Cum manducaveritis et biberitis ad mensam meam[8] ; » quid aliud mensam ejus intelligimus, nisi ubi (16) dignos, et eos qui capere possunt verbum sapientiæ, et rerum scientiam, docet (17) ? Hoc et in Proverbiis Salomon de Sapientia protestatur dicens : « Sapientia ædificavit sibi domum, et supposuit septem columnas : immolavit victimas suas, miscuit in cratere vinum suum, et paravit mensam suam[9]. » Omnis ergo Scriptura mensa est Sapientiæ. Sed videamus quomodo hanc mensam orat David fieri Israelitis (18) incredulis in conspectu eorum **633** in laqueum, et in captionem, et in scandalum, et in retributionem[9*]. » Fit eis in laqueum Scriptura divina, cum legunt ea quæ de Christo prophetata sunt : « Hic ædificabit civitatem meam, et captivitatem populi mei convertet[10] : » et dicunt non esse hæc sub Jesu completa (19). Neque enim ædificavit, aiunt, civitatem Dei, neque captivitatem

[1] Isa. x, 1. [2] Psal. xxx, 19. [3] Psal. LXVIII, 24. [4] Rom. XI, 8. [5] Psal. LXVIII, 23; Rom. XI, 9. [6] Rom. III, 2. [7] Prov. XXIII, 1, 2. [8] Luc. XXII, 30. [9] Prov. IX, 1, 2. [9*] Psal. LXVIII, 23. [10] Isa. XLV, 13.

(7) Ms. Regius num. 1639, Rabanus et editi, « ostendere. » Cæteri mss., « exponere. »
(8) Editi, « quibus aut libidinem, aut rapacitatem, vel alia quæque vitia amans » (al., « amens) inflammetur : ita mihi intelligo » (al., « intelligi : » Rabanus, « intelligere »); ms. unus, « ita hic intellige, » etc.
(9) Editi, « semetipsos, quotidie inquirentes, » omisso « et. »
(10) Editi, « doctores. » Deinde iidem, et mss. quidam, « si nullos quibus male sapientes erant, » etc. Sed ms. Regius num. 1639 rectius ut in nostro textu.
(11) *Enim*. Deest in editis.
(12) Editi, « pertinent.... viventi.... videntur, » male.
(13) Ms. Regius num. 1639, « Sed primo pauca dicenda sunt contra eos qui... refutantes ridere solent, » etc.
(14) Editi, « explicare non valeant. »
(15) Sic omnes mss. nostri et Rabanus. Editi vero, « diligenter intellige, » etc.
(16) « Ubi » deest in editis. Deinde mss. plures et Rabanus, « Verbum, sapientiam, et rerum scientiam, docet. » Sed ms. Regius num. 1639 rectius ut in nostro textu.
(17) Editi, « docere, » male.
(18) Alias, « Israeliticis. »
(19) Ms. Regius num. 1639, « a Jesu completa. »

populi revocavit. Sed hæc dicunt, quia sedentes A ad mensam potentis non faciunt illud quod admonuit (20) Salomon [11], ut intelligibiliter intelligant quæ apposita sunt eis. Non enim visibiliter hæc, sed intelligibiliter, hoc est, spiritaliter facturus prophetatus est Christus (21). Nam ædificavit vere civitatem Dei, sed ex lapidibus vivis, ex quibus (22) suscitavit filios Abrahæ, et ex ipsis ædificavit Ecclesiam Dei ; et convertit captivitatem populi, eorum quos in peccatis captos diabolus detinebat. Illis ergo non ita intelligentibus, mensa hæc Scripturæ divinæ facta est « in laqueum, et in captionem. » Potest autem et illa captio mensæ hujus videri, qua Dominus eos cepit cum dixit ad eos : « Quid vobis videtur de Christo ? Cujus Filius est ? At illi responderunt : David. Et Dominus : Quo- B modo ergo (23), inquit, David Dominum eum vocat, dicens : Dixit Dominus Domino meo : Sede a dextris meis (24) ? Et non poterant ei respondere verbum [12]. » Fit autem et « in retributionem » eis hæc mensa, ut breviter dicam, secundum verbum Domini quo ait : « Putatis quia ego accusem vos apud Patrem ? Est qui vos accuset Moyses [13] ; » et secundum illud quod Apostolus dicit : « Quotquot per legem (25) peccaverunt, per legem judicabuntur. » Fit autem et « in scandalum » eis mensa hæc hoc modo. Ex Scripturis didicerant Judæi, quia « Christus in æternum manet [14] ; » Jesum vero videntes in carne, et non solum in carne, sed et in morte, et morte crucis, scandalizabantur in eum nescientes quia « etsi passus est ex infirmitate » C carnis, « sed vivit ex virtute Dei [15]. » Hæc ergo singula quia non intelligibiliter acceperunt, quæ apposita sunt eis ad mensam potentis, scandalizati sunt, et ipsa mensa Scripturarum divinarum facta est eis in scandalum, et obscurati sunt oculi eorum secundum ea quæ supra diximus, et dorsum eorum curvatum est semper [16]. Neque enim deberent ultra cœlum aspicere, qui in creatorem cœli peccaverunt, et in Dominum majestatis. Sed et unicuique nostrum verendum est ne forte hæc divinorum verborum mensa, ad quam videmur consedisse ut cibum verbi Dei pro possibilitate sumamus, fiat in laqueum, vel in retributionem, vel in scandalum, si non intelligibiliter, et ut dignum est, mundos ex ea, et puros ac spiritales cibos sapien- D tiæ capiamus : etiam illud pariter observantes ne immundis et sordidis vestimentis, id est, corpore aut corde (26) polluto ad mensam sapientiæ consideamus ; sed speciem futuri in cœlis convivii jam nunc meditantes, per conversionem et pœnitentiam indumenta quotidie mundiora et nuptialia præparemus, quibus utentes, aulam sapientiæ, et thalamos filii regis intrare mereamur [17].

9. « Dico ergo : Nunquid sic offenderunt ut caderent ? Absit. Sed illorum delicto salus gentibus, ut illos æmulentur. Quod si delictum illorum divitiæ mundi, et diminutio eorum divitiæ gentium : quanto magis plenitudo eorum [18] ? » Cum exposuisset Apostolus ea in quibus repudiatus est Israel, et introductæ sunt gentes ; et enumerasset etiam prophetias quæ de cæcitate ipsorum, et laqueo, et retributione, scandaloque prædixerant (27) : ne rursum gentibus insultandi causas et elationis materiam præberet, ipsum Israelis lapsum dicit talem fuisse, non ut illi caderent, sed ut delicto suo salutem gentibus darent : et ait : « Dico ergo : Nunquid sic offenderunt ut caderent ? Absit. Sed illorum delicto, salus gentibus. » Et quomodo ex illorum delicto salus gentibus detur, ostendit : « Ut illos, » inquit, « æmulentur (28) : » hoc est, ut conversionem gentium videntes, et testamentum Dei, quod ipsi prius acceperant, illis traditum, et legem ac prophetas apud eos majore et digniore haberi observantia, zelum capiant etiam ipsi in novissimis saltem temporibus : et sicut nunc illorum lapsus salutem gentibus dedit, ita gentium fides et conversatio Israeli æmulationem conversionis conferat et salutis. Observandum tamen est, quod aliud ponit Paulus (29) offendere ac delinquere, et aliud cadere : et offensioni quidem vel delicto remedium ponit ; cecidisse autem eos, quasi desperatio in hoc sit aliqua, non recipit. Dicit 634 enim : « Nunquid sic offenderunt, ut caderent ? Absit. Sed illorum delicto salus gentibus. » Et est mirum quomodo in tot et talibus quæ de eis omnis Epistolæ textus exponit, cecidisse tamen eos neget Apostolus. Sed videtur mihi quod Paulus cadendi differentias bene noverit, et aliud sciat esse cadere, secundum illud quod scriptum est : « Septies cadet justus, et resurget [19-20] ; » et iterum : « Noli mihi insultare, inimica mea, quia cecidi : et resurgam [21] ; » et secundum quod Jeremias dicit : « Nunquid qui cadit, non adjiciet ut resurgat ? aut qui

[11] Prov. XXIII, 1. [12] Matth. XXII, 42 sqq. [13] Joan. V, 45. [14] Joan. XII, 34. [15] II Cor. XIII, 4. [16] Psal. LXVIII, 23, 24. [17] Matth. XXII, 12. [18] Rom. XI, 11, 12. [19-20] Prov. XXIV, 16. [21] Mich. VII, 8.

(20) Alias, « commonuit, » (al., « monuit) ; Salomon quod intelligibiliter, » etc.

(21) Editi, « hoc est, spiritaliter facturus est Christus, et prophetatus est Christus. » Deinde ms. unus Regius num. 1639, perperam, « Qui non ædificavit vere, » etc.

(22) Ms. Regius num. 1639, omittit « ex quibus. » Editi vero habent, « in quibus ; » et postea, « ut convertat captivitatem, » etc.

(23) *Ergo*. Deest in editis.

(24) *Sede a dextris meis*. Hæc desiderantur in antea editis.

(25) Ms. Regius num. 1639, « Quotquot in lege, » etc. Alias, « Quicunque per legem, » etc.

(26) Sic ms. Regius num. 1639. Editi vero, « ac corde, » etc. Mss. quidam et Rabanus, « et corde, » etc. Deinde iidem habent, alius, « aut speciem, » alii, « et speciem, » etc. Male.

(27) Sic omnes mss. nostri. Editi vero, « Prophetas qui de cæcitate ipsorum... et retributione scandali prædixerant. »

(28) *Ut illos, inquit, æmulentur*. Hæc desunt in editis, et in plerisque mss. et apud Rabanum : sed restituuntur ex ms. Regio num. 1639.

(29) *Paulus*. Deest in antea editis.

aversus est, non convertetur [22] (30)? » Sed et Job de semetipso dicit : « Tempore constituto paratum est ei cadere sub aliis, et domum ejus (31) diripi ab alienis [23]; » et in quarto Regnorum libro scriptum est : « Cecidit Ezechias ab elatione cordis sui [24]. » Et omnes hi casus de quibus in supradictis sermonibus Scripturam pronuntiasse memoravimus (32), habent utique resurrectionem; et aversio eorum habet conversionem. In præsenti vero capitulo, quasi sciens Apostolus quia si cecidissent, resurgere omnino non possent, ita negat eos cecidisse, et valde excusat in eo quod dicit : « Nunquid sic offenderunt ut caderent? Absit. » Ne forte ergo ad alium casum respiciens Apostolus, Israel excuset et abneget cecidisse; illum fortasse (33) de quo dicebat Dominus et Salvator noster [25], quia « videbam Satanam sicut fulgur cecidisse de cœlo : » sed et illum de quo Isaias dicit : « Quomodo cecidit de cœlo Lucifer, qui mane oriebatur [26]? » Hic ergo tali casu (34) negat cecidisse Israel. Illorum enim vel in fine sæculi conversio erit tunc cum plenitudo gentium subintraverit, et omnis Israel salvus fiet [27]; istius autem qui de cœlo cecidisse dicitur nec in fine sæculi erit ulla conversio. Hunc ergo casum quem superius diximus, id est, in quo qui cadet adjiciet (35) ut resurgat [28], similem esse huic quem in ipso loco offensionem nominat Apostolus advertamus, et quem delictum appellat : quod mihi tale videtur esse. Si quando justus in uno aliquo victus, verbi causa, vel in fragilitate carnis, vel alio quolibet delicto ceciderit, non tamen ideo ab omni legis observantia discesserit (36), sed justitiam teneat, misericordiam colat, fidem, pietatem, mansuetudinem servet, et legem Dei meditari non negligat : de hoc possumus dicere, quia « Nunquid sic offendit ut caderet? Absit. » Ita et Israelitæ (37), quamvis redemptorem suum negaverint, et eos qui ab ipso missi sunt, lapidaverint et persecuti sint [29] : tamen habent adhuc aliquid residui. Est apud illos meditatio legis, licet non credant (38), nec intelligant. Est apud illos et æmulatio Dei, licet non secundum scientiam [30]. Et propterea dicit Apostolus, quia non « sic offenderunt ut caderent; » hoc est, ut ab omni legis Dei observantia, vel meditatione penitus (39) declinarent. Et hujusmodi casum delictum nominavit. « Illorum » enim, inquit, « delicto salus gentibus. » Propterea ergo et David, sciens hujusmodi esse delicta, in quibus qui ceciderit surgat; et esse alia, in quibus qui ceciderit (40) non resurgat nec in consummatione sæculi, dicebat : « Delicta, » sive lapsus, « quis intelligit [31]? » Sequitur post hæc : « Quod si delictum illorum divitiæ mundi, et diminutio eorum divitiæ gentium; quanto magis plenitudo eorum? » Considera in his Dei sapientiam, quomodo apud eum ne ipsa quidem delicta et lapsus inutilitati cedunt : sed cum unusquisque ex propositi sui libertate delinquat, dispensatio divinæ sapientiæ hoc ipso in quo illi damno suæ negligentiæ pauperes fiunt, alios divites facit. Etenim « cum divideret Deus gentes, et dispergeret filios Adam, constituit terminos gentium juxta numerum angelorum Dei. Facta est tunc pars Domini Jacob, et funiculus hæreditatis (41) ejus Israel [32]. » Illis autem angelis, quibus pars gentium fuerat (42) distributa, seducentibus quodammodo singulos quosque de parte Domini ac depravantibus, fecerunt eos offendere, ita ut diceret Dominus per prophetam : « Facta est mihi portio mea desiderabilis in exsecratione [33] : » necessarium fuit ut illa refutata ac (43) repudiata, esset alia pars Domini super terram, quæ gloriam, et testamenta (44), et legislationem, et obsequia [34] cultus Dei (quæ omnia divitiæ erant partis Domini) susciperet, et pars Domini pro illa parte quæ offenderat vocaretur. Idcirco « delictum illorum » fit « divitiæ mundi (45). » Nunc enim jam non una Hebræorum gens, sed totus mundus pars Domini effecta est. Si enim ipse
635 Salvator dicit : « Quia ego veni non ut judicem mundum, sed ut salvetur mundus per me [35]. » Et ne ambiguum videretur mundi nomen, quoniam quidem sæpe ad cœlum et terram, sæpe ad solam terram, interdum vero etiam (46) ad omnes homi-

[22] Jerem. VIII, 4. [23] Job XII, 5. [24] IV Reg. XX, 17; II Paral. XXXII, 26. [25] Luc. X, 18. [26] Isa. XIV, 12. [27] Rom. XI, 25, 26. [28] Jerem. VIII, 4. [29] Matth. XXIII, 37; Luc. XIII, 34. [30] Rom. X, 2. [31] Psal. XVIII, 13. [32] Deut. XXXII, 8, 9. [33] Jerem. XII, 10. [34] Rom. IX, 4. [35] Joan. XII, 47.

(30) Editi, « non revertetur. »

(31) Sic omnes mss. et Rabanus. Editi vero, « paratus est ei cadere sub aliis, et donum ejus, » etc.

(32) Ms. Regius num. 1639, « Et omnes hi casus quos supradictis sermonibus Scripturarum pronuntiari memoravimus, » etc. Sed cæteri mss., Rabanus et editi ut in nostro textu. Deinde « utique » deest in editis.

(33) *Fortasse.* Deest in editis.

(34) Sic Rabanus. Ms. vero Regius num. 1639, « Hoc ergo tali casu. » Cæteri vero mss. et editi, « Hunc ergo talem casum, » etc.

(35) Editi, « non adjiciet, » male.

(36) Editi perperam, « ceciderit. »

(37) Sic recte ms. Regius num. 1639. Cæteri vero mss. Rabanus et editi, « Quia et Israelitæ, » etc.

(38) Editi, « non credentes. »

(39) *Penitus* et paulo post *enim* desunt in editis.

(40) Sic ms. Regius num. 1639. Cæteri vero mss., Rabanus et editi omittunt « surgat, et esse alia, in quibus qui ceciderit. »

(41) *Juxta numerum angelorum Dei. Facta est tunc pars Domini Jacob, et funiculus hæreditatis.* Hæc desunt in editis, et in plerisque mss. nec non apud Rabanum, ubi pro his verbis legitur : « et reliqua usque ad, Hæreditas ejus Israel. »

(42) *Fuerat.* In editis prætermittitur; sed restituitur ex ms. Regio num. 1639. Rabanus habet « fuerit. » Cæteri mss., « fuit. »

(43) Hæc verba, « refutata ac, » desunt in editis.

(44) Editi, « et testamentum. »

(45) Sic ms. Regius num. 1639. Cæteri vero mss., Rabanus et editi, « fiunt divitiæ mundi. »

(46) *Etiam* omittitur in editis.

nes mundi appellatio refertur : idcirco repetit Apostolus, et manifestius in quo dixerit mundum designat. Ait enim : « Et diminutio (47) eorum, divitiæ gentium. » Quod enim illis qui offenderunt diminutum est et ablatum, ad divitias gentium collatum est, qui per fidem pars Domini et hæreditas ejus (48) effecti sunt. Bene autem ad diminutionem reddidit plenitudinem, et non sine profundo quodam sensu populum Israel Paulus plenitudinem vocat. In quo ego pro viribus meis tale aliquid intelligo : Nunc quidem donec omnes gentes veniunt ad salutem, congregantur divitiæ Dei ex credentium multitudine : sed donec Israel in incredulitate persistit, nondum plenitudo portionis Domini dicetur (49) esse completa. Deest enim ad integrum populus Israel. Cum vero plenitudo gentium subintraverit [36], et Israel in novissimo tempore per fidem venerit ad salutem, ipse erit populus qui prior quidem fuerat; sed novissimus veniens ipsam quodammodo hæreditatis et portionis Domini plenitudinem complebit (50). Et ideo « plenitudo » appellatur, quia quod deerat in portione Dei, in novissimis ipse complebit : et ita omnipotentis et boni Dei dispensatio delicta aliorum fructuosa aliis efficit, sicut in præsenti delicta Israel divitias mundi facit, et diminutionem eorum divitias gentium. Jam sane si et ex gentium delictis quæ necessario delinquunt, tale aliquid faciat omnium dispensator, et aliquibus ex eis divitias conferat, ne hoc quasi speciale solius Israel fuisse videatur, sed æquitas apud justum et bonum Deum super omnibus habeatur, etiam tu apud temetipsum qui legis, requirito (51).

10. « Vobis enim dico gentibus : Quandiu quidem ego sum apostolus gentium, ministerium meum illustrabo, si quo modo in æmulationem immittam (52) carnem meam, et salvos faciam aliquos ex illis. Si enim amissio eorum reconciliatio est mundi, quæ est assumptio, nisi vita ex mortuis [37]? » Sicut sæpe observavimus in hac Epistola Paulum aliquando pro Judæis, aliquando pro gentibus, interdum vero ad alterum horum, vel ad utrumque facere sermonem, sicut cum dicebat, « Si autem tu Judæus cognominaris [38], » quasi ad Judæum loquens: et iterum, « Judæo primum, et Græco [39], » loquens (53) quasi ad utrumque; ita nunc vero aperte ad gentes, hoc est ad eos maxime qui in urbe Roma ex gentibus crediderant, dicit : « Vobis enim dico gentibus. » Quid ergo dicat gentibus videamus. « Quandiu quidem ego sum, inquit, apostolus gentium, ministerium meum illustrabo, si quo modo in æmulationem immittam carnem meam, et salvos faciam aliquos ex illis. » Dicet aliquis : Quod ait, « Quandiu ego sum apostolus gentium, » hoc videtur ostendere, quod non semper erit apostolus gentium ; sed completo ministerio, aliorum quorumlibet apostolus sit futurus. Sed quantum et ex ipsius sermonibus, et ex rerum gestarum ratione colligitur, quandiu in hoc mundo fuit, permansisse in fide et veritate apostolus gentium comprobatur. Quid ergo dicemus? Nunquidnam, tanquam servus bonus et fidelis, qui in paucis fuerat fidelis [40], sciebat se super multa constituendum, et apostolum futurum etiam post exitum suum non solum gentium, sed et Israelitarum, et aliorum fortassis invisibilium, ibi ubi benedicunt spiritus et animæ justorum Dominum [41], hymnum dicunt, et superexaltant eum in sæcula? An potius simpliciter dictum (54) debemus accipere, « Quandiu ego sum apostolus gentium, » sicut et Dominus ad apostolos dicit : « Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi [42]? » non quod dicat se post consummationem sæculi non futurum cum eis, sed ut ostenderet se nunquam ab eis discessurum, « usque ad consummationem sæculi » dixit; ita et Apostolus, « Quandiu ego sum apostolus, » dixisse (55) pro *semper* et *sine fine*. Quæ autem ex utraque recipi debeat expositio, relinquimus legentis arbitrio. Igitur quandiu apostolus est gentium Paulus ministerium suum illustrare se dicit : et quid tam dignum, quam ut unusquisque ministerium suum (56), quod per Dei providentiam suscipit, exornet? Exornat autem et illustrat ministerium suum, qui bene ministrat, sicut econtrario dehonestat ministerium suum, et notabile facit, **636** qui negligenter et indigne ministraverit. Verbi causa, in ministerio Ecclesiæ « diaconus, inquit, qui bene ministraverit, bonum gradum sibi acquirit, et multam fiduciam in fide Jesu Christi [43]. » Si vero non bene ministraverit; hoc est, si non se talem exhibuerit qualem describit Apostolus [44], gravem, non bilinguem, non multo vino deditum, non turpis lucri appetitorem, sed habentem mysterium fidei in conscientia pura : non

[36] Rom. XI, 25. [37] ibid. 13 seqq. [38] Rom. II, 17. [39] Rom. I, 16. [40] Matth. XXV, 23. [41] Dan. III, 86. [42] Matth. XXVIII, 20. [43] I Tim. III, 13. [44] ibid. 8.

(47) Sic ms. Regius num. 1639. Cæteri vero mss., Rabanus et editi, « Hæc diminutio, » etc.

(48) Editi, « quæ, » et, « qui per fidem pars Domini effecta sunt hæreditas ejus. »

(49) Alias, « dicitur. »

(50) Editi et Rabanus, « compleat, » male.

(51) Ita mss. Editi vero, « Jam sane fiet ex gentium delictis quæ necessario delinquunt, tale aliquid : omnium enim dispensator, et aliquibus ex eis divitias confert : ne hoc quasi spiritale solius Israel.... ista require. » Ms. Regius num. 1639 perperam habet, « non quia specialis alius Israel fuisse videatur; sed; » cætera vero ut in textu.

(52) Editi, « honorificabo, si quo modo ad æmulandum provocem, » etc.

(53) *Loquens*, nec non et paulo post *ita*, desunt in editis, et in plerisque mss.

(54) *Dictum*. Desideratur in antea editis.

(55) Sic mss., et editio Veneta. Ms. tamen Regius num. 1639 habet « dixit » pro « dixisse. » Cæteri vero editi, « sæculi : dicatur ita et Apostolus. . . . dixisse, » etc.

(56) *Suum*. Deest in libris antea editis hic et infra.

jam bonum gradum, sed malam sibi pœnam conquirit (57), tanquam qui contumeliam fecerit divino ministerio. Similiter autem et qui presbyterii gradum suscipit in Ecclesia, satis agat illustrare ministerium presbyterii. Ad ipsum enim pertinent et illa quæ de presbyteris ad Titum scribit Apostolus [45] : et ea quæ Isaias scribit, cum dicit : « Ipse Dominus in judicio (58) veniet cum presbyteris populi, et cum principibus ejus judicabitur ; » et addit : « Vos autem utquid succenditis vineam meam, et direptio pauperum in domibus vestris est? Ut quid injuriam facitis populo meo, et personas pauperum confunditis [46]? » Secundum hæc autem et episcopus illustrat ministerium suum in episcopatu, si sit secundum quod describit Apostolus [47], irreprehensibilis, vigilans, prudens, ornatus, hospitalis, doctor, non vinolentus, non percussor, sed modestus; non litigiosus, non avarus, domum suam bene regens, filios habens in obsequio cum omni gravitate, non elatus superbia, ne in judicium incidat diaboli. Qui talis est, illustrat ministerium episcopatus sui, ut et ipse audiat : « Euge, serve bone et fidelis ; super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam [48]. » Similiter autem et vidua [49] si permaneat in orationibus et obsecrationibus nocte ac die, illustrat ministerium viduitatis suæ. Si vero sit talis qualem Apostolus notat [50], otiosa, et verbosa, et non solum verbosa, sed et curiosa, loquens quæ non oportet; aut sit in deliciis degens (59), et vivens mortua ; hæc dehonoravit, et non illustravit ministerium viduitatis suæ. Eodem modo etiam virgo consecrata Deo illustrat ministerium virginitatis suæ, si sit sancta corpore et spiritu, et non cogitet quæ hominum sunt, sed quæ Dei, quomodo placeat Deo [51]. Si vero aliter agat, non solum (60) non illustrat ministerium virginitatis suæ, nec illustrat lampadem suam, sed econtrario lumen ejus exstinguitur, et efficitur una de insipientibus virginibus. Hæc eadem et unusquisque in Ecclesia positus apud semetipsum reputet, ut in quocunque loco stat, sive in clero, sive in plebe, illustret ministerium fidei (61) suæ, et tales faciat actus suos, « ut videntes » homines « opera » ejus « bona, magnificent Patrem qui in cœlis est [52]. » Hoc enim faciebat et Paulus docendo gentes, quorum erat apostolus, et instruendo, infirmos [53] olere (62), parvulos lacte alendo [54], robustis fortiorem verbi cibum præbendo, errantes, et in fide titubantes, ac velut in abortivum quoddam redactos (63) materno affectu rursum parturiendo, donec Christus formaretur (64) in eis [55] : et per hæc omnia illustrando ministerium apostolatus sui, in æmulationem fidei et zelum bonæ conversationis adducebat carnem suam (65), id est, secundum carnem cognatos ; ut si non omnes, aliquos tamen salvos faceret ex illis. Sic ergo dum pervigilem curam et jugem sollicitudinem erga doctrinam gentium gerit, et conversationem eorum ac vitam valde probabilem facit, videntes hæc Israelitas (66) qui erant cognati ejus secundum carnem [56], ad imitandos eos qui proficiunt in fide Dei invitat, et provocat : et est gloria ministerii ejus cum ex eruditione eorum etiam illis profectus (67) accesserit. « Si enim amissio eorum reconciliatio est mundi, quæ est assumptio, nisi vita ex mortuis? » Hoc mihi ostendere in his sermonibus videtur Apostolus, quod abjecto Israel, et ad gentes necessario prædicatione translata, mundus (hoc est, universæ gentes [68]) reconciliatus est Deo, secundum quod scriptum est : « Quia Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum [57] ; » et iterum sicut Paulus dicit : « Qui posuit in nobis verbum reconciliationis ; » per quod verbum dicebat : « Rogamus pro Christo, reconciliamini Deo. » Si ergo, inquit, Israeliticæ gentis hujus abjectio reconciliationem præstitit mundo, et si tanta fuit erga gentem istam gratia, quæ sublata ab ea (69) universum mundum Deo reconciliare sufficeret, quantum putas tunc merebitur mundus, cum etiam gens ista reconciliari meruerit Deo (70)? Et quid illud sit quod ex **637** reconciliatione Israel mundus acquirat, breviter ostendit dicens : « Vita ex mortuis. » Tunc enim erit assumptio Israel, quando jam et mortui vitam recipient, et mundus ex corruptibili incorruptibilis fiet, et mortales immortalitate donabun-

[45] Tit. I, 6 seq. [46] Isai. III, 14, 15. [47] I Tim. III, 2 seqq. [48] Matth. XXV, 23. [49] I Tim. V, 5. [50] ibid. 6, 13. [51] I Cor. VII, 32, 34. [52] Matth. V, 16. [53] Rom. XIV, 2. [54] I Cor. III, 2. [55] Galat. IV, 19. [56] Rom. IX, 3. [57] II Cor. V, 19, 20.

(57) Ms. unus Regius num. 1641, « sed malum sibi acquirit. » Cæteri vero mss., Rabanus et editi ut in textu.

(58) Ms. Regius num. 1639, « in judicium ; » cæteri vero mss., Rabanus et editi, « in judicio. » Deinde editi, « judicabit, » et ita legendum videtur. Mss. tamen nostri omnes et Rabanus habent, « judicabitur. »

(59) Editi, « sed in deliciis agens. »

(60) *Illustrat ministerium virginitatis suæ, si sit sancta corpore et spiritu, et non cogitet quæ hominum sunt, sed quæ Dei, quomodo placeat Deo. Si vero aliter agat, non solum.* Hæc in editis non comparent, sed restituuntur ex mss. et Rabano.

(61) Editi, « ministerium suum fidei. »

(62) Editi, « infirmos alere. »

(63) Editi, et Rabanus, « in abortum quemdam redactos. »

(64) Editi, « formetur. »

(65) *Suam.* Deest in libris antea editis.

(66) Sic ms. Regius num. 1639. Cæteri vero mss. et editi, « videntes hæc Israelitæ. » Rabanus, « videns autem Israelitas. »

(67) Editi, « cum ex eruditione etiam illis, » etc. Rabanus, « cum ex eruditione horum æquus illis profectus, » etc. Mss. plerique, « cum ex eruditionis honore etiam illis profectus, » etc. Sed rectius ms. Regius num. 1639 ut in nostro textu.

(68) *Hoc est, universæ gentes.* Hæc desunt in editis, et in plerisque mss. necnon apud Rabanum ; sed restituuntur ex ms. Regio num. 1639.

(69) Editi, « erga gentes ista gratia, quæ sublata ab eo. »

(70) Editi, « reconciliari merebitur Deo. » Mss. Regius num. 1639, « reconciliata fuerit Deo. » Sed cæteri mss. et Rabanus ut in textu.

tur. Absurdum namque videretur si cum offensio (71) ipsorum reconciliationem mundo donaverit, assumptio ipsorum non majus aliquid mundo et præstantius largiretur.

11. « Quod si delibatio sancta est, et massa : et si radix sancta, et rami. Quod si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cum esses oleaster, insertus es in illis, et socius factus es radicis et pinguedinis olivæ, noli gloriari adversus ramos. Quod si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te. Dicis ergo : Fracti sunt rami, ut ego inserar. Bene : propter incredulitatem fracti sunt. Tu autem fide stas : noli superbe sapere (72), sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, nec tibi parcet. Vide ergo bonitatem et severitatem Dei : in eos quidem qui ceciderunt, severitatem ; in te autem bonitatem, B si permanseris in bonitate. Alioquin et tu excideris, et illi, si non permanserint in incredulitate, inserentur. Potens est enim Deus iterum inserere illos. Nam si tu ex naturali oleastro excisus es, et contra naturam insertus es in bonam olivam, quanto magis hi secundum naturam, inserentur suæ olivæ ? » Nescio quomode[58] hi qui de schola Valentini et Basilidis veniunt, hæc ita a Paulo dicta non audientes, putant esse naturam animarum quæ semper salva sit, et nunquam pereat, et aliam quæ semper pereat, et nunquam salvetur : cum aperte Paulus dicat fractos esse ramos bonæ olivæ propter incredulitatem suam, et divinæ severitatis (73) indiguisse vindicta : et rursus oleastri ramos, quæ C apud illos natura perdita ponitur, insertos esse radici et pinguedini olivæ. Sed illis quidem per hæc facile responsum sit (74). Nihilominus autem etiam nobis qui unam esse naturam omnium hominum, imo (75) omnium rationabilium dicimus, et ad salutem æqualiter habilem, et ad perditionem si negligat, occurri potest et dici : Quomodo ergo Paulus olivam bonam et oleastrum ponit, cum utique si unam sciret esse naturam omnium, diversi generis arborum non introduxisset exemplum ? Dicendum ergo ad hæc : Sicut omnis materia corporalis, cum sine dubio unius naturæ sit, per accidentes sibi qualitates diversas species profert vel corporum, vel arborum, vel herbarum : ita et cum omnium rationabilium una natura sit, arbitrii proprii æqualiter libertate donata, uniuscujusque proprii motus ex arbitrii potestate prolati, vel ad virtutem, vel ad libidinem subjectam sibi animam perducentes, vel in bonæ eam, vel in malæ arboris speciem formant : ut aut bona arbor dicatur, si per arbitrii potesta- A tem elegerit bona ; aut mala dicatur, si elegerit mala : et sic unusquisque secundum propositi sui motus (76) aut bona oliva, si iter virtutis incedat, aut si contraria sectetur, oleaster nominabitur. Inde denique et Dominus in Evangelio dicebat : « Aut facite arborem bonam, et fructus ejus bonos ; aut facite arborem malam, et fructus ejus malos[59] ; » ut ostenderet arborem bonam vel malam non nasci, sed fieri. Jam vero si accedat (77) aliquid ad arbitrii libertatem, quod extrinsecus vel ad mala provocet, vel hortetur ad bona per ineffabiles quasdam divinæ Providentiæ dispensationes, in nullo consequentiam propositæ absolutionis offendit. Habet enim in semetipsa (78) natura rationabilis vigentem et ad hæc arbitrii libertatem, qua vel obedire, si B velit, provocanti, vel, si nolit, spernere possit hortantem. Quod autem diximus, quia materiæ corporali accedentes extrinsecus qualitates reddunt species diversas, aliquas quidem ad multum tempus permanentes, aliquas ad breve, nonnullas vero non solum annis exiguis, sed interdum etiam mensibus aut diebus paucis vix durantes, ita intelligitur. Verbi causa : species cœli, et solis, aut lunæ, vel astrorum talibus quibusdam formatæ sunt qualitatibus quæ usque ad sæculi finem perdurare sufficiant, et usquequo liberentur « a servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei[60]. » Aliæ vero sunt terrenorum corporum qualitates, et in ipsis est multa differentia. Nonnullorum enim animalium C corpora, vel arborum, vel avium, multis admodum possunt durare temporibus ; aliorum vero paucis, aut valde exiguis. Quod si hæc bene intellexisti, transeamus nunc ab exemplis corporeæ qualitatis ad naturæ rationabilis qualitatem : et vide quomodo aliæ quidem in qualitatibus beatitudinis sæcula multa perdurant : et aliæ in qualitate malitiæ (79) nihilominus **638** sæcula multa consumunt : aliæ ex ipsis parvo tempore vel in virtutibus, vel in malitiis manent ; aliæ perexiguo, aliæ admodum brevi. Quorum per singula notitiam nos quidem homines, utpote corruptibilis corporis (80) pondere prægravati, perexiguam, aut etiam nullam capere possumus. Qui vero scrutatur omnia, etiam alta Dei[61], Spiritus sanctus universa novit, et nota facit cui D ipse voluerit revelare. In his etenim præcipue, id est, in dispensatione rationabilis naturæ apostolicum illud dicendum est : « O altitudo divitiarum sapientiæ, et scientiæ Dei, quam inscrutabilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus[62] ! » Sic ergo unusquisque ex arbitrii potestate aut bona oliva,

[58] Rom. XI, 16 sqq. [59] Matth. XI, 33. [60] Rom. VIII, 21. [61] I Cor. II, 10. [62] Rom. XI, 33.

(71) Editi, « sicut offensio, » etc.

(72) Editi, « noli altum sapere. » Sed ms. Regius num. 1639 ut in textu.

(73) Sic recte ms. Regius num. 1639. Editi vero, « et ibi severitatis, » etc. Mss. plerique, « et ibi ne severitatis, » etc.

(74) Editi, « pinguis olivæ. Sed illis per hæc facilis responsio sit. » Mss. quidam, « pinguedinis olivæ ; » et paulo post omittunt « quidem, » sed ms. Regius num. 1639 ut in nostro textu.

(75) Sic ms. Regius num. 1639. Editi vero omittunt, « omnium hominum, imo. » Cæteri mss. habent « imo, » sed omittunt « omnium hominum. »

(76) Editi, « et unusquisque secundum proposita sui motus, » etc.

(77) Alias, « si accidit ; » al., « si accedit. »

(78) Alias, « in semetipso. » Deinde editi, « vigentem (et hæc arbitrii) libertatem, quæ vel, » etc. Et postea, « accidentes extrinsecus, » etc.

(79) Sic mss. Editi vero, « et aliæ qualitate perfidiæ vel malitiæ, » etc.

(80) Editi, « utpote corruptibiles corporis, » etc.

A aut oleaster efficitur, aut Israelitici generis, aut alterius culpabilis gentis, ut dicatur de eo : Quia « alienati sunt peccatores ab utero (81), erraverunt a ventre : locuti sunt falsa [63] : » ita ut sint peregrini testamentorum, et hospites promissionum Dei [64]. Et alii in Deum jactantur ex utero, et dicunt : « In te jactatus sum ex utero, de ventre matris meæ Deus meus es tu [65]. » Sed quoniam, ut diximus, permanet semper naturæ huic libertas arbitrii, possibile est ut cum sit quis Israeliticæ gentis, et bonæ olivæ ramus, decidat in incredulitatem, et frangatur : et rursus alius qui elegerat gentis esse culpabilis (82) et peccatricis, et per hoc ramus oleastri dicebatur, si convertatur ad fidem (habet enim in se arbitrii sui (83) libertatem, qua converti possit ad bonum [84]), inseritur bonæ olivæ per fidem, et efficitur socius radicis, et pinguedinis olivæ [66]. Radicem vero hanc alii Abraham nominant, alii Seth, alii aliquem unum ex patribus bene meritis ponunt (85). Ego autem radicem aliam quæ sancta sit, et sanctas primitias nescio nisi Dominum nostrum (86) Jesum Christum. Ipse est enim primitiæ omnium, vel « delibatio, » ut in præsenti loco habemus Apostoli, secundum id quod alibi de eo dicitur : « Qui est primogenitus omnis creaturæ [67]. » Huic namque radici omnis qui salvatur inseritur, et ex hac delibatione sancta omnis massa humani generis sanctificatur : et vere sicut radix sancta manentibus in se ramis sanctitatis pinguedinem præbet, dum per Spiritum suum sanctum adhærentes sibi vivificat, verbo excolit, sapientia floridos reddit, et in omnium virtutum plenitudine afferre fructus uberes facit : ita ut et ipsa dicat de eis : « Ego autem sicut oliva fructifera in domo Dei [68]. » Etenim si rami qui fracti sunt, propter incredulitatem fracti sunt, et qui stant, fide stant : quis alius erit in quo stant nisi Jesus Christus ? et quis est alius a quo per incredulitatem fracti sunt, nisi ipse cui non crediderunt ? Semper ergo quicunque advenæ ad fidem, vel ad conversationem Israel (87) veniebant, Christo qui erat verus Israel inserebantur. Præcipue tamen ex tempore adventus ejus multus oleaster inseritur (88) huic radici, vel ramis ejus, apostolis scilicet et prophetis Dei : ut qui inseruntur eis, socii fiant radicis et pinguedinis Christi. Post hæc docet nos Apostolus non extolli adversus radicem, vel fractos ramos Israelitas, neque insultare eis : quia non nos radicem portamus, sed radix nos. Non enim habemus (89) quod non accepimus. Si autem accepimus, quid gloriamur quasi non acceperimus [69] ? Tum deinde quasi quibusdam impudentius insultantibus et dicentibus : Si « fracti sunt rami (90) : bene : propter incredulitatem fracti sunt, ut ego insererer » qui credebam : hos ergo reprimens Apostolus dicit : Illi quidem per incredulitatem fracti sunt, et tu insertus es per fidem, et in fide stas : sed memento quia « omnis qui se exaltat humiliabitur [70] ; » et ideo « noli superbe sapere (91), » noli alta et elata proloqui. Quamvis enim in radice stes, et bene stes, timeto tamen videns

B quia et alii quibus insultas ibi steterunt ubi et tu stas : et tu cum ibi non esses, ad olivæ (92) hujus radicem aliunde translatus es, et possibile est etiam te peccare. Nam et hoc ipso quod superbis et exaltaris, jam peccas : et scito quoniam « si Deus naturalibus ramis non pepercit, nec tibi parcet. » Post hæc vero iste (93) qui superbit et insultat lapsis, altioribus ab Apostolo sensibus humilitatis imbuitur ; et dicitur ad eum : Tu qui hæc dicis, « vide bonitatem et severitatem Dei : » et cum vides severitatem ejus erga defractos ramos, metuendum tibi est ne forte et tu dum superbis et insultas lapsis, severitatem Dei quæ peccatores perurget, incurras ipse peccando. Bonitas enim ejus

C permanet in his qui in bonitate permanserint. « Alioquin » eodem ordine « et tu, » si in bonitate non permanseris, « excideris : et illi si in incredulitate non permanserint, inserentur. » Deo enim non est impossibile « iterum inserere illos » si recedant ab incredulitate

639 per quam fracti sunt : quandoquidem facilius videtur propriæ arboris ramos radici suæ reddere, quam inserere alienos. Quod autem dixit, « ex naturali oleastro, » et iterum : « secundum naturam inserentur suæ olivæ, » naturam olivæ vel oleastri secundum hoc debemus accipere quod supra exposuimus, quod (94) arbitrii libertas naturam fecerit unicuique vel oleastri, vel bonæ olivæ. Observandum sane est quod hi quidem qui ex propria oliva deciderunt, fracti dicuntur ; hi vero qui ex oleastro inseruntur, si iterum peccaverint, non frangendi, quod utique esset

D

[63] Psal. LVII, 4. [64] Ephes. II, 12. [65] Psal. XXI, 11. [66] Rom. XI, 17. [67] Coloss. I, 15. [68] Psal. LI, 10. [69] I Cor. IV, 7. [70] Luc. XVIII, 14.

(81) Editi, « a vulva, erraverunt ab utero, » etc.

(82) Editi, « genus esse culpabilis, » etc.

(83) *Sui*. Deest in editis.

(84) Editi, « ad fidem boni. »

(85) Editi, « bonæ mentis ponunt. » Ms. unus Regius num. 1639, « boni meriti ponunt. » Cæteri vero mss. et Rabanus ut in textu.

(86) Sic editi et Rabanus. Ms. Regius num. 1639, « meum. » Cæteri mss. omittunt vel « nostrum » vel « meum. »

(87) Mss. duo habent, « ad conversionem Israel. »

(88) Editi, « insertus. »

(89) Ms. Regius num. 1639, « Post edocet nos Apostolus non extolli adversum ramos fractos, id est Israelitas... Nihil enim habemus, » etc. Sed cæteri mss., Rabanus et editi ut in nostro textu, nisi quod editi omittant « vel, » et Rabanus habeat « et » pro « vel. »

(90) Editi, « impudentibus... Sed fracti sunt rami, » etc.

(91) Editi, « superba sapere. »

(92) Ms. Regius num. 1639, « et tu cum ibi stes, ad olivæ, » etc. Sed cæteri mss., Rabanus et editi ut in textu.

(93) *Iste*. Omittitur in editis ; qui postea habent, « et dicit ad eum. »

(94) « Quod » omittitur in editis, sed restituitur ex ms. Regio num. 1639 et Rabano. Cæteri vero mss. habent « ut » pro « quod. »

levius, sed excidendi appellantur. In quo vehementior profecto Dei severitas indicatur, si posteaquam quis (95), cum esset oleaster, et ex peccatorum silva collectus, ad radicem fidei ac sanctitatis adductus est, rursus amaros malitiæ proferat succos. Sed ne hoc quidem lateat nos in hoc loco, quod non eo ordine Apostolus olivæ, et oleastri similitudinem posuit, quod apud agricolas habetur. Illi enim magis olivam oleastro inserere, et non olivæ oleastrum solent : Paulus vero apostolica auctoritate ordine commutato res magis causis, quam causas rebus aptavit (96).

12. « Nolo enim (97) vos ignorare, fratres, mysterium hoc, ut non sitis apud vosmetipsos sapientes : quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium subintraret : et sic omnis Israel salvus fieret, sicut scriptum est : Veniet ex Sion qui liberet et avertat impietates ab Jacob : et hoc illis a me testamentum, cum abstulero peccata eorum [71]. » Adhuc ad eos qui ex gentibus crediderant, quasi elatos et superbientes adversum ramos qui fracti sunt, et putantes quod hoc non Dei bonitate (98) et ineffabili dispensatione sapientiæ ejus, sed suis meritis consecuti sunt, ut illis defractis, ipsi cum essent oleastri, insererentur in bonam olivam, dicit : « Nolo vos ignorare, fratres, mysterium hoc, ut non sitis apud vosmetipsos sapientes; » quia insultare lapsis, et gloriari adversus ramos qui fracti sunt, non fit per Dei sapientiam, sed per humanam notabilem (99), et ignorantem mysterium Dei. Qui enim secundum Deum sapit, in beneficus Dei non insultat abjectis, sed cum timore gratias agit misericordiæ largientis. Est ergo mysterium quod ignorabatur ab iis qui insultabant, hujusmodi; quomodo in dispersione filiorum Adam cæteris quibusque gentibus secundum angelorum numerum distributis, propria quædam pars Dei (1) facta sit Israel [72], sicut et in aliis ubi oportuit, et in his ipsis paulo superius memoravimus, ad quos et repromissiones bonorum, et testamenta, et legislatio facta est [73]. Manente ergo parte illa (2) Domini in statu suo, possibile non erat nos, qui eramus gentes, introire in hæreditatem Dei, et in sceptri ejus jura succedere. Idcirco igitur patitur Deus ex parte, id est non omnibus, sed aliquibus ex Israel fieri cæcitatem, ab illis sine dubio angelis obtentu invidiæ æmulationis illatam (3), qui cæterarum gentium sortiti fuerant principatum. Passus est ergo Deus, et cum posset prohibere, noluit, ut pro his qui cæcitate decepti, id est cordis obtusione prolapsi sunt, ipsorum qui istos deceperant portiones suam Deus faceret portionem, ut quodammodo in eo (4) ipso quo ceperant, caperentur. Avertentes enim ad se per peccati (5) illecebras Dei plebem, locum fecerunt gentibus ingrediendi in hæreditatem Dei, Deo cum ipsis communi quodam et æquissimo jure habente judicium, ut donec illi plebem Dei in cæcitatis (6) captivitate detinerent, quasi ad vicem eorum, quos ab initio ex portione Dei et segregata ejus hæreditate subtraxerant, gentium numerus redderetur : cum vero plenitudo gentium fuisset expleta, et æmulatione salutis eorum cœpisset Israel discutere a semetipso cæcitatem cordis, et elevatis oculis suis Christum verum lumen aspicere, ita secundum (7) præcedentes prophetias salutem quam obcæcatus amiserat Israel, quæreret instigatus, dicens apud semetipsum illud propheticum [74] : « Revertar ad virum meum priorem, quoniam melius mihi erat ante, quam modo. » Quod autem hæc illis promissa sint per prophetas, in multis quidem propheticis voluminibus invenitur : ponemus tamen quod sufficiat ad præsens, unum de Jeremia testimonium **640** ita continens : « Si exaltetur cœlum in excelsum, et terra humilietur deorsum, ego non reprobabo genus Israel pro omnibus quæ fecerunt [75]. » Si ergo pro eo ut introiret gentium plenitudo, cæcitas facta est in Israel pro omnibus quæ fecerunt, sine dubio cum ingressa fuerit gentium plenitudo, cæcitas cessabit (8). Quod si vis, inquit Apostolus, scire quomodo etiam post cæcitatem salvandus sit Israel, audi quomodo scriptum est : « Veniet ex Sion qui liberet, et avertat impietatem ab Jacob : et hoc illis

[71] Rom. XI, 25 seq. [72] Deut. XXXII, 8. [73] Rom. IX, 4. [74] Osee II, 7. [75] Jerem. XXXI, 37; al. XXXVIII, 37.

(95) Ita legendum videtur. Ms. Regius num. 1639, « si postea quis quam, cum, » etc. Cæteri mss. et Rabanus omittunt « quis. »

(96) Sic mss. fere omnes, Rabanus et editi. Ms. vero Regius num. 1636, « Paulus vero apostolica auctoritate spirituali huic et novæ agriculturæ novum ac spiritualem colendi ordinem posuit. »

(97) *Enim*. Desideratur in antea editis. Deinde iidem editi habent « intraret » pro « subintraret, » et « eripiat » pro « liberet. »

(98) Editi, « qui fracti sunt, putantes quod non Dei bonitate, » etc.

(99) Editi, « culpabilem. » Rabanus et ms. Regius num. 1639, « notabilem ; » et recte quidem, nam « notabilis » apud Quintilianum idem est ac « reprehensibilis. » Ms. Regius alter, « mutabilem ; » alter « nutabilem. »

(1) « Dei » omittitur in plerisque mss. et apud Rabanum ; sed exstat in editis, et in ms. Regio num. 1630. Deinde editi, « sicut in aliis, et sicut oportet in his ipsis.... et repromissio bonorum, » etc., sed mss. et Rabanus ut in textu, nisi quod quidam omittant « et » ante « in his ipsis. »

(2) *Illa*. Omittitur in editis.

(3) Sic ms. Regius num. 1639. Alter vero Regius num. 1640 et editi, « obtentu invidiæ et æmulationis illatam. » Cæteri mss. et Rabanus, « obtentu invidiæ æmulationis illatam. »

(4) Editi, « portionem suam Deus faceret, quodammodo in eo, » etc.

(5) Editi, « Advertentes enim ad se (mss. quidam, « Avertentes enim a se ») per peccati, » etc.

(6) Editi, « ut donet illis (al., « *illi* ») plebem Dei quam (Salodianus omittit « quam ») in cæcitatis, » etc.

(7) Mss. plerique et Rabanus, « aspiceret, ita secundum, » etc. Sed ms. Regius num. 1639 et editi, ut in nostro textu. Deinde mss. quidam, « quærere instigatus diceret, » etc., male.

(8) Sic ms. Regius num. 1639. Cæteri vero mss., Rabanus et editi, « cessat. »

a me testamentum, cum abstulero peccata eorum.» A Sciendum sane est, quod in propheta Isaia, unde testimonium istud Paulus assumit, pro eo quod dixit Apostolus, « veniet ex Sion, » scriptum est, « veniet propter Sion; » et quod ait hic, « cum abstulero peccata eorum, » ibi omnino scriptum non est, sed nec apud Hebræos quidem : Apostoli tamen auctoritate præsumptum est. Interim veniens Dominus ex Sion liberat, et avertit impietates ab Jacob. Avertit autem (9) impietates ab eo secundum illud quod scriptum est [76] : Quia « diluet Dominus sordes filiorum et filiarum Sion, et sanguinem mundabit (10) de medio ejus in spiritu judicii, et spiritu ustionis (11) ; » et hoc ita fieri testamentum eis erat a Deo, ut sic ab eis averterentur impietates, et auferrentur peccata. Quis B autem sit iste omnis Israel qui salvus fieret, vel quæ erit ista plenitudo etiam gentium, Deus solus novit, et Unigenitus suus, et si qui forte amici ejus sunt; ad quos dicat [77] : « Jam non dicam vos servos, sed amicos; quia nota vobis feci omnia quæ audivi a Patre. » Hoc tamen potest etiam nostro sensui occurrere, quod sicut Israel, quandiu permanet secundum carnem Israel, et non etiam secundum spiritum factus fuerit Israelita verus mente videns Deum, pertinere (12) non potest ad salutem, ita nec gentes quidem omnes omnino salvari possunt, nisi quæ intra plenitudinem fuerint repertæ, quæcunque illa est quæ ab Apostolo plenitudo (13) nominatur. Ita ergo mysterium Dei ineffabili quadam sapientiæ ejus dispensatione tractatur, ut etiam C cum sibi anima sortem malorum ipsa consciverit, ille qui novit universa disponere, abjectionem ejus et pœnam, aliorum faciat salutem. Sed et illud videtur mihi in hoc (14) loco diligentius contuendum, quod cæcitatem istam non dicit omni Israel contigisse, sed « ex parte. Reliquiæ » enim « secundum electionem gratiæ salvæ factæ sunt [78]. » De quibus reliquiis et Isaias prophetaverat dicens : « Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen [79]. » Istæ ergo reliquiæ in beatitudine conferuntur cum plenitudine gentium : cæteri vero qui excæcati sunt ex Israel, conferuntur his gentibus quæ non potuerunt ad plenitudinem pervenire. Sic ergo (15) quæ inveniuntur in sermonibus prophetarum de repromis- D sionibus scripta beatitudinem continentia, si de Israel, ad reliquias istas quæ electæ sunt, pertinent : si de gentibus, ad plenitudinem spectant. Si qua vero tristia, si quidem de Israel dicuntur, ad illos sine dubio reliquos qui excæcati sunt referuntur : si vero de gentibus, illos profecto qui sunt extra plenitudinem stringunt. Omnia tamen finis purget, et eos quidem qui beati sunt, sive illi ex Israel, sive etiam ex gentibus veniant, præsentis temporis (16) evangelicæ doctrinæ sermo purificat, ut sint tales sicut erant illi ad quos Dominus dicebat [80] : « Ecce jam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. » Qui vero verbi Dei et doctrinæ evangelicæ purificationem spreverit, tristibus et pœnalibus purificationibus semetipsum reservat, ut ignis gehennæ in cruciatibus purget, quem nec apostolica doctrina nec evangelicus sermo purgavit, secundum illud quod scriptum est [81] : « Et purificabo te igni ad purum. » Verum in hac ipsa purgatione quæ per pœnam ignis adhibetur, quantis temporibus, quantisve sæculis de peccatoribus exigatur (17) cruciatus, solus scire potest ille cui « Pater omne judicium tradidit [82], » qui ita diligit creaturam suam, ut pro ipsa evacuaverit semetipsum de Dei forma, et servi formam susceperit, humilians semetipsum usque ad mortem [83], volens « omnes homines salvos fieri, et in agnitionem veritatis venire [84]. » Verumtamen meminisse semper debemus, quod præsentem locum Apostolus quasi mysterium haberi voluit (18), quo scilicet hujusmodi sensus fideles quique et perfecti intra semetipsos velut mysterium Dei silentio tegant, nec passim imperfectis et minus capacibus proferant. « Mysterium enim regis, » ait Scriptura [85], « celare bonum est. »

13. « Secundum Evangelium quidem inimici propter vos : secundum electionem autem charissimi propter patres. Sine pœnitentia enim sunt dona et vocatio Dei, Sicut enim vos aliquando non credidistis Deo, nunc autem **641** misericordiam consecuti estis propter ipsorum incredulitatem : ita et isti nunc crediderunt in vestri misericordia, ut et ipsi misericordiam consequantur : conclusit enim Deus omnes in incredulitate, ut omnibus misereatur. O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei : quam inscrutabilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus! Quis enim cognovit sensum Domini? Aut quis illi consiliarius fuit? Aut quis prior dedit ei, et retribuetur ei? Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia : ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen [86] (19). » Eadem per-

[76] Isa. IV, 4. [77] Joan. XV, 15. [78] Rom. XI, 5. [79] Isa. I, 9. [80] Joan. XV, 3. [81] Isa. I, 25. [82] Joan. V, 22. [83] Philip. II, 7. [84] I Tim. II, 4. [85] Tob. XII, 7. [86] Rom. XI, 28 seq.

(9) Editi, « liberet, et avertat impietates ab Jacob. Avertit autem, » etc.

(10) Sic ms. Regius num. 1639. Cæteri vero mss., Rabanus et editi, « delevit.... mundavit. »

(11) Editi, « et spiritu ultionis. »

(12) Editi, « pertingere, » et ita legendum videtur; Rabanus vero et mss. nostri omnes, « pertinere. »

(13) *Plenitudo*. Deest in antea editis.

(14) « Hoc » deest in editis, et restituitur ex duobus mss.

(15) Editi, « Si ergo. »

(16) Editi, « sive et ex gentibus veniant, præsentis temporis, » etc. Ms. Regius num. 1639, « præsenti tempore. »

(17) Ita ms. Regius num. 1639 et Rabanus. Cæteri vero mss. et editi, « Et purificabo te igni ad purificationem. Verum hæc ipsa purgatio.... de peccatoribus exigat, » etc. Hæc caute legenda. Vide *Origenianor.* lib. II, quæst. 11, num. 16.

(18) Editi, « habere voluit. »

(19) Hæc verba, « conclusit enim Deus, » etc., usque ad, « in sæcula sæculorum, Amen, » desunt in editis, et restituuntur ex omnibus mss.

sequens adhuc de Israel et gentibus Apostolus, et A ramis oleastri qui insultabant ramis olivæ defractis (20) imputans etiam hæc addit : Quia Israel secundum Evangelium quidem inimicus factus est Deo, quia non credidit Christo : quantum autem spectat ad honorificentiam patrum, electus est, et charissimus habetur apud Deum. Semel autem donata electione semini patrum, et dilectione concessa, servat sine dubio Deus dona et vocationem suam erga semen eorum quorum meritis id aliquando largitus est : nec pœnitudo incurrit in Deum, etiamsi minus digni videantur exsistere hi erga quos promissa patribus beneficia conferuntur. Verum, ut sæpe commonuimus, etiam in præsenti loco illa est observanda distinctio, quod Israel quidem qui inimicus est Deo, ille dicatur qui clamat de Christo : « Tolle, tolle, crucifige eum[87]. » B Quomodo enim non dicantur inimici Dei (21), qui vel tunc, vel etiam nunc dixerint ista, vel dicant? Sed quod dicit, « propter vos, » hoc est (22), quorum saluti scilicet invident, prohibentes apostolos gentibus loqui, et persequentes eos qui annuntiant Christum. Secundum reliquias vero quæ salvandæ dicuntur, in quibus electio credentium secuta est ex Israel, « charissimi » sunt « propter patres : » quorum scilicet fidem sequentes, credunt « in eum qui suscitavit Christum (23) Jesum a mortuis[88]. » Et secundum hoc erga hujusmodi semen « sine pœnitentia sunt dona et vocatio Dei. » Post hæc vero etiam (24) latentes et profundiores incredulitatis eorum aperit C causas, et dicit: Quia sicut vos gentes quondam non credebatis Deo, nec tamen idcirco penitus reliquit vos Deus, sed aliquando ad ultimum misericordiam consecuti estis : occasio tamen conferendæ in vos misericordiæ, populi Israel incredulitas exstitit : ita etiam hi qui nunc de populo Israel non crediderunt, et pro incredulitate sua derelicti sunt, ut ad vos Dei misericordia flecteretur (25), non usquequaque relinquentur in incredulitate sua ; sed posteaquam plenitudinis gentium fuerit impleta dispensatio, etiam ipsi misericordiam consequentur. In quo volens Apostolus bonitatem Dei ostendere, qua incredulitate aliorum, aliorum salutem facit : « Conclusit, inquit, Deus omnes (26) in incredulitate, ut omnibus misereatur ; » non quo ipse eis injecerit incredulitatis propositum, sed ex ipsorum incredulitatis proposito credendi aditum aliis qui et ipsi (27) prius increduli fuerant, patefecit. In his autem positus locis Paulus, et altius intuens hujusmodi causas, quomodo Deus malum propositum non continuo resecet et excidat, sed patiatur et reservet (28) : prospiciens quia aliquid boni in aliis futurum sit per alterius propositum malum : ab his, opinor, de quibus loquebatur, retulit oculos cordis sui ad ipsam malitiæ originem, quod eam Deus ex initio (29) in his quibus oborta est, quicunque illi sunt, pullulantem, et arbitrii libertate crescentem utile non judicaverit resecare ; sed permiserit eos uti proposito suo, sciens et prospiciens quod multorum (30) profectus et utilitas ex malitiæ illorum occasione consurget, et intantum apud bonum (31) Deum virtuti locus est, ut et malitiæ opus quamvis illi perniciosa sit de quo procedit, beneficium tamen præstare dispensetur cui agones commovet, cum fuerit superata. Considerans igitur sanctus Apostolus tantas esse bonitatis Dei (32) divitias, et tantum divinæ sapientiæ opus erga rationabiles agi naturas, et quia tantum « Deus dives est in misericordia[89], » et « dives in omnes qui invocant eum[90], » et tanta est bonitatis ejus, et patientiæ, et longanimitatis **642** magnitudo, repente interioribus eas cordis oculis (33) intuens, immensitatemque earum perspiciens, stupore simul et pavore perculsus exclamat et dicit : « O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei, quam inscrutabilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus ! » Unde etenim humanæ mentis sensus ista posset opinari, ut servata unicuique arbitrii libertate, alterius malitiæ opus verteretur alteri ad salutem (34), et vincenti se malitia palmam conferret, quæ utenti se

[87] Joan. xix, 15. [88] Rom. iv, 24. [89] Ephes. ii, 4. [90] Rom. x, 12.

(20) Editi, « et ramis ejus oleastri qui insultabat (al., « insultabunt ») ramis olivæ fractis. »

D (21) Editi, « Deo. »

(22) *Hoc est.* Restituitur ex ms. Regio num. 1639. Deinde editi, « invidentes prohibent apostolos, » etc.

(23) *Christum.* Omittitur in editis, sed restituitur ex omnibus mss.

(24) *Etiam.* Deest in editis. Deinde ms. Regius num. 1639, « latentis et profundioris, » etc.

(25) Sic ms. Regius num. 1639, Rabanus et editi. Cæteri vero mss., « ut vos Dei misericordia amplecteretur. » Paulo post Rabanus, « sed posteaquam plenitudo gentium intraverit. » Sed omnes mss. et editi ut in textu.

(26) Sic recte ms. Regius num. 1639. Editi vero, « quia incredulitatem illorum salutem facit, inquit : Conclusit enim Deus omnia, » etc. Mss. duo Regii, « quia incredulitatem Israel aliorum salutem facit, » etc. Rabanus, « quia per incredulitatem aliorum salutem facit, » etc., ut in textu.

(27) *Et ipsi.* Omittuntur in editis, sed restituuntur ex ms. Regio num. 1639. Cæteri vero mss. et Rabanus habent « etsi. »

(28) Editi, « compatitur et reservat. » Deinde mss. plerique, Rabanus et editi, « prospiciens quia aliquid boni in aliis facturus sit per alterius propositum mali. » Sed rectius ms. Regius num. 1639 ut in nostro textu.

(29) Ms. Regius num. 1639, « quam Deus ex initio, » etc. Cæteri mss., Rabanus et editi, « quod eam ex initio, » etc.

(30) Sic ms. Regius num. 1639 et editi. Cæteri mss. habent, « quam multorum. » Rabanus, « quia multorum. » Deinde alter ms. Regius habet « consurgat » pro « consurget. »

(31) *Bonum.* Desideratur in antea editis.

(32) Editi, « tantæ esse bonitatis Dei, » etc.

(33) Sic mss. plerique et Rabanus, nisi quod ille omittat « magnitudo. » Editi vero, « tantæ est bonitatis, et patientiæ, et longanimitatis, repente interioribus eam cordis oculis, » etc. Ms. Regius num. 1639, « et tantæ sunt divitiæ bonitatis, » etc., omisso « magnitudo. »

(34) Sic recte ms. Regius num. 1639. Cæteri ve-

perniciem præbet? His igitur generali, quantum videtur, Apostolus ratione perspectis, exclamat et dicit, quia tanta est altitudo divitiarum Dei, et sapientiæ ejus tanta est altitudo, et scientiæ nihilominus tanta est altitudo (ad omnia enim hæc altitudinis sermo deservit [35]), ut scrutari judicia ejus, quibus unamquamque animam atque omnem naturam rationabilem dispensat, nemo sufficiat, nec vias Dei quibus providentia ejus incedit (36) investigare aliquis possit. Aliquis autem dicimus non solum hominum, sed et totius creaturæ. Neque enim inscrutabilia judicia ejus (37), et investigabiles viæ ejus dicerentur, nisi quia nulla est creatura quæ vel investigare valeat illa, vel scrutari. Solus est enim Filius qui noverit Patrem [91], et solus est « Spiritus » sanctus qui « scrutatur omnia, B etiam altitudinem Dei [92] (38). » Et ideo hanc altitudinem Dei, quam et inscrutabilem dicit et investigabilem, creaturæ omni inscrutabilem et investigabilem dicit. De Filio vero et Spiritu sancto dicere ista non poterat, quia Filius in Evangelio dicit ad Patrem : « Pater, omnia mea tua sunt, et tua mea [93]; » et de Spiritu sancto ipse Paulus pronuntiat dicens [94] : « Nemo enim scit hominum quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est : ita et quæ in Deo sunt, nemo cognovit, nisi Spiritus Dei (39). » Vides ergo quod Paulus in præsenti capitulo in his quæ dicit : « Quis enim cognovit sensum Domini, aut quis illi consiliarius fuit (40)? » de creaturis dicat; naturam vero Trinitatis excipiat : C quippe cui nihil sit cum creatura commune, nisi beneficentiæ opus. Sed et quod ait : « Quis illi consiliarius fuit? » Non quasi minus ipse sufficiens consilio indigeret alterius, sed consilii participem nullum quidem inter creaturas (41) esse pronun- A tiat. Consilium vero sapienti necessario in sapientia sua est, qui est Christus, et in sanctitate, qui est Spiritus sanctus. Simili autem modo et « Quis prior dedit ei, et retribuetur ei? » intelligendum est. Nemo enim aliquid factori suo prior contulit : quippe cum etiam hoc ipsum quod est, unusquisque a conditore susceperit. « Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia. » Vides quomodo in ultimis ostendit, quod in omnibus quæ supra dixit, signaverit (42) mysterium Trinitatis. Sicut enim in præsenti loco quod ait : « Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia, » convenit illis dictis quæ idem Apostolus in aliis memorat locis cum dicit [95] : « Unus Deus Pater ex quo omnia, et unus Dominus noster Jesus Christus per quem omnia; » et item in Spiritu Dei dicit revelari omnia [96], et per hæc designat in omnibus esse providentiam Trinitatis; ita et cum dicit : « Altitudo divitiarum, » Patrem, ex quo omnia dicit esse, significat : et sapientiæ altitudinem, Christum, qui est sapientia ejus, ostendit : et scientiæ altitudinem, Spiritum sanctum, qui etiam alta Dei novit [97], declarat (43). Verumtamen quod dicit : « Ex ipso, » hoc ipsum quod sumus indicat : « Per ipsum » autem, quod per ejus providentiam dispensamur in vita : « In ipso » vero, quod perfectio omnium et finis in ipso erit tunc cum erit Deus omnia in omnibus [98] : et tunc « ipsi gloria in sæcula sæculorum (44) : Amen. In sæcula, » propter hoc quod perfectio omnium (45) non intra unum sæculum concluditur, sed in multa protenditur, et vix aliquando adimplenda speratur. Jungit autem et « Amen, » ut intelligamus per illum ad istam beatitudinem veniendum, de quo scriptum est in Apocalypsi : « Hæc dicit qui est Amen [99]. »

LIBER NONUS.

643 1. Cum per omnem textum Epistolæ in superioribus docuisset Apostolus quomodo a Judæis ad gentes, a circumcisione ad fidem, a littera ad spiritum, ab umbra ad veritatem, ab observantia carnali

[91] Matth. xi, 27. [92] I Cor. ii, 10. [93] Joan. xvii, 10. [94] I Cor. ii, 11. [95] I Cor. viii, 6. [96] I Cor. ii, 10. [97] ibid. [98] ibid. xv, 28. [99] Apoc. iii, 14.

ro mss., Rabanus et editi, « incomprehensibilia... Unde enim... ista possit (editi, « ita possit ») opinari... verteretur (editi, « vertatur, » Rabanus, « verteret) ad salutem, » etc. »

(35) Editi plerique et ms. unus omittunt « ad, » sicut et Rabanus, qui in fine habet « disseruit » pro « deservit. »

(36) Sic ms. Regius num. 1639. Cæteri vero mss., Rabanus et editi. « nec vias Domini quibus providentia incedit, » etc.

(37) *Ejus*, et paulo post *illa*, desunt in plerisque mss. et apud Rabanum, necnon et in editis, sed restituuntur ex ms. Regio num. 1639.

(38) Ms. Regius num. 1639, « alta Dei. » Cæteri vero mss., Rabanus et editi, « altitudinem Dei. »

(39) Mss. quidam, Rabanus et editi, « nisi Spiritus Domini. » Sed rectius mss. Regii num. 1639 et 1640 ut in nostro textu.

(40) Editi, « aut quis consiliarius fuit, aut quis D prior dedit illi, et retribuetur ei? » Sed hæc postrema verba : « aut quis prior dedit illi, et retribuetur ei? » nec in mss. nostris nec apud Rabanum reperiuntur.

(41) Sic ms. Regius num. 1639 et Rabanus. Editi vero, « nullam in creaturis. » Mss. quidam habent etiam « nullam. » Deinde iidem editi, « in sapientia sua est quidem Christus, et in sanctitate quidem Spiritus sanctus. » Sed cæteri mss. et Rabanus ut in nostro textu.

(42) Editi, quibus consentiunt omnes nostri mss. codices, « segregaverit. » Sed rectius Rabanus, « signaverit. »

(43) *Declarat*. Prætermittitur in libris antea editis.

(44) *Sæculorum*. Deest in editis et in ms. Regio num. 1639.

(45) Editi, « perfectio omnis. »

ad observantiam spiritalem religionis summa (46) A translata sit, et hæc ita futura propheticis ostendisset vocibus designata : jam nunc spiritalis hujus observantiæ, ad quam cultus Dei ritum docuit esse translatum, aggreditur mores et instituta (47) sancire, et ait : *Obsecro itaque vos, fratres, per misericordiam Dei, ut exhibeatis* (48) *corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Et nolite conformari huic sæculo : sed reformamini renovatione sensus vestri : ut probetis quæ sit voluntas Dei, quod bonum, et beneplacitum, et perfectum* [1]. Quoniam, inquit, ostendimus a sacrificiis carnalibus recedendum, secundum quod et Propheta dicit : *Hostias et oblationem noluisti, nec placita sunt tibi* [2] : nunc, ait, doceo vos quibus hostiis delectetur Deus : et hæc B doceo non quasi imperans, nihil enim proficit legis imperium, sed quasi qui officium susceperim reconciliandi vos Deo, *obsecro vos, fratres;* et obsecro non per potentiam, sed *per misericordiam Dei.* Quia enim, sicut supra ostendi (49), omnes conclusi sunt sub peccato [3], nunc jam non in meritis, sed in misericordia Dei salus humana consistit. Quid autem est quod vos obsecro? *Ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem*, ut sit (50) *rationabile obsequium vestrum*. Obsequium hic cultum Dei dicit. Qui cultus quoniam dudum in pecudum mutorum corporibus consistebat, nunc, inquit, in corpore rationabilis hominis offeratur, et corpora magis vestra quam pecudum fiant sacrificium Deo, atque in sacris altaribus collocentur. Hi C enim qui membra sua mortificant ab incentivo libidinis et furoris, et actus corporis sui Deo placitos habent, hostiam viventem, sanctam, placentem, Deo rationabiliter offerunt, et legem sacrificiorum quæ in Levitico lata est (51) secundum spiritalem intelligentiam complent. Verbi causa, ut ibi offerebant vitulum primo loco, vel secundo arietem, aut tertio hircum, aut quarto turtures, vel etiam pullos columbarum, ut in his uniuscujusque anima purificaretur pro qualitate gestorum ; hæc nunc in suo corpore unusquisque purificans, et spiritali sensu discernens, rationabili obsequio viventem hostiam offert (52) Deo. De quibus singulis, cum in librum Levitici aliqua diceremus (53), pro viribus explanare tentavimus quomodo unusquisque rationabili obsequio cultus Dei, si superbiam (54) corporis sui vincat, immolet vitulum; si iracundiam superet, arietem jugulet; si libidinem vincat, in holocaustum offerat hircum; si vagos et lubricos cogitationum resecet volatus, columbas et turtures immolet (55). Sed hæc, ut dixi, si quis scire dignum putat, ibi latius disserta reperiet. Nunc autem Paulus obsecrat credentes in Christo, ut corpora sua exhibeant *hostiam viventem, sanctam, placentem Deo.* Viventem dicit hostiam, quæ vitam, hoc est, Christum in se gerit, et dicit : *Mortem Jesu in corpore nostro* (56) *circumferimus, ut et vita Jesu Christi in corpore nostro manifestetur* [4]. Sanctam dicit, in qua sanctus Spiritus habitat, secundum quod in alio loco dixit [5-6] : *An nescitis quia* 644 *templum Dei estis, et Spiritus* (57) *Dei habitat in vobis?* Placentem Deo, utpote a peccatis et vitiis separatam. Hæc autem omnia rationabilis cultus est Dei. Potest enim pro tali cultu reddi ratio, et ostendi quia dignum est Deo tales hostias immolari (58) : arietes autem, et hircos, et vitulos immortali et incorporeo Deo offerri nulla ratio recta et honesta suscipiet. Hæc ergo ita facere, et ita colere Deum eos qui Christo crediderunt, non solum docet Apostolus, sed et obsecrat per misericordiam Dei : ut ostendat per hoc humano generi (quoniam proclive est ad delictum) hujuscemodi hostias Dei miseratione provisas : quibus si unquam lapsus acciderit, per rationabile obsequium et hostias eo modo quo supra diximus immolatas, reparari possit anima ac restitui ad salutem. Quod autem multæ sint misericordiæ Dei, designat Paulus in secunda ad Corinthios, dicens : *Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi Pater misericordiarum* [7]. Audis Deum, sicut (59) Christi Pater est, et sapientiæ pater est, et justitiæ pater est, quæ omnia Christus est, ita esse et misericordiarum patrem. Ergo Christus sicut cætera omnia est, et misericordiæ ipse est, misericordiæ multæ, non una (60) : hoc est, sicut thesauri sapientiæ et scientiæ in ipso sunt, sed sunt absconditi [8]; ita et misericordiæ thesaurus

[1] Rom. XII, 1, 2. [2] Psal. XXXIX, 7; Hebr. X, 8. [3] Gal. III, 22. [4] II Cor. IV, 10. [5-6] I Cor. III, 16. [7] II Cor. I, 3. [8] Colos. II, 3.

(46) Editi, *religio summa.*

(47) Ms. Regius num. 1639, *et statuta.*

(48) Hæc verba, *ut exhibeatis*, etc., usque ad, *et beneplacitum, et perfectum*, desiderantur in libris antea editis, sed restituuntur ex omnibus mss.

(49) Ms. unus, *sicut supra ostendit.*

(50) *Ut sit.* Hæc verba desunt in libris antea editis; deinde paulo infra post *cultum*, vox *Dei* omittitur itidem in editis, et in plerisque mss. necnon et apud Rabanum, sed restituitur ex ms. Regio num. 1639.

(51) Alias, *data est*, al. *collata est.* Deinde mss. quidam, *ut ubi offerebant vitulum primo in loco.* etc. Ms. Regius num. 1639, *ibi offerebant*, etc., omisso *ut.*

(52) Mss. plerique, Rabanus et editi, *obtulit.* Sed rectius ms. Regius num. 1639, *offert.*

D (53) Vide homil. II *in Levitic.*, num. 2.

(54) Ms. unus, *cultus Dei faciat ; si superbiam* etc.

(55) Sic ms. Regius num. 1639. Cæteri vero mss., Rabanus et editi, *immolaverit.*

(56) *Nostro.* Deest in editione Genebrardi.

(57) Editi, *Spiritus sanctus.*

(58) Sic ms. Regius num. 1639. Cæteri vero mss. et editi, *immolare ;* et paulo post, *Hoc ergo ita fieri*, etc.

(59) Editi, *Audi Deum sicut*, etc.

(60) Sic omnes mss. nostri. Editi vero, *Ergo Christus sicut et cætera omnia, et misericordia est : ipse est misericordiæ multæ, non una.* Deinde mss Regius num. 1639, *ita et misericordiarum thesaurus in ipso est*, etc.

in ipso est, sed est absconditus : ne forte si ad A subitum et ante tempus proferatur, faciat me, et si quis mihi in desidia similis esse voluerit, negligentem. Videbitur ergo præcipue hostia vivens, et sancta, et Deo placens, corpus esse incontaminatum. Verum quoniam videmus nonnullos sanctorum, aliquos etiam apostolorum habuisse conjugia, non usquequaque possumus hoc (61) de sola virginitate sentire, quamvis in hujuscemodi hostiis habere primum ordinem possit (62) : sicut et in lege alia erat hostia sacerdotis, alia principis, alia Synagogæ, et alia unius animæ [9]. Et quamvis in Ecclesia prima post apostolos hostia martyrum, secunda virginum videatur, tertia continentium; puto tamen quod neque illi qui in conjugiis positi sunt, et ex consensu ad tempus vacant orationi [10], velut B Nazaræorum vota solventes, si in cæteris sancte agant et juste, negandi sunt corpora sua exhibere posse *hostiam viventem, sanctam, Deo placentem;* nec rursum corpora virginum vel continentium, si aut superbiæ macula, aut avaritiæ sordibus, aut linguæ maledicæ, vel mendacii immunditia polluantur, hostiam sanctam et Deo placentem putandi sunt ex sola virginitate (63) corporis obtulisse: quia et in lege hostia cum offerretur, inspiciebatur a sacerdote diligentius non solum si ex mundis esset animalibus, sed ne aut in oculo haberet vitium, aut in auribus, aut in pedibus, ne claudum, ne luscum, ne surdum animal (64) divino admoveretur altari [11]. Sic ergo per omnia membra discu- C titur et pertractatur hostia vivens, sancta, Deo placens, quæ rationabiliter offerenda est. *Et nolite conformari huic sæculo; sed reformamini renovatione sensus vestri, ut probetis quæ sit voluntas Dei, quod bonum, et beneplacitum, et perfectum* [12] (65). Sciendum est quod in Græco habetur : *Ut probetis quæ sit voluntas Dei bona, et beneplacita, et perfecta.* Sed nos, quia unus in utroque potest sensus videri, consuetudinem sequimur Latinorum. *Nolite* ergo (66), inquit, *conformari huic sæculo.* In quo ostendit esse quamdam formam hujus sæculi, et aliam esse sæculi futuri : et si qui sunt qui amant præsens sæculum, et ea quæ sunt in hoc mundo, secundum formam sæculi præsentis aptantur : qui vero non respiciunt ea quæ videntur, sed quæ non videntur et æterna sunt [13], transformantur et renovantur ad futuri sæculi formam : et inde fit ut eos non agnoscat hic mundus, sed odio habeat, et persequatur [14]. Sed agnoscunt (67) istam formam angeli Dei, qui sunt de illo sæculo venturo. Et simile mihi videtur esse hoc illi dicto quo ait : *Sicut portavimus imaginem terreni, portemus et imaginem cœlestis* [15]. Vide ergo ne forte cum venit ira in cor tuum, conformem te faciat huic sæculo (68) : similiter autem et concupiscentia mala, et avaritia, cæteraque vitia quibus præsens sæculum delectatur, formam tibi sæculi præsentis imponant. Si vero econtrario mansuetudo, patientia, lenitas, continentia, fides, veritas, cæteræque virtutes habitent in sensu **645** tuo, conformem te futuri sæculi facient, et ita pulchram animæ tuæ speciem reddent, ut Verbum Dei quod despondit eam sibi in misericordia [16] et fide, dicat ad eam : *Tota es formosa, proxima mea* (69), *et macula non est in te* [17]. Intende autem diligentius quod ait : *Sed reformamini renovatione sensus vestri* (70), ut ostendat formam quidem culpabilem : prius enim formam malitiæ habuit omnis anima. Sed adhortatur ex hoc sermo apostolicus, ut, illa abjecta, ad singularum virtutum speciem reformemur, et ita demum possimus revelato vultu cordis gloriam Domini speculari ab hujusmodi imagine transformati. Quomodo autem in hæc transformemur ipse edocet dicens : *Renovatione sensus vestri* (71). Renovatur autem sensus noster per exercitia sapientiæ, et meditationem verbi Dei, et legis ejus intelligentiam spiritalem : et quanto quis quotidie ex Scripturarum proficit lectione, quanto altius intellectus ejus accedit, tanto semper novus et quotidie novus efficitur (72). Nescio autem si potest renovari sensus qui piger est erga Scripturas divinas et intelligentiæ spiritalis exercitia, quibus possit non solum intelligere quæ scripta

[9] Levit. IV, 3.13, 22, 27 seq. [10] I Cor. VII, 5. [11] Levit. XXII, 21 seqq. [12] Rom. XII, 2. [13] II Cor. IV, 18. [14] Joan. XV, 19, 20. [15] I Cor. XV, 46. [16] Osee II, 19. [17] Cant. IV, 7.

(61) Deest *hoc* in editis.

(62) Editi, *prius ordinem possit.*

(63) Editi, *putanda sunt ex sola virginitate,* etc.

(64) Ms. Regius num. 1639, recte, *ne surdum;* et hanc lectionem confirmat quod supra dicitur, *aut in auribus.* Cæteri vero mss., Rabanus et editi alii, *ne vulsum animal,* al. *ne avulsum animal,* al. *ne evulsum animal.* Editi omittunt *animal.*

(65) *Sed reformamini in novitate sensus vestri, ut probetis quæ sit voluntas Dei, quod bonum, et beneplacitum, et perfectum.* Hæc verba desiderantur in libris antea editis. Paulo post vero ms. Regius num. 1639 habet, *Sed nos signamus quidem quid sit in Græco; consuetudinem tamen sequimur Latinorum.*

(66) *Ergo.* Omittitur in editis et in plerisque mss., necnon et apud Rabanum, sed restituitur ex ms. Regio num. 1639.

(67) Mss. plerique, Rabanus et editi, *agnoscant.* D Rectius ms. unus, *agnoscunt.*

(68) Sic omnes mss. et Rabanus. Editi vero: *Vide ne forte cum venerit ira... conformem te facias* (editio Veneta *facient;* Rabanus *faciunt*)... *similiter et concupiscentia mala.... et cætera quibus præsens sæculum,* etc.

(69) Editi, *amica mea,* male.

(70) Sic ms. Regius num. 1639. Editi vero et Rabanus, *in novitate sensus vestri.* Cæteri mss., *renovatione in novitate sensus vestri.* Deinde mss. nostri omnes et Rabanus, *Ut ostendat quia formam quidem culpabilem prius formam malitiæ,* etc. Rectius vero editi ut in nostro textu. Genebrardus, pro *culpabilem,* perperam habet *probabilem.*

(71) Editi, *In renovatione sensus nostri.*

(72) Editi, *et quantum quis quotidie.... quanto altius intellectus incedit, tanto semper novus magis et quotidie novior efficitur.* Deinde mss. quidam, *Nescio autem si renovari potest sensu qui piger est,* etc.

sunt, verum et explicare apertius (73), et manifestare diligentius. Potest tamen fieri ut non omnis sensus in hoc possit renovari, ut agnitione scientiæ dilatetur. Potest enim renovari sensus ad justitiam, ad continentiam, ad misericordiam, fidem, patientiam. Sed vide quid in sequentibus huic renovationi sensus adjungat Apostolus. *Ut probetis*, inquit (74), *quæ sit voluntas Dei, quod bonum, et beneplacitum, et perfectum.* Et utique nisi ad omnem scientiam renovatus sit sensus, et totus Dei sapientia illuminatus, probare non potest quæ sit voluntas Dei. In multis enim putatur esse voluntas Dei, et non est. In quo hi utique qui sensum non habent renovatum, errant et falluntur. Est autem revera non cujuscunque sensus (75), sed valde renovati, et (ut ita dicam) ad Dei jam imaginem reformati, probare in singulis quibusque quæ agimus, quæ loquimur, quæ cogitamus, si sit voluntas Dei; et nihil omnino vel agere, vel dicere, vel cogitare quod voluntati Dei non senserit convenire. *Quæ sit*, inquit, *voluntas Dei, quod bonum, et beneplacitum, et perfectum.* Si secundum hoc legamus quod in Latinis codicibus invenimus, hic erit sensus : Quia voluntas Dei est quidquid bonum, et beneplacitum, et perfectum est (76) : nec potest (77) aliud velle Deus, nisi quod bonum est : et utique quod bonum est et perfectum, sine dubio hoc Deo placet. Si vero secundum hoc quod diximus apud Græcos haberi, id est *ut probetis quæ sit voluntas Dei bona, et beneplacita, et perfecta*, potest quidem idem quod supra diximus, videri, quod (78) omnis voluntas Dei bona sit, et beneplacita, et perfecta. Potest autem et tale aliquid in his sermonibus sentiri, quia Dei quidem voluntas semper bona est, sed non semper bona ejus voluntate dispensari meremur, neque beneplacita et perfecta. Verbi causa, ut ungeretur Saul in regem fuit quidem voluntas Dei, sed non beneplacita, neque perfecta. Irascens enim populo, qui refutaverat Deum habere super se regem, regem eis hominem jussit institui [18]. Sed et Propheta ex persona Dei dicit : *Dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ut irent in cupiditatibus suis* [19]. Sic ergo aliquando fit voluntas Dei in his in quibus concupiscimus et desideramus : sed qui renovatus est sensu, probare debet si voluntas A Dei hæc bona est, et beneplacita, atque perfecta; et non talis quæ magis desideriis nostris indulgeat, quam utilitatibus consulat. Sed jam ad sequentia convertamur.

2. *Dico enim per gratiam, quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos : non plus sapere* (79) *quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem : unicuique sicut divisit Deus mensuram fidei. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, membra autem omnia non eumdem actum habent : ita multi unum corpus sumus in Christo; singuli autem alter alterius membra* [20]. Sciendum primo est, quod ubi nos habemus, *omnibus qui sunt inter vos*, in Græco habetur, *omni qui est in vobis.* Qui sermo utique ad eos indicat verbum fieri, qui cum ante B non fuerint, nunc esse cœperunt. Deus enim, ut idem Apostolus (80) ait [21], *vocat quæ non sunt, tanquam quæ sunt.* **646** Non sunt autem hi qui participes non sunt ejus qui vere est, qui dixit ad Moysen [22] : *Dic filiis Israel* (81) : *Qui est, misit me ad vos.* Quod ergo ait Paulus : *Dico enim omnibus qui sunt inter vos;* vel, ut in Græcis haberi diximus, *omni qui est in vobis*, simile est ac si diceret : *Dico enim* omni qui in Deo est, *non plus sapere quam oportet sapere.* Verumtamen videndum est, quia Paulus, sicut et in aliis dicit, non in suasoriis sapientiæ carnalis verbis [23], sed per gratiam quæ sibi data est loquitur. Est enim multa differentia per gratiam loquentis, et per humanam sapientiam. C Denique et rebus ipsis sæpe compertum est, nonnullos eloquentes et eruditos viros non solum in sermone, sed et in sensibus præpotentes cum multa in Ecclesiis dixerint, et ingentem plausum laudis acceperint, neminem tamen auditorum ex his quæ dicta sunt compunctionem cordis accipere, nec proficere ad fidem, nec ad timorem Dei ex recordatione eorum quæ dicta sunt incitari : sed suavitate quadam, et delectatione sola auribus capta disceditur (82) : sæpe autem viros non magnæ eloquentiæ, nec compositioni sermonis studentes, verbis simplicibus et incompositis multos infidelium ad fidem convertere, superbos inclinare ad humilitatem, peccantibus stimulum conversionis infigere. Et hoc utique signum est, sicut in præsenti Apostolus dicit, per gratiam loqui quæ data est eis (83). Ego

[18] I Reg. VIII, 7 seq. [19] Psalm. LXXX, 13. [20] Rom. XII, 3 seq. [21] Rom. IV, 17. [22] Exod. III, 14. [23] I Cor. II, 4.

(73) Editi, *ea applicare apertius.*

(74) *Inquit.* Deest in editis et in pluribus mss. necnon apud Rabanum, sed restituitur ex duobus mss. Regiis. Deinde mss. plerique et editi, *Et utique nisi ad omnes* (Rabanus, *ad omnia*) *renovatus sit sensus, et totus* (Rabanus, *et tota*) *Dei sapientia illuminatus*, etc. Sed mss. Regius num. 1639, ut in nostro textu, nisi quod pro *et totus Dei sapientia*, habeat *et ita Dei sapientia.* Paulo post vero idem ms. Regius et editi habent numero singulari, *in quo is utique qui sensum non habet renovatum, errat, et fallitur;* sed cæteri mss. et Rabanus pluraliter ut in nostro textu.

(75) Editi, *non cujusque sensus.*

(76) *Si secundum hoc legamus quod in Latinis codicibus invenimus, hic erit sensus : Quia voluntas* D *Dei est quidquid bonum, et beneplacitum, et perfectum est.* Hæc desunt in libris antea editis.

(77) Editi, *non potest*, etc.

(78) Rabanus, *potest quidem, ut supra diximus, videri, quod*, etc.

(79) Hæc verba, *non plus sapere*, etc., usque ad, *alter alterius membra*, desunt in editis; sed restituuntur ex omnibus mss.

(80) Editi, *cœperint. Deus enim, ut dicit Apostolus*, etc. Ms. Regius num. 1639 itidem *cœperint;* sed reliqua ipse et cæteri mss. necnon Rabanus habent ut in textu.

(81) Editi, *Hæc dices filiis Israel*, male.

(82) Sic ms. Regius num. 1639 et editi. Mss. vero plerique, *disciitur.*

(83) Mss. plerique et editi, *signi est.... quæ data*

autem puto, non solum in verbo Dei Ecclesiam docentibus adesse gratiam, si talis sit sermo qualem supra diximus, qui auditorem non tam delectet, quam stimulet, et ad profectum aliquem virtutis adducat; sed et in omnibus fere quæ aguntur in vita, ita esse deprehendes (84). Est enim aliquis qui et in eo quod agit et in eo quod loquitur, habet gratiam; et alius qui interdum et prudentius loquitur, et diligentius ac laboriosius agit, neque in verbis suis, neque in gestis invenit gratiam. Denique, sicut et in aliis jam diximus (85), scriptum est quia et Joseph invenit gratiam in conspectu principis carceris [24], et Esther invenit gratiam apud regem [25]. Reperimus autem nos in quodam secretiore libello scriptum quasi angelum quemdam esse gratiæ, qui etiam vocabulum ex gratia traheret. Ananehel enim B dicitur (86), quod est interpretatum *gratia Dei*. Hoc ergo scriptura illa continebat, quod missus esset a Domino iste angelus ad Esther, ut ei gratiam daret apud regem. Sic ergo alia virtus est sermonis qui per gratiam dicitur, et alia vis doctrinæ potestas. Alius autem sermo (87) est ex eruditione communi, qui quamvis lautus sit et arte compositus, tamen si non per gratiam vel dicitur vel scribitur, delectare fortassis potest legentem, adducere autem ad profectum non potest auditorem. Paulus igitur non solum ipse quæ dicit (88) per gratiam dicit, sed et auditoribus suis precatur gratiam dari; et non solum gratiam, sed et multitudinem gratiæ. Sic enim scribit : *Gratia vobis multiplicetur* [26] : et in omnibus Epistolis suis dicit : *Gratia vobis, et* C *pax*. Sed videamus quid (89) est quod per gratiam quæ data est sibi, Apostolus dicit omnibus qui sunt inter Romanos. *Non plus*, inquit (90), *sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem*. Videtur adhuc ad superbientes ramos oleastri, et insultantes ramis qui de bona oliva defracti sunt [27], etiam hunc (91) aptare sermonem, et dicere eis, non debere plus sapere quam oportet sapere : quod simile est illi sermoni quem dixit : *Noli superbe sapere* [28]; hoc est enim plus sapere (92) quam oportet. Sciendum tamen est, quod et cæteri eruditi viri utuntur

A hac definitione, ut naturam vel causam peccati in eo ponant, si aut addatur aliquid virtutibus, aut minuatur. Verbi gratia, justitia virtus est : et si quis minus aliquid facit (93) quam justitia patitur, sine dubio injustus est. Si quis vero sub specie justitiæ erga vindictas nimius fiat, et sævius agitet ultiones, in crudelitatem (94) ex justitia devolutus est. Unde et Salomon dicit [29] : *Noli fieri justus* (95) *multum*. Similiter et libertas, si intra temperantiam suam sit, virtus est; si minus habeat, timiditas : si amplius, temeritas nominatur. Pari modo et prudentia si in sua mensura sit, virtus est; si minus habeat, imprudentia; si plusquam oportet, malitia appellatur. Inde puto quod et serpens **647** in paradiso prudentior dictus sit cæteris bestiis [30], hoc est excedens mensuram prudentiæ, et in partes malitiæ prolapsus. Inde et filii hujus sæculi prudentiores dicuntur quam filii lucis [31]; plus enim sapiunt quam oportet sapere. Et sic in singulis quibusque virtutibus potest aliquis plus sapere quam oportet sapere. Potest etiam in castitate aliquis plus sapere quam oportet sapere, ut sunt illi *qui attendunt spiritibus seductoribus, et doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi falsa loquentes, cauteriatam habentes conscientiam suam, prohibentes nubere, et abstinentes se a cibis quos* (96) *Deus creavit* [32]. Isti plus sapiunt de castitate quam oportet. Minus autem sapit quam oportet luxuriosus et incestus. Ego autem dico quod et hæretici plus sapiunt de Christo quam oportet sapere, qui negant eum Dei creatoris esse Filium, sed alterius nescio cujus melioris Dei (97). Sed et illi plus de Christo sapiunt quam oportet sapere, qui negant eum in carne venisse, et natum esse ex Virgine, sed cœleste ei corpus assignant. In his ergo omnibus Paulus nos vult *non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem*, quod in Græco dicitur σωφροσύνη, in nostris autem codicibus, hoc est in Scripturis divinis, *sobrietas* a majoribus interpretatum est, ab aliis tamen eruditis viris *temperantia* ponitur, quæ temperantia una ex quatuor generalibus virtutibus habetur. Et in hoc ergo loco melius

[24] Gen. XXXIX, 21. [25] Esther. II, 17. [26] I Petr. I, 2. [27] Rom. XI, 17. [28] Rom. XI, 20. [29] Eccle. VII, 17. [30] Gen. III, 1. [31] Luc. XVI, 8. [32] I Tim. IV, 1-3.

est ei. Sed rectius ms. Regius num. 1639 ut in D nostro textu.

(84) Editi, *deprehendet*. Deinde iidem et mss. plerique : *Est enim qui et quod agit et quod loquitur*. Sed ms. Regius num. 1639 ut in textu.

(85) Editi, *jam scriptum esse diximus*.

(86) Editi, *Reperimus autem in quodam.... quasi angelum quemdam gratiæ, qui.... Anahel enim dicitur*, etc. Mss. etiam plerique habent *Anahel* : sed rectius ms. unus, *Ananehel*. Ita etiam interpretatum reperies Anameel filium Salom, *in Jerem*. cap. XXXII. vers. 8, tom. III.

(87) Ita omnes mss nostri : ms. tamen Regius num. 1639, omittit *vis*. Editi vero, *et alia vis doctrinæ, quæ potestas vocatur. Alius sermo est*, etc., omisso *autem*.

(88) Sic omnes mss. nostri. Editi vero, *non solum ista quæ dicit*, etc.

(89) Editi, *quidem*.

(90) *Inquit*. Prætermittitur in editis.

(91) Editi, *et insultantes quidem bonæ olivæ, etiam hunc*, etc.

(92) *Hoc est enim plus sapere*. Hæc in editis non comparent.

(93) Editi, *et si quid minus aliquis facit*.

(94) Editi et mss. quidam, *et sævius agat, in ultionis crudelitate*, etc. Sed rectius ms. Regius num. 1639 et Rabanus ut in nostro textu.

(95) Editi, *in multo justus*. Et paulo post ms. Regius num. 1639 habet, *si minus habeat, formido*.

(96) Sic ms. Regius num. 1639. Cæteri vero mss., Rabanus et editi, *loquentium, cauteriatam habentes* (Rabanus, *habentium*) . . . *prohibentium nubere, et abstinere a cibis, quos*, etc.

(97) Ms. Regius num. 1639, *minoris Dei*; sed omnes alii mss., Rabanus et editi rectius ut in textu.

Apostoli dicta lucerent, si haberemus et nos scriptum secundum Græci sermonis virtutem, *sed sapere ad temperantiam :* hoc est, ut in omnibus vel quæ agimus, vel quæ loquimur, vel quæ sentimus, temperantiam teneamus. In his enim quæ supra enumeravimus neque amplius neque minus fieri debere, modum servare novit sola temperantia. Post hæc ait : *Unicuique sicut divisit Deus mensuram fidei :* hoc est, ut sciat unusquisque et intelligat quæ in eo sit mensura gratiæ Dei, quam consequi meruit per fidem. Interdum enim accipit quis a Deo ut sapiat in opere (98) charitatis, aut ut sapiat in officio visitandi, aut erga misericordias pauperum, aut circa debilium curam, aut erga viduarum et pupillorum defensionem, aut erga hospitalitatis sollicitudinem. Hæc ergo singula divisit unicuique Deus secundum mensuram fidei. Sed si is qui accepit gratiam ut de uno aliquo horum saperet, non intelligat mensuram (99) gratiæ sibi datæ, sed velit sapere de sapientia Dei, de verbo doctrinæ, de profundioris scientiæ ratione, in quo gratiam non accepit, et non tam discere velit, quam docere quæ nescit; iste cum minus sapiat, plus vult sapere quam oportet. Non enim sapit ad temperantiam ut custodiat *unicuique sicut divisit Deus mensuram fidei.* Verum ut evidentius adhuc de his (1) Apostolus designaret, introducit exemplum, et dicit : *Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, membra autem omnia non eumdem actum habent : ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra :* ordinatissime per hæc componens omne corpus Ecclesiæ ; ut sicut membra corporis singula quæque proprios habent actus, et officiis suis unumquodque deservit, nec tamen possibile est ut non consensu mutuo sibi invicem cedant : ita, inquit, et in Ecclesia quæ est corpus Christi, diversos singuli habemus actus. Verbi gratia : alius studium omne erga sapientiam Dei et doctrinam verbi adhibet, et in meditatione legis divinæ die ac nocte persistit; et est magni hujus corporis oculus. Alius, ut supra diximus, erga ministerium fratrum, et indigentium curat (2); et est sancti hujus corporis manus. Alius studiosus auditor est verbi Dei ; et auris est corporis. Alius ad visendos decumbentes, et requirendos tribulantes, et positos in necessitatibus eruendos est impiger; qui pes sine dubio (3) ecclesiastici corporis appellatur. Et ita invenias unumquemque propensius erga unum aliquod officium, et specialius operam dare; cætera vero sequentia habere. Neque enim hoc dicimus quod unum sufficere debeat, sed secundum formam propositi exempli. Sicut, verbi gratia, oculus speciale officium habet ut videat, unum tamen (4) est ex omnibus et in omnibus membris, et cum singulis agit omnia, et cum ipso singula quæque agunt omnia ; ita et qui per gratiam fidei unum aliquod donum speciale meruerit (5), illud quidem principaliter administrat ; in omnibus vero actibus socius cum cæteris habetur et particeps. Quomodo autem corpus istud in Christo sit, id est in veritate, et sapientia, et justitia, et sanctificatione, quæ omnia Christus est, sæpe jam diximus. Jam **648** vero si in hoc corpore, verbi gratia, ut sit (6) aliquis oculus, quod est in corpore toto nobilius ; vel manus, quod sequenti loco haberi potest ; aut auris, aut lingua, aut cætera quæque quæ videntur honestiora esse : et rursus ut sit aliquod aliud membrum ex his quæ videntur inhonestiora esse ; ipse aliquid causæ præstiterit (7), an Dei voluntate absque ullis omnino causis ille illud, vel ille (8) illud constitutus sit membrum, supra nostram esse intelligentiam puto. Verum ne hi qui naturas diversas asserunt animarum, et a diversis conditoribus institutas, locum confirmandi dogmatis sui invenire videantur, ea quæ nobis in superioribus de vasis honoris et vasis contumeliæ [33] disserta sunt, etiam in (9) præsenti sufficiant loco. Nunquam enim concedendum est, ut sive in præsenti, sive in præteritis, sive etiam in futuris sæculis, non ita unumquemque dispenset (10) divina Providentia, ut uniuscujusque meritum arbitrii libertate collectum materiam præbuerit dispensanti. Justus est enim Deus, et injustitia non est apud eum [34].

3. *Habentes enim* (11) *dona secundum gratiam quæ data est nobis, differentia, sive prophetiam secundum rationem fidei, sive ministerium in ministrando, sive qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui præest in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate* [35]. Cum dixisset singulos quosque credentium membra esse unius corporis Christi; nunc quasi diversorum membrorum diversitatem operis enumerat; et verbi causa, velut oculo visum, ita menti, quæ est interior oculus, prophetiæ assignat officium ; et alii

[33] Rom. IX, 21. [34] Joan. VII, 18. [35] Rom. XII, 6-8

(98) Editi, *accidit, ut quis a Deo sapiat in opere*, etc.

(99) Editi, *non intelligit mensuram*, etc.

(1) *De his.* Deest in editis. Deinde mss. plerique et Rabanus pro *designaret* habent *assignaret*. Sed ms. Regius num. 1639 et editi ut in textu.

(2) Sic ms. Regius num. 1639. Cæteri vero mss. et editi, *et indigentium curam.* Rabanus, *et indigentium curam habet.*

(3) Editi, *et pes sine dubio*, etc. Deinde, *et ita invenies unumquemque pro posse erga unum aliquod officium spiritale operam dare.*

(4) Editi, *spiritale officium habet ut videat, verumtamen*, etc.

(5) Editi, *unum aliquod bonum spiritale meruit.*

(6) Ms. Regius num. 1639 et editi, recte, *ut sit*, et paulo post, *et rursus ut sit aliquod aliud.* Cæteri mss. utrobique omittunt *ut.*

(7) Sic ms. Regius num. 1639. Ms. codex Vallis-Claræ addit *an* post *ipse*. Cæteri vero mss. et editi : *ipse aliquid causæ præstitit.*

(8) Deest *ille* in editis.

(9) Editi et ms. Regius num. 1639 omittunt *in.*

(10) Ms. Regius num. 1639, *in præsentibus .... aut non uniuscujusque .... materiam præbuerit dispensandi.* Cæteri vero mss. ut in textu. Ita etiam editi, præter *præbeat* pro *præbuerit.*

(11) *Enim.* Deest in libris antea editis. Alias, *autem* pro *enim.*

tanquam manui ministerium adscribit; et alii tanquam linguæ doctrinam tribuit : similiter etiam cætera. Illud quoque quod nobis in superioribus ambiguum videbatur, absolvit, ubi quærebamus utrum unumquodque membrum ad honesta, vel minus honesta corporis officia aliquid ex se causæ præbendo venerit : an nullis ex causis, sed sola Dei voluntate honestum, vel minus honestum esse membrum unicuique delegatum sit (12). Quod ergo ibi nobis minus clarum fuit, hic Apostolus evidenter aperuit dicens, *sive prophetiam* (13), *sive ministerium*, sive reliqua dona gratiarum *secundum rationem fidei* dari : quamvis sermo iste, hoc est, *secundum* (14) *rationem fidei*, apud Latinos minus proprie translatus videatur. Ἀναλογία enim in Græco, non tam ratio quam mensura competens dici potest, ut quia uno non potest, duobus sermonibus explicetur. *Secundum* (15) *mensuram* ergo *fidei* uniuscujusque diversitates dari pronuntiat gratiarum, ut, verbi causa, accepta quis gratia, illud vel illud membrum in Christi corpore fiat. Et hic quidem *mensuram fidei* causam capiendarum posuit gratiarum; ad Corinthios vero scribens ait : *Unicuique autem datur manifestatio Spiritus ad id quod expedit* [36]; et post pauca addit : *Omnia autem operatur unus atque idem Spiritus, dividens unicuique* (16) *prout vult* [37]. Unde mihi videtur, tam ad Romanos quam ad Corinthios scribens, tres capiendæ gratiæ modos docere, ut ex nobis in eo agi aliquid ostendat, plurimum tamen in Dei largitione consistere. Ponit ergo et *mensuram fidei* esse, per quam quis gratiam capit; ponit et *ad id quod expedit* dari; et Spiritum dividere *prout vult*. Ut ergo tanta in nobis fides inveniatur, quanta possit sublimiorem gratiam promereri, nostri operis videtur et studii : ut autem ad id detur quod expedit, et utile sit accipienti, Dei judicium est; vel omnino si dari velit, in ipso est. Ideo et in aliis idem Apostolus dicit : *Nunc autem Deus posuit in corpore unumquodque membrum prout voluit* [38]. Voluit autem Deus *secundum rationem* vel *mensuram fidei* quæ est in nobis (17); vel voluit *ad id quod expedit*. Nisi forte ita aliquis et hoc velit intelligere, *Deus posuit in corpore unumquodque membrum prout voluit*, ut *voluit* ad *membrum* magis referatur, hoc est, *prout voluit*, prout elegit, prout operam dedit;

A ne videatur de homine arbitrii potestas auferri. Verumtamen ex hoc quod ait dari gratiam *ad id quod expedit*, potest fieri ut etsi sit (18) in aliqua mensura fidei tanta, quæ excelsiorem gratiam mereatur accipere, si sanctus Spiritus futura prospiciens expedire accipienti non judicet, necessario dividat unicuique prout vult et expedit. Denique nonnullos videmus accepisse gratiam doctrinæ vel exhortationis ad plebem, et ex hoc ipso elatos atque in superbiam versos in judicium incidisse diaboli : alios accepisse quidem gratiam, sed

649 negligentia animi et vitæ desidia corrupisse : unde erat et ille qui acceptum denarium in sudario colligavit, nec operari ex eo aliquid voluit [39]. Propterea denique et Apostolus scribit ad charissimum

B sibi filium dicens : *Noli negligere gratiam quæ in te est* [40]; tanquam sciens posse gratiam per negligentiam deperire. Quod autem dixit : *Secundum rationem* vel *mensuram fidei* [41], puto jam plene in superioribus expositum quæ sit fides quæ a nobis requiratur, et quæ sit quæ a Deo per gratiam datur secundum hoc quod idem Apostolus dicit : *Alii fides in eodem Spiritu* [42] : et item ubi (19) apostoli ad Dominum dicunt : *Auge nobis fidem* [43] : quod fides quidem quæ speret et credat, et absque ulla dubitatione confidat, in nobis est : ratio vero fidei ipsius, et scientia, et perfectus eorum quæ credimus intellectus, donatur a Deo. Sed et illud in loco non omittamus quod videtur secretioris esse mysterii. Si enim in præsenti sæculo dat Deus unicuique

C gratiam *secundum mensuram fidei*, sine dubio et in futuro dabit unicuique gratiam pro mensura meritorum; et si in præsenti sæculo talis est Dei dispensatio, et talis erit etiam in futuro; quomodo non et in præteritis sæculis (20), quæ fuerunt ante nos, similis Dei dispensatio erga omnem rationabilem creaturam fuisse credetur? Sed jam videamus quæ sint (21) dona quæ enumerat secundum gratiam data. Prophetia, inquit, et ministerium, et doctrina, et exhortatio, et tributio, hoc est præstatio, et præesse, et misereri. His jungit et charitatem, et cætera. De quibus dicat fortasse aliquis : Si hæc omnia per gratiam dantur (22), non erit in culpa si quis non prophetet, aut non ministret, aut

D non doceat, aut non exhortetur, aut non tribuat, aut non præsit, aut non misereatur, aut non dili-

[36] I Cor. XII, 7. [37] ibid. 11. [38] ibid. 18. [39] Luc. XIX, 20, 21. [40] I Tim. IV, 14. [41] Rom. XII, 3. [42] I Cor. XII, 9. [43] Luc. XVII, 5.

(12) Ms. Regius num. 1639, *unusquisque derelictus sit*. Sed cæteri mss. et editi ut in textu.

(13) Editi perperam, *sive prophetia*.

(14) *Secundum*. Omittunt in editis.

(15) Editi, *secundum ergo fidei mensuram unicuique diversitates dari*, etc.

(16) Alias, *singulis*, sed ms. Regius num. 1639 et editi, *unicuique*.

(17) Editi, *secundum fidei mensuram quæ est in nobis*.

(18) Ms. plures, *ut si sit*, etc. Deinde editi, *tantoque excellentiorem gratiam*, etc. Paulo post vero ms. Regius num. 1639 omittit *necessario dividat*, et habet, *unicuique prout vult expediat*.

(19) Ms. Regius num. 1639, *alibi*. Deinde *Apostoli* desideratur in antea editis.

(20) Editi, *talis erit etiam... quomodo non præteritis sæculis*, etc. Mss. plerique omittunt utrobique *et*; sed ms. Regius num. 1639 ut in textu.

(21) Editi, *crederetur. Sed jam videamus quæ sunt*, etc. Deinde, *Prophetia, inquit, est ministerium*, etc. Et paulo post ms. Regius num. 1639, *sed tribuere, hoc est, præstare, et præesse*, etc. Sed cæteri mss. ut in nostro textu.

(22) Editi, *dat* pro *dantur*. Deinde ms. Regius num. 1639, *non erit in culpa si quidem non prophetet... qui horum omnium gratiam non accipit*. Sed cæteri mss., Rabanus et editi ut in nostro textu.

gat; quia horum omnium gratiam non accepit. Sed A ad hæc dicemus : Sicut est fides quam docuimus esse in nobis, et rursus est fides quæ per gratiam datur, sicut supra diximus scriptum esse : *Alii fides in eodem Spiritu*[44] : ita etiam in unoquoque horum quæ supra enumeravimus a Deo per gratiam dari, est (23) et in nobis aliquid, ad cujus unusquisque mensuram vel rationem gratiam promeretur. Neque enim de sola sapientia accipiendum illud quod scriptum est, quia *etsi sit* (24) *aliquis perfectus in filiis hominum, si desit ei sapientia quæ ex te est, ad nihilum reputabitur*[45]. Eodem namque modo possumus dicere : Etiamsi sit aliquis perfectus in fide (25) in filiis hominum, si desit ei fides quæ ex tua gratia est, in nihilum reputabitur. Ita etsi perfectus sit quis in ministerio, si desit ei a Deo B ministerii gratia, in nihilum reputabitur (26). Ita etsi perfectus sit in doctrina quis, et desit ei doctrinæ gratia (27) quæ ex Deo est, in nihilum reputabitur. Et ita in omnibus his quæ enumerata sunt, est quædam perfectio inter filios hominum quam labore et studiis propriis assequuntur, sive in sapientia, sive in doctrina, sive in aliis officiis : quæ tamen si non habeant a Deo gratiam datam, nihil erunt : quia si desit eis gratia Spiritus, nec membra esse Christi corporis possunt. Sed in his quæritur si potest esse aliqua in nobis vel ex nobis prophetiæ species, quæ non totum habeat ex Deo, sed aliquantulum etiam (28) ex humanis studiis capiat. Hoc quidem apud cæteros valde impossibile videbitur; apud Paulum tamen evidenter pro- C batur dicentem : *Æmulamini autem dona majora, magis autem ut prophetetis*[46]. In quo sicut æmulatur quis ministerium (29), et doctrinam, et exhortationem, et cætera, per hoc quod adhibet erga hæc studium ac laborem, ita et erga prophetiam fieri debere ostendit Apostolus. Unde prophetia intelligenda est hæc quam docet Apostolus, non illam esse per quam dicitur : *Hæc dicit Dominus;* illa enim usque ad Joannem stetit, secundum quod in Evangelio scriptum est[47] : *Lex et Prophetæ usque ad Joannem* (30) : sed illam (31) de qua idem Apostolus ait[48] : *Qui prophetat, hominibus loquitur* (32) *ad ædificationem, et exhortationem, et consolationem.* Prophetia ergo dicitur apud Paulum cum quis loquitur hominibus ad ædificationem, et cum loquitur ad exhortationem et consolationem; et ideo adhibere studium ad hujuscemodi **650** prophetiam possibile nobis est, et est in nostra potestate ut nobis in hæc operam dantibus, si secundum rationem vel mensuram fidei hæc facimus, addatur et illa quæ ex Deo est prophetia (33). Est autem secundum Apostolum etiam alia species prophetiæ, de qua dicit[49] : *Si vero prophetetis, intret autem quis infidelis, vel idiota, arguitur ab omnibus, judicatur ab omnibus, occulta quoque cordis ejus manifesta fiunt* (34), *et tunc cadens in faciem pronuntiabit quia vere Deus in vobis est* (35). Sicut enim *Spiritus Dei omnia scrutatur*[50], ita et verbum Dei omnia etiam quæ in occulto sunt perscrutatur : maxime cum *verbum vivens* sit, *et efficax, et penetrabilius omni gladio utrinque acuto, penetrans usque ad divisionem animæ et spiritus, compagum quoque ac medullarum*[51]. Etenim cum moralis in Ecclesia sermo tractatur (36), tunc uniuscujusque intra semetipsum conscientia stimulatur, recognoscentis ex his quæ dicuntur propria peccata, et recordantis si qua forte in occulto commiserit. Interdum autem et æstimatio ipsa prudentium, vel ex vultu, vel ex moribus, vel ex motu uniuscujusque conscientiam (37) colligentium, prophetiæ speciem tenet. Hæc nobis de prophetiæ gratia dicta sint. Post hæc sequitur : *Sive ministerium in ministrando.* Possumus hæc omnia ad illam regulam revocare

[44] I Cor. XII, 9. [45] Sap. IX, 6. [46] I Cor. XII, 31; XIV, 1. [47] Luc. XVI, 16. [48] I Cor. XIV, 3. [49] I Cor. XIV, 24, 25. [50] I Cor. II, 10. [51] Hebr. IV, 12.

(23) Sic ms. Regius num. 1639. Rabanus et editi, qui editi solummodo perperam habent *erit* pro *est*. Mss. vero duo Regii habent, *est et in nobis aliquid ad cujus meritum unusquisque mensuram vel rationem gratiæ* (al., *gratiam*) *promeretur.*

(24) Editi, *quia si sit*, etc. Deinde iidem editi, et mss. duo bis, *quæ ex Deo est*. Sed ms. Regius num. D 1639 et Rabanus, *quæ ex te est*, sicut et infra, *quæ ex tua gratia est.*

(25) *In fide.* Hæc duo verba desiderantur in editis. Ms. Regius num. 1639, *in fide et in filiis hominum*; sed cæteri mss. et Rabanus ut in textu.

(26) *Ita et si perfectus sit quis in ministerio, si desit ei a Deo ministerii gratia, in nihilum reputabitur.* Hæc nec in editis, nec apud Rabanum comparent.

(27) Editi, *doctrina gratiæ*, male.

(28) *Etiam.* Prætermittitur in editis.

(29) Editi, *in quo quis æmulatur in ministerium*, etc.

(30) *Stetit, secundum quod in Evangelio scriptum est : Lex et Prophetæ usque ad Joannem.* Hæc in editis frustra requiras, sed restituuntur ex omnibus mss. et Rabano.

(31) Editi, *sed illam*, etc. Omnes vero mss. et Rabanus, *sed illa*, etc.

(32) Editi, *omnibus loquitur*, etc. Deinde : *Prophetia autem*, etc. Ms. Regius num. 1639, *hominibus loquitur ædificationem, et consolationem. Prophetia ergo*, etc. Sed cæteri mss. et Rabanus ut in textu.

(33) Sic ms. Regius num. 1639 et Rabanus. Editi vero, *et in nostra potestate, ut nobis in Dei opere sudantibus secundum rationem et mensuram fidei, si hæc facimus, addat et illam quæ ex Deo est prophetiam.* Duo mss. Regii itidem, *ut nobis in Dei opere sudantibus*; sed cætera ut in textu.

(34) Sic mss. plerique et editi. Mss. vero quidam, *occulta quæque cordis ejus manifesta fiunt*; editi, *sunt.*

(35) Editi, *in nobis est.*

(36) Sic recte ms. Regius num. 1639. Cæteri vero mss. et editi : *Etenim cum oramus in ecclesia, et sermo tractatur.* Deinde editi, perperam, *tunc unusquisque... stimulatur, recognoscente ex his quæ dicuntur propria peccata, recordante si qua*, etc. Sed omnes mss. ut in nostro textu, nisi quod alii habeant, *si quæ*; alius, *si quid*, et plerique omittant et ante *recordantis.*

(37) *Conscientiam.* Deest in editis et in plerisque mss., sed restituitur ex ms. Regio num. 1639.

quæ superius dicta est; hoc est: *Non plus sapere quam oportet sapere*: ut, verbi causa, dicamus non debere eum qui ministrat, in ministrando plus sapere quam oportet sapere: et qui docet, in doctrina non plus sapere quam oportet sapere: et qui exhortatur, in exhortatione non plus sapere (38) quam oportet sapere. Multi enim accepto ministerio, vel accepta doctrina plus sapuerunt quam oportuit sapere (39): et elati in arrogantiam, vel in delicias resoluti, præcipites corruerunt. *Qui exhortatur in exhortando.* Exhortatio (40) species est doctrinæ et verbi, quo afflictæ animæ Scripturarum divinarum prudenter aptatis et in unum collectis sermonibus relevantur. Accidit enim sæpe animæ tribulationum nimietate desperatio; nec facile reparari, aut B refici quibuscunque verbis potest, quamvis polita illa sint et plausibilia. Si vero sermo habens virtutem gratiæ Dei fuerit adhibitus, tunc cor ejus penetrat, et consolationem præbet, ac spem revocat desperatione submota, secundum illud quod per prophetam dictum est a Domino (41): *Sacerdotes, loquimini in corde Jerusalem* [52].

3 *Qui tribuit in simplicitate, qui præest in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate* [53]. Qui tribuit et præstat indigentibus, oportet, inquit, ut in simplicitate cordis hoc faciat (42); hoc est, ne videatur quidem benefacere indigentibus, corde vero laudem quærat ab hominibus. Non est ergo simplicitas (43) si aliud agi videatur in manibus, et aliud quæratur in corde. Qui vero præest fratribus, vel qui præest C Ecclesiæ, in sollicitudine esse debet non humanarum causarum, nec sæcularium rerum (hæc enim sollicitudo aliena debet esse ab his qui Ecclesiæ præsunt): sed talem recipiat (44) sollicitudinem qualem Apostolus dicit: *Concursus in me quotidianus, sollicitudo omnium Ecclesiarum. Quis infirmatur, et ego non infirmor? Quis scandalizatur, et ego non uror* [54]? Qui ergo præest Ecclesiis talem sollicitudinem habere debet, et illam aliam sæcularem habere omnino non debet. *Qui miseretur in hilaritate.* Videatur (45) fortassis unum atque idem esse quod supra dixit: *Qui tribuit in simplicitate*, et hoc: *Qui miseretur* (46) *in hilaritate*. Sed mihi videtur unum

A fortasse opus esse, non tamen et operis ipsius unus affectus. Aliud est enim dare indigenti, et aliud est affectu misericordiæ cum indigente partiri: et ideo non vult in tali opere esse tristitiam. Qui enim prærogat (47) pecuniam suam, si infidelis sit, et recepturum se desperet, necessario tanquam qui eam perdiderit contristatur. Qui vero cum fide et spe hoc agit, in hilaritate et lætitia agit (48), certus quod parva hæc quæ pro mandato Dei expendit, ingentes sibi opes cœlestium divitiarum, insuper autem et æternam conferant vitam.

4. *Charitas sine simulatione* [55]. Ego puto quod omnis charitas quæ non est secundum Deum, simulata sit, et vera non sit. Etenim creator animæ Deus idcirco ei cum cæteris virtutibus etiam affectum cha- **651** ritatis inseruit, ut diligat Deum, et ea quæ vult Deus. Cum ergo opus hoc in animam dederit charitatis, quicunque aliud aliquid (49) dilexerit quam Deum, et quæ Deo placent, charitas in eo ficta et simulata dicenda est. Sed et si quis proximum suum diligat, et cum errantem eum viderit non commoneat, non corrigat, simulata charitas ista dicenda est. Et ideo nihil habere adulatorium, nihil fucatum charitas debet, sicut et alibi idem Apostolus dicit: *Charitas de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta* [55*].

5. *Odientes malum, adhærentes bono* [56]. Mirum fortasse sit, quod inter cætera bona virtutum assumitur etiam odium, et tanquam necessarium ab Apostolo (50) ponitur. Unde certum est inesse animæ odii affectum: est enim laudabile odisse vitia, odisse peccata. Nisi enim quis odio habeat vitia, non potest amare, nec conservare virtutes. Verbi gratia, si quis pudicitiam custodire proponat, non potest eam tuto servare, nisi odium quoddam et exsecrationem adversum impudicitiam sumat. Difficilis enim, et valde difficilis est illa continentia, ubi desideratur illud a quo abstinetur, et cupiditas animi solo metu futuri judicii refrenatur. Periculosa hæc, et valde periculosa sunt, nisi secundum consilium Apostoli odientes mala, et impacata quodammodo (51) adversum ea odiorum bella peragentes, sic adhæreamus bono. Observandum etiam hoc,

[52] Isa. XL, 2. [53] Rom. XII, 8. [54] II Cor. XI, 28, 29. [55] Rom. XII, 9. [55*] I Tim. I, V. [56] Rom. XII, 9.

(38) Alias, *in exhortando non plus sapere*, etc.

(39) Editi, perperam, *quam oportet sapere*. Ms. unus, *quam oporteret sapere*.

(40) *Exhortatio*. Deest in editis.

(41) Ms. Regius num. 1639, *dicit Dominus*. Sed cæteri mss., Rabanus et editi ut in textu.

(42) Editi, *oportet, inquit, in simplicitate cordis hæc facere*.

(43) Mss. duo, *Non est ergo bona simplicitas*, etc. Sed *bona* amittitur in antea editis, et in plerisque mss. et apud Rabanum. Deinde ms. Regius num. 1639 omittit *præest fratribus, vel*.

(44) Recte ms. Regius num. 1639, *recipiat*. Cæteri mss., Rabanus et editi, *recipiant*.

(45) Sic ms. Regius num. 1639. Cæteri vero mss. et editi, *Videtur*. Deinde editi, *dixerat*.

(46) Ms. Regius num. 1639, *et hic, Qui miseretur*, etc. Editi, *et hoc, id est, qui miseretur*, etc. Sed cæteri mss. ut in textu.

D (47) Sic omnes mss. nostri. Rabanus vero et editi, *erogat*.

(48) Mss. duo, *hoc agit*; et postea editi. *certus et quod*, etc. Deinde iidem editi et mss. plerique, *expendit indigentibus, sibi opes*, etc. Sed ms. Regius num. 1639 et Rabanus ut in nostro textu.

(49) Sic ms. Regius num. 1639. Cæteri vero mss. et editi, *hoc opus anima dederit* (editi, *dedit*) *charitati, quicunque aliud aliquid*, etc. Rabanus, *hoc opus in anima dederit, charitate quicunque aliud*, etc., omisso *aliquid*, quod etiam omittit ms. Regius num. 1639.

(50) Editi, *Mirum fortasse siquidem inter cætera... necessario ab Apostolo*, etc.

(51) Editi, *odientes malum, et peccata, et quodammodo*, etc. Rabanus, *in peccata*, pro *impacata*. Deinde ms. Regius num. 1639 addit *sic* ante *adhæreamus*.

quod sicut in aliis dicit : *Qui adhæret Domino, unus spiritus est* [57], ita et hic dicit : Adhæreamus bono, sine dubio ut contingat nobis unum esse cum bono.

6. *Charitatem fraternitatis invicem diligentes* [58]. Hoc mandatum, ut diligamus invicem, sicut et Deus dilexit nos [59], cum sit primum post primum (primum namque est diligere Deum ; et inter homines iterum hoc primum est, ut invicem diligamus), nescio quomodo quasi ultimum et minus necessarium inter homines spernitur, et odium quod nobis insitum esse diximus ad hoc ut mala odio habeamus, præpostero ordine exercemus in bonis (52), et vitia carnis ac peccata diligentes fratres odio habemus. Nec aliter accidit odisse nos quæ non oportet (53), nisi quia diligimus quæ non oportet. Fratres ergo jubemur diligere, non judicare (54). Si enim putas aliquem impium esse, et ideo eum non judicas diligendum, audi quod *Christus pro impiis mortuus est* [60]. Aut si quia peccator est frater tuus, ideo eum non putas diligendum, audi quia *Christus Jesus in hunc mundum venit peccatores salvos facere* [61]. Si vero justus est, multo magis dilectione dignus est, *Dominus* enim *diligit justos* [62].

7. *Honore invicem prævenientes* [63]. Hoc est quod et Dominus docuit, cum notaret Scribas et Pharisæos prima sibi loca in conviviis vindicantes [64], et doceret, ut cum vocatus fueris tu ad cœnam, in novissimo loco recumbas (55).

8. *Sollicitudine non pigri* [65]. Superius eum qui præest, in sollicitudine debere esse commonuit : nunc vero omnibus dat hoc in commune mandatum, ne quis nostrum audiat a Domino: *Serve male et piger* [66].

9. *Spiritu ferventes* [67]. Et hoc ad impigrum et sollicitum spectat. Vult enim (56) ut nos, qui sub lege spiritus vivimus, nihil remissum, nihil tepidum habeamus in nobis, sed cum fervore spiritus, et calore fidei cuncta peragamus.

10. *Domino servientes* [68]. Ille Domino servit, qui potest dicere : *Nobis unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum* [69], nec ultra ei aut libido, aut avaritia, aut inanis gloria dominatur. Scio autem in nonnullis Latinorum exemplaribus haberi, *tempori servientes*, quod non mihi videtur convenienter insertum, nisi si (57) quis forte ita dictum putet, ut in aliis idem Apostolus ait : *Tempus breve est, superest ut qui habent uxores, tanquam non habentes sint* [70] ; vel ut illud dictum est : *Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt* [71].

11. *Spe gaudentes, in tribulatione patientes* [72]. Spe gaudet qui non respicit ea quæ videntur, sed ea quæ non videntur exspectat [73] ; et qui scit quia *non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis* [74]. Idem ipse et in tribulatione patiens erit ; quia *tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio vero spem* [75], si tamen sermonem qui subsequitur impleamus, id est *orationi instantes* [76]. In quo enim non sufficit humana fragilitas, auxilium Dei orationibus implorandum est.

12. *Usibus* (58) *sanctorum communicantes* [77]. Memini in Latinis exemplaribus magis haberi : **652** *Memoriis sanctorum communicantes* : verum nos nec consuetudinem turbamus, nec veritati præjudicamus, maxime cum utrumque conveniat ædificationi. Nam usibus sanctorum honeste et decenter, non quasi (59) stipem indigentibus præbere, sed censum nostrum cum ipsis quodammodo habere communem, et meminisse sanctorum sive in collectis solemnibus, sive pro eo ut ex recordatione eorum proficiamus, aptum et conveniens videtur.

13. *Hospitalitatem sectantes* [78]. Quam digne hospitalitem sectantis munificentiam (60) uno sermone comprehendit ! Dicens enim sectandam esse hospitalitatem, non illud solum ostendit, ut venientem ad nos hospitem suscipiamus ; sed et requiramus, et solliciti simus, et sectemur, ac perquiramus ubique hospites, necubi forte in plateis sedeant (61), ne extra tectum jaceant. Recordare Lot [79], et invenies quod non illum hospites, sed ipse quæsierit hospites ; et hoc erat hospitalitatem sectari.

14. *Benedicite persequentibus vos, benedicite, et nolite maledicere* (62). Moralem locum latius Apostolus exsequens, actus, mentem, propositum, os quoque ipsum discipulorum, linguamque componit.

[57] I Cor. vi, 17. [58] Rom. xii, 10. [59] Joan. xv, 12. [60] Rom. v, 6. [61] I Tim. i, 15. [62] Psal. cxlv, 8. [63] Rom. xii, 10. [64] Luc. xiv, 7, 10. [65] Rom. xii, 11. [66] Matth. xxv, 26. [67] Rom. xii, 11. [68] ibid. [69] I Cor. viii, 6. [70] I Cor. vii, 29. [71] Ephes. v, 16. [72] Rom. xii, 12. [73] II Cor. iv, 18. [74] Rom. viii, 18. [75] Rom. v, 3, 4. [76] Rom. xii, 12. [77] ibid. 13. [78] Rom. xii, 13. [79] Gen. xix, 1.

(52) Sic recte Rabanus et editi. Mss. vero nostri, *in nobis*.

(53) Editi, *quem non oportet*.

(54) *Fratres ergo jubemur diligere, non judicare*. Hæc desiderantur in libris editis.

(55) Editi, *et docet, ut cum vocatus fueris ad cœnam, in novissimo recumbas*. Mss. quidam et Rabanus itidem *et docet*. Ms. Regius num. 1639, *edocens*. Sed cæteri mss., rectius, *et doceret*.

(56) Sic ms. Regius num. 1639. Cæteri vero mss. et editi, *Et hoc ad integrum spectat. Vult enim*, etc.

(57) Deest *si* in editis. Mss. quidam, *si qui*.

(58) Sic omnes mss. et editi. Rabanus vero hic et infra habet *necessitatibus* pro *usibus*.

(59) Rabanus, *nec consuetudine turbamur... Nam necessitatibus sanctorum honeste dicit, non quasi*, etc. Paulo infra ms. Regius num. 1639, *quoquo modo habere communem*. Deinde Rabanus, *id aptum et conveniens videtur*.

(60) Ms. Regius num. 1639, *hospitalitatis munificentiam*. Cæteri mss. et editi, *hospitalitatem sectantis magnificentiam*.

(61) Editi, *ne forte in plateis sedeant*.

(62) Sic editi et Rabanus. Mss. vero nostri omnes habent tantummodo, *Benedicite, et nolite maledicere*.

Non vult credentes Christo de ore suo proferre maledictum, sed bene loqui, bene dicere, bene precari, ut ex hoc et boni domini servi, et boni magistri credantur esse discipuli. Sciendum tamen est quod sermo hic benedictionis in Scripturis diverse positus invenitur. Nam et Deus benedicere vel homines, vel cætera quæ creaverat, invenitur [80]; et homines (63), vel cæteræ creaturæ Deum benedicere jubentur [81]. Sed Dei quidem benedictio aliquid muneris (64) semper his qui ab eo benedicuntur impertit: homines vero Deum benedicere, pro eo quod est laudare, et gratias referre, dicuntur. Hic tamen Apostolus dicens (65), *Benedicite, et nolite maledicere*, quasi cum provocamur ab inimicis, vel cum instigamur injuriis, monet ne pro maledictis maledicta reddamus; sed faciamus quod ipse de semetipso scribit, ubi dicit [82]: *Maledicimur, et benedicimus* (66).

15. *Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus* [83]. Habenda est etiam in hoc competens (67) et apta distinctio. Non enim quibuscunque gaudiis Christianorum gaudia socianda sunt, nec quibuscunque fletibus lacrymæ nostræ jungendæ sunt. Neque enim si videam gaudere aliquem super quæstu pecuniæ, aut possessionum latitudine, aut sæcularis honoris eminentia, congratulari debeo talibus, qui sciam quod hujusmodi gaudia luctus sequantur et lacrymæ. In tantum etenim (68) non est gaudendum de talibus, ut Dominus discipulis suis ne inde quidem gaudere concesserit quod dæmonia sibi videbant esse subjecta, sed ait eis: *Nolite gaudere quia dæmonia vobis subjecta sunt; sed gaudete*, inquit, *quia nomina vestra scripta sunt in libro vitæ* [84]. Et nos ergo si videamus ab aliquo tale opus geri, quod in cœlo scribi dignum sit, sive justitiæ opus, sive charitatis, sive pacis, sive misericordiæ; et ita gestum, ut in libro vitæ referri mereatur, debemus gaudere cum talibus (69). Sed et si quem videamus ab errore conversum, et relictis ignorantiæ tenebris ad lucem veritatis venisse, et remissionem peccatorum, et gratiam sancti Spiritus meruisse, debemus gaudere cum talibus. Similiter autem *flere cum flentibus*, non cum illis qui flent mortuos suos [85], jubemur, aut qui flent damna sæcularia, scientes quia *hujus sæculi tristitia mortem operatur* [86]. Non sunt ergo lacrymæ nostræ jungendæ cum talibus; sed cum illis flendum est de quibus dicit Dominus: *Beati* D

A *qui flent, quoniam ipsi consolabuntur* [87]. Si quis flet pro peccatis suis, si quis post delictum convertitur ad pœnitentiam, et errorem suum lacrymis lavat, si quis ingemiscit etiam in habitaculo isto positus, et ad Christum redire desiderat, et sanctum desiderium lacrymarum profusione solatur (70), jungamus cum talibus lacrymas nostras, et gemitus sociemus; nam (71) *tristitia quæ secundum Deum est, salutem stabilem per pœnitentiam operatur* [88].

16. *Idipsum invicem sentientes* [89]. Sermo iste non natura sui, sed interpretatione obscurior factus est. Hoc est enim quod dicit, ut ita de fratre sentiamus, ut de nobis ipsis; et ita velimus proximo, sicut et nobis volumus: ut et Dominus in Evangelio dicit: *Quæ vultis ut faciant vobis homines, eadem et vos*
B *facite illis* [90].

17. *Non alta sentientes, sed humilibus consentientes* [91]. Superbiam per omnia (72) refugiendam docet; hoc enim dicit alta sentire. **653** Et merito superbia fugienda est, cum Scriptura dicat, quia *initium discedendi a Deo, superbia est* [92]. Bene autem uno sermone institutionem humilitatis exposuit; consentire enim humilibus, et amare humiles, atque inclinare se ad eos, hoc est consuescere imitari eum qui cum in forma Dei esset, formam servi suscepit, et humiliavit se usque ad mortem [93].

18. *Nolite esse prudentes apud vosmetipsos* [94]. Qui sibi ipsi prudens esse videtur, hic cum arrogantia
C stultus est; nec potest veram sapientiam Dei scire, qui suam stultitiam quasi sapientiam colit. Denique in superioribus hanc fuisse incredulitatis causam Judæis, ipse Paulus edocuit, dicens de eis, quia *ignorantes Dei justitiam, et suam justitiam quærentes statuere, justitiæ Dei non sunt subjecti* [95]. Sic ergo et qui apud semetipsum sapiens est, non potest esse sapiens apud Deum.

19. *Nulli malum pro malo reddentes* [96]. Si malum inferre peccare est, et reddere malum non, ut quibusdam videtur, justum est, sed simile peccatum est, aut, ut ego arbitror, etiam gravius. Nam ille qui malum prior intulit, forte (73) non sensit malum esse quod fecit. Qui autem reddidit malum, eo ipso quo ad ulciscendum est motus, confessus est sensisse malum esse quod reddidit. Et ideo respiciendum semper est ad

[80] Gen. I, 22. [81] Dan. III, 57 seq. [82] I Cor. IV, 12. [83] Rom. XII, 15. [84] Luc. X, 20. [85] Matth. VIII, 22. [86] II Cor. VII, 10. [87] Matth. V, 5. [88] II Cor. VII, 10. [89] Rom. XII, 16. [90] Matth. VII, 12. [91] Rom. XII, 16. [92] Eccli. X, 14. [93] Philip. II, 6. [94] Rom. XII, 16. [95] Rom. X, 3. [96] Rom. XII, 17.

(63) Editi, *quæ creavit, invenitur, item homines*, etc.

(64) Ms. unus et Rabanus, *aliud muneris*.

(65) *Dicens*. Deest in antea editis, et in plerisque mss. Rabanus habet *ait* pro *dicens*.

(66) Editi, *sed benedicimus*.

(67) Editi, *etiam hic competens*, etc.

(68) *Etenim*. Deest in libris antea editis.

(69) Ms. Regius num. 1639, hic et infra, *de talibus*.

(70) Sic recte ms. Regius num. 1639. Cæteri vero mss. et editi, *et secundum desiderium lacrymarum profusione lavatur*. Rabanus, *et sanctum desiderium... lavat*.

(71) *Nam*. Deest in editis et in plerisque mss., sed restituitur ex Rabano. Ms. Regius num. 1639, habet, *Tristia enim* pro *Nam tristitia*.

(72) Sic omnes mss. et Rabanus. Editi vero, *Superbiam super omnia... hoc enim beneplacitum est Deo. Et merito superbia fugienda est, cum scriptum sit, Quia initium discedendi a Deo superbia est Unde Apostolus in uno* (Rabanus, *in primo*) *sermone institutionem humilitatis commendat*.

(73) *Forte*. Deest in editis et in plerisque mss. necnon et apud Rabanum. Sed restituitur ex uno ms. Regio num. 1640.

eum qui dixit : *Mihi vindictam, ego retribuam, dicit Dominus* [97].

20. *Providentes bona coram omnibus hominibus* [98]. Coram omnibus hominibus providet quis bona, si non placeat singulorum vel vitiis, vel moribus. Alioquin contraria erit (74) illa Apostoli ipsius sententia quæ dicit : *Ego si hominibus placere vellem, Christi servus non essem* [99]. Sed qui vitæ suæ, et morum, atque actuum tenet libram, ut non possit ab ullo hominum reprehendi, iste bona coram omnibus hominibus providet. Sed et hoc advertamus, quomodo non dixit Apostolus, ut omnibus placeamus (75), sed, ut provideamus bona coram omnibus hominibus, hoc est ut agamus nos bona coram omnibus hominibus sive illis placeant quæ bona sunt, sive non placeant.

21. *Si possibile est, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes* [1]. Sciens Apostolus pacem inter quos pax habetur, non ex una parte, sed ex utraque constare, ne nos alterius animus, si forte impacatus evenerit, a bono pacis impedire videretur, moderatissimum dedit præceptum : ut interim (76) noster animus semper sit paratus ad pacem, et discordiæ culpa non penes nos, sed penes alterum constet. Sed fortasse dicat aliquis : Quomodo potest fieri ut pacem cum omnibus hominibus habeamus? Et quid faciemus de Scriptura quæ dicit : *Furem videbas, et concurrebas cum illo, et cum adulteris portionem tuam ponebas* [2]? Ideo ergo bene Apostolus addidit : *Quod ex vobis est;* hoc est, quod proposito vestro et fidei vestræ convenit. Cum malis enim habere pacem et societatem, fidei nostræ (77) propositoque non convenit, quamvis et alia in loco possit haberi distinctio. Aliud est enim homines amare, aliud crimina diligere. Qui homines amat, amat creaturam Dei : qui crimina diligit, diaboli sectatur inventa (78). Qui ergo perfecti sunt, ipsos in quibus oderunt crimina homines amant : et odio habentes in eis illud quod peccant, illud quod Deus creavit amare non desinunt.

22. *Non vos vindicantes, charissimi, sed date locum iræ. Scriptum est enim : Mihi vindictam, ego* A *retribuam, dicit Dominus* [3]. Illi qui seipsos non vindicant, quomodo iræ locum dent, dupliciter mihi videtur intelligi. Nam et hoc ipso quod verbi causa manum manui non referunt (79), aut convicio convicium non reddunt, iræ illius qui fecit injuriam pertranseundi et evanescendi locum dederunt. Nemo enim ita rabidus invenietur, qui, illata injuria, si vicem non recipiat, iterum sæviat; sed quasi effuso ac digesto furore, necessario mitescit. Est ergo et grande lucrum ubi et peccantis multitudo compescitur peccatorum, et injuriam passi patientia (80) probabilis fit apud Deum. Est autem et hoc modo iræ locum dare, quando pro his quæ inferuntur injuriis qui peccant, secundum ipsius Pauli sententiam, iram sibi thesaurizant in die B iræ, tunc cum reddet Deus unicuique secundum opera sua [4]. Si ergo nosmetipsos vindicemus, non est magnum quod pro injuria suscepta reddimus, verbi causa, aut palmam pro palma, **654** aut saxum pro saxo, aut pro contumelia sermonis (81) sermonis nihilominus contumeliam. Si vero reservemus ea vindictæ Dei, in eo (82) qui læsit nos locum damus iræ, illi sine dubio quam sibi ipse suis malis actibus thesaurizat, quæ de eo in judicio Dei multo graviores quam nos inferre possumus, exigat pœnas.

23. *Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitierit, potum da illi : hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput ejus* [5] (83). Hæc quidem C et Dominus in Evangeliis præcipit [6]. Et quamvis in propatulo sit intellectus iste, quo secundum ea quæ supra diximus, in quantum inimicis et lædentibus non solum vicem non reddimus, sed et bona præstamus, in tantum pœnas eorum in Dei judicio cumulamus (est enim vere justa damnatio si arguantur ante Deum his intulisse mala a quibus perceperint bona), tamen videamus ne forte dignius aliquid mandati hujus contineat intellectus. Dicit enim et Jeremias propheta (84) ad peccatricem filiam Babylonis : *Habes carbones ignis, sede super eos, hi erunt tibi in adjutorium* [7]. Fortassis ergo et hic isti carbones ignis qui congregantur super ca-

[97] Deut. XXXII, 35. [98] Rom. XII, 17. [99] Galat. I, 10. [1] Rom. XII, 18. [2] Psal. XLIX, 18. [3] Rom. XII, 19. [4] Rom. II, 5, 6. [5] Rom. XII, 20. [6] Matth. V, 42; Luc. VI, 27 seq. [7] Isa. XLVII, 14.

(74) Sic omnes mss. et Rabanus. Editi vero, *Providentes bona, non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Coram hominibus, contraria erit*, etc., omissis intermediis, *omnibus hominibus providet quis bona, si non placeat singulorum vel vitiis, vel moribus. Alioquin*, etc., mss. plerique, *non ut placeat* (al., *ut non placeat*) etc. Sed rectius ms. Regius num. 1639, ut in textu.

(75) Editi, *quomodo non dixit Apostolus, hominibus placeamus, sed*, etc.

(76) Sic ms. Regius num. 1639 et Rabanus. Cæteri vero mss. et editi, *ut inter inimicos*, etc.

(77) Editi, *vestræ*, male. Deinde iidem et mss. plerique, *quamvis et alio in loco*, etc. Sed recte ms. Regius num. 1639 et Rabanus ut in textu.

(78) Ita ms. Regius num. 1639 et Rabanus. Cæteri vero mss. et editi, *Diaboli sectator invenitur*. Deinde mss. plerique, Rabanus et editi, *hoc ipso quo* (al., *quod*) *oderunt crimina*, etc. Ms. unus, *hoc* D *ipsum quod oderint crimina*, etc. Sed rectius mss. duo ut in nostro textu.

(79) Sic omnes mss. Editi vero, *manum manu non referunt*, Genebrardus, *referiunt*.

(80) Alias, *et injuriæ* (al. *injuriarum*) *passio patientia*, etc. ; alias, *et injuriam passus patientia*, etc. Deinde ms. Regius num. 1639 et Rabanus omittunt *quando*, sed restituunt cæteri mss. et editi.

(81) *Sermonis*. Omittitur in editis, et in ms. Regio num 1639, et apud Rabanum; sed restituitur ex cæteris mss.

(82) Alias, *Si vero servemus ea vindictæ.... qui de eo*, etc.

(83) Sic ms. Regius num. 1639, Rabanus, et editi. Cæteri vero mss. *congregas super caput ejus*.

(84) *Dicit enim et Jeremias propheta*. Vel Origenes, vel Rufinus, vel fortassis uterque memoria lapsus est Jeremiæ ascribendo quod ex Isaia depromitur.

put inimici, in adjutorium ipsius congregantur. Potest enim fieri ut animus ferus ac barbarus inimici (85), si sentiat beneficium nostrum, si humanitatem, si affectum, si pietatem videat, compunctionem cordis capiat, commissi pœnitudinem gerat, et ex hoc ignis in eo quidam succendatur, qui eum pro commissi conscientia (86) torqueat, et aduratı; et isti erunt carbones ignis qui super caput ejus ex nostro misericordiæ et pietatis opere congregantur. Caput vero, principale cordis appellatur : et merito caput dicitur, cujus intellectu et prudentia membra reguntur universa.

24. *Noli vinci a malo, sed vince in bono malum* [8]. Vincitur a malo, qui malis provocatus reddit malum. In bono autem vincit malum qui acceptis malis restituit bona. Certum est enim hanc esse mali naturam, ut ex similibus suis augeatur et crescat; sicut igni si ignem jungas; sicut si noctis tenebris aeris (87) nubilum societur. Bonum vero si adhibeas, exterminatur malum. Contraria namque contrariis perimuntur, sicut per aquam ignis exstinguitur, et per lucem tenebræ fugantur. Sed fortasse dicat aliquis Paulum per imperitiam sermonis a proposito decidisse; proposuit enim loqui de donis gratiarum quæ per Spiritum sanctum dantur. Et quidem quod ait : *Sive prophetia, sive ministerium, sive doctrina, sive exhortatio* [9], possunt hæc ad dona spiritalia pertinere. Fortassis et hoc quod sequitur : *Qui tribuit in simplicitate, qui præest in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate* [10], superioribus possit adjungi : ea vero quæ post hæc enumerat, ut sit *charitas sine simulatione, odientes malum, adhærentes bono, charitate fraternitatis invicem diligentes, honore invicem prævenientes* [11], et cætera hujusmodi, præcepta potius dicat esse quam dona. Sed consideremus diligentius ne forte quoniam quidem in his omnibus moralem locum tractare instituit, et non solum in fide veritatis stabilem et immobilem, verum et in moribus ornatum (88) facere Christianum, ideo ad munera gratiarum etiam moralia præcepta conjungat (89), ut ostendat Christianis etiam hæc per Dei gratiam dari. Sunt enim et nonnulli gentilium compositis moribus et honeste institutis (90), qui tamen hoc ipsum quod habent, non ad Deum referunt, nec ab ipso sibi datam gratiam confitentur; sed aut propriæ industriæ ascribunt, aut super magistris et institutoribus gloriantur. Nobis autem ostendit Apostolus omne quod bonum est, a Deo esse, et per Spiritum sanctum dari, sicut et Jacobus apostolus dicit : *Omne datum bonum et omne donum perfectum desursum est descendens a Patre luminum* [12]; ut *qui gloriatur, in Domino glorietur* [13].

25. Videamus ergo nunc quid etiam in consequentibus adjungat Apostolus : *Omnis anima potestatibus sublimioribus subjaceat* [14] (91). Videtur mihi in hoc valde laudabiliter animam nominasse, quam subjacere potestatibus jubet. Nunquam enim dixisset, omnis spiritus subjaceat potestati, sed, *omnis anima*. De qua differentia sæpe jam diximus, quod interdum per animam, interdum per carnem, interdum per spiritum, homo nominatur. Sed cum a parte meliore nominandus est, quasi qui spiritalis intelligi debeat, spiritus dicitur : quando ab inferiore, anima : cum vero a
655 deteriore nominatur, caro dicitur : et horum testimonia de Scripturis sæpe protulimus. Nunc ergo quoniam præcepta credentibus ponit Apostolus, vult nos quietem, quantum in nobis est, præsentis vitæ pacemque servare. Et si quidem tales sumus qui conjuncti Domino unus cum eo spiritus simus [15], Domino dicimur esse subjecti. Si vero nondum tales sumus, sed communis adhuc anima est in nobis quæ habeat aliquid hujus mundi, quæ sit ei aliquo alligata negotio (92), huic præcepta Apostolus ponit, et dicit ut subjecta sit potestatibus mundi : quia et Dominus dixit, ut hi qui habent in se superscriptionem Cæsaris, reddant Cæsari quæ sunt Cæsaris [16]. Petrus et Joannes nihil habebant quod Cæsari redderent; dicit enim Petrus : *Aurum et argentum non habeo* [17]. Qui hoc non habet, nec Cæsari habet quod reddat, nec unde sublimioribus subjaceat potestatibus. Qui vero habet aut pecuniam, aut possessiones, aut aliquid in sæculo negotii (93), audiat : *Omnis anima potestatibus sublimioribus subjaceat* [18].

26. *Non est enim*, inquit (94), *potestas nisi a Deo* [19]. Dicit fortasse aliquis : Quid ergo? Et illa potestas quæ servos Dei persequitur, fidem impugnat, religionem subvertit, a Deo est? Ad hoc breviter respondebimus. Nemo est qui nesciat quod et visus

[8] Rom. XII, 21. [9] ibid. 6, 8. [10] ibid. 8. [11] ibid. 9 et 10. [12] Jacob. I, 17. [13] I Cor. I, 31. [14] Rom. XIII, 1. [15] I Cor. VI, 17. [16] Matth. XXII, 21. [17] Act. III, 6. [18] Rom. XIII, 1. [19] ibid.

(85) Editi, *ut amens, ferus, et barbarus inimicus.*

(86) Sic rectius ms. Regius num. 1639. Cæteri vero mss. et editi, *pro commisso* (al., *pro commissis*) *conscientiæ*, etc.

(87) Alias, *sicut ignis* (al., *igni*) *si ignem jungas : sicut noctis tenebræ si aeris*, etc.

(88) Mss. plerique et editi, *stabilem, verum et immobilem, in moribus ornatum*, etc. Ms. Regius num. 1639, *stabilem, verum et in omnibus ornatum*, etc., omisso *immobilem*. Rabanus, *stabilem et immobilem, moribus ornatum*, etc., omisso *verum*. Sed legendum videtur ut in nostro textu.

(89) Editi, *conjungit.*

(90) Editi, *honestis institutis*; sed omnes mss. et Rabanus ut in textu. Fortasse legendum, *et honeste instituti.*

(91) Editi, *videamus ergo nunc quid in consequentibus dicat Apostolus. Omnis anima.... subdita sit. Videtur mihi in hoc valde laudabiliter*, etc. Sed omnes mss. nostri et Rabanus ut in textu, nisi quod habeant, *Videtur mihi in hoc non valde laudabiliter*, etc. : sed vox *non* redundare videtur.

(92) Editi, *in aliquibus alligata negotiis.* Rectius ms. Regius num. 1639, *ei aliquo alligata negotio.* Cæteri mss. et Rabanus, *in aliquo alligata negotiis.*

(93) *Negotii.* Omittitur in editis et in plerisque mss., sed restituitur ex ms. Regio num. 1639 et Rabano.

(94) *Enim, inquit.* Hæc verba desunt in editis.

nobis a Deo donatus est, et auditus, et sensus. Cum A ergo a Deo habeamus hæc, in potestate tamen nostra est ut visu vel ad bona vel ad mala utamur; similiter (95) et auditu, et motu manuum, et cogitatione sensus : et in hoc est justum judicium Dei quod his quæ ille ad usus bonos dedit, nos abutimur (96) ad impia et iniqua ministeria. Ita ergo et potestas omnis a Deo data est *ad vindictam quidem malorum, laudem vero bonorum* [20], sicut idem Apostolus in subsequentibus dicit [21]. Erit autem justum judicium Dei erga eos qui acceptam potestatem secundum suas impietates, et non secundum divinas temperant leges.

27. Et ideo dicit : *Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit; qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt* [22] (97). Non hic de illis po- B testatibus dicit quæ persecutiones inferunt fidei; ibi enim dicendum est : *Deo oportet obtemperare magis quam hominibus* [23], sed de istis communibus dicit quæ *non sunt timori boni operis, sed mali* [24] : quibus utique qui resistit, ipse sibi damnationem pro gestorum suorum qualitate conquirit.

28. *Vis autem*, inquit, *non timere potestatem? fac quod bonum est, et habebis laudem ex illa; Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem quod malum est feceris, time: non enim sine causa gladium portat : Dei enim minister est : vindex in ira ei qui quod malum est agit* [25]. Movet me in his sermonibus Paulus, quod potestatem sæculi et judicem mundi Dei ministrum dicit; et hoc non semel, sed secundo et C tertio repetit. Velim ergo requirere quomodo judex mundi Dei minister sit. Invenimus scriptum in Actibus apostolorum, quia convenientes in unum apostoli statuerunt decreta quæ observare deberemus nos qui ex gentibus credidimus Christo (98), in quibus hæc continentur : *Apostoli et presbyteri fratribus qui sunt apud Antiochiam, et Syriam, et Ciliciam, omnibus qui ex gentibus crediderunt, salutem. Quoniam quidem audivimus quosdam exisse a nobis et perturbare vos, quibus non mandavimus* [26]. Et post aliquanta additur : *Placuit ergo* (99) *sancto Spiritui et nobis, nihil amplius superponi vobis ponderis, præter ea quæ necessaria sunt, ut abstineatis vos ab his quæ idolis immolantur, et sanguine, et suffocatis, et fornicatione, a quibus custodientes vosmetipsos bene agetis. Valete* [27]. In his ergo præceptis in quibus dicit nihil amplius imponendum esse oneris his qui ex gentibus credunt, nisi ut abstineant se ab his quæ idolis immolantur, et sanguine, et suffocatis, et fornicatione, neque homicidium prohibetur, neque adulterium, neque furtum, neque masculorum concubitus, neque cætera crimina quæ divinis et humanis legibus puniuntur. Quod si illa sola quæ supra memoravit (1), observanda dicit esse Christianis, videbitur eis de cæteris dedisse licentiam. Sed vide ordinationem Spiritus sancti : quoniam quidem cætera crimina sæculi legibus vindicantur, et superfluum videbatur esse ea nunc divina lege prohiberi, quæ sufficienter humana lege plectuntur; **656** illa sola de quibus nihil humana lex dixerat et quæ religioni videbantur convenire, decernit (2). Ex quo apparet judicem mundi partem maximam Dei legis implere. Omnia enim crimina quæ vindicari vult Deus, non per antistites et principes Ecclesiarum, sed per mundi judicem (3) voluit vindicari; et hoc sciens Paulus, recte eum ministrum Dei nominat et vindicem in eum (4) qui quod malum est agit. Quod autem dicit de potestate : *Fac quod bonum est, et habebis laudem ex ea*, altius requirendum mihi videtur. Non enim consuetudo est potestatibus sæculi laudare hos qui non fuerint criminosi. Nam peccantes quidem puniunt, non peccantes vero laudare eis mos nullus est. Sed videamus ne forte Paulus etiam cum moralia videtur docere, inserere semper etiam de mysteriis aliquid non omittat. Etenim sciens (5) quod *omnes qui in lege peccaverunt, per legem judicabuntur* [28] : unumquemque autem in judicio illa lex sine dubio arguet secundum quod vixit (ostendimus autem sanctum Spiritum in multis humanæ legi locum dedisse) certum est ergo (6) quia in die judicii habebit etiam ex istis legibus laudem apud Deum is qui nihil contra statutas commiserit leges, cum dicetur ei a Domino : *Euge, serve bone et fidelis, super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam* [29]. Sciendum tamen est quod *justo lex non est posita, sed injustis*

[20] I Petr. II, 14. [21] Rom. XIII, 3, 4. [22] ibid. 2. [23] Act. v, 29. [24] Rom. XIII, 3. [25] ibid. 3 et seq. [26] Act. XV, 23, 24. [27] ibid. 28, 29. [28] Rom. II, 12. [29] Matth. XXV, 21.

(95) Sic ms. Regius num. 1639. Cæteri vero mss. D et Rabanus, *cum ergo hæc a Deo sint, in potestate tamen nostra est uti visu vel ad bona, vel ad mala; similiter*, etc. Editi, *Cum hæc ergo a Deo in potestate nostra sint; tamen uti visu vel ad bona vel ad mala possumus.*

(96) Editi, *his quos ad usus ille bonos dedit, nos abutimur*, etc. Mss. quidam habent *abutamur.*

(97) *Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt.* Hæc neque in mss. neque apud Rabanum reperiuntur; sed exstant in editis. Deinde ms. Regius num. 1639, *Non hoc de illis*, etc.

(98) Editi, *credimus Christo.* Deinde iidem editi et mss. quidam, *qui sunt Antiochiæ, et Syriæ, et Ciliciæ.* Sed ms. Regius num. 1639 et Rabanus ut in nostro textu, nisi quod Rabanus habeat *per* pro *apud.*

(99) Editi, *autem.* Sed omnes mss. et Rabanus, *ergo.*

(1) Editi, *memoravi.*

(2) Editi, *quoniam quidem cætera crimina sæculi legibus judicantur, et superfluum videbatur ea nunc divina lege prohibere, quæ sufficienter humana lege plectuntur; illa sola de quibus nihil humana lex dixerat, religioni* (ms. Regius num. 1639 hic addit *tamen*) *videbatur convenire decernere* (Rabanus, *decerni*).

(3) Alias, *judices.*

(4) Editi, *et judicem in eum*, etc. Deinde iidem editi et mss. quidam, *Et hoc quod dicit de potestate*, etc. Sed ms. Regius num. 1639 et Rabanus ut in nostro textu.

(5) Sic omnes mss. nostri et editi. Rabanus vero, *etiam sciens*, etc.

(6) *Ergo.* Deest in editionibus Erasmi et Genebrardi. Cæteri editi habent *enim*. Sed omnes mss. et Rabanus, *ergo.*

et non subditis, scelestis, homicidis, contaminatis, A *perjuris, et cæteris qui hujusmodi sunt* [30]. Ipsi enim sunt qui timent legem. Qui autem facit bonum, hoc est qui non metu legis, sed amore boni facit quod bonum est, iste jam non sub lege litteræ, sed sub lege spiritus vivit.

29. *Ideo necesse est subditos esse, non solum propter iram, sed et propter conscientiam* (7). *Ideo enim et tributa penditis. Ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum instantes* [31]. Ordinat quidem per hæc Paulus Ecclesiam Dei, ut nihil adversi principibus et potestatibus sæculi gerens, per quietem et tranquillitatem vitæ, opus justitiæ et pietatis exerceat. Si enim ponamus, verbi gratia, credentes Christo potestatibus sæculi non esse subjectos, tributa non reddere, nec vectigalia pensitare, nulli timorem, nulli honorem deferre, nonne per hæc rectorum et principum merito in semetipsos arma converterent, et persecutores quidem suos excusabiles, semetipsos vero culpabiles facerent (8)? Non enim jam fidei, sed contumaciæ causa impugnari viderentur: et esset eis causa quidem mortis digna, meritum vero (9) mortis indignum.

30. Hæc ergo Paulus per immensam sapientiam providens dicit: *Reddite omnibus debitum: cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal; cui timorem, timorem; cui honorem, honorem. Nemini quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis* [32]. Puto tamen quod etiam hæc Paulus non absque solitis sermonum suorum proferat sacramentis. Etenim omnem creaturam, omnesque spiritus sive bonos et rectos, sive etiam pravi malique propositi (10), Deo ministrare et exhibere unumquemque ad quod aptum se præbuerit ministerium in superioribus jam docuimus. De omnibus enim simul pronuntiavit Apostolus ubi dixit: *Nonne omnes sunt ministeriales spiritus, in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis* [33]? Ministrant ergo omnes spiritus hominum vitæ; unusquisque tamen, ut diximus, pro dignitate et merito sui: nam (11) et illi ministri dicuntur quorum ministerio quæ ad mundum pertinent peraguntur. Unde et Apostolus, qui dixerat de se, quia *mihi mundus crucifixus est, et ego mundo* [34], ait etiam hoc: *Nos autem non spiritum hujus mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est* [35]. Qui autem adhuc de mundo est, et quæ mundi sunt sapit, et quæ carnis sunt quærit, necessario subjectus est ministris mundi; subjectus autem propter iram, quam sibi thesaurizavit ex peccatis. Et ob hoc mihi videtur (12) dicere: *Ideo necesse est subjectos esse, non solum propter iram, sed et propter conscientiam* [36]; quoniam qui subditur, habet (13) in se quod accusetur a conscientia. His ergo etiam tributa quædam pendimus, dum adhuc secundum carnem vivimus, et quæ carnis sunt cogitamus. Nam si vineam Domini colamus, et vitem veram, quæ est Christus (14), exerceamus in nobis, de ista vinea non ministris sæculi pendemus tributa, sed ipsi Domino B fructus in tempore reddemus: secundum quod ipse Salvator in Evangeliis [37] dicit, quia *colonis malis tollet*
657 *vineam, et dabit eam aliis colonis qui reddant ei fructus in tempore.* Sed et hoc ipsum quod dicit: *Reddite omnibus debita; cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal:* ab eo quod in sequentibus additur: *Cui timorem, timorem; cui honorem, honorem,* divisum (15) mihi videtur: et ad eos quidem quos supra diximus ministros, pertinere tributa et vectigalia. Exigunt enim de nobis tributa terræ nostræ, et vectigalia negotiationis nostræ. Et quid dico, de nobis? Exactus est tributum etiam Dominus noster Jesus Christus in carne positus (16): quod idcirco se dicit exsolvere, non quod debitor C sit, sed ne scandalizet eos [38]. Quod si ille qui nihil habebat in se Cæsaris (17), et in quo princeps hujus mundi veniens non invenit quidquam de suis [39], cum liber esset, solvit tamen tributum (venit enim et in mortem ut esset et *inter mortuos liber* [40]) quanto magis nos necesse est ista tributa carnis expendere, et negotiationis nostræ, si tamen negotiamur margaritas regni cœlorum, per diversas tentationes exigentibus nos (18) spiritibus vectigalia pensitare? Timorem vero et honorem ad illum potius referre debemus qui dicit per prophetam: *Nonne et Dominum, et Patrem vocatis me? Et si Dominus sum ego, ubi est timor meus? et si Pater sum ego, ubi est honor meus* (19) [41-45]? Posteriora sane

[30] I Tim. I, 9. [31] Rom. XIII, 5, 6. [32] Rom. XIII, 7, 8. [33] Hebr. I, 14. [34] Galat. VI, 14. [35] I Cor. II, 12. [36] Rom. XIII, 5. [37] Matth. XXI, 41. [38] Matth. XVII, 23, 26. [39] Joan. XIV, 30. [40] Psal. LXXXVII, 6. [41-45] Malach. I, 6.

(7) Sic omnes mss. nostri. Editi vero et Rabanus, D *Ideoque necessitate subditi estote... sed etiam propter conscientiam*, etc.

(8) Editi, *redderent*, male.

(9) Editi, *et esse eis causa quidem mortis, meritum vero*, etc., omissa voce *digna*, quam omittunt etiam plerique mss.

(10) Sic mss. Editi vero, *omnesque spiritus sive recti sive etiam pravi malique propositi*.

(11) *Nam* deest in editis et in plerisque mss., sed restituitur ex ms. Regio num. 1639. Deinde editi, *quorum ministeria quemadmodum pertinet peraguntur.*

(12) Editi, *et hoc mihi videtur*, etc., omisso *ob*. Deinde iidem editi, *ideo necessitate subjecti estote*, etc. Sed omnes mss. ut in nostro textu.

(13) Sic recte ms. Regius num. 1639. Cæteri vero mss. et editi, *conscientiæ quoque subditur, cum habet*, etc.

(14) Editi, *qui est Christus*.

(15) Editi, *diversum*. Sed omnes mss. et Rabanus ut in nostro textu. Deinde ms. duo, *Exigunt enim nos tributa*, etc. Editi plerique et ms. Regius num. 1639, *Exigunt enim a nobis* (Rabanus, *de nobis*; editio Veneta, *nobis*) *tributa*, etc.

(16) Sic omnes mss. nostri, quibus consentire videtur Rabanus, licet in hoc loco vitiosus. Editi vero: *Et quid dico, de nobis? Exsolvit tributum etiam Dominus noster Jesus Christus in carne positus*, etc.

(17) Ms. Regius num. 1639, *Quod si ille in quo nihil habebat Cæsar*, etc.

(18) Ms. Regius num. 1639, *a nobis*.

(19) Sic mss. et Rabanus; editi vero, *ubi est amor meus, et honor?* Deinde mss. plerique, Rabanus et editi, *ut nemini quidquam debeamus*; sed ms. Regius num. 1639 rectius ut in nostro textu.

quæ addidit, id est : *Nemini quidquam debentis ;* certum est ad ministros referri, quibus debitor quis efficitur cum peccaverit. Debitum enim peccatum esse in multis et (20) frequenter ostendimus. Vult ergo Paulus peccati quidem omne debitum solvi, nec remanere omnino apud nos debitum peccati, permanere tamen et nunquam cessare a nobis debitum charitatis : hoc enim et quotidie solvere, et semper debere expedit nobis (21).

31. Denique quantæ virtutis sit charitas, in consequentibus ponit. *Qui enim*, inquit (22), *diligit proximum, legem implevit. Nam non adulterabis, non occides, non furtum facies, non falsum testimonium dices ; non concupisces, et si quod est aliud mandatum, in hoc verbo restauratur : Diliges proximum tuum tanquam teipsum* [46]. Et ad ultimum rationem tanti hujus boni (23) breviter colligens ait : *Dilectio proximi malum non operatur : plenitudo ergo legis est dilectio.* Supra dixerat quia *qui diligit proximum, legem implevit ;* et quia difficile videbatur quomodo possit quis omnem legem in (24) uno sermone complere, plenissimam reddit rationem dicens : *Dilectio proximi malum non operatur*, et ideo *plenitudo legis est dilectio.* Pone enim per singula mandata legis dilectionem, et vide quam facile cuncta complentur. Nunquid qui diligit proximum, occidere eum potest ? Certum est quod nemo quem diligit interficiat. Est ergo dilectio per quam impleatur mandatum quo præcipitur (25) : *Non occides.* Et iterum, nunquid (26) qui proximum suum diligit, in uxorem ejus adulterium committit ? Nunquam profecto. Si ergo diligas proximum, nec adulterium committes. Similiter et qui diligit proximum, quæ ejus sunt non furatur ; et qui diligit proximum, falsum adversus eum testimonium non dicit. Similiter et cætera mandata legis, si sit erga proximum dilectio, absque aliquo labore servantur. Puto tamen quod et in hoc voluit nos Apostolus aliquid compendiosius discere (27). Nam si diligentius requiras quis sit proximus noster, disces in Evangelio [47] illum esse proximum nostrum qui venit, et jacentes nos vulneratos a latronibus, et nudatos a dæmonibus jumento corporis sui superposuit, et ad stabulum Ecclesiæ detulit, et stabulario pro cura nostra et diligentia (vel ipsi Paulo, vel omni qui Ecclesiæ præest) duos denarios Novi ac Veteris Testamenti ad nostræ curæ concessit expensas. Hunc ergo proximum si diligamus, omnem legem et universa mandata in ipsius amore complemus (28). *Finis enim legis Christus ad justitiam omni credenti* [48] : nec fieri ullo pacto potest, ut qui ex toto corde, et ex totis visceribus suis diligit Christum, faciat aliquid quod non placeat Christo. Illum enim qui diligit, non solum non occidit, quod prohibet lex ; sed nec irascitur fratri suo (29). Qui ita delectatur illo quem diligit, non solum non facit adulterium, sed nec mulierem respicit ad concupiscendum ; sed dicit ad ipsum magis : *Concupiscit et deficit anima mea in Deum vivum* [49]. **658** Qui diligit Christum, quomodo de furto cogitet, qui etiam sua omnia quæcunque habet relinquit (30) ut sequatur Christum ? Qui Christum diligit, quando falsum testimonium dicit, cum sciat ipsum quem diligit falso testimonio proditum (31) ? Necessario autem qui diligit Christum, diligit et proximum suum [50]. Hoc enim solo indicio Christi esse discipulus designatur, si charitatem cum proximis habeat [51]. Certum est enim quod qui non diligit proximum, nesciat Christum [52].

32. *Et hoc scientes tempus, quoniam hora est jam de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus, quam cum credidimus. Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Abjiciamus ergo opera tenebrarum, induamus autem arma lucis, sicut in die honeste ambulemus* [53]. Cum post illas dissertiones quas vel de gentibus, vel de Judæis Apostolus prosecutus est, introduxisset etiam moralem locum, quo magis ac magis auditores incitet ad conversionem, introducit nunc etiam perurgentem (32) temporis rationem, quod est in rebus omnibus summum. Nemo enim ita somnolentus et piger est, quem advenientis diei non excitet claritas, et cui sol oculis infusus non aperiat aspectum. Est ergo etiam animæ somnus quidam. Si enim sunt ei, ut sæpe jam diximus, proprii oculi, et aures propriæ, et manus et pedes ; quæ singula non tam membra corporalia inesse ei, quam virtutes quibus ad unumquodque movetur et incitatur reputandæ sunt, accidit sine dubio ei secundum oculos suos etiam somnus. Si enim non agat tempore opportuno quæ Dei sunt, sed desidia torpescat, merito dormire dicetur (33). Idcirco igitur Paulus præco Christi cir-

[46] Rom. XIII, 8, 9. [47] Luc. X, 29 seq. [48] Rom. X, 4. [49] Psal. LXXXIII, 3. [50] Joan. IV, 20, 21. [51] Joan. XIII, 35. [52] I Joan. IV, 8. [53] Rom. XIII, 11-13.

(20) Deest *et* in editis.

(21) Mss. quidam, *et quotidie debere expedit nobis.*

(22) *Inquit.* Deest in editis.

(23) Sic ms. Regius num. 1639 et Rabanus. Cæteri vero mss. et editi, *tanti hujus præcepti.* Editi omittunt *hujus.*

(24) *In.* Omittitur in editis.

(25) Editi, *quod præcipitur*, male.

(26) *Nunquid.* Desideratur in libris antea editis.

(27) Editi, *puto etiam quod et in hoc voluit nos aliquid compendiosius docere.* Mss. aliquot, *Putas non et aliud in hoc voluit nos Apostolus*, etc., ut in textu. Sed rectius Rabanus et ms. Regius, num. 1639, *Puto tamen quod et in hoc*, etc.

(28) Sic ms. Regius num. 1639 et Rabanus. Editi vero, et plerique mss., *et universa mandata ipsius complemus.*

(29) Sic recte ms. Regius num. 1639; cæteri vero mss. Rabanus et editi, *quia* (Rabanus, *qui*) *ita delectatur ille* (al., *illo*) *quem diligit, et non solum*, etc.

(30) Alias, *cogitat .... reliquit.*

(31) Editi, *perditum.* Male.

(32) Editi, *quo magis auditores .... introducit modo perurgentem*, etc.

(33) Editi, *sed desideriis* (Rabanus, *desiderio*) *torpescat, merito dormire dicitur.* Mss. plerique habent

cuiens mundum in somno desidiæ positum, annuntiat A adesse jam lucem, et tempus esse ut surgatur e somno; noctemque, hoc est tempus illud quo ignorantia hominibus dominata est, præcessisse (34), et proximante justitiæ solis adventu, rarescentibus tenebris, imminere jam agnitionis diem : atque ideo clamat expergiscendum esse, ne per segnitiem quis noctem patiatur in luce ; et abjicienda esse opera tenebrarum, atque arma lucis induenda. *Opera tenebrarum* sunt actus illi qui a Deo alieni (35) sunt; *arma* vero *lucis*, assumptio virtutum. Et sicut diximus dedecorosum esse die jam perurgente dormire, multo est dedecorosius sub (36) tempore diei et lucis opera gerere tenebrarum. Verum sciendum est, adventum lucis hujus et diei duplici modo accipiendum : et generalem omnibus, et unicuique B specialem (37). Generalis omnibus aderit lux et dies, cum futuri sæculi tempus advenerit : ad cujus comparationem præsentis hujus mundi spatium tenebræ appellantur. Quod tempus labascentibus quotidie diebus appropiat, et spatia quæ præteritis augentur, futuris sine dubio minuuntur : et ideo *propior est* (38), inquit, *nunc nostra salus, quam cum credidimus*, et quotidie fit propior : sicut et Dominus cum consummationis sæculi signa distingueret, dixit [54] : *Cum autem videritis hæc omnia, allevate capita vestra, quoniam appropiat redemptio vestra.* Fit autem et per singulos diei hujus adventus. Et nobis enim si Christus in corde sit (39), diem nobis facit : si ignorantias nostras scientiæ ratio fuget, C et indignos actus declinantes pia quæque et honesta sectemur, in luce sumus positi, et quasi in die honeste ambulamus.

33. Quæ sint autem opera tenebrarum quæ abjicienda sunt, consequenter enumerat, et dicit : *Non in comessationibus et ebrietatibus ; non in cubilibus et impudicitiis ; non in contentione et æmulatione* [55]. Ista sunt opera tenebrarum, quæ et carnis opera appellantur, in his qui carnem suam luxuriæ et impudicitiæ, non sanctitati neque Domino mancipaverunt. Comessationes enim, hoc est inhonesta ac luxuriosa convivia, quibus necessario comes est turpissima temulentia, quid aliud subsequetur, nisi cubilia et impudicitiæ? A fœdis cubitationibus cubilia appellata sunt, quæ non tam rationabilibus (40) videantur hominibus, quam feris et belluis convenire. *Non in contentione et æmulatione.* Illa quæ supra dixit (41) carnis sunt vitia : hæc jam et animi : quamvis omnia simul (42) carnis opera dicantur, et opera tenebrarum, quia revera contentio et æmulatio in animis eorum est qui (43) secundum carnem vivunt, et qui in tenebris ambulant. Qui autem in luce est, et sicut in die honeste ambulat, nihil per contentionem, nihil per inanem gloriam gerit (44). Hoc ergo modo abjicit quis (quod ait supra) opera tenebrarum.

659 34. Quod vero dixit : *Induamus arma lucis*, quomodo debeat fieri nunc exponit. *Sed induite*, inquit, *Dominum Jesum Christum, et carnis curam ne feceritis in concupiscentiis* (45). Frequenter diximus Christum sapientiam esse, et justitiam, et sanctificationem, et veritatem, et omnes simul virtutes : quas utique qui assumpserit, Christum dicitur induisse. Si enim hæc omnia Christus est, necessario qui hæc habet, habet et Christum. Qui enim hæc habet, carnis curam (46) in concupiscentiis non facit. Moderatione solita Apostolus utitur, cum non per omnia carnis curam negat habendam. Certum est enim quod in necessariis habenda est ; in deliciis vero, et luxuria, atque omni concupiscentia, penitus excludenda.

35. *Infirmum autem in fide assumite, non in disceptationibus cogitationum. Alius quidem credit manducare se omnia : qui autem infirmus est, olera manducet* [56]. Et in superioribus de fidei infirmitate mentionem fecit (47) Apostolus, ubi ait de Abraham : *Cum fere centum annorum esset, non infirmatus est fide* [57]. De qua infirmitate fidei in illis locis quæ occurrere potuerunt exposuimus. Sed et nunc de infirmo in fide commemorat (48), quem in eo dicit infirmum, quia non credit manducare omnia, sed tam exigua est fides ejus, ut sola olera competentem sibi esse existimet cibum. Quod potest quidem (49) videri dictum ad eos qui ex gentibus crediderunt, extollentes se in libertatem fidei, quia nihil commune aut immundum esse crederent (50) adversum eos qui ex circumcisione crediderunt, observantes adhuc secundum traditionem legis ci-

[54] Luc. XXI, 28. [55] Rom. XIII, 13. [56] Rom. XIV, 1, 2. [57] Rom. IV, 19.

etiam *dicitur*, sed ms. Regius num. 1639, et Rabanus, *dicetur*.

(34) Editi, *processisse*, male.

(35) Mss. quidam, *alienati*.

(36) Deest *sub* in libris antea editis.

(37) Ms. Regius num. 1639, *Est et generale omnibus, et unicuique speciale*.

(38) Ita Ms. Regius num. 1639. Cæteri vero mss., Rabanus, et editi, *et ideo propior est* (editi omittunt *est*) *nostra salus*, etc., omisso *inquit*.

(39) Editi, *fit autem et per singulos dies hujusmodi adventus nobis : etsi Christus in corde sit*, etc.

(40) Ms. Regius num. 1639, *A fœdis cogitationibus*. Deinde editi, *cum non tam rationabilibus*, etc.

(41) Editi, *supra dixi*.

(42) Deest *simul* in libris antea editis.

(43) Alias, *in malis eorum est qui*, etc.

(44) Sic mss. plerique. Editi vero, *et inanem* D *gloriam gerit*. Ms. Regius num. 1639, *neque per inanem gloriam gerit*, al. *quærit*.

(45) Editi, *exponitur. Sed induimini.... in desideriis*.

(46) Editi, *si enim hæc omnia Christus, necessario qui hæc habet, habet Christum. Qui habet, carnis curam*, etc. Deinde mss. plerique, Rabanus et editi, *Moderatione sollicita Apostolus utitur, non per omnia*, etc. Sed rectius ms. Regius num. 1639 ut in nostro textu.

(47) Editi, *de fidei firmitate mentionem fecit*, etc.

(48) Editi, *de infirmitate in fide commemorat*. Male.

(49) Sic recte ms. Regius num. 1639. Cæteri vero mss. et editi, *Quia potest quidem*, etc.

(50) Editi, *esse credunt*.

borum differentiam : ut eos reprimere videatur et A monere ne insultent eis quibus longa consuetudo in observandis cibis discretionem adhuc aliquam et cunctationem movebat. Jubet ergo eum qui ita in hac fide infirmus est, assumi magis, et non abjici, nec quasi infidelem judicari. Aliud est enim infidelem esse, aliud infirmari in fide. Nam infidelis dicitur qui non habet fidem ; infirmus autem in fide, qui dubitat in parte aliqua fidei.

36. Componens igitur Apostolus in pace corpus Ecclesiæ, dicit (51) : *Qui manducat, non manducantem non spernat : et qui non manducat, manducantem non judicet; Deus enim illum assumpsit. Tu quis es* (52), *qui judicas alienum servum ? Suo domino stat, aut cadit : stabit autem : potest enim Deus statuere illum* [58]; quo scilicet per hæc nulla B esset inter credentes ciborum causa dissensio. Sed videtur hæc Paulus profundiore magis sensu elocutus. Neque enim ex circumcisione venientibus de edendis oleribus lex aliquid mandaverat, ut ipsis convenire videatur quod ait : *Qui autem infirmus est, olera manducet.* Unde constat eum de cibo verbi ista tractare, et infirmum dicere esse (53) in fide eum qui non ita perfectus est sensibus ut possit omnem cibum verbi Dei sumere, sicut et ipse Apostolus in aliis dicit : *Perfectorum autem est cibus solidus, eorum qui pro possibilitate sumendi exercitatos habent sensus ad discretionem boni et mali* [59]. Et iterum ad alios dicit : *Lac vobis potum dedi, non escam : nondum enim poteratis* [60]. Et nunquid ita C inepti erimus, ut putemus Apostolum qui missus est prædicare verbum Dei, lac portasse secum quod Corinthiis potum daret (54) ? Sed manifestum est hæc eum de qualitate verbi proloqui, et propterea dicere : Si quis infirmior est sensibus, et non est ita perfectæ fidei, ut de secretioribus mysteriis capiat verbum, non debere ei per ea quæ intelligere non potest, disceptationes cogitationum moveri (55). *Alius enim*, inquit, *credit manducare omnia.* Non per hæc Paulus ad omnia comedenda discipulos hortatur; nec gulæ et gurgitis est magister : sed de illis sine dubio dicit, quorum fides perfecta est, et nullis in verbo Dei discretionibus impeditur (56) : quos idem Apostolus in aliis spiritales appellat cum D dicit [61] : *Spiritalis autem examinat omnia.* Ipse est ergo de quo hic dicit : *Alius autem credit manducare omnia.* Denique et apostolis, antequam Spiritum sanctum acciperent, dicebatur a Domino : *Multa adhuc habeo quæ loquar vobis; sed non potestis illa modo audire. Veniet autem Paracletus Spiritus veritatis, et ipse vos docebit omnia* [62]. Ista sunt ergo omnia quæ credit manducare is qui pro fidei perfectione per gratiam sancti Spiritus capax verbi secretioris exstiterit. Habet tamen et infirmus quod sumat ex verbo Dei, et est species quædam verbi quam hic Apostolus *olera* appellavit, quæ audientis sensum non tam robustum reddat et fortem, quam **660** sustentet et interire non faciat (57). In multis etenim de interioribus animæ sensibus Scriptura divina quasi de exterioribus corporis loquitur membris; et sicut sæpe docuimus interiorem hominem vel videre, vel audire, vel ambulare nominari, ita et nunc ipse interior homo aut omnem cibum dicitur posse percipere si perfectus est, aut si infirmus est olera manducare. Sed ut perfectorum in Ecclesia concordiam et imperfectorum (58), tanquam inhonestorum in corpore membrorum honestorumque componat, nec habeatur in eis ulla dissensio, dicit [63] : *Qui manducat, non manducantem non spernat : et qui non manducat, manducantem non judicet.* Hoc est quod et alibi dicit : Quia *non potest dicere oculus manui : Non es mihi necessaria ; et caput pedibus : Non desidero operam vestram. Sed multo magis quæ videntur membra corporis inhonestiora esse, necessaria sunt* [64]. Et his ergo quorum fides tanta est ut omnia possint manducare, et omnem verbi speciem capere ne superbiant et spernant eos qui inferiores sunt præcipit; et rursum his qui incapaces sunt perfectioris doctrinæ mandat ne judicent eos quorum sensus capacior est, et intellectus eminentior. Solent enim perverso ordine imperiti peritos judicare, et desides studiosos. Interdum tamen et hi qui scientiæ aliqua initia ceperint, inflantur et extolluntur adversum eos qui videntur minus capaces esse. Idcirco igitur increpatione apostolicæ auctoritatis Paulus utriusque partis insolentiam reprimens dicit : *Tu quis es, qui judicas alienum servum ? Suo domino stat, aut cadit.* Quod dicit, *stat, aut cadit*, secundum sensum ejus quem increpat (59) dicit. Nam et imperitior si videat quempiam profundius aliquid, et ut ipse capere non potest (60), sentientem, cecidisse eum judicat a fidei statu; et rursum qui inflantur ex scientia, et non

[58] Rom. XIV, 3, 4. [59] Hebr. V, 14. [60] I Cor. III, 2. [61] I Cor. II, 15. [62] Joan. XVI, 12, 13. [63] Rom. XIV, 3. [64] I Cor. XII, 21, 22.

(51) Sic recte mss. Regius num. 1639. Cæteri vero mss., *in pace corda ex his dicit.* Ita etiam editi, nisi quod omittant *ex his*, et habeant, *is qui manducat*, etc.

(52) Hæc verba, *Tu quis es*, etc., usque ad, *statuere illum*, omittuntur in editis; sed restituuntur ex omnibus mss.

(53) *Esse.* In editis prætermittitur.

(54) Sic mss. Regius num. 1639, Rabanus, Salodianus et Merlinus. Mss. vero quidam, *lac portasse, secundum quod ait ad Corinthios, ut potum daret.* Genebrardus, *lac portasse secundum quod Corinthiis potum daret.*

(55) Editi, *non debere eum per ea quæ intelligere non potest, disceptationibus cogitationum moveri.*

(56) Editi, *impedita.*

(57) Editi, *non sinat.*

(58) Editi, *sed ut perfectorum et imperfectorum in Ecclesia concordiam, et imperfectorum*, etc.

(59) Editi, *increpabat*, male.

(60) *Et ut ipse capere non potest*, etc. Sic omnes mss. nostri et Rabanus. Editi vero, *quod ipse capere non potest*, etc.

cum charitate, sicut Paulus commonet, agunt (61), similiter de imperitioribus quibusque opinantur : et ideo potestatem fratri judicandi fratris exemit. Bene autem *alienum servum* ait, quia Dominus dicit : *Vos autem omnes fratres estis* [65]. Omnes, hoc est universa creatura, et unus est solus Dominus Jesus Christus, qui est *Dominus omnium*, *dives in omnibus* [66]. Simul et bonitatem Dei ineffabilem manifestat, cum dicit de eo qui cecidisse videtur, etiamsi vere ceciderit, quia *potens est Deus* (62) *statuere illum* [67]. *Dominus* enim *erigit elisos* [68].

37. *Alter judicat alternos dies ; alter autem* (63) *judicat omnem diem. Unusquisque in suo sensu abundet* [69]. Diximus superius secundum litteræ apostolicæ consequentiam videri hæc de ciborum (64) continentia, vel libertate tractari : quoniam vocatio quidem quæ in Christo est, nihil commune aut immundum ponit in cibis, sed continentiæ ratio suadet etiam a licitis abstinere. Non enim, ut et ipse in aliis dicit, quia omnia licent, idcirco etiam omnia expediunt, vel omnia ædificant [69*]. Ipsa tamen abstinentiæ ratio diversa est pro voto et proposito voventis (65). Alius namque hoc judicat, et ita apud animos suos decernit, ut omnem diem, hoc est continuum vitæ suæ tempus exigat in abstinentia. Alius vero tempus aliquod velut votiva professione decernit. In quo sive ut jugem, sive ut temporalem suscipiat continentiam, uniuscujusque sensibus dat liberam facultatem. Utrumque tamen acceptum fieri (66) apud Dominum pollicetur, et propterea subjungit :

38. *Qui sapit diem, Domino sapit; et qui manducat, Domino manducat : gratias enim agit Deo : et qui non manducat, Domino non manducat, et gratias agit Deo* [70]. Gratiæ ergo (67) Deo ab utroque referuntur : ab illo quidem pro fructu continentiæ; ab hoc vero pro libertate vescendi. Sed quoniam, ut in anterioribus ostendimus, profundior invenitur Apostoli sensus, quam ciborum carnalium ratio continet, in spirituali expositione, secundum ea quæ supra disseruimus de his quorum alius omnem diem, alius vero alternos judicat dies, possumus illud sentire, quod in Scripturis divinis unumquodque capitulum in quo dogma pietatis et fidei continetur, dies dicatur. Vere enim dies est (68) qui illuminat mentem, qui ignorantiæ tenebras fugat, qui Christum, qui sol est justitiæ [71], habet in sese. Si quis ergo sit qui ita divinis litteris operam impendat ac studium, ut omnem diem et omnem sensum Scripturæ divinæ discutiat et dijudicet, ita ut non eum transeat de lege iota unum vel unus apex [72], hic omnem diem videbitur judicare. Qui autem non est tantus ingenio, alternos, id est paucos 661 ex multis capiet sensus, qui si non ad plenitudinem scientiæ sufficiant, at certe qui ad summam fidei satis sint (69). Uterque ergo secundum apostolicum consilium gratias agat Deo (70); ille qui sapit omnem diem, et qui manducat omnia, id est qui agnoscit et intelligit omnia; et ille qui licet non omnia manducet, et non universorum intelligentiam capiat, brevi tamen fidei confessione salvatur. Et ideo etiam non manducans omnia, nec omnium scientiam sumens, agere tamen etiam ipse gratias dicitur Deo.

39. *Nemo enim nostrum sibi vivit, et nemo sibi moritur; sive etiam vivimus, Domino vivimus; sive morimur, Domino morimur. Sive igitur vivimus, sive morimur, Domini sumus. In hoc enim Christus et mortuus est, et vixit, ut et mortuorum et vivorum dominetur* [73]. Quid sit vivere in Christo, et quid sit mori in Christo, dictum sæpe a nobis est in hujus Epistolæ expositione, et præcipue in eo loco ubi explanare tentavimus sermonem Apostoli quo ait : *Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quia et convivemus ei* [74]. Si ergo meminimus quæ in hoc loco dicta sunt, ex ipsis etiam propositus in præsenti sermo Apostoli apertior et lucidior fiet, quomodo nemo (71) nostrum sibi vivat, et nemo sibi moriatur. Non enim unusquisque ipse sibi dat, sed a Christo sumit mortis exemplum, qui solus peccato mortuus est (72), ut et ipse imitatione ejus possit alienus et mortuus effici a peccato. Sed et vitæ exemplum non ipsi ex nobis habemus, sed ex Christi resurrectione suscipimus, ut idem Apostolus dicit : *Ut sicut Christus resurrexit a mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vitæ ambule-*

[65] Matth. XXIII, 8. [66] Rom. X. 12. [67] Rom. XIV, 4. [68] Psal. CXLIV, 14. [69] Rom. XIV, 5. [69*] I Cor. VI, 12; I Cor. X, 23. [70] Rom. XIV, 6. [71] Malach. IV, 2. [72] Matth. V, 18. [73] Rom. XIV, 7-9. [74] Rom. VI, 8.

(61) *Agunt*. Deest in libris antea editis.

(62) Editi, *quia potens est enim Deus*, etc.

(63) Sic mss. Editi vero et Rabanus, *Nam alius judicat diem inter diem; alius autem*, etc.

(64) Editi, *videri hic de ciborum*, etc.

(65) Ms. Regius num. 1639, *volentis*, male. Deinde editi, *et apud animum suum decernit*. Sed omnes mss. et Rabanus ut in textu.

(66) *Utrumque tamen acceptum fieri*, etc. Sic mss. Regii num. 1639 et num. 1640, et editi. Rabanus vero et cæteri mss., *Utrumque tamen in acceptum ferri*, al. *fieri*.

(67) *Ergo*. Deest in editis. Deinde ms. Regius num. 1639, *restituit quidem;* et postea habet, *sed quoniam in anterioribus ostendimus quod profundior*, etc. At cæteri mss., Rabanus et editi ut in textu.

(68) Ms. Regius num. 1639, *quia illuminat.... quia ignorantiæ.... quia Christum*, etc. Sed cæteri mss., Rabanus et editi ut in nostro textu.

(69) Sic ms. Regius num. 1640. Cæteri vero mss., Rabanus et editi, *capiat* (al., *capiet*) *sensus, et si non qui ad plenitudinem scientiæ sufficiant, at certe qui ad summam fidei satis sint*, editi, *fiunt*.

(70) Editi, *secundum apostolicum sensum et consilium gratias agit Deo*. Ms. Regius num. 1639, *secundum Apostoli consilium, gratias agat Deo*. Cæteri vero mss. et Rabanus ut in nostro textu.

(71) Editi, *in præsenti sermone Apostolus apertior et lucidior fiet : quomodo nemo*, etc. Mss. quidam, *in præsenti sermo Apostoli videtur apertior, et lucidior fiet*, etc. Sed ms. Regius num. 1639 et Rabanus ut in nostro textu.

(72) Editi, *qui soli* (al., *solo*) *peccato mortuus est*.

A mus[75]. Novitas ergo vitæ qua in Christo per fidem resurrectionis ejus vivimus, Domino deputatur, quia non a nobis, sed ab ipso sumit exordium; et ideo : *Sive vivimus* (73), *Domino vivimus ; sive morimur, Domino morimur. Sive igitur vivimus, sive morimur, Domini sumus*[76]. Mortem etenim appellat illam, qua Christo, ut diximus, consepulti, et in morte ipsius baptizati[77], peccato mortui sumus, et vitam qua alieni effecti ab hoc mundo, et, ut ipse ait, *ex mortuis viventes*[78] (74), non nobis, id est non carni vivimus, sed Deo, secundum ea quæ in subsequentibus jungit. *In hoc enim*, inquit, *Christus mortuus est et vixit* (75), *ut et mortuorum et vivorum dominetur.* Mortuum dicit esse Christum dispensatione sine dubio passionis; vixisse autem per sacramentum resurrectionis. Unde et nobis primo passionis et mortificationis, postea etiam resurrectionis et vitæ novitatis reliquit exemplum. Sed moveat aliquem fortassis quod dicit Apostolus, idcirco mortuum esse et vixisse, ut mortuorum et vivorum dominetur; quasi qui hoc dederit intelligendum, quod nisi mortuus fuisset, mortuorum dominatum non habuisset; et nisi post mortem rursum vixisset, non tenuisset dominationem vivorum. Sed ad hæc ita respondendum puto. Duobus ex modis constat in omnem creaturam Christi dominatio. Uno, per quem ut Creator omnium et potestatem gerens universorum, vi majestatis et necessitate potentiæ (76) habet cuncta subjecta, per quem modum non solum bonis et sanctis mentibus ac spiritibus dominatur, verum et nequam, et refugis, et his quos Scriptura divina[79] malignos angelos appellavit. Idcirco enim et omnitenens, vel omnipotens (77) dicitur, secundum quod Joannes designat in Apocalypsi, dicens : *Hæc dicit qui est, et qui erat, et qui venturus est, omnipotens*[80]. Hic ergo unus est modus quo Christus omnibus dominatur. Alius vero est, quo tanquam bonus et boni Patris Filius non vult rationabiles spiritus ad obedientiam legis suæ violenter inflectere, sed exspectat ut sponte veniant, ut voluntate et non necessitate bonum quærant, et docendo magis quam imperando, invitando potius quam extorquendo persuadeat (78). Inde denique est, quod usque ad mortem dignatur accedere, ut exemplum obedientiæ, et moriendi formam volentibus peccato et vitiis emori derelinquat. Et propter hoc in præsenti loco Apostolus scribit idcirco eum mortuum esse et vixisse, *ut et vivorum et mortuorum dominetur* ; vivorum, profecto illorum qui resurrectionis ejus exemplo novam et cœlestem in terris exigunt vitam; mortuorum, illorum (79) sine dubio qui mortificationem Christi in corpore suo circumferunt[81], et mortificant membra sua quæ sunt super terram[82].

662 40. Quod si hæc ita se habent : *Tu*, inquit, *quare judicas* (80) *fratrem tuum? Aut tu quare spernis fratrem tuum*[83], cum sive mortificatio sit B in te carnis et vitiorum, non ex te orta sit, sed Christi morte donata : sive tibi novitas vitæ est[84], et in terris ambulans conversationem habes in cœlis[85], Christi hoc resurrectione merueris? Bene autem utriusque vitii notam vernacula appellatione signavit, illi quidem dicens (81): *Quare spernis?* Et huic : *Quare judicas fratrem tuum?* Solent enim hi qui aliquantulum videntur in scientia (82) profecisse, spernere et nihili ducere eos qui altioris intelligentiæ minus capaces sunt; econtrario autem imperiti et indociles judicare, hoc est incusare et condemnare eos qui altiora et profundiora perquirunt, quam ipsi capere aut assequi possunt (83). Et ideo Apostolus, resecare culpam volens ex utraque C parte nascentem, illis quidem præcipit, ne inferiores spernant atque despiciant; his vero, ne superiores se judicent, cum peritiam non habeant judicandi. Quamvis ergo (84) utrumque reprehendat, et eum qui spernit fratrem inferiorem, et eum qui judicat superiorem, tamen ut ostenderet illum gravius in judicando, quam hunc in spernendo fratrem peccare, omissa spretionis culpa, præsumptionem judicantis (85) fratris exaggerat, et ideo in consequentibus jungit :

41. *Omnes enim stabimus ante tribunal Dei. Scriptum est enim : Vivo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, et confitebitur omnis lin-*

[75] Rom. vi, 4. [76] Rom. xiv, 8. [77] Rom. vi, 3. [78] ibid. 13. [79] Luc. viii, 2. [80] Apoc. i, 8. [81] II Cor. iv, 10. [82] Coloss. iii, 5. [83] Rom. xiv, 10. [84] Rom. vi, 4. [85] Philip. iii, 20.

(73) Editi, *sive enim vivimus*, etc.

(74) Ms. Regius num. 1639, *velut mortui viventes*. Sed cæteri mss., Rabanus et editi ut in textu.

(75) Sic omnes mss. nostri, editi vero et Rabanus. *In hoc enim Christus mortuus est, et resurrexit*, etc.

(76) Ms. Regius num. 1639, *Unus est, per quem... suæ majestati ex necessitate potentiæ*, etc. Sed cæteri mss., Rabanus et editi ut in nostro textu, nisi quod posteriores habeant *cætera subjecta*.

(77) Editi, *idcirco igitur et omnitenens, et omnipotens*, etc. Ita etiam ms. Regius num. 1639, nisi quod omittat *igitur*. Sed cæteri mss. et Rabanus ut in textu.

(78) Ms. Regius num. 1639, *Alius vero est tanquam bonum et boni Patris Filium non ultra... sed exspectare... quam extorquendo persuadere*. Sed cæteri mss., Rabanus et editi ut in nostro textu.

D (79) *Illorum*. Deest in antea editis.

(80) Editi, *tu autem quid judicas*, etc. Deinde iidem editi et mss. quidam, *et in terris ambulos conversationem habens*, etc. Sed ms. Regius num. 1639 et Rabanus ut in nostro textu.

(81) Editi, *vernacula appellatio signavit, illi dicens*, etc., omisso *quidem*, quod etiam omittitur in ms. Regio num. 1639 et apud Rabanum; sed restituitur ex cæteris mss.

(82) *In scientia*. Desideratur in editis.

(83) Editi, *condemnare et incusare eos qui... quæ ipsi capere aut assequi non possunt*. Sic etiam Rabanus, nisi quod habeat, *incusare et contemnere*. Sed omnes mss. ut in nostro textu, nisi quod quidam habeant *accusare*, pro *incusare*.

(84) *Ergo*. Prætermittitur in editis.

(85) Sic ms. Regius num. 1639. Editi vero, *judicandi*. Cæteri mss. et Rabanus, *judicati*, male.

qua Deo. Itaque (86) *unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo. Non ergo amplius invicem judicemus : sed hoc judicate magis, ne ponatis offensionem fratri, vel scandalum*[86]. Assumens Apostolus (87) causas ex his in quibus non recte judicant hi qui judicant fratres, recti et justi introducit divini judicii formam, et ait : *Omnes enim nos stare oportet ante tribunal Dei;* quo scilicet noverit is qui judicat fratrem, tantum se crimen elationis incurrere, ut tribunal Dei sibi videatur assumere, et Unigeniti judicium prævenire. Verum quid sibi velit hoc ipsum quod Apostolus *tribunal Dei* memorat, et quomodo intelligendum sit videamus. Non solum enim (88) in hoc loco, sed et ad Corinthios scribens, tribunalis facit nihilominus mentionem, ubi ait : *Propter quod studemus sive præsentes, sive absentes placere illi. Omnes enim nos* (89) *manifestàri oportet ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque per corpus prout gessit, sive bona, sive mala*[87]. Sed et apud Danielem prophetam invenimus talia quædam de judicandi specie descripta. *Videbam,* inquit, *et ecce sedes positæ erant, et Vetustus dierum sedebat, et indumentum ejus sicut nix candidum, et cupilli capitis ejus sicut lana munda. Thronus ejus flamma ignis, rotæ ejus ignis inflammans, fluvius ignis currebat ante ipsum. Millies millia ministrabant ei, et decies millies dena millia assistebant ante eum. Judicium constituit* (90), *et libri aperti sunt*[88]. In duodecim quoque prophetarum libro, sub mysterio dicitur[89] quia in valle Josaphat Dominus judicet populum suum : ipsam autem vallem Josaphat paulo post vallem judicii nominat. Sed de his nunc singulis, quæ similitudinis causa protulimus, disserere longum videtur. Ea tamen quæ ad Corinthios scripsisse Apostolum diximus, conferentes cum præsenti loco, vel cæteris quæ apud prophetas (91) scripta memoravimus, declarari videmus ex omnibus certissime futurum esse judicium Dei; cujus species ut notior hominibus fieret, judicandi forma ex his quæ inter homines geruntur assumpta est, quo scilicet nosceremus, quia sicut judex iste terrenus celsiorem quemdam locum quod tribunal appellatur, ascendit, ut ex eo

A altior et eminentior cæteris qui judicandi sunt, fiat, ne conspectum ejus lateant vel reorum (92) supplicia, vel allegationes innocentium ; ita intelligamus et judicem omnium Christum natura et majestate cunctis eminentem introspicere corda et conscientias singulorum, manifestare occulta, et obtecta revelare, ut et bonis actibus laudem tribuat, et mali pœnam quam merentur excipiant (93). Quod si manet **663** futurum judicium Dei, et tale judicium in quo non solum unusquisque recipiet pro actibus suis, sed et pro omni otioso verbo reddet rationem, secundum sententiam Domini[90] : cogitationes quoque malæ (94) confutabuntur redarguente conscientia, et in omnibus *unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo. Non ergo,* inquit, *amplius*
B *invicem judicemus,* sicut et in aliis dicit : *Itaque nolite ante tempus quid judicare, usquequo veniat Dominus qui illuminabit occulta tenebrarum, et manifestabit consilia cordium : et tunc laus erit unicuique a Deo*[91] (95). Nudabitur enim universæ, ut ego arbitror, creaturæ rationabili cor nostrum, et revelabuntur occulta, vel etiam manifestabuntur. Est enim differentia. Videntur enim ea quidem quæ revelantur, ad malos pertinere, de quibus dicitur : *In igne enim revelabitur*[92]; ea vero quæ manifestantur, ad bonos; et ideo dicitur : *Omne enim quod manifestatur, lux est*[93] : et tanquam libri quidam descripti, vel tabulæ incisæ continentes litteras actuum cogitationumque nostrarum, ab omni, ut diximus, creatura rationabili relegentur.
C Et hoc est quod arbitror indicari per Danielem ubi dicit : *Et libri aperti sunt*[94], qui scilicet in corde nunc involuti sunt et obtecti, continentes quidem scripta quæ gerimus (96), et notis quibusdam conscientiæ sulcati, nec tamen ulli nisi soli Deo cogniti. Isti ergo libri animæ nostræ, vel hæ cordis nostri paginæ aperientur in conspectu throni flammei, et rotarum ignis ardentis, et fluminis ignei ac percurrentis ante Vetustum dierum[95]. Videbunt hæc, et legent etiam angeli, et illa millies millia angelorum, et decies millies dena millia ministrorum[96], et ita criminum nostrorum in quibus nunc unum saltem testem pati confundimur, cœ-

[86] Rom. xiv, 10-13. [87] II Cor. v, 9, 10. [88] Dan. vii, 9, 10. [89] Joel. iii, 2, 12. [90] Matth. xii, 36. [91] I Cor. iv, 5. [92] I Cor. iii, 13. [93] Ephes. v, 13. [94] Dan. vii, 10. [95] ibid. 9. [96] ibid. 10

(86) *Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo. Non ergo amplius invicem judicemus, sed hoc judicate magis, ne ponatis offensionem fratri, vel scandalum.* Hæc, quæ restituunt mss. et Rabanus, in libris antea editis non comparent.

(87) *Apostolus.* Deest in omnibus mss. nostris, et apud Rabanum, sed exstat in editis.

(88) Deest *enim* in libris antea editis.

(89) *Enim nos.* Hæc verba desiderantur in editis.

(90) Editi, *rotæ ejus ignis accensus, fluvius igneus. Millies millia ministrant ei... assistebunt ei, et ante eum judicium constitutum,* etc. Deinde iidem editi et mss. quidam, *In duodecimo quoque,* etc.

(91) Ita ms. Regius num. 1639 et Rabanus. Cæteri vero mss. et editi, *prophetam.*

(92) Editi, *ne conspectui ejus lateant vel malorum,* etc. Ms. Regius num. 1639, *ne conspectus ejus lateat vel reorum* (Rabanus, *lateant vel rerum*) *suppli-* D *cia,* etc. Deinde editi omittunt *ita* ante *intelligamus;* et paulo post habent, *cæteris eminentem.*

(93) Sic Rabanus, ms. Regius num. 1639 et editi. Mss. vero plerique, *et malos pœna quam merentur excipiat.*

(94) Ita ms. Regius num. 1639. Editi vero, *recipiet pro actibus, sed pro omni verbo otioso reddetur ratio.... cogitationesque malæ,* etc. Cæteri mss. et Rabanus, *redditur ratio.... cogitationes quæque* (Rabanus, *quoque*) *malæ,* etc.

(95) *Sicut et in aliis dicit : Itaque nolite ante tempus quid judicare,* etc., usque ad, *et tunc lau, erit unicuique a Deo.* Hæc desiderantur in editis; sed restituuntur ex mss. nostris. Ms. tamen unus pro his verbis habet, *sed hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum,* quod minime cohæret cum sequentibus.

(96) Editi, *quædam scripta quæ gerimus.*

lestium tunc virtutum testes catervas innumerabiles patiemur. Cum autem Paulus dicat, quia *omnes stabimus ante tribunal Dei*, et dum (97) se cum his societ qui stabunt ante tribunal Dei, quisnam est qui semetipsum ita decipiat et fallat, ut ad judicium se Christi, et ad tribunal cognitionis ejus non putet esse venturum, aut manifestandum se non putet in his quæ sive recte, sive etiam minus recte commiserit? Quod vero in præsenti quidem loco *tribunal Dei*, ad Corinthios vero [97] *tribunal Christi* posuit, ego quidem nullam puto esse (98) differentiam quominus unum atque idem *tribunal Christi* et *tribunal Dei* nominetur, secundum quod ipse Salvator in Evangelio dicit: *Omnia quæ habet Pater, mea sunt* [98]; et iterum: *Pater, omnia mea tua sunt, et tua mea* [99]. Si quis tamen putat in sermonibus Pauli, quia nulla in ejus litteris otiosa vel syllaba est, causas varietatis hujus esse requirendas, poterit fortassis tale aliquid dicere: Christi vocabulum, quantum ad proprietatem appellationis ipsius pertinet, Verbi in carne positi et mundum Deo reconciliantis indicium est, sicut et idem Paulus dicit, quia *Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi* [1]; sed reconciliationis hujus spatia conversionis nostræ dilatio et emendationis negligentia distendit, et longiora constituit; et donec evacuet omnes principatus et potestates, et ponat omnes inimicos sub pedibus suis, ac novissimum inimicum destruat mortem, ita eum regnare oportet [2], ut mysterium (99) susceptæ in carne dispensationis exerceat, et bonos quidem manifestet, culpabiles autem recipiant unusquisque secundum opera sua: ubi vero [3] tradiderit regnum Deo et Patri, id est conversos et emendatos omnes obtulerit Deo, et ad integrum mysterium mundi reconciliationis expleverit, tunc ait ante tribunal Dei astare omnes (1), ut impleatur hoc quod sequitur: *Vivo ego, dicit Dominus, quia mihi flectetur omne genu, et confitebitur omnis lingua Deo.* Flectet autem genu omnis creatura Deo in nomine Jesu, per quem reconciliata est ei, secundum quod idem Apostolus dicit, quia *in nomine Jesu omne genu flectetur cœlestium, terrestrium, et infernorum* [4]. Flectere sane genu, et omnem linguam confiteri Deo, de Isaiæ prophetæ sermonibus [5] assumpsit Apostolus. Quod tamen non est carnaliter accipiendum, ut putemus quod etiam cœlestia, quæ dicit genu flectere, carnalibus membris facere hæc credantur (2): verbi causa, ut putetur vel sol, vel luna, vel stellæ, vel etiam angeli, et quæcunque sunt quæ cœlestia nominantur, corporalibus inflexa genibus adorare, aut etiam lingua carnali, et tali membro quali nos homines loquimur, putentur confiteri Deum, de quibus dicitur quia sint spiritus et ignis, secundum quod Propheta dicit [6]: *Qui facit angelos suos spiritus,* **664** *et ministros suos ignem urentem.* Et quæ genua in spiritibus esse credentur? aut quæ lingua in ignis specie requiretur? Sed genu flectere, subjecta esse cuncta, et cultui Dei obedire declarat (3). Movet me (4) adhuc ex his quæ de Epistola ad Corinthios assumpsimus, ubi dicit: *Ut recipiat unusquisque propria corporis prout gessit, sive bona, sive mala* [7], utrum quia in omnibus hominibus necesse est aliquid boni esse, et aliquid mali; nec ullum in bonis inveniri, qui non aliquid habuerit et mali; vel iterum aliquem in malis, qui non habuerit aliquid et boni, propter Scripturam quæ dicit: *Spiritus enim incorruptibilis in hominibus est* [8] (5), propterea dixerit ut unusquisque et pro bonis suis bona, et pro malis suis recipiat mala; an bonos illos dicat quibus nihil mali ascribendum sit, et illos malos quibus boni nihil omnino debeatur. Sed si hoc novissimum putemus, videbimur contra evidentem venire rationem. Nullus enim, ut dixi, ita bonus invenietur, cui non aliquid insitum sit mali (6), ut ex multorum sanctorum perfacile colligi videtur exemplis; et rursus nemo est pessimorum, etiamsi ipse Judas ponatur qui supra omnem impietatem (7) impius fuit, ut non aliquid etiam ipse boni habuisse videatur. Nam ut illa omittam, quæ cum apostolis positus quasi unus ex ipsis gerebat, quamvis et ibi jam bonis ejus miscerentur et mala (8) (erat enim pecuniæ cupidus) tamen hoc ipsum quod *pœnitentia ductus reportavit triginta argenteos ad sacerdotes, et dixit: Peccavi tradens sanguinem justum* [9], fuit aliquid boni. Ex quibus omnibus videtur mihi, quoniam non potest unus atque idem bona simul recipere et mala (neque enim simul et in paradisum quis, aut in regna cœlorum, et in gehennam mitti potest) in

[97] II Cor. v, 10. [98] Joan. xvi, 15. [99] Joan. xvii, 10. [1] II Cor. v, 19. [2] I Cor. xv, 24-26. [3] ibid. 24. [4] Philip. ii, 10. [5] Isai. xlv, 24. [6] Psal. ciii, 4. [7] II Cor. v, 10. [8] Job xxxii, 8. [9] Matth. xxvii, 3, 4.

(97) Sic ms. Regius num. 1639. Cæteri vero mss., Rabanus, et editi omittunt *dum*.

(98) Ms. Regius num. 1639, *nullam causam puto esse*. Sed cæteri mss., Rabanus et editi ut in textu.

(99) Editi et Rabanus, *ut ministerium*, etc. Omnes vero mss. nostri, *ut mysterium*, etc. Deinde editi, *accipiant unusquisque secundum opera sua. Ubi ergo*, etc.

(1) Ms. Regius num. 1639, *tunc jam ante tribunal Dei astare dicantur*. Rabanus, *tunc, ait, ante tribunal Dei astare dicitur*. Sed cæteri mss. et editi rectius ut in nostro textu.

(2) *Credantur*. Deest in libris antea editis.

(3) Editi, *creduntur? aut quæ linguæ in ignis specie requirentur? Sed genuflectere... et cultu Dei obedire declarat.*

(4) Ms. Regius num. 1639, *Movent me*, etc. Deinde mss. plerique et editi, *necesse est esse aliquid boni, esse et* (al., *et esse*) *aliquid mali*. Sed rectius mss. Regius num. 1639 et Rabanus ut in textu, nisi quod Rabanus in fine habeat, *aliquid et mali*.

(5) Ita editi; mss. vero nostri omnes et Rabanus, *Spiritus enim incorruptibilis in omnibus est*.

(6) Ms. Regius num. 1639, *inustum sit mali*.

(7) Editi, *etiamsi ipse Judas ponitur, qui super impietatem*, etc.

(8) Editi, *quamvis et ibi jam bonis misceret et mala*.

illis tantummodo rationem boni non haberi, in quibus valde præponderant mala (9); et in illis rationem mali non accipi, in quibus præponderant bona, et in quibus malorum vestigia pœnitentia conversionis abolevit. Ut autem ad propositi capituli finem conclusionemque redeamus, cum, inquit, tanta sit apud Deum et apud Christum ejus judicii veritas, tanta futuræ examinationis indago, *non ergo*, ait, *amplius invicem judicemus. Sed hoc judicate magis, ne ponatis offensionem fratri, vel scandalum.* Hoc judicate, id est hoc statuite ne per observantiam ciborum offensiones fratribus vel scandala generetis. De offensione vel scandalo jam supra diximus quod scandalum sit cum in via qua inceditur aliquid invenitur objectum, in quo offendant (10) scandentium vel incedentium pedes. Hoc est ergo quod patiuntur hi qui viam fidei nuper ingressi, priorum vel contentionibus, vel negligentiis, vel contemptu et elationibus offenduntur, atque exemplis eorum recussi (11) avertuntur a fide.

12. *Scio et confido in Domino Jesu, quia nihil est commune per ipsum, nisi ei qui existimat quid commune esse, illi commune est. Si enim propter cibum frater tuus contristatur, jam non secundum charitatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est* [10] (12). Diximus et in aliis, quod in Scripturis sanctis vernacula quadam appellatione quod sanctum vel mundum non est, commune nominetur; quæ tamen appellatio in Novo Testamento frequentius invenitur (13), in Veteri vero non recordor sicubi nominata est, ut in Evangelio Salvator dicit, quia *de corde procedunt cogitationes malæ, homicidia, fornicationes, adulteria, furta, falsa testimonia : et ista sunt quæ communicant* (14) *hominem. Non lotis autem manibus manducare, non communicat hominem* [11]. Quamvis in nonnullis exemplaribus Latini pro *communicant*, *coinquinant* posuerint, et licet eadem virtus sit, proprietas tamen sermonis *communicat* habet (15). Sed et in Actibus apostolorum Dominus dicit ad Petrum : *Quod Deus mundavit, tu commune ne dixeris* [12]. Puto ergo inde usum hujus sermonis assumptum, ut quia, verbi gratia, vasa templi ministerio segregata, vasa sine dubio Domini appel-

A labantur, ad horum autem distinctionem (16) reliqua vasa communia dicebantur; ita et ad ciborum distinctionem, eorum quos quasi mundos et secundum legem edendos Scriptura segregavit, reliqui omnes communes appellati sunt. Sed Judæi vim verbi ignorantes(17), unde communis diceretur homo, quem **665** communem appellabant, sermonis usum sine significationis intelligentia tenuerunt. Neque enim (18) cibi quos Deus creavit, aut ignoranter aut simpliciter sumpti communem facere hominem poterant et immundum; sed mens illa hominis quæ Deo soli segregata est, merito munda appellatur : quæ vero aliena a Deo est, quoniam non ab uno spiritu immundo, sed a plurimis possidetur, idcirco talis homo communis appellatur, quasi qui multo-

B rum sit (19) vel vitiorum, vel dæmonum servus, secundum illum qui interrogatus, *Quod tibi nomen est? respondit, Legio : Multi enim sumus* [13] : et secundum illud quod a Salvatore dicitur, quia *cum exierit immundus spiritus ab homine, circuit loca arida, quærens requiem, et non inveniens redit : et inveniens domum vacantem et scopis mundatam, assumit secum septem alios spiritus nequiores se; et intrantes habitant in eo* (20) [14]. Et sine dubio iste talis homo communis dicitur, eorum videlicet servus effectus omnium spirituum malignorum qui habitant in eo. Merito ergo sciens sermonis hujus hanc esse rationem Paulus, dicit : *Scio et confido in Domino Jesu, quia nihil est commune per ipsum.*

C Nihil enim in creaturis Dei natura sui (21) immundum est (omnia namque a bono Deo creata, bona esse constat et munda) *sed ei*, inquit, *qui existimat aliquid esse commune, ipsi commune est* : hoc est, qui intentione cordis immundum aliquid cogitat, et observantiam diversitatis admittit, sicut et in consequentibus dicit : *Qui autem discernit, si manducaverit, damnatus est; quia non ex fide. Omne enim quod non est ex fide, peccatum est* [15]. Nec tamen in his distinctionem legis exclusit, ut absolute diceret nihil esse commune aut immundum eorum quæ lex definivit immunda. Præmisit enim causam cur per semetipsum nihil commune dicatur. *Scio*, inquit, *et confido in Domino Jesu.* In Domino ergo Jesu

D nihil commune per semetipsum, hoc est, natura sui

[10] Rom. XIV, 14, 15. [11] Matth. XV, 19, 20. [12] Act. X, 15. [13] Luc. VIII, 30. [14] Matth. XII, 43-45. [15] Rom. XIV, 23.

(9) Editi, *ex quibus omnibus videtur mihi, quia non potest unus atque idem bona simul recipere et mala. Neque enim simul aut in paradisum quis, aut in regna cœlorum, aut in gehennam mitti potest. Respondemus in illis tantummodo rationem vitæ bonæ non haberi, in quibus valde præponderant mala*, etc. Sed mss. nostri et Rabanus ut in textu.

(10) Editi, *in quo offendentur.* Rabanus, *in quod offendant*, etc.

(11) Editi et ms. unus, *repercussi.* Sed rectius cæteri mss. nostri, et Rabanus, *recussi.*

(12) *Si enim propter cibum frater tuus contristatur, jam non secundum charitatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est.* Hæc desiderantur in editis. Mss plerique contextum Apostoli prosequuntur, alter usque ad versum 19 inclusive, alter usque ad medium vers. 20. Sed cum tomus decimus incipiat a versu 16, recte usque ad hunc versum tantummodo prosequitur ms. Regius num. 1639.

(13) *Invenitur.* Deest in antea editis.

(14) Alias, *coinquinant*, male.

(15) Editi, *et licet eadem istic sit proprietas, tamen sermo communicant habet.*

(16) Editi, *definitionem*, male.

(17) Editi, *vim verbi Dei ignorantes.*

(18) *Enim.* Desideratur in editis.

(19) Deest *sit* in editis.

(20) Editi, *et intrant in eum.* Rabanus, *et intrantes habitant in ea.* Sed omnes mss. ut in textu.

(21) Editi, *de natura sui.*

dicitur; *sed illi*, inquit, *qui existimat*, et qui putat *aliquid esse commune, ipsi commune est*. Et ne mireris quod cogitatio mentis cibum qui natura sui communis vel pollutus non est, faciat pollutum, cum econtrario cibum vere pollutum (vere enim pollutus est qui idolis immolatur) simplicitas mentis, et nulla cogitationis scrupulositas injecta (22), omni suspicione contaminationis absolvat. Et rursum etiamsi mundus sit cibus, suspicionem tamen aliquis patiatur quasi quod idolis immolatus sit, pollui dicitur pro conscientiæ scrupulo. *Si enim propter cibum frater tuus contristatur* (23), *non jam secundum charitatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est.* Cum definisset apostolico dogmate per Dominum Jesum nihil commune aut immundum natura sui putandum, et dedisset erga usus ciborum fidelibus quibusque absolutissimam libertatem, rursus ad ædificationem fraterni amoris licentiam resecat libertatis, et dicit: Etiamsi commune nihil est, et usus omnium ciborum licenter admittitur, tamen tu si propter cibum quem licito putas sumendum, fratrem tuum, qui nondum scientiæ hujus capax est, scandalizas, *jam non secundum charitatem ambulas*, nec affectum in te fraterni amoris ostendis. Quid enim læderis, si ut fratrem tuum non contristes, etiam a licitis abstineas? Tibi enim abstinere a licitis crimen nullum est; illi vero in quibus discernit et putat non licere, condemnabilis usus est (24). *Qui enim discernit, si manducaverit, damnatus est.* Quod si facias, tu utique fratrem tuum perdis *pro quo Christus mortuus est*, et tu ei causas perditionis acquiris. Magnificentius autem de his idem Paulus ad Colossenses scribens, dicit: *Nemo itaque vos judicet in esca, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniis, aut Sabbato, quæ sunt umbra futurorum, corpus autem Christi. Nemo vos seducat volens in humilitate cordis et religione angelorum quam non vidit extollens se, frustra inflatus a mente carnis suæ* (25), *et non tenens caput* [16]; et post pauca: *Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis mundi, quid velut viventes in hoc mundo decernitis? Ne tetigeris, ne gustaveris, ne attaminaveris* (26): *quæ* A *sunt omnia in corruptionem ipso usu, secundum præcepta et doctrinas hominum: quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ in observatione religionis, et humilitate per vexationem corporis, non in honore aliquo ad saturitatem carnis* [17]. De quibus per singula disserere non est præsentis operis; de his enim nunc quæ ad Romanos scribit Apostolus conamur exponere (27). Hoc est tamen quod etiam præsenti asseritur exemplo: ne in cibo, vel in potu, vel in hujusmodi observantiis, quæ apud Judæos velut **666** angelorum religio putatur, judicemur ab aliquo. Extollunt enim se in his quæ videntur, et inflati sunt de visibilibus rebus. Quæ tamen elatio non est secundum sapientiam spiritus, sed secundum sensum carnis. Non autem de carnalibus B rebus præceptum est: *Ne tetigeris, ne attaminaveris, ne gustaveris* (28) [18]. Hæc enim omnia, hoc est carnalia, ad usum hunc corruptibilem data sunt; et quæ potest esse in corruptione observantia puritatis? Sed cum lex hæc de rationabilibus præcipit, quæ, si immunda sunt, vere tangenda non sunt, neque gustanda, ne participes nos faciant peccati et immunditiæ suæ, præcepta hominum et doctrinas relinquentes, hunc spiritalem (29) sensum ad carnalia hæc et corporalia transtulerunt, quæ rationem sapientiæ habent in observatione religionis et humilitate corporis, non tamen ut occasione hujusmodi observantiæ honor (30) aliquis apud homines et carnis deliciæ requirantur, dum pro paucorum abstinentia multi cibi requiruntur et electi. Vera C autem observantia est ubi ita sumitur cibus, et ita aguntur omnia, ut non de talibus dicatur: *Quorum Deus venter est* [19]. Abstinere enim (31) convenit ab omni cibo quem concupiscentia et libido præsumit, quem deliciæ parant, quem luxus excogitat. Videndum namque est (32) non solum quali, sed et quanto cibo, et quo in tempore, et quam parce utamur. Sic enim *omnia munda mundis* mentibus fiunt; *contaminatis autem*, ut dicit Apostolus, *et infidelibus nihil mundum* [20]. In quo ostendit, quia etiam ea quæ apud Judæos munda nominantur in cibis, si quis contaminatus sit et infidelis, munda ei esse non possunt. Consequens igitur erit, ut si

[16] Coloss. II, 16-18. [17] ibid. 20 seq. [18] Coloss. II, 21. [19] Philip. III, 19. [20] Tit. I, 15.

(22) Sic ms. Regius num. 1639 et Rabanus. Mss. vero plerique, *et nulla cogitatione scrupulositas injecta*. Editi, *et in cogitatione nulla scrupulositas injecta*.

(23) Editi, *frater tuus scandalizatur vel contristatur*, etc. Deinde, *cum enim definisset... per Christum Jesum*, etc. Sed omnes mss. et Rabanus ut in textu.

(24) Mss. plerique, Rabanus et editi, *contaminabilis usus est*: sed rectior videtur lectio codicis Regii num. 1639, *condemnabilis usus est*.

(25) Sic ms. Regius num. 1639. Ita etiam cæteri mss., omisso *a*. Editi, *inflatus sensu carnis suæ*.

(26) Ita mss. plerique. Editi vero et ms. Regius num. 1639, *Ne tetigeritis, ne gustaveritis, ne attaminaveritis*, etc.

(27) Ms. Regius num. 1639, *non est præsentis temporis. De his nunc... conamur exponere*, etc., D omisso *enim*. Editi omittunt *nunc*, et habent etiam cum plerisque mss. *conamur exponere*. Sed rectior videtur lectio ms. Regii num. 1640, *conamur exponere*. Deinde editi, *Hoc est tantum*, etc.

(28) Ita omnes mss. nostri. Editi vero, *ne tetigeritis, ne attaminaveritis, ne gustaveritis*.

(29) Editi, *et doctrinæ* (mss. plerique, *et doctrinas*) *relinquentes, hunc spiritalem*, etc. Ms. tamen unus Regius num. 1640 habet *observantes*, pro *relinquentes*.

(30) Editi, *non tantum vero occasione hujus observantiæ honorabilis*, etc. Sed omnes mss. ut in nostro textu.

(31) *Enim*. Deest in libris antea editis.

(32) Editi, *Videndum sane est*. Deinde, *Sic enim omnia mundis munda fiunt*. Mss. plerique, *Sic enim omnia munda mundis fiunt*. Sed ms. Regius num. 1639 ut in nostro textu.

ea quæ munda sunt, contaminatis immunda efficiantur, etiam ea quæ dicuntur immunda, sanctis et fidelibus munda fiant. *Sanctificantur enim per verbum Dei* (33) *et orationem, quia omnis creatura Dei bona, et nihil abjiciendum quod cum gratiarum actione percipitur* [21]. Per orationem autem non cujuscunque sanctificantur, sed eorum qui levant *puras manus sine ira et disceptatione* [22]. Vis autem magnificentius adhuc de mundis et immundis, quod non de corporibus, sed de animis dicantur et mentibus, edoceri (34)? Audi ipsius Domini et Salvatoris in Evangelio sententiam dicentis : *Non quæ intrant in os, communicant* (35) *hominem, sed quæ ex ore procedunt; quoniam ab intus de corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria* [23], etc. Cogitatio ergo est et mens non recte sentiens quæ B polluit hominem, non ciborum qualitas, quæ cujuscunque modi fuerit, pari eodemque exitu usum corruptionis explebit. Et nihil mirum si sanctus cibum quem sumit, verbo Dei, et oratione sanctificat, cum etiam ipsa quibus induitur sancta sint vestimenta. Sudaria denique Pauli [24] et semicinctia tantum ex ipsius puritate sanctificationis acceperant, ut ægris adhibita corporibus (36) fugarent morbos, et redderent sanitatem. Nam de Petro quid dicam, cujus etiam umbra corporis tantum sanctificationis gerebat [25], ut quoscunque præteriens non ipse, sed sola ejus umbra tetigisset, continuo ab omni ægritudine levarentur? Sed paulo latius excessimus de mundis cibis et communibus disserentes, ut Apostoli sensum, quantum possibile est, consideraremus excelsius. Sed memores propositæ brevitatis, in his noni voluminis conclusione facta, decimi ejusdemque ultimi aggrediamur exordium (37).

LIBER DECIMUS.

667 1. *Non blasphemetur ergo bonum nostrum* (38). *Non enim regnum Dei est esca et potus, sed justitia, et pax, et gaudium in Spiritu sancto. Nam qui in hoc servit Christo, placet Deo, et probatus est hominibus* [26] (39). Requiro quomodo blasphemari possit bonum nostrum (40). Bonum est legem spiritualiter C intelligere, et impia atque inepta hæreticorum, vel falsæ philosophiæ studentium dogmata tanquam immundos cibos pollutosque vitare. Hoc enim est quod spirituali lege sancitur. Tamen si quis ex Judæis, verbi causa, aut ex his qui Encratitæ appellantur (41), velit Christo credere, putet tamen non parum inesse momenti in observantia continentiæ, vel eorum ciborum qui lege prohibentur, vel quos quasi castitati adversantes æstimant nonnulli etiam Scripturarum auctoritate declinandos : hujusmodi hominem si perurgeas ad communes omnium cibos, nec dicas eum aliter posse salvari, vel ad fidem Christi et gratiam pervenire, nisi sumptis his quos refugit cibis, tunc vere bonum spiritalis sententiæ (42) blasphematur, putante eo quem perurges hanc apud nos haberi fidem, ut salvum fieri nullum credamus, nisi D qui suillis vescatur carnibus, vel aliis hujusmodi communibus et indifferentibus cibis. Addit autem his : *Non enim regnum Dei esca et potus est, sed justitia, et pax, et gaudium in Spiritu sancto*. In quo iterum vehementer admiror sapientiam Pauli, qui præsentis temporis culpas futuri sacramenti auctoritate compescit, et ut Ecclesiæ formam statuat, regni cœlorum mysterium prodit. Ait ergo : Quid opus est tantopere pro cibis et escarum qualitatibus fraternam pacem charitatemque turbare, cum regnum Dei propter quod laboramus et currimus, neque per escas constet, neque per potum : sed aliena hæc sint a regno Dei (43), et ab illa conversatione futura? Ibi enim sicut *neque nubunt, neque nubuntur, sed sunt sicut angeli Dei* [27]; sic neque escam neque potum sumunt, sed sunt sicut angeli Dei. Igitur absolutissimo dogmate et evidenti ab Apostolo sententia (44) terminatum est in regno Dei neque escas corporales neque potum habere locum, sed justitiam et pacem in Spiritu sancto; et ideo hortatur ut in illis nos exerceamus, et illa bona jam hic habere meditemur, atque illam substantiam possidere, quæ

[21] I Tim. IV, 5, 4. [22] I Tim. II, 8. [23] Matth. XV, 11, 19. [24] Act. XIX, 12. [25] Act. V, 15. [26] Rom. XIV, 16-18. [27] Matth. XXII, 30.

(33) *Dei*. Desideratur in antea editis.

(34) *Edoceri*. Omittitur in editis, et in plerisque mss., sed restituitur ex ms. Regio num. 1639.

(35) Editi, *coinquinant*, male.

(36) *Corporibus*. In antea editis prætermittitur.

(37) Editi, *decimi ejusdem aggrediamur exordium*. Sed omnes mss. ut in nostro textu.

(38) Editi, *bonum nomen*.

(39) *Nam qui in hoc servit Christo, placet Deo, et probatus est hominibus*. Hæc in editis non comparent; et restituuntur ex mss. nostris.

(40) Editi, *bonum nostrum nomen*.

(41) Editi plerique, *tamen si quis Judæus, verbi causa, aut ex his qui Severiani Tatianique appellantur*, etc. Sed omnes mss. et Rabanus ut in nostro textu.

(42) Ita mss. plerique et editi. Ms. vero Regius num. 1639, *scientiæ*. Rabanus, *gratiæ*; qui paulo post habet, *suilla vescatur carne*.

(43) Editi, *sed aliena hæc sunt a regno Dei*, etc. Deinde iidem editi, Rabanus et mss. plerique, *neque nubent, neque nubentur.... neque potum sument*, etc. Sed rectius ms. Regius num. 1639 ut in nostro textu.

(44) Sic recte ms. Regius num. 1639 et Rabanus. Ita etiam cæteri mss. nisi quod habeant, *ab Apostoli sententia*. Editi vero, *igitur absolutissimo et evidenti dogmate ab Apostoli sententia.... neque escas carnales*.

nobiscum transire possit (45) ad regna cœlorum. Pax ergo, et justitia, et si qua hujusmodi sunt, quæ per Spiritum sanctum conquiruntur, ipsa nobis erunt cibus et substantia in regno Dei : et ideo per hæc docet non escarum corporalium rationes, quæ nullæ erunt in futuro, sed virtutum curam gerendam, quæ nobiscum et in præsenti vita, et in futuro permaneant in regno Dei. Et ideo dicit, quia *qui in hoc servit Christo, placet Deo, et probatus est* (46) *hominibus* [28]. Hoc est quod et de seipso in aliis dicit : *Sicut et ego*, inquit, *omnibus per omnia placeo, non quærens quod mihi utile sit, sed quod multis* [29]. Ideo enim et cum esset apostolus Christi, fiebat Judæis Judæus, sine dubio ut placens Judæis salvaret eos : et his qui sine lege erant fiebat et ipse sine lege, ut placens **668** eis salvos faceret eos [30]. Placere autem se hominibus ita dicit, non obsecundando vitiis, sed (47) infirmitates eorum per patientiam sustentando. Sed ne illud quidem otiose prætereamus quod ait : *Nam qui in hoc*, hoc est, in Spiritu sancto, *servit Christo, placet Deo, et probatus est hominibus* (48). In Spiritu sancto Christo servire secundum hoc dicit quod et alibi ait [31] : *Nemo dicit Dominum Jesum* (49), *nisi in Spiritu sancto.* Servit ergo Christo in Spiritu ipse Paulus, qui accepta gratia sancti Spiritus servit verbo Dei, servit sapientiæ, servit justitiæ, et omnibus simul virtutibus, quæ Christus esse memoratur. Et ideo placere in his dicitur Deo qui implet voluntatem Dei, secundum verbum quod ipse pronuntiavit, dicens : *Hic est Filius meus dilectus in quo bene complacui* (50), *ipsum audite* [32]. Qui ergo audit Deum, et servit Christo in quo complacuit Deus, placet Deo, et probatus est hominibus.

2. *Itaque quæ pacis sunt sectemur, et quæ ædificationis sunt in invicem. Nolite propter cibum* (51) *solvere opus Dei* [33]. Supra [33*] dixit : *Hospitalitatem sectantes*; et hic similiter, *quæ pacis sunt*, inquit, *sectemur, et quæ ædificationis in invicem* : et sicut ibi ostendimus qualiter sectanda sit hospitalitas, ita A et hic qualiter pax sectanda sit intelligamus, quia et David similiter dicit [34] : *Inquire pacem, et sectare eam.* Licet in Latinis codicibus habeatur, *sequere eam, sectare* tamen etiam ibi scriptum est. In quo hoc mihi videtur ostendi : quoniam quidem a multis, inquit, inquiete et insolenter agentibus turbata est (52) pax, et effugata velut subterfugit ab hominibus; econtrario ab his qui Christum didicerunt et ipsi serviunt, etiam fugitans consectanda est, et modis omnibus revocanda. Sectatur autem pacem, qui ea quibus pax constare potest, etiam cum labore suo, cum damno, cum opprobrio quoque, et si ita necesse sit, etiam cum periculo vitæ famæque custodit. Hæc enim non solum pacem, verum et ædificationem ad invicem servant (53). B Ædificatur enim is qui viderit te non quæ tibi soli, sed et quæ aliis expediunt requirentem; et sic crescit ædificium fidei (54), ac templum Dei ex lapidibus vivis per constructionem charitatis assurgit; et ideo addit : *Nolite propter cibum solvere opus Dei.* Solvit enim opus Dei, et ædificium destruit charitatis, qui propter ciborum intemperantiam scandalum fratribus ponit.

3. *Omnia quidem munda sunt, sed malum est homini qui per offensionem manducat. Bonum est non manducare carnem, et non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur* [35] (55). Quod dixit, *Omnia quidem munda, sed malum est homini qui per offensionem manducat*, simile est illi quod superius dixit [36], *quia nihil commune per seipsum, nisi ei qui* C *existimat quid commune esse, illi commune est.* Igitur secundum naturam sui et rationem creaturæ, qua cuncta quæ sunt, a Deo facta sunt, omnia munda sunt (56); et immundum, vel quod commune dicitur, nihil est. Duas tamen causas posuit, quibus vel quæ munda sunt, immunda fiant, vel quæ bona sunt, mala. Ait enim in præsenti quidem loco : *Sed malum est homini qui per offensionem manducat.* Quod ergo sui natura bonum est, ex offensione efficitur malum, id est in eo quod offenditur frater te

[28] Rom. xiv, 18. [29] I Cor. x, 33. [30] I Cor. x, 20, 21. [31] I Cor. xii, 3. [32] Matth. iii, 17; Luc. ix, 35. [33] Rom. xiv, 19, 20. [33*] Rom. xii, 13. [34] Psal. xxxiii, 15. [35] Rom. xiv, 20, 21. [36] ibid. 14.

(45) Editi, *nobiscum transferri possit*, etc. Deinde iidem editi, Rabanus et mss. plerique, *pacem ergo, et justitiam*, etc. Sed rectius ms. Regius num. 1639 ut in textu.

(46) Sic editi et ms. Regius num. 1639, in singulari numero. Mss. vero plerique, *quia qui in hoc serviunt.... placent.... probati sunt*, etc.

(47) Sic ms. Regius num. 1639. Cæteri vero mss., Rabanus et editi, *placere autem hominibus ita dicit, non obsectando vitia* (al., *non obsectanda vitia*; al., *non oblectando vitiis*) *sed*, etc.

(48) Editi, *Nam qui in hoc est, in Spiritu sancto servit, placet Deo, probatus hominibus.*

(49) Ms. Regius num. 1639, *quod et alibi dixit : Nemo dicit, Dominus Jesus*, etc. Deinde editi, *servit autem Christo in Spiritu ipse Paulus, quia*, etc.

(50) Ita ms. Regius num. 1639. Rabanus addit *mihi*, sicut et editi. Cæteri vero mss. habent, *in quo mihi bene complacuit*, nec male. Deinde *ergo* deest in editis. Mss. quidam habent *autem* pro *ergo*.

D (51) Editi et Rabanus, *et quæ ædificationis sunt invicem custodiamus. Noli propter cibum*, etc. Sed omnes mss. ut in nostro textu, nisi quod plerique retineant *custodiamus*, quam vocem recte omittit ms. Regius num. 1639, utpote quæ paulo infra omittatur in omnibus mss. et editis, necnon et apud Rabanum.

(52) *Inquit* et *est* post *turbata*, desunt in plerisque mss. et in editis, necnon et apud Rabanum, sed restituuntur ex ms. Regio num. 1639.

(53) Editi, *Hic enim non solum pacem, verum ædificationem.... servat.*

(54) Editi, *ædificium Dei.* Deinde iidem editi ac mss. quidam, *et per constructionem*, etc. Sed recte ms. Regius num. 1639 et Rabanus omittunt *et*.

(55) Editi, *offendiculum.... frater tuus scandalizatur.* Sed omnes mss. et Rabanus hic et infra ut in nostro textu.

(56) Editi, *et rationem creaturæ cuncta quæ a Deo facta sunt, omnia munda sunt*, Rabanus, *omnia a Deo munda sunt*

utente his cibis (57) in quibus ille scandalum patitur. Alia vero causa est qua commune vel immundum efficitur quod natura sui immundum non est, si existimet quis, et apud se ita habeat quod commune sit. Illi ergo ipsi tantummodo qui hoc ita existimat, commune efficitur vel immundum. Ex quibus evidenter (58) Apostolus edocet non in rebus vel in substantiis, sed in actibus et cogitationibus minus rectis immunditiam pollutionemque consistere; quamvis Moysi lex [37] quædam munda, et quædam immunda signaverit : in quibus distinctiones quasdam ponere voluit, ut populus qui sub lege censebatur, discerni per hujusmodi observantias a cæteris gentibus videretur. Et quandiu quidem populus ille sanctus et segregatus a cæteris nationibus habebatur, etiam discretio de mundis et immundis necessaria videbatur, **669** quæ segregaret et secerneret specialem populum Dei a nationibus quas ignorantia Dei et idolorum cultus faciebat immundas : ubi vero janua fidei gentibus aperitur, et invitantur omnes ad Deum, ostenduntur Petro omnia quadrupedia, et repentia, et volatilia exposita in linteo quod cœlitus fuerat deductum, et dicitur ei : *Surge, Petre, occide et manduca* [38]. Cumque legalis observantiæ memor respondisset ad Dominum et dixisset : *Absit, Domine, quia nunquam commune aut immundum introivit in os meum*, cœlesti sententia pronuntiatur : *Quod Deus mundavit, tu commune ne dixeris.* Ubi ergo omnes gentes per agnitionem fidei a contaminatione mundantur, ibi et omnis cibus verbo Domini et oratione purgatur : et ob hoc Apostolus dicit quia *omnia munda sunt*, tantum ut illud vitetur quod in sequentibus ponit, ne per offensionem fratris manducanti rursum fiant immunda quæ munda sunt. Jam vero quod subjungit, *Bonum est non manducare carnem, et non bibere vinum*, nisi addidisset, *neque in quo frater tuus offenditur*, contrarium fortassis prioribus videretur. Manducare enim carnem et non manducare, vel bibere vinum aut non bibere, neque malum, neque bonum, sed medium haberi docuit et indifferens. Potest enim non manducare carnem et non bibere vinum etiam malus homo et a fide alienus, ut sæpe etiam nonnullos idolorum causa facere hoc certum est. Interdum etiam malarum artium fertur talis haberi observatio. Hæreticorum certe non paucis observare hæc moris est (59); et tamen non continuo dicimus: Bonum est eis quia non manducant carnem, neque bibunt vinum. Sed illo plane modo quo in consequentibus posuit, *in quo frater offenditur*, non manducare carnem et non bibere vinum, non jam medium aut indifferens, sed vere bonum est. Bonum est (60) enim non ponere offensionem fratri vel scandalum. Propter hoc enim et in aliis dicit: *Sine offensione estote et Judæis et Græcis, et Ecclesiæ Dei* [39]. Et ideo videant si recte faciunt hi qui qualibet ex causa continentes a carnibus et vino, cogunt omnimodis degustare, quo scilicet per hoc (61) ab eis videatur auferri suspicio, qua superstitiose putantur ciborum discretionibus inhærere. Considerent namque Apostolum non dixisse : *Bonum est* manducare et bibere vinum ; sed, *non manducare carnem, et non bibere vinum*, si in eo frater offenditur. Noluit ergo ut pro his qui manducandum judicant, cogatur ille ad manducandum qui in hoc offenditur ; sed pro illo qui non putat manducandum, abstinere præcipit etiam his qui judicant manducandum. Verendum namque est ne forte abrupto semel muro continentiæ, et accepta licentia, in gulæ procellam ac profundum luxuriæ decidatur, et pariter subsequantur naufragia castitatis. Omnia igitur fieri oportet ob hoc ne destruatur opus Dei : et ideo et manducandum (62) est, si in hoc frater ædificatur; et non est manducandum, si per hoc non crescit opus Dei ; et bibendum est, si per hoc proficit frater ad fidem ; et non est bibendum, si per hoc frater damnum fidei, aut tu detrimentum charitatis incurras.

4. Post hæc dicit : *Tu fidem quam habes apud temetipsum, habe coram Deo* [40]. Fidem hic illam dicit qua credit quis manducare omnia, sicut supra dixit : *Alius credit manducare omnia* [41], ille sine dubio qui credit quod nihil in creaturis Dei commune, nihil immundum sit. Sed (63) sufficit tibi, inquit, habere coram Deo hujusmodi fidem, non tamen idcirco cogendus est et (64) alius ut omnia manducet, qui nondum habet talem fidem ut credat omnia esse manducanda. Quod autem dixit, *habes apud temetipsum*, jactantiam resecat, ne magis in ostentatione sit quod credimus, quam in virtute. Addidit autem (65), *habe coram Deo*, ut doceret satisagendum nobis, non ut apud homines fides nostra diffametur, sed ut apud Deum probetur. Multum est autem coram Deo habere probabilem fidem. Apud Deum enim etiam apostolorum fides parva (66) judicatur, unde dicitur ad Petrum : *Modicæ fidei, quare dubitasti* [42]? Idcirco ergo vere magnus est qui coram Deo habet probabilem fidem.

[37] Levit. XI, 2 seq. [38] Act. X, 13-15. [39] I Cor. X, 32. [40] Rom. XIV, 22. [41] ibid. 2. [42] Matth. XIV, 31.

(57) Editi, *super te utente his cibis*, etc. Deinde, *qua commune et immundum.*

(58) Editi, *qui hoc existimat ita commune efficitur et immundum. Quibus evidenter*, etc. Sed omnes mss. et Rabanus ut in textu.

(59) Editi, *hoc certum est : interdum etiam malarum artium. Fertur talis quoque haberi observatio hæreticorum, et non paucis observare hæc moris est*, etc. Sed omnes mss. et Rabanus ut in textu : qui omnes paulo post habent, *et non continuo dicimus* (al., *dicemus*) omisso *tamen*, quod præferunt editi.

(60) *Est.* Omittitur in editis.

(61) Editi, *omnimode degustare, quo scilicet per hæc*, etc.

(62) Editi, *etiam manducandum est*, etc. Deinde ms. Regius num. 1639, *aut detrimentum charitatis incurrat.* Sed cæteri mss., Rabanus, et editi ut in nostro textu.

(63) *Sed* omittitur in editis. Rabanus habet *et* pro *sed.*

(64) Deest *et* in editis.

(65) *Autem.* Prætermittitur in antea editis.

(66) *Parva.* Omittitur in editis.

5. *Beatus qui non judicat semetipsum in eo quod probat. Qui autem discernit, si manducaverit, damnatus est, quia non ex fide. Omne autem quod non est ex fide, peccatum est* [43] (67). Beatus quis dicitur non solum si faciat ea quæ competit, sed et si non faciat ea quæ non competit : ut ille *beatus* dicitur *qui non abiit in consilio impiorum* [44], et ille nihilominus beatus qui ambulat in lege Domini [45]. **670** Ille ergo, quia non ambulat in via peccatorum ; hic, quia ambulat in lege Domini, beatus est (68). Ita et in præsenti loco Apostolus : *Beatus*, inquit, *qui non judicat semetipsum in eo quod probat*. Sed cujus operis sit ista beatitudo videamus (69). Multi enim sunt qui probant aliquid boni facere , verbi gratia, qui audientes de præmiis castitatis probant et statuunt caste vivere ; sed processu temporis, vel subripiente negligentia, vel superante libidine, id quod observandum probaverant maculatur et corrumpitur : et est infelix iste, qui in eo quod observare decreverat victus, semetipsum judicat et condemnat. Beatus vero ille est, qui in eo quod probat et statuit, ita permanet fixus et stabilis, ut in nullo semetipsum judicet, in nullo reprehendat. Hoc autem et (70) in observantia ciborum, secundum eam regulam quam superius texuit, habendum dicit, ut si quis est qui per scientiam spiritalis legis probat omnia manducanda, et omnia esse munda , non rursum judicet semetipsum, et dubitationem capiat utrum sumere debeat, necne : quia qui hoc modo discernit, hoc est (71), qui dubitat utrum vere mundum sit an immundum quod sumit, iste ex ipsa animi sui dubitatione conscientia arguente damnatur. Causam quoque hujus damnationis exponit, dicens : Quia non ex fide sumitur (72), sed utique ex dubitatione. Et post hæc generalem super omnibus sententiam proponit (73), dicens : *Omne autem quod non est ex fide, peccatum est*. In hoc sermone credentium quorumque negligentes et desides animas vinculo arctiore constringit (74), ut nihil sine fide agant, nihil absque fide dicant, nec absque fide aliquid cogitent : quia sive quid gesseris sine fide, sive locutus fueris, sive etiam cogitaveris, peccas. Hoc idem est quod et in aliis dicit : *Sive manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia ad gloriam Dei facite* [46]. Sed requirat aliquis si et hæretici quæ faciunt, quia secundum hoc quod credunt faciunt, ex fide facere credantur : an quia fides apud illos mala est (75), omne quod faciunt peccatum pronuntiandum sit, quia non fit ex fide. Ego puto illorum credulitatem appellari magis quam esse fidem. Sicut enim pseudoprophetæ falso nomine interdum prophetæ appellantur ; et falsa scientia, scientia dicitur ; et falsa sapientia, sapientia abusive nominatur : ita et hæreticorum credulitas falso nomine fides appellatur. Unde videndum est ne forte etiam si quid boni operis apud illos geri videtur, quia non fit ex fide, convertatur in peccatum, sicut et de quodam dictum est : *Fiat oratio ejus in peccatum* [47]. Est interdum et castitas quæ non est ex fide, eorum duntaxat *qui attendunt spiritibus seductoribus et doctrinis dæmoniorum in hypocrisi falsa loquentium , cauteriatam habentium conscientiam, prohibentium nubere, et abstinentium se a cibis quos Deus creavit* [48]. Est ergo et falsa fides (76) eorum qui *circa fidem naufragaverunt* [49]; est et falsa sapientia, *hujus* scilicet *mundi*, et *principum hujus mundi* [50], quæ destruetur. Sicut enim piratæ solent in mari in locis vadosis occultisque scopulis, per obscurum noctis lumen accendere, quo navigantes sub spe confugiendi ad portum salutis, ad naufragia perditionis invitent ; ita et istud lumen falsæ sapientiæ vel falsæ fidei a principibus mundi et spiritibus aeris hujus accenditur, non per quod evadant, sed per quod pereant homines mundi hujus fluctus et vitæ pelagus navigantes. De his, opinor, piratis dicebat et Job : *Sagittæ piratarum ejus super me venerunt* [51]. Et ob hoc nimirum etiam ipse Paulus apostolus dicit, quia et *ipse Satanas transfigurat se in angelum lucis* [52] (77). Propterea ergo navigantes vitæ hujus undas, non omni lumini, id est non omni sapientiæ credere debemus ; sed sicut monet Apostolus, probare *spiritus, qui ex*

[43] Rom. XIV, 22, 23. [44] Psal. I, 1. [45] Psal. CXVIII, 1. [46] I Cor. X, 31. [47] Psal. CVIII, 7. [48] I Tim. IV, 2, 3. [49] I Tim. I, 19. [50] I Cor. II, 6. [51] Job VI, 4. [52] II Cor. XI, 14.

(67) *Omne autem quod non est ex fide, peccatum est*. Hæc desiderantur in editis, et restituuntur ex mss.

(68) *Ille ergo, quia non ambulat in via peccatorum : hic, quia ambulat in lege Domini, beatus est*. Hæc prætermittuntur in editis. Rabanus perperam habet, *inutile beatus est qui non stat in via peccatorum, sicut ille qui meditatur quotidie in lege Domini beatus est*. Ms. Regius num. 1639, *hic quia ambulat in via Dei*. Sed cæteri mss. recte ut in nostro textu.

(69) Ms. Regius num. 1639, Rabanus et editi habent, *Multi sunt qui probant*, omisso *enim*, quod ferunt mss. plures.

(70) Deest *et* in editis.

(71) *Hoc est*. Omittitur in libris antea editis. Deinde iidem editi, *iste ex animi sui dubitatione conscientia urgente damnatur. Causam vero*, etc. Mss. quidam habent etiam, *conscientia urgente*, sed ms. Regius num. 1639 et Rabanus rectius ut in nostro textu.

(72) Editi et mss. plerique, *quoniam non ex fide dicitur*. Ms. vero Regius num. 1639 rectius ut in textu. Deinde Rabanus restituit *utique*, quod omittitur in editis et in omnibus mss.

(73) Editi alii, *super omnia sententiam exponit;* alii, *super omnium scientiam exponit*. Mss. vero alii, *super omnes* (alii, *super omnium*) *sententiam ponit*. Sed rectius ms. Regius num. 1639 ut in nostro textu.

(74) Editi, *quorumdam... animos vinculo acriore constringit*.

(75) Ms. Regius num. 1639 , *nulla est*. Paulo post editi, *Et puto... quam fidem*.

(76) Merlinus et Genebrardus, *et illa fides*, male.

(77) Editi, *sicut angelum lucis*. Paulo post omittunt *ergo*.

Deo sunt [53] (78). Et ideo debemus indesinenter precari auxilium Domini, et sperare quod ipse eripiet nos de laqueo venantium, ut et nos dicamus : Quia *anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium : laqueus contritus est, et nos liberati sumus. Adjutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cœlum et terram* [54] (79).

6. *Debemus autem nos firmiores imbecillitates* **671** *infirmorum sustinere, et non nobis placere. Unusquisque vestrum proximo placeat in bono* (80) *ad ædificationem. Nam et Christus non sibi placuit ; sed sicut scriptum est : Improperia improperantium tibi ceciderunt super me. Quæcunque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam et consolationem Scripturarum spem habeamus* [55]. Videtur in his Paulus firmum semetipsum pronuntiare, sicut et in prima ad Corinthios dicit, quia *factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrarer* [56]. Et ibi enim non se dicit infirmum esse, sed fieri infirmum : et non utique, si infirmus fuisset, fieri potuisset infirmus. Sed non ex hoc accipias (81) eum quasi immemorem mandati illius loci quo dicitur : *Laudet te proximus tuus, et non tuum os; extraneus, et non tua labia* [57]. Non ergo pro laude propria, sed pro rerum consequentia firmum semetipsum pronuntiat. Si enim ipse humilitatis specie inter firmos vitasset enumerari, quis ex his qui aliorum infirmitates portare deberent, auderet subire istud officii, ut quasi firmus ipse fragilitates infirmorum ferre niteretur ? Sed ideo commune facit istud officium, ut unusquisque nostrum in quo potest, etiamsi non in omnibus, tamen in quo videtur firmior proximo suo esse, portet infirmitatem ejus; sicut et in aliis dicit : *Invicem onera vestra portate* [58]. Sed videtur *onera* hic pro corporeis necessitatibus nominasse, ut si quis in facultatibus opulentior est, onus pauperioris portet, et penuriam soletur abundantia. In eo vero ubi dicit, ut firmiores infirmorum sustineant infirmitates, non aliud intelligi potest, quam ut ea in quibus alii per infirmitatem delinquunt, robustiores quique patienter ferant, et non continuo spernant eos, abjiciant, abhorrescant, si forte in aliquo infirmitatis vitio vincuntur, neque sub (82) specie purioris vitæ, a con-

A ventu fratrum et Ecclesiæ societate depellant. Qui enim hoc facit, non est imitator illius de quo Isaias dicit : *Ipse infirmitates nostras portat, et pro nobis dolet* (83); *et nos putabamus eum in dolore esse, et in plaga, et in afflictione* [59]. Quod si Christus portat infirmitates nostras, et Deus patienter fert delicta nostra, quomodo et nos eorum qui paulo inferiores (84) videntur nequaquam delicta et negligentias toleramus ? Hoc est nimirum ipsum Christum avertere ab hoc affectu, ne portare velit infirmitates nostras. Nemo enim ita perfectus est, qui apud Deum in aliquo non inveniatur infirmus, et portetur a Christo; et ideo sympathiam magis in hoc docet, id est compati invicem (85) et condolere, sicut et in aliis scribit : *Donantes vobis invicem delicta vestra,*
B *sicut et Deus in Christo donavit vobis* [60]. Hoc autem non idcirco præcipit, ut delinquentes nutriat, et infirmantes indulgentia laxiore (86) dissolvat; sed sciens quoniam si portetur infirmus, aut erubescit diutius portari, et corrigit vitium delinquendi; aut si emendare se non valet, erit certe fructus iste portantis eum, quod non proficit in pejus, nec semetipso deterior efficitur, sicut illi de quibus dicit Apostolus [61] : *Nequam autem homines et seductores proficient* (87) *in pejus, seducentes et errantes.* Debemus autem ad id quod infirmitates portamus infirmorum, addere etiam hoc, ut non nobis ipsis placeamus, sed *proximo, in bono* tantum, et *ad ædificationem* [62]. Philautiæ vitium, id est sibi ipsi pla-
C cendi et in aliis culpat propheta cum dicit : *Væ his qui apud semetipsos sapientes sunt, et in conspectu suo eruditi* [63]. Similiter ergo et in hoc possumus dicere : Væ his qui sibiipsis placent, et in conspectu suo boni videntur. Oportet enim in conspectu Dei primo placere, secundo etiam proximis. Sicut enim primum est diligere Dominum Deum, et secundo proximum, ita et primum (88) placere Deo, secundo etiam proximis. Sed fortasse dicat aliquis contraria sibi Paulum dicere in eo quod jubet nos placere proximis, qui in aliis dixerit : *Ego si hominibus placerem, Christi servus non essem* [64]. Et utique huic sententiæ videtur esse contrarium, ut *unusquisque* nostrum *proximo placeat*, et quod in aliis dicit : *Sicut et ego omnibus per omnia placeo* (89),

[53] I Joan. IV, 1. [54] Psal. CXXIII, 7, 8. [55] Rom. XV, 1 seq. [56] I Cor. IX, 22. [57] Prov. XXVII, 2. [58] Galat. VI, 2. [59] Isa. LIII, 4. [60] Ephes. IV, 32. [61] II Tim. III, 13. [62] Rom. XV, 2. [63] Isa. V, 21. [64] Galat. I, 10.

(78) Editi, *probate spiritus quod ex Deo sunt*. Sed omnes mss. ut in nostro textu, nisi quod unus habeat, *si ex Deo sunt*.

(79) *Et nos liberati sumus. Adjutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cœlum et terram*. Hæc desiderantur in editis et restituuntur ex mss.

(80) *Unusquisque vestrum* (al. *nostrum*) *proximo placeat in bono*, etc., usque ad *spem habeamus*, desunt in antea editis, sed restituuntur ex mss.

(81) Editi, *aspicias*. Deinde ms. Regius num. 1639, *mandati illius et eloquii quo dicitur*, etc. Sed cæteri mss., Rabanus et editi, ut in textu.

(82) *Sub*. Deest in editis.

(83) Editi, *dolens*.

(84) Editi, *infirmiores*. Deinde, *Hoc enim nimirum ipsum Christum avertere est ab hoc*, etc. Sed omnes
D mss. et Rabanus ut in nostro textu.

(85) Sic mss. et Rabanus. Editi vero, *et ideo magis in hoc decet iidem compati invicem*, etc.

(86) *Laxiore*. Sic mss. et Rabanus. Editi, *largiore*. Deinde iidem editi, *si non* (mss. quidam, *quod si non*) *proficit in pejus*. Sed rectius ms. Regius num. 1639 et Rabanus ut in textu.

(87) Editi, *Nequaquam autem homines seductores proficient*, etc. Ms. Regius num. 1639 et Rabanus, *proficiunt*.

(88) Editi, *Sicut primo est diligere.... ita et primo*, etc.

(89) Editi, *unusquisque proximo suo placeant, quod in aliis dicit : Sicut et ego per omnia hominibus placeo*, etc.

A *non quærens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant* [65]. Dicendum ergo ad hæc, quia aliud est studium habere placendi hominibus ut laudem ab eis quærat, et aliud est studium habere placendi hominibus in eo ut vita sua irreprehensibilis sit apud homines, et proficiant ex eo omnes qui vel vident talem vel audiunt. Ibi ergo placendum non est hominibus, ubi contra fidem (90), contra honestatem, contra religionem est in quo placeatur; et ideo dicit, Quia *si hominibus placerem*, hoc est incredulis et infidelibus **672** Judæis, *Christi servus non essem* [66]. Si enim voluisset Paulus placere Judæis, Damascum cum epistolis missus traxisset utique viros et mulieres vinctos Jerosolymam, et visioni delatæ sibi in via [67], cœlestique voci (91) minime credidisset. B Sed et si quis nos aliquid agere exigit contra justitiam, contra sanctitatem, contra regulam Christianam, et nisi hoc agemus odia et inimicitias minitatur, tunc oportet nos meminisse hujus sermonis qui dicit : *Si hominibus placere vellem, Christi servus non essem* [68]. Cum autem dicitur : *Unusquisque vestrum proximo placeat* [69], necessaria distinctio sociatur, quæ in quo (92) placendum sit proximo evidenter ostendit cum dicit : *In bono ad ædificationem*. Cum ergo bene agimus, et bene docemus, placemus proximo, et ædificamus eum. Non enim gloriam ab hominibus quærendam monet, sed ædificationem de actu et sermone nostro proximis dandam; sicut et in eo quod dicit Salvator [70], ut *luceat lux vestra coram hominibus, et videntes* (93) *opera vestra bona, glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est*. C Per quod non utique ad quærendam ab hominibus gloriam discipulos adhortatur, sed ut recte honesteque viventes ædificationem videntibus præbeant (94), et glorificetur Deus qui hominibus viam emendationis et salutis aperuit. *Nam et Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est : Improperia improperantium tibi ceciderunt super me*. In hoc videtur ostendere, quia et Christus non sibi placens, nec rapinam arbitrans esse se æqualem Deo, semetipsum exinanivit [71]; sed volens hominibus placere, hoc est homines salvare, improperia improperantium pertulit, sicut scriptum est : *Improperia improperantium tibi* (95) *ceciderunt super me* [72]. Quod evidentius fiet si ea quæ in Evangelio scripta sunt recolamus, quomodo ut prodesset hominibus, et salvos faceret eos, cum peccatoribus et publicanis manducabat et bibebat, et ad hæc improperantes Judæi dicebant : *Quare magister vester cum publicanis et peccatoribus manducat* [73]? vel iterum cum peccatricem mulierem non prohibebat contingere pedes suos, et lacrymis suis (96) rigare, vel capillis detergere, ac myrrha perungere; et pro hoc improperantes et exprobrantes Judæi dicebant, quia *si hic propheta esset, sciret utique quæ et qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est* [74]. Quod si requiras cur exemplum quod de Psalmo protulit (97), ita habeat quasi improperia quæ improperentur Deo, ceciderint super Christum; ita possumus explanare; quia sicut dixit : *Qui me recipit, recipit eum qui me misit* [75], ita et hoc accipi potest : Quia qui mihi improperat, improperat ei qui misit me (98). Exemplum ergo quod assumpsit, in sexagesimo octavo psalmo hoc modo scriptum est : *Alienus factus sum fratribus meis, et hospes filiis matris meæ. Quia zelus domus tuæ comedit me, et improperia improperantium tibi ceciderunt super me.*

Quæcunque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt [76]. Simile est hoc illi quod ipse in aliis dicit : *Scripta sunt autem propter nos, in quos fines sæculorum devenerunt* [77]. Quod si requiritur quomodo propter nos scripta sint (99) quæ scripta sunt, vide quia propter nos scriptum est : *Non obturabis os bovi trituranti; non enim de bobus cura est Deo, sed de nobis dicit* [78]; et propter nos scriptum est, quia *Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, et unum de libera*, ut nos sciamus quia hæc sunt allegorica, et *hæc sunt duo testamenta* [79]. Propter nos et illud scriptum est [80], quia populus manducavit manna in deserto, et bibit aquam de petra ut nos intelligeremus quia *spiritalem escam manducaverunt, et spiritalem potum biberunt, bibentes de sequenti petra, quæ petra erat Christus* [81]. (1) Et hæc, atque alia hujusmodi erant mysteria, quæ occulta sunt temporibus æternis [82], manifestata autem nunc per Scripturas propheticas, et adventum Do-

[65] I Cor. x, 33. [66] Galat. I, 10. [67] Act. IX, 2 seq. [68] Galat. I, 10. [69] Rom. XV, 2. [70] Matth. V, 16. [71] Philip. II, 6. [72] Psal. LXVIII, 10. [73] Marc. II, 16. [74] Luc. VII, 39. [75] Luc. IX, 48. [76] Rom. XV, 4. [77] I Cor. X, 11. [78] Deut. XXV, 4; I Cor. IX, 9. [79] Galat. IV, 22. [80] Exod. XVI, 35; XVII, 6. [81] I Cor. X, 4. [82] Rom. XIII, 25, 26.

(90) Editi, *Deum* pro *fidem*. Deinde ms. Regius num. 1639 et Rabanus, *in quo placetur*. Sed cæteri mss. et editi ut in textu.

(91) Editi, *cœlestique vitæ*. Deinde, *Sed et si quis nos aliud agere*. Et paulo post ms. Regius num. 1639, *tunc oportet nos meminisse sermonis hujus quo dicitur : Si*, etc. Sed cæteri mss. et editi ut in textu, nisi quod editi habeant, *Quia si*, etc.

(92) Ms. Regius num. 1639, *atque in quo*, etc. Paulo post Rabanus, *evidenter ostendat*. Deinde editi, *in bonum*, etc.

(93) Ita omnes mss., Rabanus, et editio Veneta. Cæteri editi, *ut videntes*, etc.

(94) Sic ms. Regius num. 1639 et Rabanus. Cæteri vero mss. et editi, *ad ædificationem videntibus* D *placeant*.

(95) *Tibi*. In antea editis prætermittuntur.

(96) *Suis*. In editis omittitur.

(97) *Protulit*. Desideratur in libris antea editis

(98) Sic omnes mss. et Rabanus. Editi vero, *exemplum enim*, etc., deinde omittunt *octavo*, quod restituunt omnes mss.

(99) Sic recte ms. Regius num. 1639. Cæteri vero mss., Rabanus et editi omittunt, *quæ scripta sunt*.

(1) Editi, *Hæc atque alia hujusmodi erant mysteria, quæ occulta sunt temporibus æternis :* sed mss. et Rabanus ut in nostro textu, nisi quod alius habet *occulta sunt;* alius, *occulta fuerunt;* et alii, *temporibus præteritis*.

mini et Salvatoris nostri Jesu Christi [83]. Sed ut adhuc manifestius fiat quomodo quæ scripta sunt, propter nos scripta sunt, de priori populo dicit propheta, quia *aure audietis, et non audietis; et videntes videbitis, et non intelligetis* [84]. De nobis autem dicitur, quia *quibus non est nuntiatum de eo, videbunt; et qui non audierunt, intelligent* [85]. Considera ergo ex hoc propter quod quæ scripta sunt scripta videantur (2). Quæ enim scribuntur, sine dubio propter eos scribuntur qui visuri et intellecturi sunt, non propter eos qui neque visuri neque intellecturi dicuntur. Qui autem intelligunt quæ scripta sunt, illud sine dubio invenient quod consequenter adjungitur: [86] *Ut per patientiam, et consolationem Scripturarum, spem habeamus ad Deum* (3). **673** Consolationem namque ex Scripturis non ille qui neque credit, neque intelligit, sed ille qui et credit et intelligit, capit.

7. *Deus autem patientiæ et consolationis det vobis id ipsum sapere in alterutrum secundum Jesum Christum: ut unanimes* (4) *uno ore honorificetis Deum, et Patrem Domini nostri Jesu Christi. Propter quod suscipite invicem, sicut et Christus suscepit vos in honorem Dei* [87]. Si patientia virtus est, omnis autem virtus a Deo est; et patientia a Deo est. Cum ergo dicitur *Deus patientiæ*, hoc est quod videtur ostendi, quia Deus cum his est qui habent in se virtutem patientiæ: sicut cum dicitur Deus justitiæ, ostenditur in his esse Deus qui servant justitiam. Similiter et Deus veritatis, et Deus sapientiæ (5) intelligitur. Sed et *Deus consolationis* cum dicitur, cum illis esse ostenditur Deus qui ex divinis Scripturis per intelligentiam spiritalem consolationem Spiritus capiunt. *Deus* ergo *patientiæ* (6) *et consolationis det vobis*, inquit, *idipsum sapere in alterutrum secundum Jesum Christum*. In hoc Paulus patriarcharum more et prophetarum, quorum benedictiones scriptæ referuntur, benedictiones tribuit Romanis, exorans eis dari a Deo ut id ipsum sapiant in alterutrum. Grandis est ista benedictio (7), ut unum sapiant omnes atque sentiant, et sicut sibi, ita (8) unusquisque velit et proximo suo. Vis autem scire quantum valeat unanimitatis gratia? Salvator in Evangeliis [88] pronuntiat, quia *si duo vel tres in unum consenserint, de omni re quamcunque petierint a Deo* (9), *fiet illis*; et iterum de semetipso dicit [89], quia *ubi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo*, hoc

A est, unum atque idem sentientes in nomine Jesu Christi, *ibi*, inquit (10), *ero in medio eorum*. Vis et aliud accipere exemplum, quomodo unum sentientibus Christus medius fiat? Vide in Actibus apostolorum quomodo post ascensionem Domini, cum elevassent, inquit, undecim (11) apostoli cum cæteris vocem, et unanimiter orassent, motus est locus in quo stabant, et præsentiam sancti Spiritus meruerunt [90]. Ut autem adhuc quanta sit unanimitatis virtus, et quanta gratia clarius fiat, non puto absurdum videri, si ea quæ nobis de his etiam in Veteri Testamento a patribus rationabiliter tradita sunt, his scilicet qui ex Hebræis ad Christi fidem venerunt, in medium proferamus. Aiebant ergo B tres (12) illos filios Core quorum nomina invenimus in Exodo [91], id est, Aser qui interpretatur *eruditio*, et Elchana qui in nostra lingua dicitur *possessio Dei*, et Abiasaph qui in Latino sermone indicat *congregationem patris*, cum pater eorum Core peccasset una cum Dathan et Abiron [92], et omnibus qui consenserunt eis, et divinæ ultionis in eos pararetur excidium, istos segregasse se a cœtu nefario (13), et ab impia conspiratione sequestratos unanimiter ad Deum precem pœnitentiæ profudisse: atque exauditos a Deo non solum veniam pœnæ, sed et prophetiæ gratiam meruisse; et hoc quoque eis a Deo poscentibus esse præstitum, ne quid triste aut exitiabile prophetare juberentur: et ob hoc omnes Psalmos quicunque nominibus eorum attitulati C referuntur, nihil triste adversum peccatores aut asperum continere. Hoc autem protulimus, ut quanta sit unanimitatis virtus, et unum sentire, atque unum invicem sapere, magnificentius nosceretur. Ego etiam illud, quod Paulus in quibusdam Epistolis aliorum vocabula secum jungit, et dicit, *Paulus, et Sosthenes frater* [93]; et alibi, *Paulus, et Sylvanus, et Timotheus* [94]; puto non inaniter factum; sed per hoc ostendi, quia duobus vel tribus in uno positis Spiritus sanctus unum de eis sensum atque unum elicuerit sermonem: ut qui Ecclesias (14) docere cupiebant unum dicere omnes atque unum sapere, ipsi prius unum se dicere atque unum sapere demonstrarent, et *uno ore* honorificarent *Deum, et Patrem Domini nostri Jesu Christi*. Unum namque D os dicitur, ubi unus atque idem per diversorum ora sensus et sermo procedit. Bene autem Apostolus

[83] II Tim. I, 10. [84] Isa. VI, 9. [85] Rom. XV, 21; Isa. LII, 15. [86] Rom. XV, 4. [87] Rom. XV, 5 sq. [88] Matth. XVIII, 19. [89] ibid. 20. [90] Act. I, II. [91] Exod. VI, 24. [92] Num. XVI, 1 sq. [93] I Cor. I, 1. [94] I Thes. I, 1.

(2) Sic mss. et Rabanus. Editi vero, *Considera ergo ex hoc propter quod scripta sunt, videlicet ut scripta videantur.*

(3) *Ad Deum.* Desiderantur hæc in antea editis.

(4) *Ut unanimes*, etc., usque ad, *in honorem Dei*, desiderantur in editis; sed restituuntur ex omnibus mss.

(5) Editi, *et Deus patientiæ*, male.

(6) Editi, *Deus autem patientiæ*, etc.

(7) Sic mss. et Rabanus. Editi vero, *Gratia Dei est benedictio ista.*

(8) *Ita.* Deest in editis.

(9) *A Deo.* Omittitur in libris antea editis.

(10) *Ibi, inquit.* Hæc duo verba desiderantur in editis, et in pluribus mss., sed restituuntur ex ms. Regio num. 1639 et Rabano, qui tamen omittit *ibi*.

(11) Libri antea editi habent *duodecim*; Rabanus vero et omnes mss. nostri, *undecim*.

(12) Editi, *hi*. Mss. vero, *tres*, qui paulo post habent, *Asyr... Helchana* (unus, *Helchan*)... *et Abiasa*, al., *Abysa*, al., *Abyssa*.

(13) Editi, *ab actu nefario*.

(14) Editi, *Ecclesiam*, male. Deinde omittunt, *omnes*: et paulo post habent, *et uno ore honorificetis Deum*, etc. Sed omnes mss. ut in nostro textu.

ubi ait, *idipsum sapere in alterutrum*, addidit, *secundum Jesum Christum*. Posset enim fieri ut et in malitia aliqui unanimiter consentirent, et unum saperent in pejus. Ob hoc ergo addidit, *secundum Jesum Christum*. Qui autem secundum Jesum Christum sapit, sine dubio omne quod bonum est sapit. Post hæc ait : *Propter quod suscipite invicem, sicut et Christus suscepit vos in honorem Dei*. Quod dicit, *suscipite invicem*, ad illud referendum est quod primo proposuerat (15), ubi occasione mundorum vel immundorum ciborum **674** diversa sentientes ab invicem discrepabant; et ait : *Suscipite invicem, sicut et Christus suscepit vos*, qui nullius horruit immunditias, nec reputavit alicui delicta sua. Nihil ergo de immunditia (16) animalium judicetis, sicut nec ille immunditias credentium reputavit. Et qui in superioribus dixerat : *Qui autem manducat, non manducantem non judicet; Deus enim illum assumpsit* [95], hic dixit : *Sicut Christus* (17) *suscepit vos* : ut ostenderet unum atque idem esse a Deo suscipi, et a Christo. Addit autem et hoc, quod honor Dei sit suscipi a Christo. Quos enim suscipit Christus, docet eos ita agere debere, *ut videntes homines opera* eorum *bona, glorificent Patrem eorum qui in cælis est* [96].

8. *Dico enim Christum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad stabiliendas promissiones Patrum. Gentes autem pro misericordia honorare* (18) *Deum, sicut scriptum est : Propterea confitebor tibi in gentibus, et in nomine tuo cantabo. Et iterum dicit : Lætamini, gentes, cum populo ejus. Et iterum : Laudate Dominum, omnes gentes, et magnificate eum, omnes populi. Et Isaias rursum dicit : Erit radix Jesse, et qui exsurget regere gentes, in eo gentes sperabunt* [97]. Quomodo Christus minister fuerit circumcisionis ad stabiliendas promissiones Patrum, duplici modo intelligi potest. Sive pro eo quod circumcisionem in carne sua ipse suscepit, ut manifestissimè nosceretur quod ex semine Abraham veniens, cui promiserat Deus quod in semine suo benedicerentur (19) omnes gentes [98], compleret in semetipso quæ Patribus fuerant repromissa : et ut per hoc, secundum propositum totius Epistolæ ordinem, A quo nunc eos qui ex circumcisione crediderant, nunc etiam eos qui ex gentibus adversum se invicem superbientes erant refrenat ac reprimit, doceret non esse penitus judicandos eos qui in legis observationibus demorantur ; quandoquidem etiam Christus in carne sua circumcisionis minister exstiterit : sive alio modo, ut illius circumcisionis Christus minister (20) fuisse dicatur, de qua idem Apostolus dicit [99] : *Non enim qui in manifesto Judæus est, neque quæ manifesta in carne est circumcisio, sed qui in occulto Judæus est,* (21) *et circumcisio cordis in spiritu, non littera, cujus laus non ex hominibus, sed ex Deo est;* et secundum quod idem Apostolus in aliis dicit [1] : (22) *In quo etiam circumcisi estis circumcisione non manufacta in exspoliatione corporis carnis, sed in circumcisione Christi, consepulti ei in* B *baptismo*. Per hujusmodi ergo circumcisionem certum est Patrum promissiones esse completas. Quæ autem fuerint promissiones, subditis declarat exemplis quibus dicit : (23) *Propterea confitebor tibi in gentibus, et nomini tuo cantabo*. Quod ex septimo (24) decimo psalmo videtur assumptum, parva immutatione habita, non sensus, sed sermonum. Ibi enim dicit Propheta : *Propterea confitebor tibi in gentibus, Domine, et psallam nomini tuo* [2]. Quod autem ait : *Lætamini, gentes, cum populo ejus*, eisdem verbis in Deuteronomii cantico scriptum est [3] : *Laudate* vero *Dominum, omnes gentes, et magnificate eum, omnes populi*, in centesimo sexto decimo psalmo legitur ; tantum est quod ibi pro *magnificate, collau-* C *date* positum est. Ultimum vero exemplum ipse Paulus de Isaia dicit esse assumptum, in cujus corpore ita scriptum est (25) : *Et erit in die illa radix Jesse ; et qui exsurget regere gentes, in eo gentes sperabunt. Et erit requies ejus honor* [4]. Omissis autem in primo quidem duobus sermonibus, id est, *in die illa* ; et in ultimis, *et erit requies ejus honor*, cætera eisdem verbis posuit quibus Septuaginta Interpretes ediderunt. Unde sciendum est quod in omnibus pene Apostolus editionem Septuaginta Interpretum tenet, nisi si qua forte ei quam exsequitur assertioni minus necessaria videntur (26), aut si quando non tam verbis Interpretum, quam sensibus Scripturæ

[95] Rom. xiv, 3. [96] Matth. v, 16. [97] Rom. xv, 8 sq. [98] Gen. xxii, 18. [99] Rom. ii, 28. [1] Coloss. ii, 11. [2] Psal. xvii, 50. [3] Deut. xxxii, 43. [4] Isa. xi, 10.

(15) Ms. unus, *posuerat*. Sed cæteri mss., Rabanus et editi *proposuerat*.

(16) Editi, *Nihil enim de immunditia*, etc.

(17) Mss. plerique, Rabanus et editi, *hic dixit* (al., *dicit*) *quia Christus*, etc. Sed rectius ms. Regius num. 1639 ut in nostro textu. Deinde mss. quidam, *Addit et hoc, ut honor sit Dei*, etc. Sed melius ms. Regius num. 1639 et Rabanus ut in textu. Editi omittunt *autem*, sed habent *quod* pro *ut*.

(18) *Gentes autem pro misericordia honorare*, etc., usque ad, *in eo gentes sperabunt*, desiderantur in antea editis, et restituuntur ex mss., quorum unus habet, *in eum* pro *in eo*.

(19) Editi, *quia in semine tuo benedicentur*, etc.

(20) *Exstiterit : sive alio modo, ut illius circumcisionis Christus minister*. Hæc prætermittuntur in libris antea editis.

(21) Sic ms. Regius num. 1639 et Rabanus. Cæ- D teri vero mss. et editi, *et circumcisione cordis quæ* (al., *qui*) *spiritu*, etc.

(22) Editi, *sed in circumcisione corporis Christi, consepulti ei in baptismum*.

(23) Sic mss. codices nostri ; editi vero, *quibus dicit : gentes autem super misericordia honorare Deum, sicut scriptum est. Propterea*, etc.

(24) Editi, *octavo* ; mss., *septimo*, et recte quidem.

(25) *Ultimum vero exemplum ipse Paulus de Isaia dicit esse assumptum, in cujus corpore ita scriptum est*. In editis hæc prætermissa sunt, quorum loco legitur, *Et rursus Isaias ait : Et erit in die illa*, etc.

(26) Sic ms. Regius num. 1639. Cæteri vero mss. et editi, *nisi quia forte . . . videtur*, editi, *videntur*.

uti vult sua enuntiatione prolatis. Hunc autem sermonem de radice Jesse melius quidem in explanatione ipsius prophetæ Isaiæ visum est disseri. Et in præsenti tamen loco dicetur (27), quoniam Jesse interpretatur in nostra lingua, *est mihi*. In adventu ergo Christi omnis qui credidit ei, convenienter dixit: *Est mihi*. Ille enim, de quo Moyses dixit [5], *qui est misit* **675** *me ad vos*, ipse est mihi, hoc est, in ipsum credo qui est, non qui ex nihilo factus est, ut impiis placet (28), sed qui est, et semper est, et hoc ei nomen est: et ipse est qui surrexit ex radice Jesse, et in ipso gentes sperabunt. Pro qua misericordia, quam ab eo consecuti sunt, ut is qui semper erat nasceretur ex radice Jesse ad salutem gentibus dandam, pro hac, inquam, sibi collata misericordia gentes honorant et magnificant Deum.

9. *Deus autem spei repleat vos omni gaudio et pace in credendo, ut abundetis in spe et virtute Spiritus sancti* [6] Qui superius dixerat quod in Isaia scriptum est: *Et in eo gentes sperabunt* [7] gratanter adjecit, *Deus autem spei;* ut si scriptum fuisset, *in ipso gentes* credent, adjecisset sine dubio, *Deus autem* fidei, ut nunc a sperando gentes Deum spei invocat super eos qui sperant in eum, a quo eis benedictionis munus precatur augeri. Est autem benedictio hujusmodi: Ut repleantur omni gaudio, et omni pace. Similiter autem et Propheta in quodam loco dicit: *Et erit in diebus ejus justitia et multitudo pacis, usquequo auferatur luna* [8]. Sed quia hæc de Christo dicuntur, in illo recte possumus multitudinem pacis advertere, pro eo quod pacificavit per sanguinem crucis suæ non solum quæ in terra sunt, sed etiam quæ in cœlis sunt [9]. In omnibus autem quomodo possit impleri (29) hoc quod precatur Apostolus, ut repleantur omni gaudio et omni pace, difficile mihi videtur exponi, maxime cum etiam ipse Apostolus in his quæ per gratiam Spiritus consecutus est, ex parte se dicat scire, et ex parte prophetare [10]. Sed ego puto in eo posse habere credentes plenitudinem pacis (30), cum reconciliantur Deo Patri per fidem, secundum verbum Pauli dicentis: *Rogamus pro Christo, reconciliamini Deo* [11]; et cum in pacem redeunt (31) cum Filio Dei per sanguinem crucis ejus, et cum sancto Spiritui

A sociantur cum se emendaverint ab omni inquinamento, et effecti fuerint vasa sancta, ut ita demum quis repletus videatur omni pace, si in plenitudine crediderit Trinitatis. Propter hoc denique subjungit Apostolus et dicit: *Repleat vos omni gaudio et pace in credendo, ut abundetis in spe et virtute Spiritus sancti*. Si enim qui credit, virtute sancti Spiritus munitur (32), certum est quod plenitudinem gaudii semper habeat, et plenitudinem pacis.

10. *Certus sum autem, fratres, et ego de vobis, quoniam et ipsi pleni estis bonitate, repleti omni scientia, ita ut possitis et alios monere* [12] (33). Eadem ratione qua supra diximus repleri omni gaudio et omni pace credentes [13], etiam hic plenos esse bonitate et omni scientia eos ad quos fit sermo confirmat. B Similiter autem et Corinthiis scribens dicit: *In omnibus divites facti estis in illo, in omni verbo et in omni scientia* [14]; qui, ut superius diximus, etiam de semetipso pronuntiat quod non omnem scientiam, neque omnem prophetiam habeat, sed ex parte [15]; de quo et in aliis quidem sæpe nos dixisse memini. Et nunc nihilominus dicemus quod Paulus, et si qui sunt tales, ad comparationem cæterorum perfecti dicuntur; ad illam autem summam scientiam, vel ad illam perfectionem quæ in cœlestibus est ordinibus, nullus potest inter homines vel dici vel esse perfectus. Ut si dicamus: In puerilibus studiis, ad comparationem illius qui nuper imbuitur, et prima litterarum suscipit elementa, magister ipse librarius perfectus appellatur; sed non est ita C perfectus, ut est ille qui grammaticam docet. Ipse vero grammaticus quamvis sit perfectus, superior est tamen perfectio rhetoris (34); et his omnibus longe eminentior philosophicæ doctrinæ perfectio. Cumque in his omnibus litteraturæ doctrina (35) sit, diversus tamen gradus perfectionis et magisterii in unoquoque habetur. Ita ergo potest fieri ut et Paulus cum dicit: *Non quod jam assecutus sim, aut perfectus sim* [16], ad illum apicem cœlestis perfectionis aspiciens videatur hæc scribere. Cum vero dicit: *Quicunque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus* [17] (36), ad humanæ tantum perfectionis respicit gradum. Sic ergo et in præsenti loco intelligendi sunt vel pace, vel gaudio, vel etiam bonitate, vel

[5] Exod. III, 14. [6] Rom. XV, 13. [7] ibid. 12; Isa. XI, 10. [8] Psal. LXXI, 7. [9] Colos. I, 20. [10] I Cor. XIII, 9. [11] II Cor. V, 20. [12] Rom. XV, 14. [13] ibid. 13. [14] I Cor. I, 5. [15] I Cor. XIII, 9. [16] Philip. III, 12. [17] ibid. 15.

(27) Ita ms. Regius num. 1639 et Rabanus. Cæteri vero mss. et editi, *visum est disseruisse. In præsenti tamen* (editi, *tantum*) *loco dicitur*, etc. Origenes homil. 3 *in Isaiam*, tom. III, p. 110, de radice Jesse fusius quidem disserit; sed non in hunc Isaiæ contextum, quem videtur Commentariis suis in hunc prophetam explanasse. Sed hæc modo non exstant.

(28) Sic ms. Regius num. 1639 et Rabanus. Editi vero, *qui non ex nihilo, ut impiis placet*, etc. Mss. quidam, *qui est, non ex nihilo factus est, ut impiis placet*, etc.

(29) Ita recte ms. Regius num. 1639 et Rabanus. Cæteri vero mss. et editi, *sed etiam quæ in cœlis sunt in omnibus. Quomodo possit* (al., *Quomodo vero possit*) *impleri*, etc.

D (30) Ms. Regius num. 1639, Rabanus et editi, *plenitudinem pacis*. Mss. duo, *multitudinem pacis*.

(31) Editi, *in pace redeunt*, etc.

(32) Sic mss. plerique et editi. Ms. vero Regius num. 1639, *Si enim credit quis, et virtute Spiritus sancti muniatur*. Rabanus, *Si enim qui credit, ex virtute..., muniatur*.

(33) Editi et Rabanus, *dilectione.... alterutrum monere*. Mss. vero ut in textu.

(34) Sic mss. et editio Veneta Salodiani: Merlinus vero et Genebrardus, *superior est, et tamen perfectior rhetor*.

(35) Editi, *litteratura doctrina*.

(36) Ita mss. Editi vero, *Quicunque ergo perfecti sentiamus*.

etiam scientia (37) repleti sive Romani, sive Corinthii, in quantum possibile est repleri eos qui docentur in Ecclesia, et sub perfectis doctoribus agunt (38). Designat autem et scientiæ ipsius mensuram, cum dicit : *Ita ut possitis et alios monere.* In quo ostendit, quia in eo quod didicit (39) unusquisque, debet etiam alium monere, et hujusmodi cum condiscipulis habere colloquia, quibus se et moneant invicem, **676** et ædificent. Potest enim conferre plurimum eruditionis alterna collatio si cum charitate habeatur (40), et de profundioribus quibusque vel obscurioribus exspectet eruditorum perfectorumque sententiam, secundum quod, et Moyses dicit : *Interroga patres tuos, et annuntiabunt tibi; presbyteros tuos, et dicent tibi*[18].

11. *Audacius autem scripsi vobis ex parte, tanquam commemorans vos per gratiam datam mihi a Deo, ut sim ministrans Christo Jesu in gentibus, sanctificans Evangelium Dei, ut sit oblatio gentium accepta, sanctificata in Spiritu sancto*[19]. Tanquam qui conscius sit sibi in omni textu Epistolæ, dum ad eos interdum qui ex circumcisione sunt, interdum vero ad eos qui ex gentibus crediderunt faceret verbum, quod nonnulla etiam de secretioribus mysteriis et profundioribus contigerit (41), et studio reddendæ rationis plura quæ habebantur in occultis patefecerit, licet in singulis dispensationem verbi cauta moderatione servaverit, et ex aliqua parte indicans, ex multa rursum parte contexerit, idcirco dicit : *Audacius autem scripsi vobis ex parte, tanquam commemorans vos per gratiam quæ data est mihi.* Audis (42) Apostolum dicentem : *Ex parte scripsi?* Unde neque nobis aliquis succenseat, si mysteriorum divinorum rationem explanare ad liquidum non valemus, cum audiat eum qui nobis hæc ipsa tradidit, ex parte tradidisse : neque quisquam sub scientiæ titulo ita inflatus incedat, tanquam universa cognoverit, cum ipse Paulus a quo scientiæ nobis sermo transfusus est, ex parte se dicat scribere, et ex parte cognoscere[20]. Ego tamen arbitror quod quamvis etiam ipse Paulus ex parte se
A scire fateatur, plura tamen et multo plura scierit, quam scripserit. Tanquam enim (43) qui ipse multa sciret, nec tamen auderet multa proferre, audaciam sibi fuisse dicit ut aliqua saltem scripturæ committeret. Quod vero ait, *commemorans vos per gratiam datam mihi*, indicat fuisse quidem sibi jam sermonem de talibus, et disseruisse se sæpe de mysteriis; sed quoniam quæ solo sermone dicta sunt facile (44) intercipere posset oblivio, per hæc, inquit, pauca quæ scripsi per gratiam datam mihi, illorum vobis memoriam revoco, quæ a me latius sæpe disserta sunt. De gratia autem quam sibi datam Paulus commemorat, supra jam diximus. Quam gratiam ob hoc sibi datam dicit, *ut sim*, inquit, *ministrans Christo Jesu in gentibus,*
B *sanctificans Evangelium Dei.* Quod nos habemus, *sanctificans Evangelium Dei*, Græci magnificentius dicunt, ἱερουργοῦντα τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ, quod licet non plene a nobis (45), posset tamen dici *sacrificans Evangelium Dei;* per quod ostenditur sacrificale opus esse annuntiare Evangelium. Idcirco denique subjungit: *Ut fiat oblatio gentium accepta, sanctificata in Spiritu sancto.* Sicut ergo pontifices cum offerebant, necessario eis erat providendum ne macula inesset hostiæ, ne vituperatio, ne vitium (46), ut posset accepta esse Deo et grata[21]; ita et qui Evangelium sacrificat, et verbum Dei annuntiat, curare omnimodis debet, ne qua in prædicando macula, ne quod in docendo vitium, ne qua
C in magisterio culpa nascatur; sed, ut ita dixerim, si fieri potest, semetipsum primo immolet, se primum vitiis jugulet, sua prius peccato membra mortificet, ut non solum doctrina, sed et vitæ exemplo discipulorum salutem oblationem suam (47) acceptam faciat Deo. *Sanctificata*, inquit, *in Spiritu sancto.* Sanctificationis fons Spiritus sanctus est, et ideo oblatio gentium quæ Paulo sacrificante (48) offertur, non per observantiam legis, sed per Spiritum sanctum accepta fieri dicitur Deo.

12. *Habeo igitur gloriam in Christo Jesu ad Deum. Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me*

[18] Deut. XXXII, 7. [19] Rom. XV, 15, 16. [20] ibid. 15; I Cor. XIII, 12. [21] Levit. XXII, 21; Deut. XV, 21.

(37) Sic mss. Editi vero, *vel bonitate, vel scientia*, omisso bis *etiam*.

(38) Editi, *aguntur*.

(39) Omnes mss., *dicit;* Rabanus, *didicit;* editi, *discit*.

(40) Mss. quidam, *si cum hilaritate habeatur*. Deinde ms. Regius num. 1639, *exspectatur eruditorum perfectorumque sententia*. Et paulo post mss. aliquot, *Interroga patrem tuum*, etc. Sed potiores mss. Rabanus et editi ut in nostro textu.

(41) Ms. Regius num. 1639, *contexerit*. Paulo post editi, *patefecerit, licet in singulis dispensatione verbi moderationem servaverit, ex aliqua parte indicans, ex multa rursum parte contegens*, etc. Sed omnes mss. et Rabanus ut in textu; nisi quod quidam perperam habeant cum Rabano, *patefecerit luce*, al. *lucere*.

(42) Sic ms. unus et Rabanus. Cæteri vero mss. nostri et editi, *Audi*.

(43) *Enim*. Restituitur ex ms. Regio num. 1639.
D Paulo infra editi loco *proferre* habent *referre*. Ms. unus, *ferre*. Et post pauca ms. Regius num. 1639, *indicat fecisse quidem se jam sermonem*, etc.

(44) Editi, *de facili*. Mss. et Rabanus, *facile*.

(45) Sic Rabanus et editi. Omnes vero mss. nostri habent tantummodo ἱερουργῶν, *quod licet non plane a nobis*. Deinde mss. duo, *posset;* Rabanus et editi, *possit;* ms. Regius num. 1639, *potest*. Et paulo post mss. et Rabanus, alii, *sacrificale opus;* alii, *pontificale opus*. Editi, *sanctificale opus*.

(46) Editi et mss. quidam, *ne vituperationis vitium*. Male. Deinde editi, *ut possit*, etc. Sed ms. Regius num. 1639 et Rabanus recte ut in nostro textu. Et paulo post editi, *sanctificat :* at omnes mss. et Rabanus, *sacrificat*.

(47) Sic mss. plerique et editi. Ms. vero Regius num. 1639, *discipulorum salute oblationem suam*, etc. Rabanus, *discipulorum salutem oblatione sua*, etc.

(48) Editi *sanctificante*. Mss. omnes et Rabanus, *sacrificante*.

non efficit Christus in obedientiam gentium, verbo et A *factis, per potestatem signorum et prodigiorum* (49) *in virtute Spiritus Dei; ita ut ab Jerusalem in circuitu usque ad Illyricum repleverim Evangelium Christi. Sic autem hoc prædicavi Evangelium non ubi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum ædificarem : sed sicut scriptum est : Quibus non est annuntiatum de eo, videbunt, et qui non audierunt, intelligent* [22]. Vera quidem gloriatio ad Deum non est, nisi illa quæ est in Christo Jesu. Sine Christo autem gloriari in Deo tale est, quale si quis **677** dicat posse se habere gloriam apud Deum sine justitia, sine sapientia, sine veritate. Hæc enim omnia Christus est; et ideo in solo Christo vera gloriatio est ad Deum. Simile est hoc illi quod in B aliis ipse dicit : *Qui autem gloriatur, in Domino glorietur* [23]. Quomodo autem culpabilis sit gloriatio omnis quæ extra Christum est, verbi causa, in divitiis, vel honoribus sæculi (50), vel sapientia mundi, vel cæteris artibus quæ extra Christum sunt, supra jam latius disseruimus (51). Sciendum sane est quod hic Latini *gloriam* (52) pro gloriatione posuerunt. *Non enim*, inquit, *audeo aliquid loqui eorum quæ per me non efficit Christus in obedientiam gentium, verbo et factis, per potestatem signorum et prodigiorum in virtute Spiritus Dei.* Quæ loquor, inquit, non sunt alieni operis verba, nec alienorum gestorum laudator efficior; sed quæ scio Christum per me effecisse, hæc vobis scribo, quæ per obedientiam gentium verbo in me et opere explevit, verbo prædicationis, opere signorum et prodigiorum. Quæ autem sit differentia inter signa et prodigia, et in aliis jam latius diximus (53), et in præsenti loco compendiosius explicabimus. Signa appellantur, in quibus cum sit aliquid mirabile, indicatur quoque aliquid futurum; prodigia vero, in quibus tantummodo mirabile aliquid ostenditur. Signa vero (54) et prodigia quasi quæ utrumque contineant dixit. Scriptura tamen divina interdum tenet istas proprietates, interdum autem abusive et prodigia pro signis, et signa pro prodigiis ponit. Paulus ergo per potestatem signorum et prodigiorum, quæ tamen signa et prodigia in virtute Spiritus sancti faciebat, ab Jerusalem usque ad Illyricum replevit Evangelium Christi. Moysi et Aaron dederat Deus potestatem signorum et prodigiorum, sicut scriptum est [24] : *Posuit in eis verba signorum et prodigiorum in terra Cham*, ut filios Israel castigata Ægypto liberarent : sed illi vix rarumque potuerunt (55) ex Ægyptiorum gente convertere. Paulus, accepta potestate signorum et prodigiorum non unam gentem, neque duos aut tres populos (56), sed omnes ab Jerusalem usque ad Illyricum nationes ac populos prædicatione verbi et operum virtutumque potentia ad Christi sacramenta convertit (57). Sic autem prædicavit hoc Evangelium, ut non alienis laboribus, neque alienæ prædicationi additamentum suis sermonibus insereret, ne ab alio positis fidei fundamentis ipse ædificium propriæ prædicationis imponeret, et alieni operis subripere gloriam videretur. Observanda hæc sunt Ecclesiarum rectoribus (58), et diligenti intentione servanda, ut neque loqui aliquid videantur eorum quæ per ipsos non effecerit Christus, neque alienos labores et studia decolorent. Loquitur autem quis ea quæ per se non efficit Christus hoc modo; si loquatur de continentia et doceat, cum ipse continens non sit; vel si loquatur de sobrietate, vel de justitia, vel de largiendis opibus, et contemnendis facultatibus pro regno Dei, et in ipso qui hæc docet, nihil horum effecerit (59) Christus. Et ideo formam sui Apostolus ponit, et dicit ea se loqui, et ea cæteris prædicare, quæ per ipsum Christus prius impleverit. C *Sed sicut scriptum est*, inquit, *Quibus non est annuntiatum de eo, videbunt, et qui non audierunt, intelligent.* Observavit ergo diligenter Apostolus, ut secundum propheticum eloquium illis nuntiaret Christum, quibus a nullo fuerat nuntiatus, et ut illi de eo intelligerent, qui a nullo ante didicissent. Et ista, ut opinor, causa fuit, quæ eum frequenter proponentem Romam pergere prohibebat, sicut dicit : *Propter quod impediebar plurimum venire ad vos* (60); non, ut in aliis dicit [25], impeditus a Satana, sed fundandi Ecclesias occupatione detentus, et in his locis fundandi, ubi nullum fidei præcesserat fundamentum. Exemplum autem de Isaia sumptum est [26], et iisdem ex integro verbis quibus apud prophetam legitur, positum.

[22] Rom. xv, 17 seq. [23] I Cor. i, 31. [24] Psal. civ, 27. [25] I Thess. ii, 18. [26] Isa. lii, 15.

(49) *In obedientiam gentium verbo et factis per potestatem signorum et prodigiorum*, etc., usque ad, *et qui non audierunt, intelligent*, nusquam reperiuntur in editis, sed restituuntur ex mss.

(50) Editi, *et honoribus hujus sæculi.*

(51) Vide supra, lib. iv, num. 9.

(52) Editi, *gloria.*

(53) Vide tom. xiii, in Joan., num. 60.

(54) Rabanus, *signa ergo*, etc. Paulo post mss. quidam, *Paulus autem per potestatem*, etc.

(55) Editi, *sed illi vix rarumque aliquem potuerunt*, etc. Ms. Regius num. 1639, *sed illi vix rarum quemque potuerunt*, etc. Cæteri mss. et Rabanus ut in textu.

(56) Editi, *aut duos aut tres populos.*

(57) Editi post hæc verba, *sacramenta convertit*, addunt : *Sic autem prædicavi Evangelium hoc non* D *ubi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum ædificarem, sicut scriptum est;* sed hic Apostoli contextus in mss. nostris codicibus non reperitur.

(58) Sic omnes mss. et Rabanus. Editi vero, *Ecclesiarum principibus et rectoribus*, etc.

(59) Editi, *et ipse qui docet hæc, nihil horum effecerit.* Deinde ms. unus, *et ideo formam sui apostolatus ponit*, etc. Sed cæteri mss., Rabanus et editi ut in textu.

(60) Editi post hæc verba, *Propter quod impediebar plurimum venire ad vos*, addunt, *et prohibitus sum usque adhuc.* Sed hæc posteriora Apostoli verba neque in mss. nostris, neque apud Rabanum comparent, et desunt etiam in plerisque Scripturæ exemplaribus Græcis.

13. *Nunc vero ulterius locum non habens in his regionibus, desiderium autem habens venire ad vos jam ex multis præcedentibus annis, cum in Hispaniam proficiscar, spero quod prætergrediens videam vos, et a vobis deducar illuc, cum primo ex parte fruitus fuero vobis* [27]. Videtur hæc in Achaia positus dicere apud Corinthum, sicut et in primis Epistolæ partibus jam pro viribus demonstravimus (61) : quæ utique Achaia vicina et cohærens est Macedoniæ. In quibus locis degens, cum singula quæque peragrasset Evangelium prædicans in his duntaxat finibus in quibus Christus ante non fuerat prædicatus (62), et agnitione Dei replesset universa, dicit ulterius se locum non habere in his regionibus, hoc est, locum nullum **678** sibi superesse Christi prædicationis vacuum, et tempus jam adesse designat quo desiderium suum videndi eos qui Romæ sunt debeat adimplere : quod conceptum ex multis annis gerebat, dilatum autem fuerat et dissimulatum, donec omnem locum in quo Christus non fuerat prædicatus, agnitione Evangelii ejus repleret. Quod autem dixit, *Cum in Hispaniam proficiscar, spero quod prætergrediens videam vos*, non ita accipiendum est quasi tam parvo amore Paulus erga Romanos teneretur, ut eos in transitu tantummodo et aliorsum pergens judicaret visendos. Vide enim in subsequentibus quid adjungit. *Cum primo*, inquit, *ex parte fruitus fuero vobis*. In quo utique in ipsorum videtur ponere potestate, quando ab eis iter propositum debeat relaxari : et per hoc quodam modo amorem ipsorum erga se invitat et nutrit, ut si ipsi insatiabiliter erga affectum teneantur Apostoli, sciant (63) etiam ipsum id habere propositi non prius ab eis discedere, neque alio proficisci (64), quam charitatis ipsorum gratia perfruatur. Quam tamen charitatem tantam præsentit futuram, cui nec possit ex integro satisfieri, sed *ex parte*, inquit. Præmonet (65) enim quod in omnibus evangelizandi necessitas præferenda sit. Bene autem his quos nondum secundum carnem viderat, et ad quos nondum in corpore advenerat (66), præsentiam sui et remorationem moderatius pollicetur. Desiderabilius enim suscipimus bona quæ cito metuimus auferenda : securius vero negligimus quod retenturos (67) nos diutius credimus. Intantum autem erga se Romanorum nutrit affectum, et remorationem suam in ipsorum arbitrio collocat, ut dicat se ab ipsis deducendum ad Hispaniam, et tunc deducendum, cum ipsis prius in amore satisfecerit : in quo utique si propensiores exstiterint, demorandi diutius causas ipsi Apostolo dabunt.

14. *Nunc vero proficiscar in Jerusalem ministrare sanctis. Placuit enim Macedoniæ et Achaiæ* (68) *collationem aliquam facere in pauperes sanctorum qui sunt in Jerusalem. Complacuit enim, et debitores sunt eorum* (69) *: quoniam si spiritualium eorum participes factæ sunt gentes, debent et in carnalibus ministrare eis. Hoc ergo cum consummavero, et assignavero eis fructum hunc, proficiscar per vos in Hispaniam. Scio enim quoniam veniens ad vos, in abundantia benedictionis Christi veniam* [28]. Quoniam placuerit Macedoniæ et Achaiæ collationem aliquam facere in pauperes sanctorum qui sunt in Jerusalem, possumus et de secunda Epistola ad Corinthios plenius discere, in qua hoc modo scribit (70) : *Notam autem facio vobis, fratres, gratiam Dei quæ data est mihi in Ecclesiis Macedoniæ, quia in multa probatione tribulationis abundantia gaudii eorum, et profunda paupertas eorum abundavit ad divitias simplicitatis eorum : quoniam secundum virtutem (testimonium perhibeo eis) et supra virtutem sua sponte, multis precibus* (71) *obsecrantes nos gratiam et communionem quæ fit in sanctos* [29], et reliqua. Et sicut in his testimonium reddit Macedonibus, ita rursum cohortatur et Corinthios, dicens : *Sed sicut in omnibus abundatis fide, et verbo, et scientia, et nostra in vos charitate, ita et in hac gratia abundetis* [30], et reliqua. Sed et in aliis collaudans Corinthios quia erga communionem pauperum qui sunt in Jerusalem prompti fuerint, dicit : *Et consilium in hoc do : hoc enim vobis expedit, qui non solum facere, sed et velle cœpistis ab anno priore : nunc autem et facto perficite* [31]. Sed et in reliquis de hac eadem sanctorum (72) communione prosequitur, et post aliquanta addit : *De ministerio autem quod sit in sanctos, superfluum est vobis scribere. Scio enim promptam voluntatem vestram, pro qua gratulor de vobis Macedonibus, quia Achaia parata est ab anno priore, et vestra æmulatio provocavit multos* [32].

[27] Rom. xv, 23, 24. [28] Rom. xv, 25, sq. [29] II Cor. ii, sq. [30] ibid. 7. [31] ibid. 10. [32] II Cor. ix, 1, 2.

(61) Vide Præfat. in hanc Epist.

(62) Ms. Regius num. 1639, *in quibus Christi ante non fuerat prædicatio*. Sed cæteri mss. Rabanus et editi ut in textu.

(63) Ms. Regius num. 1639, *ut sint ipsi insatiabiles erga affectum Apostoli, sciant*, etc. Sed cæteri mss., Rabanus, et editi ut in textu.

(64) Ita editi et plerique mss. Ms. vero Regius num. 1639, *neque alias* (Rabanus, *neque ad alios*) *proficisci*.

(65) Sic editi, et Rabanus. Mss. vero nostri alii, *Præmunit;* alii, *Proponit*.

(66) Editi, *in carne advenerat*.

(67) Editi, *securius vero et negligentius quod retenturos*, etc. Mss. duo, *retentaturos*, pro *retenturos*. Et paulo post editi, *ut morationem suam... collocet*. Male.

(68) Editi, *Probaverunt enim Macedonia et Achaia*, etc.

(69) Hæc verba, *Complacuit enim, et debitores sunt eorum*, etc., usque ad, *possumus et de secunda Epistola ad Corinthios*, etc., desiderantur in editis, sed restituuntur ex mss.

(70) Sic omnes mss. et Rabanus. Editio autem Veneta, *in qua hæc ibi scribit*. Cæteri editi, *in qua hæc scribit*.

(71) Ita mss. plerique, Rabanus et editi. Ms. vero Regius num. 1639, *et supra virtutem suam spontanei fuerunt, multis precibus*, etc., quod rectius videtur; sed nihil immuto.

(72) *Sanctorum*. Deest in libris antea editis.

Quod autem post hujusmodi Macedoniæ et Achaiæ ministerium (73), quod fit in sanctos qui sunt in Jerusalem, proposuisset Apostolus etiam Romam videre, indicatur in Actibus apostolorum hoc modo: *Cum autem expleta essent hæc, posuit Paulus* (74) *in Spiritu sancto, ut cum perambulasset Macedoniam et Achaiam, proficisceretur Jerosolymam, dicens : Quia postquam fuero ibi, necesse est me et Romam videre* [33]. Ex his autem omnibus verbis colligitur, quia non solum prima ad Corinthios, sed et secunda ante scripta est, quam hæc ad Romanos quam habemus in manibus; simulque illud advertitur, quod quanto posterior Paulus in unaquaque invenitur Epistola, tanto et perfectior : ut verus sit ille ejus sermo quem dixit, quia *præterita obliviscens, ad futura me extendo, ad perfectum sequens palmam supernæ vocationis* [34]. Quod autem dicit, *Placuit Macedoniæ et Achaiæ* (75) *collationem ali-*
679 *quam facere in pauperes sanctorum*, subtiliter et verecunde dum Corinthios laudat, hortatur Romanos. Facilius enim devotæ mentes ad benefaciendum exemplis, quam sermonibus invitantur. Sed et in eo quod addit : *Placuit enim, et debitores sunt eorum*, quid aliud sentire vult Romanos, nisi ut si Achivi (76) et Macedones debitores sunt pauperibus sanctorum qui sunt in Jerusalem, eadem ratione qua unam eamdemque, quam illi, fidem (77) Christi etiam Romani tenent, advertant et semetipsos his eisdem factos esse debitores ? Neque enim soli Macedones et Achivi in spiritalibus participes sunt facti sanctis qui sunt in Jerusalem, ut et in carnalibus eis debeant ministrare; sed et Romani; et ideo pari conditione debitores sunt : sed de illis tantum pronuntiat, ut et isti se noverint simili sententiæ subjacere (78). Hæc quidem secundum communem litteræ dicta sint intellectum. Verum magnificentiam solitam requiramus in litteris Pauli. Non enim puto quod ita senserit, ut intra solam Jerusalem, unam duntaxat Palæstinæ urbem, pauperes sanctorum concluserit (79), quos et spirituales

A appellavit; reliquos vero qui in omni terra sunt, gentes dixerit, qui habitantibus Jerusalem tanquam solis spiritualibus ministrare in carnalibus debeant : cum utique liceat et extra Jerusalem spirituales inveniri, quos non locus, sed conversatio sancta, et fidei ac scientiæ perfectio fecerit spirituales, sicut et ipse Paulus scribens dicit (80) : *Fratres, et si præoccupatus fuerit quis in aliquo delicto, vos qui spiritales estis, instruite hujusmodi in spiritu mansuetudinis* [35]. Quid ergo est quod in his sentire nos convenit? Quod omnis qui spiritalis est, id est qui spiritu Deo servit, et qui non secundum carnem vivit, sed secundum spiritum, iste in Jerusalem, hoc est, in loco pacis habitat, et in pacis visione consistit : et iste est pauper sanctorum, ex illis sci-
B licet beatis pauperibus ad quos dicitur : *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum* [36]. Ita est ergo beata paupertas quæ dicit : *Aurum et argentum non habeo; sed quod habeo, hoc tibi do* (81). *In nomine Jesu Christi Nazareni surge et ambula* [37]. Iste talis pauper in Jerusalem semper habitat, divitias possidens spirituales. Aurum ejus sapientia est (82), argentum sermo scientiæ : indumenta ejus Christus est, dapes ejus et deliciæ mensa est sapientiæ, et cibus affluens in verbo Dei : vinum lætitiæ bibit, quod in cratere suo miscuit Sapientia [38], et de intelligentiæ ejus victimis edit (83) cibos solidos, et Verbum carnem factum. Istæ sunt spiritales divitiæ (84), quibus gentes in carne adhuc positæ com-
C municare festinant. Videtur ergo mihi his quos nominat gentes, imperfectiores quasque animas indicare, quæ perfectorum magisterio indigeant : et si forte dignæ habitæ fuerint ut participes eis fiant (85) in intellectu et scientia spiritali, ipsæ debeant in carnalibus ministrare eis : hoc est, cum spiritus eorum imbui cœperit ad scientiam celsiorem (86), debet etiam caro continentiæ et castitatis frena suscipiens spiritalibus ministrare præceptis; ne forte si adhuc in carnalibus lasciviat, sessorem suum Dei Verbum incauta et effrenata dejiciat. Sed et ipsa

[33] Act xix, 21. [34] Philip. iii, 13, 14. [35] Galat. vi, 1. [36] Matth., v, 3. [37] Act. iii, 6. [38] Prov. ix, 2, 5.

(73) Editi, *post hujus et Achaiæ ministerium*, etc.

(74) Editi, *Cum autem expleta esset hæc, proposuit Paulus*, etc.

(75) *Et Achajæ*. Hæc duo verba desiderantur in editis, et in plerisque mss.; sed restituuntur ex ms. Regio num. 1639 et Rabano.

(76) Sic omnes mss. nostri. Editi vero, *nisi Achaii*. Rabanus, *nisi ut si Achaici*, etc.

(77) Ita legendum videtur. Sed ms. codex Vallis-Claræ, et unus Regius num. 1640, *eadem ratione qua unamquamque illi fidem*, etc., ut in textu. Editi, *eadem ratione qua unam fidem*, etc. Ms. Regius num. 1641, *eadem ratione qua unam quam fidem*, etc. Rabanus habet, *eadem ratione etiam Romani, qui fidem Christi tenent, advertant et semetipsos*, etc. Ms. Regius, num. 1639, *eadem ratione qua unam eamdemque fidem Christi quam Romani teneant, advertant et semetipsos*, etc.

(78) Editi, *ubi* (al., *uti*) *et isti se norunt sententia subjacere;* omisso *simili*, quæ vox deest etiam in plerisque mss. et apud Rabanum; sed restituitur ex

D mss. duobus.

(79) Sic recte ms. codex Regius num. 1639. Cæteri vero mss. *collegerit :* editi, *collocet*.

(80) Ms. Regius num. 1639, *scribens Corinthiis dicit*. Et paulo post, *Id ergo est quod in his sentire nos convenit*.

(81) Editi, *hoc dabo tibi*.

(82) Editi, *Aurum enim* (ms. unus, *aurum ei*) *sapientiæ est*, etc. Deinde omnes mss. et editi, *dapes ejus et divitiæ :* sed tamen legendum videtur *deliciæ* pro *divitiæ*.

(83) Editi, *et de intelligentiis ejus victimis edit*, etc.

(84) Ita editi et ms. Regius num. 1639. Cæteri vero mss., *deliciæ*. Deinde editi, *Videtur ergo mihi hic... indicare imperfectiones quasque animas in carne, quæ*, etc. Editio Veneta omittit *indicare*. Sic etiam mss. plerique, nisi quod habeant *esse* pro *indicare*, et *indigent*, pro *indigeant*. Sed rectius ms. Regius num. 1639 ut in nostro textu.

(85) Editi, *ut participes ejus fiant*, etc.

(86) Ms. Regius num. 1639, *a scientia celsiore*.

differentia sermonum qua erga utramque partem usus est (87) Paulus, non mihi videtur otiosa. In spiritalibus enim communionem vel participationem posuit; in carnalibus vero ministerium; et hoc debitum esse, illud vero communicari dicit: ut ostendat quia perfectiora quæque tanquam cœlestia terrenis non tam debentur, quam commodantur; terrena vero et carnalia (88) tanquam pro debito exiguntur. Debitores enim effecti sumus secundum illum qui primitus acceptum immortalitatis et incorruptibilitatis censum in paradiso perdidit persuasione serpentis; et ideo debitores efficimur omnes quotquot in similitudinem Adæ sorte prævaricationis astringimur. Idcirco ergo et præcepta donantur, ut debita persolvamus. Denique et in Evangelio Salvator ita dicit: *Cum autem feceritis omnia quæ præcepi vobis* (89), *dicite quia servi inutiles sumus; quod debuimus facere, fecimus* [39]. Ea vero quæ supra debitum facimus, non facimus ex præceptis. Verbi causa, virginitas non ex debito solvitur: neque enim per præceptum expetitur, sed supra debitum offertur. Audi denique Paulum **680** dicentem: *De virginibus autem præceptum Domini non habeo* [40]. Sic ergo de spiritalibus et perfectioribus communionem (90), dixit: de inferioribus vero et carnalibus debitum ministerium nominavit. Ego autem per hujusmodi ministerium etiam illud advertendum puto quod est in Psalmis: *Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos flammam ignis* [41], ut scilicet angelos bonos, spiritus appellaverit tanquam spiritales, eos vero qui præsunt ministeriis pœnarum, et flammas peccatoribus parant, ministros flammæ ardentis nominaverit (91). Hæc quamvis per excessum quemdam dicta esse videantur, tamen quia locus admonuit, non omisimus. Post hæc dicit: *Hoc ergo cum consummavero et assignavero eis fructum hunc, proficiscar per vos in Hispaniam. Scio enim quoniam veniens ad vos, in abundantia benedictionis Christi veniam.* Vide cum (92) quanta cautela consignaturum se fructum offerentium repromittit. Quo putas signaculo fructum sancti operis consignat Apostolus? Illo puto quo imago Dei exprimitur, hoc est, ut in complendo opere nulla sit alienæ cogitationis admistio, non laus ab hominibus quæratur, sed ut in simplicitate cordis qui tribuit tribuat, et *non ex tristitia: hilarem enim datorem diligit* A *Deus* [42]. Et cætera his similia qui observat in opere Dei, opus suum signaculo divinæ imaginis signat. *Cum ergo*, inquit, *hoc consummavero*, tunc *per vos ad Hispaniam proficiscar.* Promittit sane grande munus Romanis, et dicit: *Scio enim quoniam veniens ad vos, in abundantia benedictionis Christi veniam:* quod non nisi per Spiritum sanctum et prophetiæ gratiam pollicetur. Supra hominem namque est hæc scire de futuris, quod non solum in benedictione Christi, verum etiam et in abundantia benedictionis venturus sit ad eos. In quo et venientis gratia, et suscipientium pariter merita designantur.

15. *Deprecor igitur vos, fratres, per Dominum nostrum Jesum Christum, et per charitatem Spiritus* B (93), *ut adjuvetis me in orationibus ad Deum, ut liberer ab incredulis qui sunt in Judæa, et ministerium hoc meum acceptum fiat sanctis in Jerosolyma, ut veniens ad vos in gaudio cum voluntate Dei, requiescam vobiscum* [43]. Licet in superioribus dixerit, *Scio enim quoniam veniens ad vos, in abundantia benedictionis Christi veniam* [44], nihilominus tamen sciebat etiam in his quæ manifeste futura cognoverat, orationem esse necessariam: quæ utique si, verbi causa, non fuisset adhibita, sequeretur sine dubio non impleri quod fuerat prophetatum. Quis ergo est qui hæc legens, quod Paulus deprecetur eos qui Romæ sunt fratres orare pro se, contemnat vel despiciat orationes Ecclesiæ postulare, etiamsi C inferiores meritis esse videantur hi a quibus oratio postulatur? Ecce enim Paulus apostolicis præditus meritis non solum Romanos orare pro se, sed et Corinthios adhortatur. Vide autem et quam validis eos astringit religiosisque sacramentis. *Per Dominum*, inquit, *nostrum Jesum Christum, et per charitatem Spiritus deprecor vos ut adjuvetis me in orationibus ad Deum* (94). Quod nostri posuerunt, *adjuvetis me in orationibus*, magnificentius legitur apud Græcos, συναγωνίσασθαι (95): in quo hoc est quod indicatur, *ut adjuvetis me in agone orationum ad Deum*, ostendens quasi agonem habeat ipse et certamen orationis, adversantibus sibi sine dubio illis de quibus dicebat: *Non enim nobis certamen est adversus carnem et sanguinem, sed adversus prin-* D *cipatus et potestates, adversus mundi hujus rectores tenebrarum, adversus spiritalia nequitiæ in cœlesti-*

[39] Luc. XVII, 10. [40] I Cor. VII, 25. [41] Psal. CIII, 4; Hebr. I, 7. [42] II Cor. IX, 7. [43] Rom. XV, 30 sq. [44] Rom. XV, 29.

(87) Ms. Regius num. 1639, *erga utrumque usus est*, etc.

(88) Editi, *terrena vero et temporalia, sive carnalia.* Sed omnes mss. ut in nostro textu.

(89) Mss. plures, *quæ præcipio vobis.*

(90) Editi. *commune.* Paulo post ms. Regius num. 1639, *Ergo per hujusmodi ministerium*, etc.

(91) Editi, *nominavit*, male.

(92) Sic Rabanus. Mss. vero et editi omittunt *cum.* Paulo post Rabanus, *nulla sit alienæ conversationis admistio.*

(93) Sic mss. nostri textum Apostoli exhibent. Editi vero hunc tantummodo prosequuntur usque ad, *et per charitatem Spiritus*, et ipsis Vulgatæ verbis utuntur, quemadmodum et Rabanus.

(94) Editi, *Per Dominum nostrum, et per charitatem Spiritus, ut adjuvetis me in orationibus ad Dominum.* Sed mss. et Rabanus ut in textu; nisi quod quidam omittant, *inquit*, et plerique omittant etiam *deprecor vos*, quæ verba restituuntur ex ms. Regio num. 1639.

(95) Mss. nostri, Rabanus et Genebrardus habent tantummodo συναγωνίσασθαι, licet corrupte. Sed editio Veneta Salodiani et Merlinus, ejus sequax, omisso hocce verbo, habent, ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑπὲρ ἐμοῦ. Deinde editi et mss. quidam *quando hoc est quod indicatur.*

bus [45]. Et certum est quod isti omnes sicut adversantur fidei et resistunt pietati, sicut contrarii sunt justitiæ, et veritati, et omnibus bonis, ita sine dubio resistunt et adversantur orationi. Et ideo ostendit Paulus esse non minimum etiam (96) in oratione certamen, si quidem in hoc certamine etiam auxilium eorum qui Romæ sunt crediderit implorandum. Obsistunt enim vere dæmones et contrariæ potestates in oratione primo per illud, ne talis inveniatur is qui in orationis agone desudat, ut levet *puras manus sine ira* [46]. Quod etsi hoc quis obtinere potuerit (97) ut sine ira sit, vix est ut effugiat esse sine disceptatione, hoc est sine superfluis et vanis cogitationibus. Vix enim invenies ut oranti cuiquam non aliquid inanis et alienæ cogitationis occurrat, et intentionem qua in Deum mens dirigitur, declinet ac frangat, atque eam per ea quæ non competit rapiat (98). Et ideo agon magnus **681** est orationis, ut obsistentibus inimicis, et orationis sensum in diversa rapientibus, fixa ad Deum semper mens stabili intentione contendat, ut merito possit etiam ipse dicere (99) : *Certamen bonum certavi, cursum consummavi* [47]. Nunc ergo orat Apostolus adjuvari se in agone orationum, ut liberetur ab incredulis qui sunt in Judæa, a quibus non tam pati timet, neque perferre ea quæ ad apostolatus ejus gloriam pertinent, quam impediri veretur ne diutius obstaculis eorum retentus, vel minus gratum exhibeat sanctis ministerium, quod et ipsum orationibus indiget ut fiat acceptum (1) : vel ne desiderium ejus quod erga Romanos habet visendos, diutius differatur. Si, inquit, hoc ita cesserit ut et ministerium meum acceptum fiat sanctis in Jerosolyma (2), et liberatus ab incredulis qui sunt in Judæa, venire ad vos non impediar, pro bene gestis rebus gaudens profecto ad vos veniam cum voluntate Dei, et requiescam vobiscum. Non corporalem utique requiem quærit Paulus, sed illam quæ consolationem habet ex Deo, sicut et ipse in primis Epistolæ hujus partibus dixit [48] : *Consolari in* (3) *vobis per eam quæ invicem est fidem vestram atque meam.*

16. *Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. Amen* [49]. Ingenti benedictione muneratur Romanos, ut Deus pacis sit cum eis, id est, ut *pax Dei, quæ exsuperat omnem mentem, custodiat corda* eorum *in Christo Jesu* (4) qui pax est nostra [50].

17. *Commendo autem vobis Phœben sororem nostram, quæ est in ministerio Ecclesiæ quæ est in Cenchris,* [51] *ut eam suscipiatis in Domino digne sanctis, et assistatis ei in quibuscunque indiguerit vestri. Nam ipsa quoque astitit multis et mihi ipsi* (5). Et hic locus apostolica auctoritate docet etiam feminas in ministerio Ecclesiæ constitui. In quo officio positam Phœben apud Ecclesiam quæ est in Cenchris, Paulus cum laude magna et commendatione prosequitur, enumerans etiam gesta ipsius præclara, et dicens : Quia in tantum omnibus astitit, hoc est, in necessitatibus præsto fuit, ut etiam mihi ipsi in necessitatibus meis apostolicisque laboribus tota devotione mentis astiterit. Simile autem opus ejus dixerim (6) hospitalitati Lot, qui dum semper hospites suscepit, meruit aliquando et angelos hospitio suscipere [52]. Similiter et Abraham, dum semper occurrit hospitibus, meruit ut et Dominus cum angelis diverteret ad tabernaculum ejus [53]. Ita et hæc religiosa Phœbe dum astat omnibus et omnibus obsequitur, assistere et obsequi etiam Apostolo meruit. Et ideo locus hic duo pariter docet, et haberi, ut diximus, feminas ministras in Ecclesia, et tales debere assumi in ministerium, quæ astiterint multis, et per bona officia usque ad apostolicam laudem meruerint pervenire. Hortatur etiam illud, ut qui bonis operibus in Ecclesiis dant operam, vicem recipiant a fratribus et honorem, ut in quibuscunque necessarium fuerit sive carnalibus officiis, honorifice habeantur.

18. *Salutate Priscam et Aquilam, adjutores meos in Christo Jesu* (*qui pro anima mea suas cervices posuerunt : quibus non solum ego gratias ago, sed et universæ Ecclesiæ gentium*) [54], *et domesticam eorum Ecclesiam* (7). Videntur mihi ipsi esse, de quibus in Actibus apostolorum ita scriptum est : *Post hæc autem discedens Paulus ab Athenis, venit Corinthum; et invento ibi quodam Judæo nomine Aquila, Pontico genere, qui nuper venerat de Italia* (8), *et Priscilla, uxore ejus, propter quod præceperat Claudius discedere Judæos omnes a Roma, accessit ad eos; et quia*

[45] Ephes. vi, 12. [46] I Tim. ii, 8. [47] II Tim. iv, 7. [48] Rom. i, 12. [49] Rom. xv, 33. [50] Philip. iv, 7. [51] Rom. xvi, 1, 2. [52] Gen. xix. [53] Gen. xviii. [54] Rom. xvi, 3, 4, 5.

(96) *Etiam.* Deest in antea editis.

(97) Editi, *Quod et si quis obtinere potuerit ut*, etc.

(98) Editi, *neque eam per quæ* (al., *per quam*) *non competit rapiat.* Deinde ms. Regius num. 1639, *Et ideo quia agon magnus est orationis, obsistentibus*, etc., omisso *ut.* Sed cæteri mss., Rabanus et editi ut in textu.

(99) Ms. Regius num. 1639, *etiam ipsa dicere*, etc.

(1) Ita mss. nostri. Editi vero, *quod et ipsis orationibus indigentium fiat acceptum.*

(2) *Et.* Omittitur in editis, qui postea habent *in Jerosolymis.*

(3) *In.* Desideratur in editis, et paulo post *Amen* omittitur in omnibus mss. nostris, sed exstat in editis et apud Rabanum.

(4) *In Christo Jesu.* Hæc prætermittuntur in editis, qui postea legunt *pax vestra.*

(5) *Ut eam suscipiatis in Domino digne sanctis, et assistatis ei in quibuscunque indiguerit vestri. Nam ipsa quoque adstitit multis, et mihi ipsi.* Hæc desiderantur in antea editis, et restituuntur ex mss. et Rabano.

(6) Mss. plerique, Rabanus et editi, *dixit;* sed rectius ms. Regius num. 1639, *dixerim.*

(7) Ms. Regius num. 1639 et Rabanus, *et domestica eorum Ecclesia.* Sed cæteri mss. et editi ut in textu; et ita legendum esse demonstrat conclusio hujus articuli.

(8) Ms. Regius num. 1639, *et invenit ibi quemdam Judæum nomine Aquilam, Ponticum genere, qui nuper venerat ab Italia; et Priscilla, uxor ejus*, etc.

erant consimilis artificii, mansit apud eos, et operabantur simul. Erant enim artifices tabernaculorum [55], hoc est, sutores. Nec mirum si Priscam Paulus in Epistola scribit, quæ in Actibus Priscilla scripta est, cæteris concordantibus. Potest autem fieri ut quia (9) illo tempore, pulsis ex urbe Judæis per præceptum Cæsaris, Corinthum venerant, rursus edicti cessante sævitia, Romam regressi (10) salutentur a Paulo. Quos tamen apparet Judæorum insidiis Paulo periclitante semetipsos objecisse, ut ille liber abscederet : hoc autem et Jason quidam fecisse in Actibus apostolorum refertur [56] : et hanc eorum laudem Apostolus non silet, sed omnibus eam Ecclesiis admirandam tradit, et ideo dicit : *Quibus non solus ego gratias ago, sed et universæ Ecclesiæ gentium.* Unde apparet eos officiosos et hospitales exstitisse erga omnes fratres fideles, non solum qui ex Judæis, sed etiam qui ex gentibus credidissent. Magna enim gratia in hospitalitatis officio non solum apud Deum, sed et apud homines invenitur. Quæ tamen res quoniam non solum in voluntate et proposito **682** dominorum, sed et grato ac fideli constitit (11) ministerio famulorum, idcirco omnes qui ministerium istud cum ipsis fideliter adimplebant, *domesticam eorum* nominavit *Ecclesiam.*

19. *Salutate Ephenetum dilectum meum, qui est initium Asiæ in Christo* [57]. Hic Ephenetus videtur mihi omnium primus ex Asia credidisse; unde et *initium* eum Ecclesiæ appellavit, vel, ut in Græco habeatur, *primitias Asiæ :* nisi aliquid profundius (12) sermo iste significet, ut intelligamus angelos Dei, qui Ecclesiis præsunt, offerre singulos quosque primitias Deo ex his qui credunt; primitiæ autem apud illos judicentur non in his qui tempore primi sunt, sed qui virtutibus et meritis præcellunt. Quorum sciens per Spiritum Paulus electionem erga Ephenetum, et quod (13) ipsum ex omni fidelium numero, qui erant in Asia, electio invenerit angelorum, appellavit eum *primitias Asiæ.* Sed et in alia Epistola [58] dicit de quibusdam, *Quia sint primitiæ Achaiæ ;* eamdem sine dubio sacramenti rationem etiam in illis aspiciens.

20. *Salutate Mariam, quæ multum laboravit in vobis* [59] (14). Docet et in hoc debere etiam feminas A laborare pro Ecclesiis Dei. Nam et laborant cum docent adolescentulas sobrias esse, diligere viros, filios enutrire, pudicas esse, castas, domum bene regentes, benignas, subditas viris suis [60], hospitio recipere, sanctorum pedes lavare [61], et cætera omnia quæ de officiis mulierum scripta referuntur, in omni genere castitate (15).

21. *Salutate Andronicum et Juniam, cognatos meos et concaptivos meos, qui sunt nobiles in apostolis, qui et ante me fuerunt in Christo* [62]. Potest quidem fieri ut et secundum carnem isti cognati fuerint Pauli, et ante ipsum crediderint, et nobiles habiti sint in apostolis Christi; de quibus possibile est et illud intelligi, quod fortassis ex illis septuaginta duobus qui et ipsi apostoli nominati sunt, B fuerint, et ideo nobiles eos in apostolis dicat, et in his apostolis qui ante eum fuerunt. Sed et illud me movet quod ait; *concaptivos meos.* Quæ enim erat Pauli captivitas, in qua sibi etiam Andronicum et Juniam concaptivos esse testatur (17)? nisi forte profundiore mysterio ad illam respiciamus captivitatem, quam Christus venit absolvere, de qua scriptum est [63], venire et dare eum captivis remissionem, cæcis visum. In qua captivitate videntur una atque eadem ratione isti esse, qua et Paulus erat. Verbi enim gratia si dicamus : Cum captivus esset populus Israel apud Assyrios vel Babylonios, omnes quidem videbantur esse captivi; sed alia ratio in cæteris captivitatis (18), alia in Daniele, et Anania, C atque Azaria vel Misael. Illi enim captivi erant pro peccatis suis; isti vero pro consolatione captivorum erant etiam ipsi captivi : et ideo si diceret Daniel de aliquo uno ex plebe : Concaptivus meus, non ita convenienter dici videbatur, ut si diceret de Anania, et Azaria, et Misael, concaptivi mei. In istis enim una captivitatis est ratio, quæ longe a reliqui populi ratione diversa est (19). Ita ergo et Paulus tale aliquid de se et Andronico, ac Junia, secundum occultioris sacramenti intuens rationem, *concaptivos* eos sibi in hoc mundo nominat, et *nobiles in apostolis.*

22 *Salutate Ampliatum dilectum meum in Domino* [64]. Huic quamvis nihil egregium præ cæteris in D laude videatur ascribere, tamen hoc ipso quod di-

[55] Act. XVIII, 1-3. [56] Act. XVII, 5 sq. [57] Rom. XVI. 5. [58] I Cor. XVI, 15. [59] Rom. XVI, 6. [60] Tit. II, 4. [61] I Tim. V, 10. [62] Rom. XVI, 7. [63] Luc. IV, 19. [64] Rom. XVI, 8.

(9) Rabanus, *ut qui*, male.

(10) Editi, *Romam ingressi*, male.

(11) Ms. Regius num. 1639, *consistit.* Paulo post editi, *adimpleverit*, et, *adimpleverunt.* Deinde *eorum* restituitur ex ms. Regio num. 1639.

(12) Ms. Regius num. 1639, *nisi si aliquid profundius.* Deinde omnes mss. et editi, *sermo iste significat ;* sed rectius Rabanus, *significet.* Paulo post editi, *judicentur* (ms. Regius num. 1639, *judicantur*) *non hi qui tempore primi sunt.*

(13) Sic omnes mss. et editi. Rabanus vero, *eo quod*, etc.

(14) Editi et ms. Regius num. 1639, *in nobis.*

(15) Ita ms. Regius num. 1639. Sed cæteri mss., Rabanus et editi, *in omni genere castitatis.*

(16) Sic mss. Regius num. 1639. Ita etiam editi plerique, qui habent in fine, *in Christo Jesu.* Sed cæteri mss., *et qui ante fuerunt in Christo*, omissis *me* et *Jesu*, quæ voces omittuntur etiam a Rabano et in editione Veneta.

(17) Editi, *cognatos et concaptivos esse testatur?*

(18) Editi, *Verbi enim gratia sic dicamus quod cum captivus esset populus Israel apud Assyrios vel Babylonios, omnes quidem erant captivi, sed alia ratio in cæteris captivis*, etc. Sed mss., Rabanus, et editio Veneta hunc locum restituunt ut in nostro textu. Ms. tamen Regius num. 1639 et Rabanus habent ut in editis, *sed alia ratio in cæteris captivis*, etc.

(19) Editi, *quæ longe a reliquis ratione diversa est.*

lectus est Pauli, laudabilis et salutatione dignus efficitur.

23. *Salutate Urbanum adjutorem meum* (20) *in Christo, et Stachyn dilectum meum* [65]. Stachyn in salutatione conjungit, sed Urbanum in laudibus prætulit. Illum enim adjutorem in Christo; Stachyn vero dilectum tantummodo sibi, sicut Ampliatum nominavit. Adjutor autem Apostoli in Christo, non aliud intelligitur quam apostolici operis particeps.

23. *Salutate Apellem probum in Christo* [66] (21). Puto hunc Apellem per multas tribulationes transisse patienter et fortiter sustentatus, et ideo pronuntiari ab Apostolo *probum*, secundum ea quæ ipse in aliis dixit, quia *tribulatio patientiam operatur, patientia vero probationem, probatio vero spem* [67]. Videndum sane est ne forte ipse sit hic qui in Actibus apostolorum [68] Apollo nominatur, Alexandrinus, in Scripturis eruditus.

25. *Salutate eos qui sunt ex Aristobuli domo* [69]. Quoniam nihil otiose in litteris Apostoli vel additur vel minuitur, istos qui **683** sunt vel de domo, vel de familia Aristobuli, non frustra neque dilectos, neque probos, neque adjutores in Christo nominat: sed forte quia nihil tale habebant in meritis, idcirco eos solo titulo salutationis honoravit.

26. *Salutate Herodionem cognatum meum* [70]. Et hic, similiter ut Andronicus et Junias, cognatus Pauli dicitur: sed neque concaptivus ut illi, neque nobilis in apostolis, in his qui ante Paulum fuerunt in Christo, nominatur. Unde intelligendum est etiam in his quod cognatos suos Paulus appellat, esse multam differentiam, secundum illam, ut ego arbitror, rationem, quam superius aperire tentavimus.

27. *Salutate eos qui sunt ex Narcissi domo, qui sunt in Domino* [71]. Videntur quidem plures fuisse ex domo vel familia Narcissi, sed non omnes in Domino fuisse: et ideo addidit eos salutandos esse *qui sunt in Domino.*

28. *Salutate Triphænam, et Tryphosam, quæ laborant in Domino* [72]. Bonum de his dat testimonium, quarum laborem non hujus mundi (22), neque communis vitæ, sed in Domino esse testatur. Multi enim laborant, sed non omnium laborem constat esse in Domino.

29. *Salutate Persidam charissimam, quæ multum laboravit in Domino* [73]. Videtur hæc magis laudari quam Tryphæna et Tryphosa, quoniam quidem illas laborasse dicit in Domino, hanc autem laborasse multum in Domino, cui addidit et *charissimam.*

30. *Salutate Rufum electum in Domino, et matrem ejus et meam* [74]. Non puto in istis salutationibus inaniter fieri per singulos quosque laudis et salutationis differentiam. Qui enim scit quia Christus loquitur in Paulo [75], certus est quod pro merito alius quidem probus dicitur ab eo, alius charissimus, alius laborans in Domino, alius multum laborans in Domino (23), alius electus, sicut et hic Rufus, de quo nunc nobis sermo est, electus in Domino salutatur. Credo quod sciret Paulus esse eum de numero non multorum qui vocati sunt, sed paucorum qui electi sunt [76]: cujus et mater tantum meriti habuit, ut eam Paulus suam nominaverit matrem, cum quo etiam ipse, sicut Jesus cum Joanne [77], unum partitur matris affectum (24).

31. *Salutate Asyncretum, Phlegontam, Hermem, Patrobam, Hermam, et si qui sunt cum eis fratres* [78]. De istis simplex est salutatio, nec aliquid eis insigne laudis adjungitur. Puto tamen quod Hermas iste sit scriptor libelli illius qui *Pastor* appellatur, quæ scriptura valde mihi utilis videtur, et ut puto divinitus inspirata. Quod vero nihil ei laudis (25) ascripsit, illa, opinor, est causa, quia videtur, sicut scriptura illa declarat, post multa peccata ad pœnitentiam fuisse conversus: et ideo neque opprobrium ei aliquod scripsit: didicerat enim a Scriptura non improperare homini convertenti se a peccato [79]: neque laudis aliquid tribuit, quia adhuc positus erat sub angelo pœnitentiæ (26), a quo tempore opportuno Christo rursum deberet offerri. Intelligitur autem quod simul habitaverint hi quorum salutatio sociata est.

32. *Salutate Philologum et Juliam, Nereum et sororem ejus, et Olympiadem, et omnes sanctos qui cum eis sunt* [80]. Potest fieri ut Philologus et Julia conjuges fuerint; cæteri domestici eorum, ad quos simplex salutatio dirigitur.

33. *Salutate invicem in osculo sancto* [81]. Ex hoc sermone, aliisque nonnullis similibus, mos Ecclesiis traditus est ut post orationes osculo se invicem

[65] Rom. XVI. 9. [66] ibid. 10. [67] Rom. v, 3, 4. [68] Act. XVIII, 24. [69] Rom. XVI, 11. [70] ibid. XVI, 11. [71] ibid. [72] ibid. 12. [73] ibid. [74] ibid. 13. [75] II Cor. XIII, 3. [76] Matth. XXII, 14. [77] Joan. XIX, 26. [78] Rom. XVI, 14. [79] Eccli. VIII, 6. [80] Rom. XVI, 15. [81] ibid. 16.

(20) Editi, *adjutorem nostrum*. Deinde mss. plerique, Rabanus et editi, *Et istos in salutatione conjungit;* sed rectius ms. Regius num. 1639 ut in nostro textu.

(21) Ms. unus, *in Domino*. Paulo post editi, *sustentatum:* mss. plerique, *sustentatus;* Rabanus, *sustinuisse*. Deinde iidem habent, *pronuntiatum;* sed rectius ms. Regius num. 1639 ut in textu.

(22) *Mundi*. Omittitur in libris antea editis.

(23) *In Domino*. Prætermittitur in editis. Deinde iidem editi, Rabanus et mss. plerique, *Et hic Rufus*, etc., omisso *sicut*, quod restituit ms. Regius num. 1639.

(24) Editi, *pariter haberet matris affectum*. Sed omnes mss. et Rabanus ut in textu, nisi quod quidam vitiose habeant *patitur* pro *partitur;* deinde in hæc verba, *Salutate Asyncretum, Phlegontam, Hermem, Patrobam, Hermam*, non concordant inter se mss. nostri, Rabanus et editi. Alii habent *Assyncretum;* alii *Phlegoniam, Phlegonam*, et *Phlegonta;* alii *Hermen, Patrobum, Herman*. Sed secuti sumus ms. Regium num. 1639 et Rabanum.

(25) Editi, *Quod vero nihil eis laudis*, etc. Deinde mss. plerique, *illa opinor ex causa*. Ms. unus, *illa ut opinor causa*. Sed Rabanus et editi ut in nostro textu.

(26) Sic ms. Regius num. 1639 et editi. Rabanus, vitiose, *posita erat sub angelo pœnitentia*. Cæteri vero mss., *positus erat sub angelo in pœnitentia.*

suscipiant fratres. Hoc autem osculum sanctum appellat Apostolus. Quo nomine illud docet (27) primo, ut casta sint oscula quæ in ecclesiis dantur; tum deinde ut simulata non sint, sicut fuerunt Judæ, qui osculum labiis dabat, et proditionem corde tractabat. Osculum vero fidelis (28) primo, ut diximus, castum sit; tum deinde pacem in se simplicitatemque habeat in charitate non ficta.

34. *Salutant vos omnes Ecclesiæ Christi* [81]. Nunquid non in una Ecclesia positus Paulus hæc scribit (29)? Et quomodo verum est quod omnium simul Ecclesiarum salutes Romanæ mittat Ecclesiæ? Sed pro eo intelligere debemus vel quod unus spiritus erat in Paulo atque omnibus Ecclesiis Christi, vel salutare dicat per fidem, et per spiritum jungi.

684 35. *Rogo autem vos, fratres, ut observetis* B *eos qui dissensiones et offendicula præter doctrinam quam vos didicistis faciunt, et declinate ab illis. Hujusmodi enim Christo Domino nostro* (30) *non serviunt, sed suo ventri: et per dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentium. Vestra enim obedientia ubique pervulgata est. In vobis ergo gaudeo* [83](31). Hæc et ad eos qui Ecclesiis præsunt, et ad omnes credentes per Spiritum sanctum scribere credendus est Paulus, ut diligentius considerent, et perspiciant qui sint qui dissensiones et offendicula in Ecclesiis generent, et alieni sint ab illa beatitudine quam Dominus repromisit dicens: *Beati pacifici, quoniam ipsi filii Dei vocabuntur* [84](32). Hoc enim, inquit, ut pacifici sitis, a Domino per C Evangelium didicistis; dissensiones vero commovere vel scandala, præter doctrinam est quam vos didicistis; et ideo alienus a vobis sit, nec omnino recipiatur inter vos qui certamina commovet, qui serit jurgia, qui lites excitat, et studia contentionis exercet. Qui enim tales sunt, *Christo Domino nostro*, qui est pax nostra, *non serviunt, sed suo ventri*. Sed et quid causæ sit qua jurgia in Ecclesiis suscitantur, et lites, divini Spiritus instinctu aperit. Ventris, inquit, gratia; hoc est, quæstus et cupiditatis. Inde est unde nonnulli circumeunt domos loquentes ad gratiam cum omni adulatione et deceptione, non ut in verbo Dei ædificent animas ad virtutem, sed ut adulatoriis dulcibusque sermonibus permanere, vel etiam proficere eas hortentur D in vitiis, laudantes et bona dicentes ea quæ correptione digna sunt; *ponentes lucem tenebras, et te-* A *nebras lucem; dulce amarum, et amarum dulce* [85]; et in his *seducunt corda innocentium*. Et ideo diligenter oportet intendere quo prospectu doceat ille qui docet; utrum gratiam et honorem ab auditoribus quærens, an mercedem a Domino pro instructione et profectu discentium sperans. Subtiliter sane Paulus indiscretam et facilem Romanorum obedientiam notat, eamque asserit ubique non laudatam, sed pervulgatam. Sed ne eos rursum, si pro hoc apertius castigaret, inobedientes efficeret, addit: *In vobis ergo gaudeo*. Sed dices: Quomodo vulgarem in eis notat obedientiam, cum dicat se gaudere in eis? Primo quidem aliud est notare vitium; aliud homines. Potest enim fieri ut gaudeat in his in quibus multa alia bona deprehenderat; vitium autem quod ei displicuerat notet, ne putetur ei etiam ipsum cum cæteris placuisse. Potest autem et pro eo dixisse Apostolus gaudere se in eis, quod qui inobediens est, neque ad malum, neque ad bonum trahi potest: qui vero obediens est, si quidem ad inutilia trahatur, imperitiæ culpa sit. Ignorat enim inutilia esse ea quibus obedientiam sui præbet: cum vero didicerit quæ sunt utilia, habens paratum obedientiæ bonum, continuo iter per eam virtutis ascendit. Gaudet ergo Paulus super obedientes, certus quod cum docuerit eos non vulgari obedientia, quam incaute omnibus præbent, uti debere, sed illa sola qua *obedire oportet Deo magis quam hominibus* [86], relictis cæteris illa sola utentur (33). Nam et revera non est parvæ discretionis, sed probabilis et exercitatissimi judicii, scire cui verbo, cuive operi obediendum sit, et cui renitendum. Denique ipse Dominus in Evangelio dicit [87]: *Attendite vobis ab his qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intus autem sunt lupi rapaces*. Et ideo vigilans sensus et intenta mens requiritur, quæ probare noverit vel ovis in propatulo simplicitatem, vel lupi latentem rapacitatem. Unde vide quam proximi periculo (34) fiant hi qui exerceri in divinis litteris negligunt, ex quibus solis hujusmodi examinationis agnoscenda discretio est. Continuo ergo in brevi speciem propositæ distinctionis ostendit, et dicit: Quoniam quidem facilis et indiscreta est vestra obedientia, accipite quid servare, quid cavere debeatis.

36. *Volo*, inquit, *vos sapientes esse in bono, et simplices in malo* [88]. Simile est hoc illi dicto quod

[81] Rom. XVI, 16. [83] Rom. XVI, 17-19. [84] Matth. V, 9. [85] Isa. V, 20. [86] Act. V, 29. [87] Matth. VII, 15. [88] Rom. XVI, 19.

(27) Rabanus, *dicit*. Ms Regius num. 1639, *docetur*. Cæteri mss. et editi, *docet*.

(28) Sic mss. Editi vero et Rabanus, *Osculum vero fidele*, etc.

(29) Ita ms. Regius num. 1639 et Rabanus. Cæteri vero mss. et editi, *Nunquid non in una æde positus erat* (editi, *stat positus*) *Paulus hæc scribens?* Deinde mss. quidam et editi, *mittit Ecclesiæ*.

(30) Rabanus omittit, *nostro*. Deinde editi, *in omni loco divulgata est*.

(31) *In vobis ergo gaudeo*. Hæc desunt in editis, et restituuntur ex mss.

(32) Sic ms. Regius num. 1639. Cæteri vero mss., Rabanus et editi, *quam Deus repromisit* (Rabanus, *promiserat*) *: Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur*, omissis vocibus *dicens, et ipsi*; quam tamen postremam vocem addit etiam Rabanus.

(33) Sic ms. Regius num. 1639. Ita etiam Rabanus nisi quod in fine habeat, *ipsa sola utantur*. Editi vero et mss. plerique, *uti eos debere præ illa sola... ut relictis cæteris ipsa laudetur*.

(34) Alias, *periculis*; alias, *periculi*; sed ms. Regius num. 1639 *periculo*.

ad Corinthios scribit dicens : *Malitia parvuli estote, ut sensibus perfecti sitis* [89]. Sed et illud quod Dominus ait : *Quia filii sæculi hujus prudentiores sunt quam filii lucis in generatione sua* [90], huic convenit dicto. Filii enim sæculi hujus prudentiores sunt in malitia, pro eo quod semper aliquid profundius et subtilius inveniant in ea unde plus noceant, et vehementius lædant. In bono autem stulti sunt : vix enim inveniunt quid faciant boni (35). Econtrario vero Paulus vult nos sapientes esse in bono, hoc est semper aliquid plus invenire, plus exquirere, et profundius cogitare quid faciamus boni : ita ut etiamsi impediamur per alicujus malitiam ab opere bono, **685** nos, si sapientes sumus, excogitemus (35*) quomodo si opus bonum non possumus, vel sermonem bonum proferamus : quod si nec hoc licet, votum saltem bonum et animum demonstremus. Sic ergo sapientes esse debemus in bono, simplices vero in malo, ut si pulsamur malitia, pulsamur injuria, non simus callidi et versuti (36), artes et argumenta quærentes, quibus reddere malum pro malo, et nequitiam pro nequitia debeamus. Sed in tali loco meminisse debemus illius sententiæ quæ dicit : *Si quis vult sapiens esse apud Deum, stultus fiat in hoc mundo* [91]. Simus ergo stulti accipientes injuriam et non reddentes, ut sapientes simus apud Deum qui dixit : *Mihi vindictam, ego retribuam, dicit Dominus* [92] (37). Nam de impiis et Jeremias dicit : *Sapientes sunt ad malefaciendum; bene autem facere nesciunt* [93]. Ad hoc respicit et illud quod Dominus dixit, simplices debere nos esse sicut columbas, et prudentes sicut serpentes [94]. Quod si aliquis nobis ex infidelibus argute occurrat, et dicat : Quomodo potest idem ipse et sapiens esse et stultus (38)? dicemus ad eum : Respice ad artes istas quæ in usu hominum habentur, quomodo ille qui, verbi causa, sapientissimus est grammaticus, in arte fabrili insipientissimus invenitur; vel rursum sapientissimus gubernator, quomodo in arte medicinæ invenitur insipiens. Sic ergo possibile est in his quæ ad Deum pertinent, esse sapientem; et in his quæ ad sæculum pertinent, esse insipientem. Sciendum sane est quod ibi ait : *Hujusmodi enim Christo Domino nostro* (39) *non serviunt;* non quod ipsi se profiteantur Christo Domino non servire, sed quod discrepantes a servitutis ejus regula, rebus ipsis ostendant se Christo Domino non servire. Non enim videtur simul quis et Christo servire posse et ventri; ac voluptatis pariter amator esse, et Dei ; sicut (40) nec Deo quis simul servire potest et mammonæ [95].

37. *Deus autem pacis conteret Satanam sub pedes vestros velociter* [96]. Quæritur in hoc loco quem dixerit Satanam sub pedes eorum quibus scribit, a Deo conterendum velociter. Si enim ad unam personam referatur, illam scilicet de qua in Evangelio dicitur : *Ecce video Satanam sicut fulgur* (41) *de cœlo cadentem* [97], quique Satanas humani generis indicatur adversarius (42), videbitur utique, si vere dicit Paulus quæ dicit, quod sub pedes eorum quibus tunc scribebat velociter conteratur, ultra jam non esse Satanas qui agones et certamina et persecutiones credentibus excitet : quod utique non admittit fides rerum. Sed videtur mihi in hoc loco Satanam dixisse omnem spiritum qui credentibus adversatur. Satanas enim in lingua nostra *adversarius* interpretatur. Quidquid ergo animæ tendenti ad Deum resistit et adversatur, et quidquid paci ejus contrarium est, hoc ei satanas esse nominatur (43). Ideo denique præmisit, dicens : *Deus pacis*, hoc est, Deus cui pax placet, conteret eum qui contrarius est paci et dissensiones operatur. Sic denique et in Regnorum libris (44) legimus, quia *suscitavit Deus Salomoni Satanam Ader Idumæum* [98] : hoc est Salomoni qui erat pacificus, suscitavit Satanam qui est contrarius paci. Sed sicut his quos Apostolus docet, si sic agant (45), et tales se exhibeant, quales ejus sermo descripsit, pro emendatione vitæ promittit sub pedibus eorum a Deo pacis Satanam velociter conterendum : ita nihilominus Deus pacis ei qui pacem ejus non in corde puro et conscientia munda servaverit, suscitat Satanam, hoc est adversarium; ut qui bonum pacis neglexerit, impugnationum amaritudinee

[89] I Cor. XIV, 20. [90] Luc. XVI, 8. [91] I Cor. III, 18. [92] Deut. XXXII, 35. [93] Jerem. IV, 22. [94] Matth. X, 16. [95] Matth. VI, 24. [96] Rom. XVI, 20. [97] Luc. X, 16. [98] III Reg. XI, 14.

(35) Sic omnes mss. et editi. Rabanus vero, *vix enim inveniunt unde proficiant in bono.* Deinde editi omittunt *vero* post *econtrario.*

(35*) Editi, *sic* (al., *sed*) *nos sapientes simus, et excogitemus*, etc.

(36) Sic omnes mss. nostri. Ita etiam editi, nisi quod habeant, *non simus callidi, non simus versuti*, etc. Rabanus vero, *non simus callidi, et perversutæ artis argumenta quærentes*, etc.

(37) *Dicit Dominus.* Hæc desunt in editis et in ms. Regio num. 1639, sed exstant in cæteris mss. et apud Rabanum.

(38) Editi, *idem esse sapiens et stultus.*

(39) Editi, *esse sapientem : in his quæ ad sæculum pertinent, insipientem. Sciendum sane est quod ubi ait : Hujusmodi enim non serviunt Christo Domino nostro.* Sed omnes mss. nostri, et Rabanus ut in textu, nisi quod quidam habeant itidem, *ubi ait*, et omittant *nostro* post *Domino.*

(40) *Sicut.* Omittitur in omnibus editis. Mss. Regius num. 1639, *si.*

(41) *Sicut fulgur.* Hæc duo verba desunt in editis et restituuntur ex mss. et Rabano.

(42) Sic mss. plerique Ms. vero Regius num. 1639, *humano generi indicatur adversari.* Rabanus et editi, *humano generi indicatur adversus.*

(43) Editi, *commemoratur.*

(44) Editi, *in Regnorum libro.* Deinde mss. plerique et editi, *Satanam adversus eum.* Rabanus, *Satanam ad deridendum eum.* Sed recte ms. Regius num. 1639 ut in textu.

(45) Editi, *Sed sicut his quoque Apostolus docet, si agant*, etc. Ms. Regius num. 1639, *Sed sicut his Apostolus, si ita agant*, etc. Cæteri vero mss. et Rabanus ut in textu, nisi quod unus omittat *ita* vel *sic;* et Rabanus habeat, *si satagant* pro *si sic agant.*

perferat, et ita demum pacis quam temeravit, dulcedinem in oppugnatione positus recordetur. Ex utroque igitur ædificemur Scripturæ divinæ loco, quo vel suscitare (46) Deus Satanam dicitur negligentibus, vel conterere ac subdere studiosis, ut illos ad agones concitet, istis de prostrato adversario palmam victoriæ tribuat, et virtutis præmia largiatur. Possumus autem (47) et per singulos quosque agones, si legitime certemus, dicere quia Deus conteret Satanam sub pedes nostros velociter. Verbi causa, si quis agonem susceperit castitatis, si usque ad finem immaculata **686** conscientia perdurarit, dici de eo potest quia Deus (48) contrivit Satanam sub pedes ejus, id est spiritum qui erat contrarius castitati. Similiter et qui agonem fidei suscipit, si stans ante reges et præsides cum fiducia confiteatur Dominum Jesum Christum, et usque ad finem in confessione permaneat, Deus contrivit Satanam sub pedes ejus, cum per fidem constantem (49) infidelitatis spiritum vicit. Sic et qui concordiam perseveranter colit, dissensionis dæmonem sub pedibus conterit: qui mansuetudinem servat, iracundiæ Satanam patientiæ vestigiis calcat. Hoc est nimirum quod Dominus in Evangelio dicit [99]: *Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones, et super omnem virtutem inimici.*

38. *Gratia Domini nostri Jesu Christi vobiscum* [1]. Gratia Dei, et gratia Domini nostri Jesu Christi una atque eadem gratia accipienda est. *Sicut enim Pater* quos vult *vivificat, et Filius quos vult vivificat; et sicut Pater habet in se vitam, et Filio* (50) *dedit habere in semetipso vitam* [2], ita et gratiam quam dat Pater, hanc et Filius dat. Sciendum sane est, quod omne quod habent homines a Deo, gratia est [3]. Nihil enim ex debito habent. *Quis enim prior dedit illi, et retribuetur ei?* Gratia ergo est quidquid habet is qui non fuit, et est, accipiens ab eo qui semper fuit, et est, et erit in æternum.

39. *Salutat vos Timotheus adjutor meus, et Lucius, et Jason, et Sosipater cognati mei* [4]. Videtur mihi de istis quos sequestravit ab omni catalogo salutantium, plus aliquid sensisse. Denique et Ti-

A motheum adjutorem suum dicit, et omnes simul cognatos suos. Et quidem de Timotheo plenissime refertur in Actibus apostolorum [5] quod fuerit Derbæus civis, filius mulieris viduæ fidelis, ex patre gentili: de quo et ipse Paulus dicit, quia propterea rogaverit (51) eum permanere Ephesi, ut denuntiet quibusdam ne aliter doceant, neque attendant fabulis et genealogiis infinitis [6]. Sed et Lucium quidam ipsum (52) perhibent esse Lucam qui Evangelium scripsit, pro eo quod soleant nomina interdum secundum patriam declinationem, interdum etiam secundum Græcam, Romanamque proferri. Jason vero ille est de quo etiam in Actibus apostolorum [7] scribitur quod Thessalonicam pro Paulo et Sila seditionem com-
B moventibus turbis, semetipsum dederit, ut apostolis discedendi (53) faceret libertatem. Sosipater quoque qui his jungitur, suspicor quod ipse sit qui in Actibus apostolorum [8] scribitur *Sosipater Pyrrhi Beroensis.* Sed qui Pauli Litteras curiosius tanquam Christo in eo loquente considerat, movebitur sine dubio quomodo Paulus qui se Tharso Ciliciæ natum professus est [9] Hebræum ex Hebræis, nunc vel Timothei Derbensis civis ex patre gentili cognatus vel consanguineus esse dicatur, vel Jasonis Thessalonicensis, vel Sosipatris Pyrrhi Beroensis. Quod si pro eo aliquis dicat quia etiam ipsi qualibet ex parte ex circumcisione veniebant: non ergo oportuit de his specialiter dicere, sed et de omnibus qui ex Judæis erant, quod essent cognati Paulo. Nunc
C vero cum cæteris nequaquam hoc nomen indulgeat, his vero et aliis nonnullis ascribat, certum est eum aliam quamdam cognationem nominare, quæ sibi cum Timotheo, et Luca (54), aliisque paucis horum similibus communis habeatur: quam cognationem vel consanguinitatem ex illa sine dubio sciat sibi cum his paternitate descendere, de qua in alio loco dicit: *Hac enim causa curvo genua mea ad Patrem* (55) *Domini nostri Jesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlo et in terra nominatur* [10]. Sciens igitur esse aliquam paternitatem in cœlo sicut est et in terra, certum est quod istos qui sibi nequaquam secundum cognationem paternitatis terrenæ

[99] Luc. x, 19. [1] Rom. xvi, 20. [2] Joan. v, 21, 26. [3] Rom. xi, 35. [4] Rom. xvi, 21. [5] Act. xvi, 1. [6] I Tim. i, 3, 4. [7] Act. xvii, 5 sq. [8] Act. xx, 4. [9] Act. xxii, 3. [10] Ephes. iii, 14, 15.

(46) Editi, *quod suscitare.*

(47) *Autem.* Omittitur in editis, qui postea habet cum mss. quibusdam *videre* pro *dicere*. Sed ms. Regius num. 1639 et Rabanus rectius ut in textu.

(48) *Deus.* Omittitur in plerisque mss. et apud Rabanum, sed exstat in editis et in ms. Regio num. 1639.

(49) Ita editi. Rabanus vero et mss. nostri omnes omittunt *per fidem constantem*. Deinde mss. duo et editi, *Sed et qui*, etc. Cæteri mss. et editi, *Sic et qui*, etc.

(50) Mss. duo Regii, *sic et Filius... et sicut Pater..... ita et Filio*, etc. Sed ms. Regius num. 1639 et editi rectius ut in nostro textu.

(51) Sic ms. Regius num. 1639 et Rabanus. Cæteri vero mss. et editi, *rogaverat.*

(52) *Ipsum.* Desideratur in editis. Deinde ms. Regius num. 1639, *pro eo quod soleat nominari*, etc.

D Sed cæteri mss., Rabanus et editi ut in textu.

(53) Sic mss. et Rabanus. Editi autem, *ut Apostolo dicendi*, etc.

(54) Ita ms. Regius num. 1639. Cæteri vero mss. et editi, *quæ isti Sosipatro, Timotheo* (editi, *cum Timotheo*) *et Luca*, etc.

(55) Sic recte ms. Regius num. 1639 restituit hunc locum ab his verbis, *ex illa sine dubio sciat, sibi*, etc., usque ad *Gratias ago Deo*, etc. Cæteri vero mss. nostri habent tantummodo, *quam cognationem ejus vel consanguinitatem ejus ex illa sine dubio sociat sibi. Gratias ago Deo*, etc., omissis omnibus intermediis. Editi, *quam cognationem vel consanguinitatem arbitror esse ex baptismo contractam. Saluto vos ego Tertius qui scripsi Epistolam in Domino. Salutat vos Caius hospes meus universæ Ecclesiæ. Hic est Caius de quo alibi dicit: Gratias ago Deo meo*, etc., cæteris prætermissis.

junguntur, jungi sibi noverat secundum cognationem paternitatis cœlestis. Et ideo eos cognatos, et concaptivos vocat, et adjutores; utpote cum quibus unam ad evangelizandum cognationem nascendi sorte susceperit, et captivitatem mundi hujus Babyloniæ perferendi. Aut si quis hæc non tali quadam tropologia patitur explanari, exponat nobis quomodo Timotheus, et Lucius, et Jason, et Sosipater longe diversarum non solum urbium, sed et provinciarum cives, Paulo secundum carnem cognati et consanguinei esse potuerunt: et non solum isti, sed et Andronicus, et Junias, et Herodion, quos omnes et **637** cognatos suos, et concaptivos appellat.

40. *Saluto vos ego Tertius, qui scripsi Epistolam in Domino* [11]. Tanquam qui dignus habitus sit Epistolam Romanis Paulo dictante perscribere, inserit ei etiam suum nomen, non temeritate usus aut jactantia, sed quia sciebat se non solum præstitisse scriptoris officium, sed scripsisse in Domino: quoniam quidem justus omnia quæ facit, ad gloriam Dei facit [12]. Et si scribit ergo, ad gloriam Dei scribit, et ideo in Domino scribit: propter quod est dignum ut Epistolæ sui quoque nominis inderet mentionem. Vel certe quoniam vim sensuum Pauli dictantis exceperat, et intellexerat non hominis, sed Domini quæ scribebat, idcirco eum in Domino scripsisse commemorat.

41. *Salutat vos Gaius* (56) *hospes meus, et totius Ecclesiæ* [13]. Intelligitur Gaius hic esse de quo ad Corinthios scribens commemorat, dicens: *Gratias ago Deo, quoniam neminem vestrum baptizavi, nisi Crispum et Gaium* [14]. Videtur ergo indicare de eo quod vir fuerit hospitalis, qui non solum Paulum ac singulos quosque adventantes Corinthum (57) hospitio receperit, sed Ecclesiæ universæ in domo sua conventiculum ipse præbuerit. Fertur sane traditione majorum, quod hic Gaius primus episcopus fuerit Thessalonicensis Ecclesiæ.

42. *Salutat vos Erastus, arcarius civitatis, et Quartus* (58) *frater* [15]. Ipsum puto esse Erastum quem dicit [16] quia remansit Corinthi, quique videtur dispensator civitatis ostendi (59). Sed non puto quod ex hoc officio magnopere Paulus mentionem in Epistola sua fecerit, nisi forte aliquid in eo amplius senserit, et arcarium eum, id est dispensatorem illius civitatis dixerit cujus artifex et conditor Deus;

A et ideo nec nomen posuerit cujus civitatis, sed tantummodo eum arcarium nominaverit civitatis (60). Utrum ergo tali modo aliquo, an vero simpliciter magis accipiendum sit, et nihil profundius in Pauli Litteris requirendum, considerato qui legis.

43. *Ei autem qui potens est vos confirmare secundum Evangelium meum, et prædicationem Jesu Christi, secundum revelationem sacramenti temporibus sæculorum in silentio habiti, manifestati autem modo per Scripturas propheticas secundum præceptum æterni Dei ad obedientiam fidei in omnes gentes manifestati, soli sapienti Deo per Jesum Christum claritas in sæcula sæculorum. Amen* [17] (61). Caput hoc Marcion, a quo Scripturæ evangelicæ atque aposto-

B licæ interpolatæ sunt, de hac Epistola penitus abstulit; et non solum hoc, sed et ab eo loco (62) ubi scriptum est, *omne autem quod non est ex fide, peccatum est* [18], usque ad finem cuncta dissecuit. In aliis vero exemplaribus, id est in his quæ non sunt a Marcione temerata, hoc ipsum caput diverse positum invenimus. In nonnullis etenim codicibus post eum locum quem supra diximus, hoc est, *omne autem quod non est ex fide, peccatum est*, statim cohærens habetur, *ei autem qui potens est vos confirmare*. Alii vero codices in fine id, ut nunc est positum, continent (63). Sed jam veniamus ad capituli hujus explanationem. Duas mihi causas Paulus videtur ostendere, quibus roborantur hi qui in

C fide Evangelii confirmantur: unam qua eis prædicatio Pauli, quæ est et Christi prædicatio, innotescit (64); et aliam qua revelatur eis sacramentum quod omnium temporibus sæculorum in silentio habitum est, nunc vero, hoc est in adventu Christi præsentia corporali manifestatum est et apertum, et quantum spectat, non sine idoneis testibus, sed Scripturis propheticis astipulantibus declaratum. Ita enim præceptum exstitit æterni Dei, ut per prædicationem quidem (65) Evangelii gentes ad obedientiam fidei vocarentur: ex revelatione vero sacramenti agnita Dei sapientia, gloria et claritas soli sapienti Deo redderetur in sæcula sæculorum. Sed iterum recurramus, et consideremus quomodo dictum est: *Ei autem qui potens est vos confirmare*

D *secundum Evangelium meum, et prædicationem Jesu Christi, secundum revelationem sacramenti temporibus sæculorum in silentio habiti.* Non mihi videtur

[11] Rom. XVI, 22. [12] I Cor. X, 31; Coloss. III, 17. [13] Rom. XVI, 23. [14] I Cor. I, 14. [15] Rom. XVI, 23. [16] II Tim. IV, 20. [17] Rom. XVI, 25-27. [18] Rom. XIV, 23.

(56) *Gaius.* Sic ubique mss. nostri, Rabanus et editio Veneta. Cæteri editi, *Caius.*

(57) Editio Veneta, *adversantes Corinthum.* Cæteri editi, *diversantes Corinthi.* Deinde iidem editi et mss. plerique, *hospitio reciperet*, et paulo post omittunt *primus.* Sed ms. Regius num. 1639 ut in nostro textu.

(58) Mss. et editi plerique habent *Marcus;* sed ms. Regius num. 1639, Rabanus et Genebrardus, *Quartus.*

(59) Sic ms. Regius num. 1639 et Rabanus. Cæteri vero mss. et editi, *Corintho* (al., *Corinthi*) *quique evidenter designato civitatis officio ostenditur.*

(60) *Civitatis.* Restituitur ex ms. Regio num. 1639. Deinde mss. quidam et editi habent *videndum* pro *accipiendum*, quod præferunt ms. Regius num. 1639 et Rabanus.

(61) *In sæcula sæculorum. Amen.* Hæc verba desunt in editis, et restituuntur ex mss. codicibus.

(62) Ms. Regius num. 1639, *sed et in eo loco*, etc. Editi omittunt *loco.*

(63) Editi, *in fine, id est, ut nunc est positum, continent.* Deinde ms. Regius num. 1639, *ad capituli ipsius explanationem.*

(64) Editi, *innotescat.*

(65) Editi, *ut prædicatione quidem.* etc.

quod ad omnes pertineat ista utriusque generis confirmatio; sed ad omnes quidem pertinet credentes duntaxat Evangelium Pauli, et prædicatio Christi: revelatio vero sacramenti temporibus sæculorum in silentio habiti, non ad plures, sed ad paucos et electos qui capaces esse possint sapientiæ et scientiæ Dei, de quibus dicitur [19]: *Multi* **688** *vocati, pauci vero electi*. Sed et de eo quod ait, *sacramenti in silentio habiti*, requirendum est utrum ita (66) id dicat in silentio habitum, ut omnino nullus agnoverit, ne ipsi quidem qui annuntiabant prophetæ: an altior aliqua silentii intelligenda est ratio. Mihi quidem valde absurdum videtur ut dicamus prophetas ita scripsisse de sacramentis divinis (67), ut non intellexerint ea ipsa quæ dicebant, cum Scriptura dicat: *Sapiens intelligit quæ de ore ejus procedunt, et in labiis portat intellectum* [20]. Si ergo prophetæ non intellexerunt quæ de ore proprio proferebant, non erant sapientes. Verum si stultum est prophetas confiteri, et negare eos sapientes fuisse, restat ut sapientes fuerint, et intellexerint (68) quæ ex ore proprio proferebant, et habuerint intellectum in labiis suis. Quæ ergo silentii ratio? Videamus ne illa sit quam et ipse Paulus sibi traditam pro sacramentorum dispensatione (69) perdocuit, ubi dicit abductum se esse in tertium cœlum, et inde in paradisum, et audisse non edicenda verba, quæ non licet homini loqui [21]. In quo utique ostendit non quod ipse ignoret quod audierit, sed quod proferre, et aliis hominibus pandere quæ sibi sunt indicata non liceat (70). Ita ergo potest et in hoc loco dictum videri sacramentum temporibus sæculorum in silentio habitum, quod scierint quidem prophetæ (ex Scripturis enim propheticis manifestatur [71]), sed hominibus, id est vulgo non manifestaverint nec patefecerint, sed silentio texerint secundum præceptum æterni Dei, usquequo tempus adesset ut Verbum caro fieret, et habitaret in nobis [22], et manifestaretur omnibus gentibus ad obedientiam fidei. Quod vero ait, *soli sapienti Deo*, sapientem Deum non ita accipias, quasi quem sapientia fecerit sapientem, ut inter homines habetur. Sapiens enim inter homines dicitur unusquisque ex participatione sapientiæ; Deus vero non quasi qui ex sapientia sapiens factus sit, sed quasi qui ipse auctor sit et genitor sapientiæ, Sapiens appellatur. Non enim, ut diximus, ex sapientia sapiens Deus, sed ex sapiente Deo sapientia procedit. Merito ergo dicitur: *Soli* (72) *sapienti Deo*. Solus est enim ita sapiens Deus, ut sapientiam ipse magis genuerit [23], quam ex sapientia sapiens factus sit. Et recte ei *claritas per Jesum Christum* refertur, quia ita sapientem esse solum Deum, ut ipse sapientiam genuerit [24] (73). Christus Jesus, qui est Dei virtus et Dei sapientia [25], declaravit. *In sæcula* vero *sæculorum* quod ait, moris est Scripturæ divinæ immensitatem per hoc temporum designare. *Amen* autem quasi ad confirmationem omnium quæ superius scripta sunt, in fine posuit, per quod vernaculo Hebræorum sermone vera et fidelia esse quæ sunt scripta signaret.

RUFINI PRESBYTERI

AD HERACLIUM

Peroratio in Explanationem Origenis super Epistolam Pauli ad Romanos.

Hactenus nobis in Epistolam (74) *ad Romanos, prout potuimus, dictantibus, plurimo et labore et tempore desudatum sit. Fateor namque, Heracli frater amantissime, quod dum tuis desideriis satisfacere cupio, oblitus sum pene mandati quo præcipitur: « Onus supra vires tuas ne levaveris* [26]*; » quamvis nobis nec in cæteris quæ te insistente, imo potius pensum diurni operis exigente, in Latinum vertimus, defuerit plurimus labor, dum supplere cupimus ea quæ ab Origene in auditorio Ecclesiæ ex tempore, non tam explanationis,*

[19] Matth. XXII, 14. [20] Prov. XVI, 23. [21] II Cor. XII, 2-4. [22] Joan. I, 14. [23] Eccli. I, 1. [24] Eccli. XV, 10. [25] I Cor. I, 24. [26] Eccli. XIII, 2.

(66) *Ita*. Prætermittitur in editis.

(67) Editi, *de testamentis divinis*.

(68) Ms. Regius num. 1639, *restat ut quia sapientes fuerunt intellexerint*. Deinde idem ms. et Rabanus, *Quæ ergo sit silentii ratio videamus, ne illa sit*, etc.

(69) Ita mss. nostri omnes et Rabanus. Editi vero, *per sacramentorum dispensationem*.

(70) Editi, *non quod ignoret ipse quod* (mss. quidam, *quid*) *audierit, sed quod proferre non licebat, et aliis*, etc.

(71) Sic Rabanus et Ms. Regius num. 1639, quibus satis consentire videtur codex ms. Vallis Claræ. Cæteri vero mss., *quod ut scirent quidem prophetæ ex Scripturis quidem propheticis manifestatur*, etc., ut in textu. Editi vero, *quod ut scirent quidem perfecti, ex Scripturis propheticis manifestatur: sed hominibus, id est vulgo non manifestaverunt nec patefecerunt, sed silentio texerunt*, etc.

(72) Ms. Regius num. 1639, *Merito autem soli*, etc. Cæteri vero mss. et editi, *Merito ergo soli*, etc. Rabanus, *Merito soli*, etc.

(73) Editi, *qui ita sapientem esse solum Deum ostendit, ut ipse sapientiam genuerit Jesus Christus, qui est Dei virtus et Dei sapientia*. Sed omnes mss. et Rabanus ut in nostro textu.

(74) Omnes mss. nostri, *in Epistola*.

quam ædificationis intentione perorata sunt : sicut in homiliis sive in oratiunculis (75) *in Genesim et in Exodum fecimus, et præcipue in his quæ in librum Levitici ab illo quidem* (76) *perorandi stylo dicta, a nobis vero explanandi specie translata sunt. Quem laborem adimplendi quæ deerant idcirco suscepimus, ne pulsatæ quæstiones et relictæ, quod in homiliatico dicendi genere ab illo* **689** *sæpe fieri solet, Latino lectori fastidium generarent. Nam illa quæ in Jesum Nave, et in Judicum librum* (77), *et in tricesimum sextum, et in tricesimum septimum, et tricesimum octavum psalmum scripsimus, simpliciter ut invenimus* (78), *et non multo cum labore transtulimus. Quamvis ergo et in cæteris quæ supra diximus laboratum nobis sit in supplendis his quæ omiserat, in hoc tamen opere Epistolæ ad Romanos pro his causis quas in Præfatione comprehendimus, immensus nobis et inextricabilis* (79) *incubuit labor. Sed delectavit indulsisse laboribus; si modo non, ut in aliis experti sumus, malevolæ mentes vigiliis nostris contumelias reddant, si non studia obtrectationibus, et labores remunerentur insidiis. Novum quippe apud eos culpæ genus subimus. Aiunt enim mihi : In his quæ scribis, quoniam plurima in eis tui operis habentur, da titulum nominis tui, et scribe : Rufini* (80), *verbi gratia, in Epistolam ad Romanos Explanationum libri, sicut et apud auctores, inquiunt, sæculares non illius qui ex Græco translatus est, sed illius qui transtulit nomen titulus tenet. Hoc autem totum mihi donant non amore mei, sed odio auctoris* (81). *Verum ego qui plus conscientiæ meæ, quam nomini defero etiam si addere aliqua videor et explere quæ desunt, aut breviare quæ longa sunt, furari tamen titulum ejus qui fundamenta operis jecit, et construendi ædificii materiam præbuit, rectum non puto. Sit sane in arbitrio legentis cum opus probaverit, operis meritum cui velit ascribere. Nobis enim* (82) *propositum est non plausum legentium, sed fructum proficientium quærere. Post hoc sane vocat nos opus quod olim quidem injunctum est, sed nunc a beato Gaudentio episcopo vehementius perurgetur, Clementis scilicet Romani episcopi apostolorum comitis ac successoris de Recognitione libri ut in Latinum vertantur* (83). *In quo opere bene novi quod laborem labor multiplicat, si sortem suscipiat* (84). *Satisfaciam sane in eo amicis meis : dabo titulo nomen meum, auctoris nihilominus vocabulo permanente. Nam Rufini Clemens scribetur* (85). *Quod si me Dominus implere permiserit, redibo rursus et ad tua desideria, ut vel in Numerorum, vel in Deuteronomii libros, Deo permittente, aliqua dicamus (hoc enim solum nobis de Eptateucho deest) vel de reliquis apostoli Pauli Epistolis quæ possumus, Domino dirigente, dictemus* (86).

---

(87) EX LIBRIS ORIGENIS IN EPISTOLAM AD GALATAS

Ex initio libri primi.

690 Ex eo quod dixit Apostolus : *Paulus apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Jesum Christum* [27], manifeste datur intelligi quia non erat homo Christus Jesus, sed erat divina natura. Non enim si homo esset, dixisset Paulus hoc quod ait : *Paulus apostolus non ab hominibus,* A *neque per hominem.* Si enim homo fuit Jesus, et per ipsum assumptus est in apostolatum Paulus, utique per hominem factus erat apostolus. Si autem per hominem erat apostolus, nunquam dixisset, quia *neque per hominem :* sed manifeste separat ab humana natura Jesum Paulus per hæc verba. Non enim sufficit ei dixisse : *neque per hominem ;* sed

[27] Galat. I, 1.

(75) Mss. duo, *vel oratiunculis*, etc.

(76) Mss. duo omittunt *quidem ;* et habent cum editis, *dictata.*

(77) *Librum.* Omittitur in omnibus mss. nostris, sed exstat in editis.

(78) Editi, *simpliciter expressimus ut invenimus.* B Sed omnes mss. omittunt *expressimus.*

(79) Editi, *inæstimabilis.* Deinde ms. Regius num. 1639, *et laborem remunerent insidiis.*

(80) Sic omnes mss. Editi vero, *et scribe Hieronymi.* Deinde omnes mss. habent, *in Epistola ad Romanos*, etc.

(81) Ms. unus habet, *auctoritatis ;* alter, *actoris.*

(82) Ms. Regius num. 1639, *Nobis autem*, etc.

(83) Sic recte ms. codex Regius num. 1639. Editi vero, *apostolorum comitis, quorum* (al., *quod*) *ut successoribus darem cognitionem libri a nobis in Latinum vertuntur.* Codex ms. Ebroicensis, et unus Regius num. 1640, *apostolorum comitis et* (al., *ut*) *successorum, dare cognitionem libri, ut in Latinum vertuntur.* Ms. Regius num. 1641, *apostolorum comitis et successoris dare cognitionem libri ut in Latinum vertatur.* Ms. codex Vallis-claræ ut in textu, nisi quod habeat *dare intentionem,* pro *de Recognitione.* Recognitionum libri etiamnum exstant ex interpretatione Rufini ; sed Clementi Romano abjudicantur.

(84) Ms. Regius num. 1639, *quod laborem labor multiplicata sorte suscipiet.* Sed cæteri mss. et editi ut in textu.

(85) Sic ms. codex Vallis-claræ et ms. Regius num. 1639. Editi vero, *Nam Hieronymi ne putetur, Clemens scribetur.* Cæteri vero mss., *Nam putamus Clemens scribetur.* Deinde editi, et mss. plerique : *Quod si hæc mihi* (editi, *Quod si me*) *Dominus implere permiserit, redibimus ad illos, et ad tua desideria, ut in Numerorum, et in*, etc. Sed rectius ms. Regius num. 1639 ut in nostro textu.

(86) Sic ms. Regius num. 1639. Editi autem, *hoc enim solum vobis de Pentateucho vel de reliquis apostoli Pauli Epistolis quæ possumus Domino protegente debemus.* Cæteri mss., *hoc enim solum vobis de Heptateucho deest, vel de reliquis apostoli Pauli Epistolis quæ possumus* (al., *quæ si possumus*) *Domino dirigente dictabimus.*

(87) Desumpta sunt hæc fragmenta ex *Apologia* Pamphilii martyris *pro Origene.*

adjecit dicens : *sed per Jesum Christum.* Quem utique quia sciebat excellentioris esse naturæ, propterea se dixit non assumptum esse per hominem.

Ex sequentibus libri ipsius in illum versiculum : « Notum autem vobis facio, fratres, Evangelium quod prædicavi vobis, quoniam non est secundum hominem : neque enim ab homine accepi illud, sed per revelationem Jesu Christi [28]. »

Adverte ergo quid scribit, quia convenienter quis et hæc adjungens prioribus intelligere poterit, et ostendere his qui negant deitatem Jesu Christi, sed hominem eum solum pronuntiant, quod non est homo, sed Deus, Dei Filius Jesus Christus. Sic enim dicit Apostolus : *Quia Evangelium quod evangelizavi vobis, non est secundum hominem, sed secundum Jesum Christum.* Evidenter ergo ostendit quia B Christus Jesus non est homo : si autem non est homo, sine dubio Deus est; imo non aliud erit nisi Deus et homo. Et iterum si verum est quod dicit Paulus, quia *non ab homine* accepit Evangelium, *sed per revelationem Jesu Christi*, certum est quia Jesus Christus qui revelavit, plus quam homo est. Alienum est enim ab homine revelare quæ in occulto sunt, et velata sunt : quod etiam si aliquando per hominem fiat, non tamen ab homine sit, sed ab eo qui in homine loquitur Christus.

Et in alio loco.

Adjungendum est etiam illud his quæ supra diximus, quoniam corpus Christi non erat alienum a terrena substantia secundum hoc quod filius est C David, et filius Abraham, sicut scribit Matthæus : *Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham* [29] : et sicut Paulus dicit, Christum esse ex semine Abraham et ex semine David secundum carnem [30]. Quod ergo dictum est, quia *consummatis quadraginta diebus jejunii, et quadraginta noctibus, postea esuriit* [31], sine dubio hoc indicat, quod evacuari et repleri similiter ut corpora nostra solent, etiam illius poterat corpus. Si vero quis objiciat nobis hujus miraculi rationem de quadraginta dierum jejunio, facile solvi potest cum adhibetur etiam illud exemplum de Moyse et Elia [32], qui similiter pertulisse jejunium referuntur. Sed et illud, quod itineris et æstus labore fatigatus sedens super puteum requiescit et sitit [33], quid aliud indicat nisi D nervorum fatigatione, et solis ardore nimio elementum corporei humoris absumptum? Quod vero in melioribus occupatus hoc quod bibere voluerat distulit nec bibit, non propterea dicendum est quia neque passus est sitim. Sed et illud quod frequenter per cœnas vocatur, et in conspectu omnium manducat et bibit, non decipiens vel fallens oculos videntium facit, neque putative, ut quidam arbitrantur, hæc gerit, maxime cum ita sumeret cibum ac potum, ut a quibusdam etiam quasi pro præsumptione nimia culparetur, velut cibum ac potum

A propensius appetens. Si autem quis violentius velit affirmare ideo hæc dicta esse, quia per phantasiam manducabat, et illi quomodo id fieret nesciebant, respondendum est ad ea ex his quæ ipse Dominus dixit [34] : *Venit Joannes Baptista neque manducans, neque bibens, et dicunt : Dæmonium habet. Venit Filius hominis manducans et bibens, et dicunt : Ecce homo devorator et vinum bibens.* Ipso enim Salvatore dicente quia *venit Filius hominis manducans et bibens*, quomodo ausus est aliquis dicere neque manducasse eum, neque bibisse? Quæ utique manifesta incredulitas est doctrinæ ejus. Si autem manducabat et bibebat, et substantia vini atque escæ in carnem ejus efficiebatur, sine dubio per omnes cor- **691** poris ejus compages ac membrorum perplexiones diffundebatur. Spiritalem enim naturam (sicut quidam de ejus corpore sentiunt, quod imperite satis et absurde faciunt) impossibile est vini atque escæ recipere substantiam. Si vero quis indignas obscenasque ad hæc proferat inquisitiones, requirens si etiam digestiones in corpore fiebant; nihil absurdum videtur fateri secundum consequentiam naturæ corporeæ. Si vero etiam exemplis a nobis hoc exigant affirmari, ostendendum est illos satis hæc insipienter inquirere. Ubi enim ista vel de apostolis, vel de cæteris sanctis facta esse referuntur, vel etiam de impiis et peccatoribus, ex abundanti de eo requiritur. Sed et circumcisionis ejus ratio nobis quidem non generabit angustiam, dicentibus eum consequenter humano corpore et circumcisum esse, et præputium ejus terræ mandatum fortassis usque ad tempus; aut si aliter est, in alia disputatione requiretur. Hæc tamen ejus circumcisio satis coangustabit eos qui ex diverso sunt. Spiritale enim corpus quomodo poterat circumcidi ferro terreno? Propter quod non erubuerunt quidam ex ipsis de præputio circumcisionis ejus etiam libros edere, quibus ostendere conarentur quod in substantiam cesserit spiritalem. Non minus autem angustabuntur etiam illi qui animale corpus dicunt esse corpus Christi. Sed et de sanguine ejus et aqua quæ processit de latere ejus hasta compuncto a milite [35], eadem sentienda sunt. Sed his qui sciunt quid audiatur per hoc quod dicitur, quia fixuræ clavorum erant in ejus corpore [36], manifeste declaratur quia caro erat terrena, id est humanæ naturæ : quæ utique non erat talis, ut recipiendorum vulnerum subterfugeret qualitatem. Quid, si non etiam multa humanæ infirmitatis in ipsa morte sensisset, anima perturbatur, et tristis est pro ea usque ad mortem [37]? Quæ omnia evidenter ostendunt quod non falso, sed quasi homo dixerit : *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma* [38]. Eadem nihilominus ostendit etiam somni ratio, cum dicitur, quia *erat in puppi super cervical dormiens* [39], sicut Marcus refert, et ab

[28] Galat. I, 11, 12. [29] Matth. I, 1. [30] Galat. III, 16; Rom. I, 3. [31] Matth. IV, 2. [32] Exod. XXXIV, 28; III Reg. XIX, 8. [33] Joan. IV, 6, 7. [34] Matth. XI, 18, 19. [35] Joan. XIX, 34. [36] Joan. XX, 25 seq. [37] Joan. XII, 27; Matth. XXVI, 38. [38] Marc. XIV, 38. [39] Marc. IV, 38.

homine suscitatur a somno. Hæc enim licet habeant spiritalem intellectum, tamen manente prius historiæ veritate, etiam spiritalis recipiendus est sensus. Licet enim cæcos semper curet secundum spiritalem intelligentiam, cum ignorantia excæcatas illuminat mentes; tamen et corporaliter tunc cæcum sanavit. Et mortuos semper suscitat; fecit tamen et tunc hujuscemodi mirabilia, sicut filiam principis Synagogæ, et filium viduæ, et Lazarum suscitando [40]. Et quamvis semper cum excitatur a discipulis compescat Ecclesiæ turbines, vel procellas, A tamen certum est etiam tunc gesta esse quæ per historiam referuntur. Sic ergo sanum est sensum Scripturæ recipere, nec oportet inclinare aurem his qui dicunt per Mariam, et non ex Maria eum natum; quod Apostolus præsciens ita prædixit: *Cum autem venit plenitudo temporum, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret* [41]. Vides quia non dixit, factum per mulierem, sed, *factum ex muliere.*

EX LIBRO TERTIO ORIGENIS IN EPISTOLAM AD EPHESIOS (88).

In illud: *Qui uxorem suam diligit, seipsum diligit. Nemo enim unquam suam carnem odit, sed nutrit et fovet eam, sicut et Christus Ecclesiam* [42].

Dicamus quod illam carnem quæ visura sit Salutare Dei, anima diligat et nutriat, et foveat eam disciplinis erudiens, et cœlesti saginans pane, et Christi sanguine irrigans, ut refecta et nitida possit libero cursu virum sequi, et nullo debilitatis pondere prægravari. Pulchre etiam in similitudinem Christi nutrientis et foventis Ecclesiam, et dicentis ad Jerusalem: *Quoties volui congregare filios tuos, ut gallina congregat pullos suos sub alas suas, et noluisti* [43]? animæ quoque fovent corpora sua, ut B corruptivum hoc induat incorruptionem [44], et alarum levitate suspensum, in aerem facilius sublevetur. Foveamus igitur et viri uxores nostras, et animæ nostræ corpora, ut et uxores in viros, et corpora redigantur in animas, et nequaquam sit sexuum ulla diversitas: sed quomodo apud angelos non est vir et mulier, ita et nos, qui similes angelis futuri sumus [45], jam nunc incipiamus esse quod nobis in cœlestibus repromissum est.

EX LIBRO TERTIO ORIGENIS IN EPISTOLAM AD COLOSSENSES (89).

692 Data est autem lex Moysi per angelos in manu et virtute mediatoris Christi [46], qui cum esset in principio Verbum Dei, et apud Deum esset, et Deus esset Verbum [47], Patri in omnibus ministravit. *Omnia* enim *per ipsum facta sunt* [48], id est non solum creaturæ; sed et lex, et prophetæ; et ipse est *mediator Dei et hominum* [49]. Quod Verbum in fine quidem sæculorum homo factus est Jesus C Christus, sed ante hunc manifestum in carne adventum mediator quidem erat hominum, sed nondum erat homo. Erat tamen et tunc mediator Dei et hominum; unde et data lex per angelos, sine ipsius Mediatoris manibus data esse non dicitur, ut esset *lex sancta, et mandatum sanctum, et justum, et bonum* [50]; et omnia hæc sanctificarentur a Christo.

EX LIBRO TERTIO ORIGENIS ΕΞΗΓΗΜΑΤΙΚΩΝ IN EPISTOLAM AD THESSALONICENSES PRIMAM (89*).

De eo quod « omnes quidem non dormiemus [51]*, »* etc.

Quid est ergo quod scribunt Thessalonicensibus verbo Dei Paulus, et Sylvanus, et Timotheus: D *Nos qui vivimus, qui residui sumus, in adventu Domini non præveniemus eos qui dormierunt* [52]? Qui

[40] Luc. VIII, 55; Joan. XI, 44. [41] Galat. IV, 4. [42] Ephes. V, 28, 29. [43] Matth. XXIII, 37. [44] I Cor. XV, 53. [45] Matth. XXII, 30; Marc. XII, 25; Luc. XX, 35. [46] Galat. III, 19. [47] Joan. I, 1. [48] ibid. 2. [49] I Tim. II, 5. [50] Rom. VII, 12. [51] I Cor. XV, 51. [52] I Thess. IV, 14.

(88) Ex Hieronymi libro primo Apologiæ adversus Rufinum.

(89) Ex Apologia Pamphili martyris pro Origene.

(89*) Ex epistola Hieronymi ad Minervium et Alexandrum.

sunt isti viventes qui loquuntur talia? Utique *Paulus non ab hominibus, nec per homines apostolus* [53]; et charissimus ejus filius in fide Timotheus; et Sylvanus qui illis erat et affectione et virtutibus copulatus. Et hoc non solum illi, sed quicunque Pauli et scientia et conversatione similis est, dicere potest: *Nos qui vivimus* [54]; quorum *corpus mortuum est propter peccatum, spiritus autem vivit propter justitiam* [55]; et quorum mortificata sunt membra super terram [56], ita ut nequaquam concupiscat caro contra spiritum [57]. Si enim adhuc desiderat caro, vivit; et quia vivit, desiderat; et non sunt mortificata membra illius super terram. Quod si mortificata sunt, nequaquam contra spiritum concupiscunt quæ mortificatione sui hujuscemodi desiderium perdiderunt. Sicut igitur qui vita caruere præsenti, et ad meliora translati sunt, magis vivunt, deposito mortis corpore et vitiorum omnium incentivis; sic qui mortificationem Jesu in corpore suo circumferunt [58], nequaquam vivunt juxta carnem, sed juxta spiritum; vivunt in eo qui vita est, et vivit in eis Christus de quo scriptum est: *Vivens est sermo Dei, et efficax* [59], qui est Dei virtus, Deique sapientia [60]. Vivunt enim in quibus vivit virtus Dei, omni humana fragilitate deposita, et in quibus vivit sapientia quæ est abscondita in Deo [61], et in quibus vivit et operatur justitia. Christus enim factus est nobis non solum justitia ex Deo, sed et sapientia [62], et omne quod virtus est. Et si quidem in præsenti loco se a dormientibus et in Christo mortuis, qui hanc scribunt Epistolam separarent, videbatur superflua adnotatio, et ex uno loco assumptum testimonium non valeret: nunc vero eodem sensu, quia et eodem spiritu, in prima ad Corinthios loquitur: *Omnes non dormiemus, omnes autem immutabimur, in momento, in motu oculi, in novissima tuba. Canet enim tuba, et mortui resurgent incorrupti, et nos immutabimur* [63]. Hoc quod in præsenti loco scriptum est: *In tuba Dei descendet de cœlo* [64], compara illi quod ad Corinthios dicitur: *In novissima tuba: canet enim tuba*, etc.; illi autem quod ad Thessalonicenses legitur: *Et mortui in Christo resurgent primi* [65], hoc quod ad Corinthios scriptum est: *Et mortui resurgent incorrupti.* Porro quod sequitur: *Deinde nos qui vivimus, qui residui sumus* [66], illi respondet: *Et nos immutabimur.* Quorum utrumque sic intelligi potest: Nos qui vivimus, qui residui sumus in adventu Domini, et nos qui immutabimur, et non sumus ex his qui appellantur mortui, sed vivimus, idcirco præsentiam Domini non in morte, sed in vita præstolamur, quia de Israelitico genere sumus, **693** et electæ sunt de nobis reliquiæ [67], de quibus olim Dominus loquebatur: *Dereliqui mihi septem millia virorum* A *qui non curvaverunt genu Baal* [68]. In Joannis quoque Evangelio vivorum et non vivorum duplex ordo describitur: *Omnis qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet; et omnis qui vivit et credit in me, non morietur in æternum* [69]. Si vivos ita intelligimus ut jam a nobis dictum est, dormientes et in Christo mortuos illos esse credamus, qui cum velint in Christo vivere, tamen peccato mortui sunt. Sin autem reliquiæ et electio secundum gratiam [70], appellantur viventes; qui non ita credunt, nec de Israelitica nobilitate generati sunt, dormientes et mortui appellantur in Christo.

Sunt qui hunc locum ita edisserant: Vivi appellantur qui nunquam peccato mortui sunt; qui autem peccaverunt, et in eo quod peccaverunt, mortui sunt, B et postea conversi ad pœnitentiam purgant antiqua delicta, mortui appellantur, quia peccaverunt; in Christo autem mortui, quia plena ad Deum mente conversi sunt. Porro qui vivunt et habent testimonium fidei, et necdum receperunt promissionem Dei, qui et de aliis melius quiddam cogitant, ut non absque his qui justi sunt coronentur, in eo habent beatitudinem quod fruuntur bono conscientiæ, et vivunt, et relicti sunt in adventu Domini Salvatoris. Sed quia clemens est Deus, et vult salvare etiam eos qui dormierunt, et in Christo mortui sunt, non prævenient illos, neque soli rapientur in nubibus; sed, juxta exemplum evangelicæ parabolæ [71], unum denarium unamque mercedem et undecimæ horæ operarii, et primæ, qui C in vineam missi sunt, salutis pretium accipient. Nec hoc alicui videatur injustum, ut dispar labor unum præmium consequatur. Magna quippe diversitas est eorum qui post vulnera sunt sanati, et eorum qui nunquam viderunt mortis errorem. De his puto dictum: *Quis est homo qui vivat et non videat mortem? redimet de morte animam suam* [72]? Neque enim, ut quidam putant, *quis*, pro eo quod est *nullus* accipitur: sed quasi dixerit: Quis putas? juxta illud quod scriptum est: *Quis sapiens, et intelliget hæc* [73]? et in alio loco: *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo* [74]? et iterum: *Quis cognovit sensum Domini* [75]? Residui ergo erunt de credentibus pauci qui adventum Domini videant secundum id D quod Deus Verbum factum est, nequaquam in vilitate carnis, sed in gloria triumphantis. Et considerandum quomodo primum dormientes appellaverit: deinde in Christo mortuos, quos viventes prævenire non poterunt. Qui enim non custodierit hoc quod scriptum est: *Ne dederis somnum oculis tuis, neque palpebris tuis dormitationem, ut salvus fias sicut caprea de vinculis, et sicut avis de laqueis* [76], dormiet et culpabili sopore torpescet; cumque dormierit, transibit in mortem. Sicut enim move-

[53] Galat. I, 1. [54] I Thess. IV, 14. [55] Rom. VIII, 10. [56] Coloss. III, 5. [57] Galat. V, 17. [58] II Cor. IV, 10. [59] Hebr. IV, 12. [60] I Cor. I, 24. [61] I Cor. II, 7. [62] I Cor. I, 30. [63] I Cor. XV, 51, 52. [64] I Thess. IV, 15. [65] I Thess. IV, 15. [66] Ibid. [67] Rom. XI, 4, 5. [68] III Reg. XIX, 18. [69] Joan. XI, 25, 26. [70] Rom. XI, 5. [71] Matth. XX, 1 seq. [72] Psal. LXXXVIII, 49. [73] Osee. XIV, 10. [74] Psal. XIV, 1. [75] Rom. XI, 34. [76] Prov. VI, 4.

tur qui vigilat, sic qui dormit jacet immotus, et mortis torpet similitudine. Quod autem dormitationem sequatur mors, et prima ad Corinthios Epistola docere nos poterit, in qua ita scriptum est: *Nunc autem Christus surrexit ex mortuis, primitiæ dormientium: quia per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum;* et post paululum: *Non omnes dormiemus, sed omnes immutabimur, in momento, in ictu oculi, in novissima tuba. Canet enim tuba, et mortui resurgent incorrupti, et nos immutabimur* [77]. Cum ergo hæc de dormitione dicantur et morte, et illud legamus in Apostolo, *Surge qui dormis, et exsurge de mortuis, et illuminabit te Christus* [78], juremus Domino, et votum faciamus Deo Jacob, unusquisque dicens in corde suo: *Si ascendam super stratum meum, si dedero somnum oculis meis et palpebris meis dormitationem, donec inveniam locum Domino* [79]: haud dubium quin in anima sua tabernaculum Deo Jacob, ut Deus in illo æterna sede requiescat.

Sequitur: *Quia ipse Dominus in jussu* [80], et reliqua. Descendet enim missus a Patre, non diversitate virtutis, sed dispensatione judicis; et descendet ad eos qui deorsum sunt Verbum Dei, et sapientia, et veritas, atque justitia. Et quanquam mortui sint ad quos dignatur descendere, non tamen sunt ab eo alieni: mortui enim vocantur in Christo [81]. Qui autem vivunt, hoc habent privilegium, quod eliguntur e pluribus. Attamen utrumque agmen, et mortuorum in Christo, et viventium, rapientur pariter in nubibus obviam Christo [82], ut non eum exspectent donec ad terrena descendat, sed præsentia illius et contubernio in sublimibus perfruantur. Quantaque clementia Christi, ut pro salute nostra non solum caro factus sit, sed ad mortuos usque descenderit, et in ipsa morte habeat signa viventium! aqua enim et sanguis de latere ejus egressa sunt [83]. Descendit igitur sermo divinus voce archangeli præcedente, et præparante sibi viam in his qui ejus possunt ferre præsentiam.

Quod ut queamus intelligere, primi adventus mysteria cognoscamus. Scriptum est de Joanne qui præcursor ejus fuit, quod in eremo dixerit: *Ego vox clamantis in deserto* [84]; et reliqua. Quid clamavit vox in deserto: *Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus* [85]? Ob quod præmium quamve mercedem: *Omnis vallis implebitur, et omnis mons et collis humiliabitur: et erunt prava in directa, et aspera* **694** *in vias planas; et videbit omnis caro Salutare Dei* [86]? Hoc autem ideo, quia *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* [87]. Nunc autem nequaquam vox prophetæ in deserto erit, sed vox archangeli parantis vias non in carnis humilitate

A venienti, sed ei qui est apud Patrem Verbum Deus. Et tunc quidem egrediebantur in desertum, ut audirent assumpti hominis præcursorem, et viderent arundinem vento agitatam [88], de qua factæ sunt tibiæ, et vocalis calamus qui in ore puerorum dulci sonat modulamine, canentium in plateis atque dicentium: *Cantavimus vobis, et non saltastis* [89]. Nunc autem in voce archangeli præcedentis Dominum descendentem de cœlis, et in clarissima tuba, unusquisque credentium vel ad prælium, vel ad sacerdotalia ministeria provocatur. Legimus in Numerorum libro [90] sacratas Deo tubas, quæ ante hostias personent. Sin autem magna est vox angeli, et tubæ, et archangeli, quanto magis erit tubæ Dei quæ parat vias primum dormientium et B mortuorum in Christo, deinde eorum qui vivunt, et residui sunt, et sermonis Dei præstolantur adventum? Forsitan simplicis tubæ clangor dormientibus et mortuis in Christo necessarius est; vox autem archangeli et tubæ Dei his qui vivunt et in præsentia Dei reservantur.

Videamus quid possit intelligi et id quod sequitur: *Simul cum illis rapiemur* [91]. Quo verbo ostendi puto subitum ad meliora transcensum, et idcirco raptum se voluisse dicere, ut velocitas transeuntis sensum cogitantis excederet. Quod et in alio loco ejusdem verbi proprietate signavit: *Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim, sive in corpore, nescio, sive extra corpus, nescio, Deus scit, raptum* C *istiusmodi usque ad tertium cœlum. Et scio hujusmodi hominem, sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus scit, quia raptus est in paradisum, et audivit verba ineffabilia quæ non licet homini loqui* [92]. Alii enim proficientes, et, ut ita dicam, gradientes ad majora crescebant, donec fierent, juxta id quod scriptum est, *magni valde nimis* [93]; et quosdam in cœlum assumptos legimus. Paulus autem vas electionis in tertium cœlum raptus ascendit, et idcirco audivit verba ineffabilia. Quomodo autem hi qui rapiuntur *in nubibus*, rapiantur *obviam Christo* [94], diligentius contemplandum est. Scimus nubes prophetas, quibus præcepit Deus [95] ne pluerent super Israelem imbrem, quando impleverunt mensuram patrum suorum [96], et facta est lex et pro- D phetæ usque ad Joannem Baptistam [97]. Et quia Deus posuit in Ecclesia primum apostolos, secundo prophetas [98], non solum prophetæ, sed et apostoli nubes intelligendi sunt. Si quis igitur rapitur ad Christum, ascendit super nubes legis et Evangelii, super prophetas et apostolos; et assumptis alis columbæ, eorumque doctrina ad excelsa sublatus, occurrit, non deorsum, sed in aere, et spirituali intelligentia Scripturarum. Occurrens autem in spiritualibus, et terrena dimittens, sive ille si

[77] I Cor. xv, 20, 21, 51, 52. [78] Ephes. v, 14. [79] Psal. cxxxi, 2, 4, 5. [80] I Thess. vi, 15. [81] ibid. [82] ibid. 16. [83] Joan. xix, 34. [84] Matth. iii, 3; Marc. i, 3. [85] Luc. iii, 4; Joan. i, 23. [86] Isa. xl, 3, 4; Luc. iii, 5, 6. [87] Joan. i, 14. [88] Luc. vii, 24. [89] Matth. xi, 17; Luc. vii, 32. [90] Num. x, 10; xxxi, 6. [91] I Thess. iv, 16. [92] II Cor. xii, 2 seq. [93] Gen. xxvi, 13. [94] I Thes. iv, 16. [95] Isai. v, 6. [96] Matth. xxiii, 32. [97] Matth. xi, 13. [98] Ephes. iv, 11.

dormiens, sive in Christo mortuus, sive vivens et in illius præsentiam reservatus, semper cum illo A erit, et perfruetur Verbo Dei, et sapientia, veritate, atque justitia.

EX LIBRO ORIGENIS IN EPISTOLAM AD TITUM.

De eo capitulo in quo dicit Apostolus: « Hæreticum hominem post unam correptionem devita, sciens quia perversus est, et peccat, qui est a semetipso damnatus (90) »

Nomen hæresis, quantum ego deprehendere potui, etiam in Epistola ad Corinthios designatur hoc modo: *Oportet enim hæreses esse, ut probati manifesti fiant inter vos* [1]. Et iterum ad Galatas, inter opera carnis hæresis quoque nomen ascribitur, sicut ait: *Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, idololatria, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, discordiæ, hæreses, ebrietates, comessationes, et his similia, quæ prædico vobis, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt* [2]. Per quæ cognoscimus quoniam, sicut hi qui fornicationibus, vel immunditiis, atque impudicitiis, et idolorum cultibus maculati sunt, regnum Dei non possidebunt, ita et hi qui in hæresim declinaverint. Neque enim putandum est tanti Apostoli tam absolutam sententiam posse ullo genere vacillare. Apostolus enim est omnium Ecclesiarum Christi, *non ab homine, neque per hominem, sed per Jesum Christum, et Deum Patrem* electus [3]. **695** Propterea ergo, secundum auctoritatem sententiæ ipsius, oportet nos, sicut reliqua mala quæ numeravit, ita etiam nomen hæresis devitare, neque cum talibus orationis societate misceri.

Et post hæc paucis quibusdam per medium insertis adjecit.

Quid vero sit hæreticus homo, pro viribus nostris secundum quod sentire possumus, describamus. Omnis qui se Christo credere confitetur, et tamen alium Deum legis et prophetarum, alium Evangeliorum Deum dicit, et Patrem Domini nostri Jesu Christi non eum dicit esse qui a lege et prophetis prædicatur, sed alium nescio quem ignotum omnibus atque omnibus inauditum, hujusmodi homines hæreticos designamus, quamlibet variis ac diversis et fabulosis concinnent ista figmentis, sicut sectatores Marcionis, et Valentini, et Basilidis, et hi qui se Tethianos appellant. Sed et Apelles, licet non omnibus modis Dei esse deneget legem vel prophetas, tamen et ipse hæreticus designatur, quoniam Dominum hunc qui mundum edidit, ad gloriam alterius ingeniti et boni Dei eum construxisse pronuntiat: illum autem ingenitum Deum in consummatione sæculi misisse Jesum Christum ad emendationem mundi, rogatum ab eo Deo qui B eum fecerat, ut mitteret Filium suum ad mundi sui correctionem. Et si quidem hic solummodo qui de Deo Patre aliter sentit quam regula pietatis exposcit, hæreticus habendus esset, sufficeret utique quod superius dictum est. Sed nunc unum atque idem credendum est etiam de eo qui de Domino nostro Jesu Christo falsi aliquid senserit, sive secundum eos qui dicunt eum ex Joseph et Maria natum, sicut sunt Ebionitæ et Valentiniani; sive secundum eos qui primogenitum eum negant, et totius creaturæ Deum, et Verbum, et Sapientiam quæ est initium viarum Dei antequam aliquid fieret, ante sæcula fundatam, atque ante omnes colles generatam [4]; sed hominem solum eum dicentes: vel secundum eos qui Deum quidem eum fatentur, C non tamen assumpsisse animam corpusque terrenum: qui sub specie quasi amplioris gloriæ Domino Jesu deferendæ, omnia quæ ab eo gesta sunt, visa geri magis quam vere gesta esse testantur: quique nec de virgine natum fatentur, sed triginta annorum virum eum apparuisse in Judæa. Alii vero ex virgine quidem eum credunt esse progenitum; sed putasse se magis virginem peperisse, non tamen vere peperisse confirmant. Latuisse quippe etiam virginem putativæ generationis asserunt sacramentum. Qui quomodo non ab Ecclesia longe ponendi sunt, cum philarchiæ morbo languentes dogmata statuerint, quibus ad suum nomen discipulos declinarent? Sed et eos qui hominem (91) D dicunt Dominum Jesum præcognitum et prædestinatum, qui ante adventum carnalem substantialiter et proprie non exstiterit, sed quod homo natus Patris solam in se habuerit deitatem, ne illos quidem sine periculo esse Ecclesiæ numero sociari: sicut et illos qui superstitiose magis quam religiose, uti ne videantur duos deos dicere, neque rursum negare Salvatoris deitatem, unam eamdemque subsistentiam Patris ac Filii asseverant, id est duo quidem nomina secundum diversitatem causarum recipientem, unam tamen ὑπόστασιν subsistere, id est, unam personam duobus nominibus subjacentem, qui Latine Patripassiani appellantur. Sed et si qui sunt qui Spiritum sanctum alium quidem dicant esse qui fuit in prophetis, alium autem qui

[90] Tit. III, 10, 11. [1] I Cor. XI, 19. [2] Galat. V, 19-21. [3] Galat. I, 1. [4] Prov. VIII, 22, 23, 26.

(90) Ex Apologia Pamphili martyris pro Origene.

(91) *Sed et eos qui hominem.* Errorem Berylli Bostrenorum episcopi hic designat Origenes. De hacce hæresi vide quod diximus *Origenianor.* lib. I, cap. 3, art. 8.

fuit in apostolis Domini nostri Jesu Christi, unum A atque idem delictum impietatis admittunt, quod illi, qui, quantum in se est, naturam Deitatis secant, et scindunt unum legis et Evangeliorum Deum. Sed et illi qui non omnes humanas animas unius ejusdemque naturæ dicunt esse vel substantiæ, sed diversas naturas animarum, inter eas hæreses numerandi sunt quæ iniquitatem in Excelsum loquuntur, et injustitiam iniquitatemque ejus accusant. Necnon et illi qui liberi arbitrii potestatem ex animabus auferre nituntur velut perniciosa dogmata, communi humanæ vitæ, et virtuti continentiæ labem quamdam inferre judicandi sunt, ne humani propositi res putetur bonum quid vel facere, vel dicere, vel sentire, ex quo ad contemptum ac negligentiam divini judicii mens humana forma- B bitur. Sit autem in ecclesiastico ordine etiam de peccatorum suppliciis fides, et de his qui præmia bonæ conversationis et vitæ in regno Domini justo ejus judicio recepturi sunt. Si quis ergo horum aliquid quæ supra exposuimus, commutare vel subvertere conatur, velut *perversus*, et *a semetipso damnatus* [5] secundum sententiam Apostoli, etiam a nobis præcepto obsequentibus ejus similiter habendus est. Designet autem ecclesiasticum virum cum his omnibus quæ supra exposuimus, etiam de mortuorum resurrectione fides, de qua sanctus apostolus Paulus ita pronuntiat [6], quia, si quis negat resurrectionem mortuorum, consequens est ut Christi resurrectionem neget. Habeatur **696** nihilominus in ecclesiastico ordine etiam de diabolo C ratio, et de omni ejus exercitu, quod agones quosdam et certamina adversum omnes homines, præcipue tamen adversus eos qui credunt in Christum Dominum Jesum, movent; et quod necessitatem quidem imponere peccandi per agones et certamina non valent, persuadere tamen et decipere ad subversionem possunt eos qui non omni custodia sua corda præmuniunt. Habendum est autem in ecclesiasticis observationibus, quod neque hominum quis a Deo in perditionem traditus est, sed unusquisque pereuntium sua negligentia pereat et culpa, qui habens arbitrii libertatem, eligere quod bonum est et potuit et debuit. Quod etiam de ipso diabolo sentiendum est, qui in conspectu Domini omnipotentis describitur restitisse [7], et deseruisse statum suum in quo fuerat immaculatus : qui utique potuisset in hoc statu in quo ab initio fuit, usque ad finem perseverare si voluisset. Designatus, ut arbitror, nobis est, prout potuimus, et descriptus quis et qualis esset hæreticus, et quæ, vel in quibus ejus dogmata, falsæque opiniones habeantur, et quæ sit ecclesiasticæ observantiæ puritas.

Et post pauca.

Requisierunt sane quidam utrum hæresim, an schisma oporteat vocari eos qui Cataphrygæ nominantur, observantes falsos prophetas, et dicentes : « Ne accedas ad me, quoniam mundus sum : non enim accepi uxorem, nec est sepulcrum patens guttur meum, sed sum Nazaræus Dei, non bibens vinum sicut illi. »

Postea autem.

Sunt vero et alia quædam dogmata quæ in apostolicis traditionibus non habentur, de quibus requires si oportet eos qui quodlibet de his sentiunt vel pertractant, hæreticos putandos ; ut puta, verbi causa dixerim, si quis rationem humanæ animæ inquirat, cum de ea neque quod ex seminis traduce ducatur, neque quod honorabilior et antiquior corporum compage sit, tradiderit ecclesiastica regula. Propter quod multi nec comprehendere potuerunt qualiter sentiri oporteret de animæ ratione : sed et qui aliquid sentire vel disserere visi sunt, a nonnullis in suspicione habentur velut novi aliquid introducentes.

Deinde post pauca ait :

Sed et tu ipse apud temetipsum discutiens considera si oportet eum qui quolibet modo de his opinatur, vel hæreticum, vel ecclesiasticum temere definiri; aut si non est periculosum de eo pronuntiare quoniam et ipse perversus sit et peccet, et sit a semetipso damnatus [8], quod de hæreticis dicitur, si quis forte ex his quæ supra diximus, quamlibet opinionem, licet novam et quamplurimis peregrinam, videatur inducere.

EX COMMENTARIO ORIGENIS IN EPISTOLAM AD PHILEMONEM (92).

Sed et de singulis sanctorum qui in Scriptura D sancta conscripti sunt, quosque justos et electos Dei esse Scriptura testatur, debet esse fides ab his qui salvari cupiunt. Non enim potest esse perfecta in Deum fides, nisi quis habeat et hanc fidem quæ de sanctis quod sancti sunt creditur. Quod autem dicimus tale est. Qui crediderit in Deum, et dogmata ejus vera esse susceperit, credit et hoc, quod Adam quidem primus homo formatus est; credit et de Eva, quod unam e costis Adam sumens Deus ædificaverit eam ut esset ejus mulier : credit et quod Enos vere *speraverit invocare nomen Domini Dei* [9], et quod Enoch, quia in annis ducentis placuerit Deo, posteaquam Mathusalem genuit, trans-

[5] Tit. III, 11. [6] I Cor. XV, 13. [7] Dan. X, 13; Apoc. XII, 7; Jud. 6. [8] Tit. III, 11. [9] Gen. IV, 26.

(92) Ex Apologia Pamphili martyris pro Origene.

latus est : et de Noe, quia responsa accepit ut fabricaret arcam, et solus salvatus est ex diluvio cum his tantummodo qui secum arcam fuerant ingressi. Similiter et de Abraham, quod meruerit testimonium Dei, et quod susceperit hospitio, cum esset sub ilice Mambre, tres viros ex quibus unus Dominus erat. Credit et de Isaac vel quomodo natus est, vel quomodo oblatus est a patre, vel quomodo responsa Dei audire meruerit : sed et de Jacob quod, mutato nomine, Israel a Deo cognominatus est : et de
697 Moyse, quod per signa et virtutes ministraverit Deo. Credit et quod Jesus Nave exauditus a Deo, stare fecerit solem super Gabaon, et lunam super vallem Helon. Quid autem dicendum est de fidelibus judicibus, et de his quæ per eos gesta referuntur : vel in Regnorum libris de Samuel, quod messium tempore pluvias a Deo poposcerit et accep- A erit : et de David quem assumpsit Dominus ab ovibus ut regeret Jacob puerum suum, et Israel hæreditatem suam : et de Nathan, quod prophetaverit, necnon et Gad : sed et de Salomone, quod apparuerit ei in visu Dominus : et de Elia, quod assumptus est per ascensionem in cœlum, effectis illis omnibus, quæ scripta sunt, signis et prodigiis : sed et de Eliseo, quoniam non solum resuscitavit filium Sunamitis, sed et mortuum super ossa sua projectum ? Oportet ergo unumquemque fidelium credere et omnibus quæ scripta sunt de Ezechia, quod in diebus ejus retrorsum repedaverit umbra solis. Est ergo fides nostra primo quidem omnium in Dominum nostrum Jesum Christum, consequenter vero etiam in omnes sanctos patriarchas, vel pro- B phetas, vel apostolos Christi, eo ordine quo superius diximus.

EX LIBRIS ORIGENIS IN EPISTOLAM AD HEBRÆOS (93).

Lex autem æterna quid aliud est sentiendum, quam Deus Pater, qui nunquam fuit quando lux quidem esset, splendor vero ei non adesset? Neque enim lux sine splendore suo unquam intelligi potest. Quod si verum est, nunquam est quando Filius non Filius fuit. Erit autem non sicut de æterna luce diximus innatus, ne duo principia lucis videamur inducere, sed sicut ingenitæ lucis splendor, ipsam C illam lucem initium habens ac fontem, natus quidem ex ipsa, sed non erat quando non erat.

Deinde probans Filium unius cum Patre esse substantiæ, alienum vero a substantiis creaturæ, ait.

Interrogamus igitur eos quos piget confiteri Deum esse Filium Dei, quomodo poterat sola humana natura nihil in se habens eximium, neque aliquid divinæ substantiæ, hæreditatem capere omnem principatum, et omnem potestatem, et virtutem, et his omnibus præferri ac præponi a Patre. Unde rectum videtur quod præstantior esse debeat is qui hæreditatem capit, et genere utique, et specie, et substantia, et subsistentia vel natura, atque omnibus quibusque modis debet esse præstantior. D

Et post pauca.

Cum autem discutitur hoc quod dictum est de Filio Dei, quod sit splendor gloriæ, necessario videtur simul disserendum et illud quod dictum est, non solum quod splendor est lucis æternæ, sed et quod huic simile in Sapientia Solomonis refertur, in qua seipsam Sapientia describit dicens : *Vapor enim est virtutis Dei, et aporrhœa gloriæ Omnipotentis purissima* [10].

Et post aliquanta.

Oportet autem scire nos quia per ineffabilia quædam, et secreta, ac recondita quemdam modum sibi faciens Scriptura sancta conatur hominibus indicare, et intellectum suggerere subtilem. Vaporis enim nomen inducens, hoc ideo de rebus corporalibus assumpsit, ut vel ex parte aliqua intelligere possimus quomodo Christus qui est sapientia, secundum similitudinem ejus vaporis qui de substantia aliqua corporea procedit, sic etiam ipse ut quidam vapor exoritur de virtute ipsius Dei : sic et sapientia ex eo procedens, ex ipsa Dei substantia generatur. Sic nihilominus et secundum similitudinem corporalis aporrhϾ, esse dicitur aporrhϾa gloriæ Omnipotentis pura quædam et sincera. Quæ utræque similitudines manifestissime ostendunt communionem substantiæ esse Filio cum Patre. Aporrhœa enim ὁμοούσιος videtur, id est unius substantiæ cum illo corpore ex quo est vel aporrhœa, vel vapor.

EX ORIGENIS HOMILIIS IN EPISTOLAM AD HEBRÆOS (94).

698 Stylus Epistolæ, quæ inscribitur *ad Hebræos*, caret illa sermonis rusticitate, quæ propria

Ὁ χαρακτὴρ τῆς λέξεως τῆς *πρὸς Ἑβραίους* ἐπιγεγραμμένης Ἐπιστολῆς οὐκ ἔχει τὸ ἐν λόγῳ ἰδιωτι-

[10] Sap. VII, 25.

(93) Ex Apologia Pamphili martyris pro Origene.

(94) Desumpta sunt hæcce fragmenta ex Eusebio lib. VI *Histor. eccles.*, cap. 25.

κὸν τοῦ Ἀποστόλου, ὁμολογήσαντος ἑαυτὸν ἰδιώτην εἶναι τῷ λόγῳ, τουτέστι, τῇ φράσει. Ἀλλὰ ἐστὶν ἡ Ἐπιστολὴ συνθέσει τῆς λέξεως ἑλληνικωτέρα, πᾶς ὁ ἐπιστάμενος κρίνειν φράσεων διαφορὰς, ὁμολογήσαι ἄν· πάλιν τε αὖ ὅτι τὰ νοήματα τῆς ἐπιστολῆς θαυμάσιά ἐστι, καὶ οὐ δεύτερα τῶν ἀποστολικῶν ὁμολογουμένων γραμμάτων, καὶ τοῦτο ἂν συμφῆσαι εἶναι ἀληθὲς πᾶς ὁ προσέχων τῇ ἀναγνώσει τῇ ἀποστολικῇ.

Τούτοις μεθ' ἕτερα ἐπιφέρει λέγων·

Ἐγὼ δὲ ἀποφαινόμενος εἴποιμ' ἂν, ὅτι τὰ μὲν νοήματα τοῦ Ἀποστόλου ἐστὶν, ἡ δὲ φράσις, καὶ ἡ σύνθεσις, ἀπομνημονεύσαντός τινος τὰ ἀποστολικὰ, καὶ ὡσπερεὶ σχολιογραφήσαντος τὰ εἰρημένα ὑπὸ τοῦ διδασκάλου. Εἴ τις οὖν Ἐκκλησία ἔχει ταύτην τὴν Ἐπιστολὴν ὡς Παύλου, αὕτη εὐδοκιμείτω καὶ ἐπὶ τούτῳ, οὐ γὰρ εἰκῇ οἱ ἀρχαῖοι ἄνδρες ὡς Παύλου αὐτὴν παραδεδώκασι. Τίς δὲ ὁ γράψας τὴν Ἐπιστολὴν, τὸ μὲν ἀληθὲς Θεὸς οἶδεν. Ἡ δὲ εἰς ἡμᾶς φθάσασα ἱστορία, ὑπό τινων μὲν λεγόντων, ὅτι Κλήμης ὁ γενόμενος ἐπίσκοπος (95) Ῥωμαίων ἔγραψε Ἐπιστολήν· ὑπό τινων δὲ, ὅτι Λουκᾶς ὁ γράψας τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ τὰς Πράξεις.

A est Apostoli, quippe qui rudem atque imperitum sese confitetur in sermone [11], id est in forma ac ratione dicendi. Verum Epistola illa et in verborum compositione majorem præfert Græci sermonis elegantiam, ut fatebitur quisquis de styli differentia perite judicare potest; et præterea sententias continet admirabiles, nec scriptis apostolicis ullatenus inferiores. Atque id verissimum esse assentientur quicunque apostolorum scripta attente perlegerint.

Paucis deinde interjectis hæc subjungit.

